UNIVERSITY
OF
TORONTO
LIBRARY

COMOEDIAE

ARISTOPHANIS

COMOEDIAE,

QUAE SUPERSUNT,

EMENDAVIT ET INTERPRETATUS EST

FRANC. VOLCM. FRITZSCHE,

SAXO.

VOLUMEN PRIMUM.

LIPSIAE,

SUMTU FRANCISCI KOEHLERI.

MDCCCXXXVIII.

LGr
A716tF

ARISTOPHANIS

THESMOPHORIAZUSAE,

EMENDAVIT ET INTERPRETATUS EST

FRANC. VOLCM. FRITZSCHE,

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI ELOQUENTIAE ET POESIS PROFESSOR.

245.675/30.7.30

LIPSIAE,

SUMTU FRANCISCI KOEHLERI.

MDCCCXXXVIII.

GERMANY

Praefatio.

De consilio, quod in Aristophane inlustrando sequi a multis annis solerem, et alio loco exposui, et ut multi legere illa noluerint, hujus tamen libri editione (credo) omnis de ea re dubitatio sublata est: nemo enim neque in hac literarum luce atque adeo lucis opinione tam hebes erit, neque in communi prope omnium magnificentia tam demissus, quin ex longo opere instituti rationem perfacile intelligat. Vellemus igitur more majorum eximere praefationem de Codicibus hujusce fabulae Editionibusque dicendo, a quibus justa emendatio suspensa esset: nisi in angustum hanc orationem deduci temporum injuria resque ipsa juberet. Exstant enim hodie duo tantum dramatis nostri Codices, Augustanus atque Ravennas, una denique Editio, quae e tertio quodam libro, Urbinate, descripta auctoritatem habeat, Juntina; quos quidem libros si quis expendere, quam numerare maluerit, unicum omnino Thesmophoriazusarum Codicem superesse, certe adhuc erui potuisse inveniet. Notum est enim, hanc comoediam in Juntina priore (prodiit Florentiae apud Phil. Juntam. 1515. 8) a Bernardo Junta primum editam esse, quum in Aldina et Thesmophoriazusae et Lysistrata plane defuissent. Junta autem Urbinatem librum cum fide expressit, ab Euphrosyno Boninio, docto homine, sibi traditum, de quo tamen Codice, de antiquitate ejus, de sede ac domo hodierna caeterisque fatis nihil praeterea constat. Sed in prooemio duarum fabularum, quas ab Aldo omissas seorsum edidit, Junta gloriatur, se ex Urbinate bibliotheca antiquissimum Aristopha-

nis exemplar nactum esse, quo inter alias Lysistrate et Thesmophoriazusae, comoediae non ante visae continerentur; esse autem has fabulas plus aliis truncatas mutilatasque, quibus emendandis lynceis (ut ajunt) oculis opus fuisse, postremo suae editionis vitia exemplarium penuriae tribuenda atque raritati concedenda videri. In tam ambigua professione crederes, criticam facultatem a principe editore naviter exercitam esse. At res promissumque minime exstant, neque ille ad emendandam fabulam utramque lynceis oculis usus est, sed ad Codicem tantummodo legendum. Quin ipse Junta contrarium dicit in libro extremo. Etenim ita scribit, se binas comoedias tum primum impressas ex Codice adeo vetusto excerpsisse, ut altera interdum dictionis pars ibi desideretur: si quid igitur in illis quod lectori molestum sit inveniatur, eo id evenisse, quia ἀπαραλλάκτως cudere voluerit. Ocius tolle in Bibliotheca Fabricii Harlesiique T. II, p. 380 perniciosum typothetae errorem „quia ἀπαραλλάκτως cudere *noluimus*“ pro *voluimus*. Sed etiamsi Junta complures naevos ingenii ope correctos esse dixisset, nemo tamen tale quidquam de se praedicanti fidem adjungeret. Nempe in lectionibus hoc nomine dignis Editio princeps cum aliis libris fere semper consentit, neque quidquam, quod conjecturae speciem prae se ferat, sibi proprium vindicare potest, sed falsos accentus, falsas personarum vices, verba male juncta, male etiam diremta, varii denique generis menda, quorum plena esse omnia videmus. Quo magis B. Juntae illud adsentior, in vetusto Codice alteram interdum dictionis partem desiderari. Namque vix dubitamus, quin Codices nostri Thesmophoriazusarum et Lysistratae omnes ex uno libro, sive Urbinate, sive alio eoque ad legendum difficili, quasi e communi quodam fonte emanaverint. Ita factum est, ut libri isti in lectionibus gravissimisque rebus amice conspirent, discrepent autem inter se in personis, literarum figuris, accentibus, interductibus, alio librario aliter evanidam Codicis scripturam explicante. Simillima ratio Codicum est Aeschyleorum: quos si quis non oculis aliquando perlustrare, sed diu ac multum explorare et sollicite quodammodo scrutari voluerit, is et sterquilinium, non varietatem scripturae legisse sibi videbitur, et librarios omnia citius,

quam Aeschyli mentem intellexisse concedet. Equidem ab initio ea Juntinae conlatione usus sum, quam Th. Bergkius, discipulus quondam meus, nunc amicus longe carissimus miserat; postea vero Hermannus, Vir Summus, roganti mihi Juntinam ipsam utendam dedit. Hoc illud scito exemplar esse, de quo mira narrat Harlesius l. l. p. 381 „*Freytag*. (vid. ejus Analecta litter. de libr. rarioribus p. 49.) possederat exemplar, scholiis et adnotationibus mstis. Casp. Crucigeri ornatum.“ At Caspar Cruciger non aureas adnotationes scripsit, sed in margine (id quoque consilio nullo) eadem verba posuit, quae in contextu reperisset. Diu post Urbinatem comparatus est Codex Augustanus, qui (ut alii quoque libri Augustani) migravit in Bibliothecam Regiam Monacensem, ubi nunc 492 numeratur. De eo videndi sunt Brunckius ad Lysistrat. init. T. VI, p. 7 D. et B. Thierschius in Praefat. Thesmophor. p. VI sqq. Hic liber praeter Thesmophoriazusas et Lysistratam complectitur etiam commentarium in Archimedem de sphaera et cylindro (p. 40—44), Scholia ad Pindari Isthm. (p. 44—50) et argumenta in Pindari Nem. (p. 50—53). Chartaceus est, forma quadrata, minutis ille quidem ductibus, veruntamen distincte, eleganter et nitide scriptus. Augustanus ab Ignat. Hardtio in Catal. Codd. manuscr. Bibl. Reg. Bavar. T. V, p. 143 et a Thierschio saeculo XV, a Brunckio fini saeculi ejusdem tribuitur. Et valde recentem esse non solum nitor ejus argumento est, verum etiam mendorum infrequentia, quae ut in eo permulta insunt, sic tamen aliquanto quam in Juntina sive Urbinate pauciora. Neque tamen ab antiquo Codice distat nisi erroribus calami: in ipsis vero lectionibus ambo inter se congruere neque latum unguem discedere solent. Augustanum librum scito primum a Brunckio conlatum esse, cujus unius auctoritatem per maximam operis mei partem sequutus sum. Postea duplici conlatione uti licuit, ubi comperissem, hunc Codicem iterum a B. Thierschio excussum esse. Hic tantam adhibuit diligentiam, ut etiam vitia Codicis omnia, ineptos accentus caeterasque quisquilias literis consignaret, cujusmodi nugas Brunckius sciens praeterierat. Haud infitior tamen, Brunckium, cujus conlatio opinione diligentior est in universum

aestimanti, nonnulla temere omisisse videri. Ut v. 45, ubi Rav. et Junt. τί λέγεις; exhibent, ego autem Reiskii atque Hermanni emendationem τί λέγει; suscepi, hoc ipsum τί λέγει; B. Thierschius recte forsitan libro adsignat Augustano. Ego vero tametsi auctorum decessorumque meorum scripturas summa fide descripsi, tamen si forte aut illi ipsi aut typothetae mei aliquid peccaverint, haud magnopere stomachabor. Sic enim comparati sunt Codices Thesmophoriazusarum, ut qui unum norit, omnes noverit. Restat Codex, qui familiam ducit, Ravennas. At qui tandem Ravennas? Non is, quem in Nubibus, Ranis, Pluto, Equitibus, Vespis, Pace, Avibus merito admiramur; ne is quidem, quem in Acharnensibus atque Ecclesiazusis non per se et propter se, sed Codicis inopia melioris optimum judicamus. Imo vero in Thesmophoriazusis ac Lysistrata libri spectati et cogniti flos mire exaruit; laudum adeo ejus caeterarum virtutumque et nominis paene ipsius memoria ex animo deponenda est, ut quam in his quidem fabulis nullum sit ejus meritum, nulla commendatio praecipua, nullus denique libri vigor, cum quadam doloris morsiuncula intelligere possimus. Nam in utraque comoedia Ravennas a reliquis Codicibus non tam lectionum proprietate aut praestantia differt, quam mendorum et ineptiarum varietate. Ac nemo nescit, Ravennatem librum olim a Philippo Invernizzio, Jurisconsulto Romano magna quadam negligentia conlatum esse, postea autem ab Immanuele Bekkero diligenter adcurateque pertractatum. Miserat autem Bekkerus suam et Ravennatis et aliorum librorum comparationem A. Seidlero, et miserat, ut arbitror, edendi Aristophanis causa; qua spe ad inritum redacta aut certe in aliud tempus dilata, Codicum illorum scripturam, commentarios, versiones, Scholia, totum denique Aristophanem Bekkerus ipse edidit. Verum enimvero quam ille curam in scrutandis Codicibus posuerat, eadem in gravissimo edendi consilio desiderata est. Nam neque vir egregius ipse critici personam suscepit, neque usquam, nisi in titulo paginaque prima, recensuit Aristophanem; neque vero efficere potuit, ut Codicum illorum lectiones, quales initio fuerant, tales in nova editione legerentur. Bonum tamen factum, quod Seidlerus

Bekkeri scidas incredibili quadam cura descripsit; qua quidem conlationis conlatione Hermanno in Nubibus (vide ejus Praefationem p. X) mihi item in Pluto per Seidleri benevolentiam uti licuit et multos gravesque Bekkeri errores corrigere. Nam in Thesmophoriazusis, in quibus de vera Ravennatis scriptura vix usquam dubitare nos sinit librorum reliquorum consensus, in Thesmophoriazusis igitur (inviti hoc dicimus de tanto viro, sed tamen dicendum est) tam mira fuit Bekkeri negligentia, ut nonnunquam victus sit ab ICto Romano melioreque in loco interdum Invernizzii fides sit, quam Bekkeri.

Scholia vero antiqua Thesmophoriazusarum admodum nulla superesse vulgo putabantur: frustra enim dixerat Valckenarius in Diatribe p. 49 b, Scholia vetera in hanc fabulam non pauca posse apud Suidam reperiri. Tandem aliquando I. Bekkerus et illa ipsa Scholia, quae Suidas in Lexicon suum recepit, et alia plura e Ravennate libro cum fide descripta haud dubio literarum bono edidit (T. II. p. 271—279). Ante Bekkerum horum Scholiorum quaedam specimina e libro Georgii Burgesii publicavit Dobraeus in R. Porsoni Aristophanicis p. (94)—(96). Recte autem has adnotationes C. F. Rankius De Aristoph. Vita p. CLXXV—CLXXX de meliore nota commendavit. Scholia sunt enim non solum brevia, verum etiam mutila partim, lacera, corrupta: eadem tamen optima, utpote ex optimis ducta auctoribus, aurea paene omnia et ipso auro cariora. Ex quibus si multum emolumenti tum ad emendationem fabulae redundasse negem tum ad interpretationem, profecto mentiar. Quare pleraque verbo tenus adposui, iis tantum omissis, quae nullum prorsus fructum homini docto ostendere viderentur.

Habemus igitur non plures, sed unicum tantummodo hujus fabulae Codicem, eumque modo bonis lectionibus ornatum, modo vitiis inquinatum maximis, et praeterea aliquot folia Scholiorum. Venio ad viros doctos, qui ante me hancce comoediam tractarunt. Ego enim caeteris praeferre soleo Brunckium atque Berglerum, quorum ille multa acute et vere correxit, hic optimus est omnium doctissimusque Aristophanis mei interpres. Omnino latus hic pa-

tebat campus, in quo doctrina eruditorum et ingenium exerceri posset, si currere hoc stadium voluissent. Nam homines docti, si ullam aliam Aristophanis comoediam, certe hanc omni cura (quod nemo dubitare possit) dignissimam aut plane neglexerunt aut inutilibus nugis honoris causa onerarunt. Hoc loco fortasse quispiam quaerat, quî factum sit, ut tot tantique viri in exponendo Aristophane alii ne operae quidem facere pretium possent, alii commotae exspectationi parum responderent. Primum igitur fatebor, haud paucos interpretes, quum et natura a dictis facetiisque abhorrerent, et umbratilis studii molestia obscuraque diligentia in parvis rebus posita omnem paene risum amisissent, perversitatem suam ad Comicorum principem attulisse, qui ne legi quidem vult a tristi homine atque moroso, nedum explicari. Ut nisi qui acerrimo judicio valeat, Aristotelem illum aliosque philosophos non audeat inlustrare; ut Pindarum et sublimes tragoediae choros, cui sensus desit poëticus, nemo sane intelligat: ita ne comicam quidem Musam attingere debet, nisi qui jocum movere queat leporumque urbanitate oblectetur. Ac ne quis forte ridendi jocandique facultatem omnibus communem, levem et contemnendam esse judicet, quam paucae nunc comoediae scribuntur, quas animo aequo spectare possimus? et in tanta aliorum atque ex parte optimorum poëtarum multitudine quam omni tempore exiguus numerus fuit bonorum auctorum comoediae? postremo quotusquisque in hac editorum turba comoediarum et satyrarum scriptores, ut Plautum, Terentium, Iuvenalem, Martialem, Persium, Horatii ipsius sermones probabili ratione interpretatus est? Neque enim quidquam, quod invitus prope feceris repugnante natura, e voto sententiaque unquam succedet. Sed nemo, quamvis ingenio et facetiarum lepore abundet, de Comici fabulis bene merebitur, nisi maxima studii pertinacia fuerit atque pluribus annis lectioni datis rebusque omnibus rite praeparatis, tunc demum edere Aristophanem, non foras projicere coeperit, secundum illud Horatii *nonumque prematur in annum, membranis intus positis.* In quo genere plurimi interpretes, nihil facilius, nihil etiam brevius rati scurrae Attici tractatione, vehementer errarunt variisque modis decepti sunt. Primum

enim multi satis habuerunt unicam comoediam, sive primam quamque, sive aliis vendibiliorem edidisse, caeteris dramatis vixdum lectis aliquando et tanquam gustatis: quasi vero praeter fabulas undecim superstites aliarumque fragmenta non omnes omnino graecae comoediae reliquias opera et studio maximo pervestigare oporteat. Enimvero quod eruditi, etiam qui omnes fabulas complexi sunt, industriam suam in una operis parte, quasi in quodam pistrino, exercuerunt: equidem ita statuo, Aristophanem justo editori non naevo aliquo aut crepundiis, sed corpore toto pernoscendum esse.

Opus est autem adcuratissima metrorum ac prosodiae scientia; sine qua poëtas emendare, est nudis pedibus per ignem incedere. Quamobrem sicuti olim, metrica doctrina necdum a G. Hermanno in lucem e tenebris prolata, poëtarum editio omnibus absoluta numeris ne cogitari quidem potuit: ita nunc enuntiatis illis mysteriis divinaque Graecorum arte vulgo exposita nostrum vitium fuerit, si hoc in genere minora rebus, minora exspectatione praestiterimus. Opus est lectione late diffusa, est non exigua graecae linguae cognitione, hoc etiam subtiliore et magis enucleata, quod omnium consensu attice eleganterque scribendi facultate nemo unus Aristophanem superavit, et ne par quidem ei secundusve hac prima scriptorum commendatione quisquam existimatur praeter Platonem. Opus est futuro Aristophanis editori historiae et antiquitatum vel acerrimo studio, inprimisque adsidua lectione ejus, quo nemo unquam veracior fuit, Thucydidis. Quod nisi quis cum metris atticismum et antiquitates, cum explicatione criticam artem conjunxerit, ac si potius omnium fere editorum exemplo unam aliquam partem e toto labore decerpserit, haud multum, sat scio, proficiet et in ea ipsa parte, quam opinionis errore resecuit, tanquam in tenebris, ruere saepenumero debebit. Ne vero alios tantum reprehendisse videar, lectoribus me indicabo fateborque, me ipsum olim in antiquitatibus et historia cognoscendis, quod haec pars foede neglecta jaceret, nimium paene studii posuisse. Hoc illud est, quod ante hos septem annos alio in loco scripsi his ipsis verbis: „Multi jam pridem iique admodum eruditi

homines tum in metris exaequandis, tum in singulis verbis vel interpretandis, vel ingenii Codicumve ope emendandis eximie versati sunt, quum interea nemo inveniretur (nisi tamen Palmerius Berglerusque in hunc censum venire quodammodo possunt), qui a re Atheniensium scenica omnibusque Graecorum antiquitatibus Aristophanis, nihil amplius dicam quam intelligendi materiam sumeret. Hanc igitur provinciam a me susceptam esse profiteor, magni sane oneris et aerumnosam, veruntamen dignam, in qua omnes aetatis industriaeque meae nervos contenderem. Equidem principio, quum in multis Comici locis verba resque facile transferrem, atque idem tamen, quid sibi vellet ista sententia, quove spectaret, minime perciperem, stomachari ac meum adcusare stuporem haud destiti: postea autem, quum ab interpretibus ad unum omnibus res quamvis manifestas corrumpi, perraro autem obscuri quidquam recte exponi deprehendissem, tum enimvero indigna mihi res visa est, particulae cujuspiam potestatem illos exploratam habere universos, argumenti continui vim ne unum quidem: neque illorum diligentiam contemno, laudo potius eamque ne a me quidem ullo modo alienam esse cupio, sed profecto alia majora, nihil porro turpius, quam quae tua mente adsequi nequeas, de iis judicare, versum si quem minus percipias, leviter depravare, sin obscurissimus videatur, modo ex apto efficere ineptissimum, modo etiam totum ejicere, denique rebus minime cognitis adsentiri.“ — Denique editores doctissimi eis subsidiis, quibus copia fieri debebat intelligendi Aristophanis, aut plane non usi esse aut minus recte periteque usi videntur. Nam quae Athenaeus, Pollux, Atticistae omnes et quidquid est Grammaticorum e poëta nostro largiter derivata exponere conati sunt, ea illi partim ne animadverterunt quidem, partim nihil aliud quam attulerunt de fructu inde percipiendo securi. In quo genere vel unus Pollux, is, qui maximae utilitati esse poterat atque adeo debebat, plurimum curae ac temporis poscit, ideo quod non solum a scribis mire depravatus est, sed etiam homo ipse corrupti fuit perversique judicii. Quotusquisque vero eorum inventus est, qui se Scholiis graecis ad Aristophanem scriptis magnopere adju-

tum esse diceret? Nempe magni laboris futurum erat (quem plerique fugiunt), Scholia nunc emendare falsa, nunc difficilia explanare, vetera a novis, probabilia ab ineptis, quasi a lupinis aera discernere, et in tanta opinionum discrepantia veram rationem tum eligere inventam, tum a veteribus magistris omissam reperire. Scio, non solum Scholiastas, verum etiam Grammaticos graecos, ut Hesychium, Suidam, Etymologos, Eustathium, quod haud dubie vitiorum pleni sunt, a multis nunc mirifice contemni. At sicut fons rivulo, ita illi auctores Codicibus longe anteponendi sunt. Etenim omnes scriptores Alexandrino aevo priores a grammaticis graecis quum expliciti sunt, tum etiam correcti, neque nos nunc primigenia horum scriptorum opera manu terimus, sed tantum unam alteramve recensionem docti Alexandrini. Quam rem adeo vel per sese manifestam et de Homero dudum a F. A. Wolfio in Prolegomenis demonstratam mirum est in scriptoribus caeteris latere tam diu potuisse. Et Aristophanis quidem recensionem eam, quam Aristophanes Byzantius confecerat, ad nos pervenisse, in hoc ipso libro planum fecimus; et ab eodem Aristophane Byzantio recensionem Sophoclis, quae aetatem tulit, profectam esse plures ob causas suspicamur. Quin etiam Samosatensis, is qui diu post Alexandrinorum tempora vixit, tamen recensitus est, credo, quod mature lectitatus et eo ipso varie corruptus esset: duas enim Luciani easque longe diversas recensiones a grammaticis, non a librariis compositas esse, luce clarius erit omnem scripturae varietatem in toto hoc scriptore semel atque iterum examinanti. Neque alia ratio scriptorum est latinorum. Imo novimus, qui Plautum recensuerit, novimus, qui Terentium, qui Virgilium, Valerium Maximum, Horatium (vide R. Bentlejum Praefat. ad Horat. p. X ed. Lips.). Hae partes recensentium cujusmodi fuerint, unico exemplo juvat ostendere. Apud Horatium in Satyris I, 6, 126 in plerisque libris scriptum fuerat, *Admonuit, fugio*.... quum postrema versus pars excidisset. Quid Mavortius, cujus recensio Horatii ad nos propagata est? Versum absurde interpolavit scripsitque, uti est in plerisque Codd., Admonuit, fugio *rabiosi tempora signi.* Aliam vero recen-

sionem atque ipsam Flacci manum Codex Blandinius apud Cruquium antiquissimus servavit, Admonuit, fugio *Campum lusumque trigonem*. Sine hoc Codice interpolationis vitia utique demonstrari possent, genuina autem lectio restitui certe nulla divinatione posset. Sed illi Grammatici et Scholiastae, adde etiam Atticistas, ubi Aristophaneos locos proferunt, lectiones habent antiquissimas, quibus repudiatis novitia Codicum emblemata vulgo tenentur, scilicet quod recentes scripturae fere nitent, illarum autem saepe haud ambigua depravatio est. Quasi justa emendatio a nova vitii medicina, ac non potius a vitio antiquo nudatoque ulcere proficisci debeat, aut veterum magistrorum mali libri fuerint, mala fides, memoria nulla, ut nihil usquam bonae frugis servarent.

Diximus de critica arte, veniamus nunc ad explicationem. Nisi enim Callimachi, Didymi, Symmachi fuissent, quorum sententiae apud Grammaticos Scholiographosque exstant, nemo hodie Aristophanem recte interpretari posset. Millenae enim res in eo insunt, hominum inprimis ac personarum, spissis tenebris obductae, in quibus historiae damnum ingenio solo nunquam compensaveris. Quoniam autem Graeculi non solum vera tradunt et ab aliis testibus confirmata, sed etiam multa temere atque impudenter fingunt, acri et libero judicio opus est, ut neve credas falsa, neve probabilia infirmes. Ex his igitur statuere licebit, quo jure Grammatici graeci et Scholiastae ab aliis editoribus prorsus neglecti fuerint, ab aliis, velut a Berglero et Florente Christiano paene ad verbum exscripti, a nullo autem iterum iterumque explorati et ad quam illi tum unam spectabant, Aristophanis utilitatem relati.

At enim Codicum auctoritatem docti amplexantur usque eo, ut prae eis caetera omnia despiciant. Audio; veruntamen quas tandem nobis tam inauditas Codicum narrent virtutes, adhuc requiro. Omnes enim omnium poëtarum Codices tot tantaque vitia metri, linguae, sententiarum tuentur, toties denique oculorum obtutu et communi sensu refutantur, ut nullam unam lectionem nisi spectatam in fidem recipere placeat. In Aristophane vero, cujus Codices ad unum satis negligenter collati sunt, profecto vereri de-

bemus, ne criticorum interpolationes saepe in antiquarum lectionum numero temere habeantur. Itaque desinant aliquando, vel multitudine Codicum in Nubibus, Ranis et Pluto superbire, vel in toto poëta excellentem praestantiam Ravennatis, Veneti paucorumque aliorum jactare. Plane enim vulgaribus libris praestat Venetus, Veneto ipsi Ravennas, quorum scripturas nemo me expendit diligentius, sed quid postea? Omnes tamen, qui ubique sunt, Codices Aristophanei a Grammaticis, ab Atticistis, frequentissime autem a Metricis graviter interpretati sunt. De Ravennate longe aliter judicat Reisigius in Praefat. Conjectan. p. VIII *Nusquam tamen*, inquit, *ille* (Ravennas) *metrici manum correctoris expertus est.* At enim virum egregium opinio fefellit. Tu exemplum vide unum luculentissimum in Vespis v. 248—272. Versus sunt asynarteti (*Εὐριπίδειον τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον* a Technicis vocantur), quorum loco Ravennas jambos tetrametros constanti propemodum errore substituit. Quid, quod omnium poëtarum Codices, etiam antiquissimi quique et praestantissimi, non manum ipsam scriptoris referunt, sed curas (*τὰς διασκευὰς*) Grammaticorum et Metricorum, tametsi non omnes, ut Sophocles, in homines recentes imperitasque Triclinii alicujus manus inciderunt. De Ravennate non attinet plura dicere; accipe nunc etiam de Codice Veneto. Hujus enim librarius in ipso fine Pacis, quid sit liber Venetus et unde, ingenue his verbis profitetur, *κεκώλισται πρὸς τὰ Ἡλιοδώρου. παραγέγραπται ἐκ Φαείνου καὶ Συμμάχου.* Solebant enim Scholiastae in fine librorum auctores suos nominare; quemadmodum Scholiasta Veneti A ad singulas Iliadis Rhapsodias dicit in extremo, *Παράκειται τὰ Ἀριστονίκου σημεῖα, καὶ τὰ Διδύμου περὶ τῆς Ἀριστάρχειου διορθώσεως, τινὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας Ἡρωδιανοῦ καὶ ἐκ τῶν Νικάνορος περὶ στιγμῆς.* Et de perpetua hac Scholiastae Homerici observatione Lehrsius nuper in Aristarcho suo apte disseruit. Diximus aliquid, quod vehementer ad rem nostram pertineat, quodque editores et critici inculcare animo debeant semperque ante oculos propositum habere. Namque tantum abest, ut ullus antiquiorum scriptorum Codex archetypum eorum divina

quadam virgula suppeditatum exhibeat, ut omnes ex eruditorum atque Alexandrinorum museis, tanquam e philologorum umbraculis in lucem producti sint. Nec vero nos Ravennatem librum et Venetum alia de causa dilaudare solemus, quam quod Aristophanis Byzantii recensionem aliquanto, quam reliqui Codices, integriorem purioremque servarunt. Fac, conformationem hujus Alexandrini plane talem, qualis ab initio fuit, in nobili Codicum pari mansisse: etsi saepenumero inter se ipsi dissident et prorsus incredibile est, tam multis saeculis post tot crudeles librariorum calamos novum errorem nusquam commissum esse. Nempe vel sic tamen nihil amplius, quam docti Alexandrini recensionem fidam inlibatamque habuerimus; ut de censore ipso et sententiae ab eo dictae veritate porro quaerere debeamus, caeteros testes ex ordine interrogare, denique ingenio poëtae noscendo ingenium nostrum exercere. Quocirca duplicem nobis felicitatem gratulemur, tum quod non homo effrenata projectaque audacia, sed Aristophanes Byzantius, id est vir longe doctissimus idemque modestissimus in recensendis sicut Homero, ita etiam Aristophane insignem moderationem adhibuit, eaque ipsa XI saltem comoediarum recensio haud nimis vitiata in manus nostras pervenit: tum vero etiam, quod aliarum recensionum particulae et in ipsis Codicibus et in Scholiis et in libris Grammaticorum et in aliquot locis graecorum scriptorum conservatae sunt. Saepe equidem risi et posthac ridebo philologos nostros, qui in Codicum lectionibus tantum non ubique de librariis cogitant vel somniant potius, hos unos stricto stilo adoriuntur, his stuporem, fraudem, malitiam et quae non crimina exprobrant; proinde quasi non illi ipsi librarii tot tam luculentos scriptores ab interitu et hominum oblivione vindicarint. At eodem fere modo, quo scribae nostri et vero etiam typothethae, qui tum nulli erant nec poterant esse, antiqui errare librarii solebant, hoc est casu atque fortuito errare, saepe inter describendum alias res agere, animo, oculis, manu, stilo varie deludi. Quaecunque vero lectiones doctrinam paullo majorem redolent, ut certum in eis consilium, non fortunae temeritatem agnoscas, eas ego lectiones in omnibus scriptoribus

minime a librariis, sed a Grammaticis sive antiquis sive recentibus profectas esse quovis pignore contenderim. Ecce alias criticorum nostrorum ruinas. Hi enim optimam quamque et verissimam scripturam, quae cum aliis scripturis vetustate abolitis conjungi debebat, magnopere adspernantur, quod ei vitia divulgata dicant repugnare. Quae ratio in sermone pedestri fere obscurior est, in poëtis autem magis exstat et in oculos paene incurrit. Nam quum trimetros metiri vel ipsi Scholiastae, aut certe Grammatici didicerint, in senariis quaevis lectio, nisi manifesto falsa atque mendosa fuerit, justo versui ac metro convenire debebit. Aliud criticorum vitium et haud scio an maximum in eo reponam, quod unamquamque lectionem, ut singulis fere verbis subjecta est, ita sigillatim dijudicant, rati scilicet, Codices quot vocabulis, totidem lectionibus inter se differre. At enimvero neque veteres critici tam obscuri erant verborum aucupes, ut non sententiae potius argumentique rationem ducerent, neque conjectores nostri, si lectionum arcte cohaerentium alteram partem considerarint, alteram neglexerint, operae pretium facere unquam poterunt. Consentaneum est autem, lectiones communi vinculo copulatas in eisdem aut familiae ejusdem libris potissimum inveniri: quanquam ne alii quidem Codices genere naturaque dispares ejusmodi scripturis carent, quas in unum conjungendas esse metra, oratio, lingua, consilium poëtae clare ostendant. Et plerique quidem critici haud sane quaerere solent, quaenam lectiones tanquam disjecti membra corporis inter se cohaereant; Fridericus vero frater meus, divinorum librorum criticus idem et interpres, quem amoris causa nomino, rationem supra expositam cum magno criticae sacrae emolumento ad Novum Testamentum transferre coepit. Omnino autem plerisque in locis Aristophanis aliorumque scriptorum de Codicum lectionibus judicare non licet, nisi Grammatici graeci et Scholiastae prius comparati fuerint, a quibus scripturae originem atque rationem edocti occultas res ingenio nostro in lucem proferamus. Sed de Codicibus Aristophaneis deque vitiis criticorum, materia uberrima, alius erit dicendi locus; omnia enim persequi longum est.

Quo minus autem librorum manu scriptorum conlatio-

nibus, quae quidem adhuc comparent, propter eorum, qui ediderunt levitatem et inconstantiam locis singulis confidere audemus: eo magis nostrum est, Editiones veteres et e Codicibus ductas quum adsiduo versare, tum ubi illae scripturae aut palam mentiuntur aut plane deficiunt, hoc altero fulcro verius quam fundamento inniti. Mire igitur laudandae sunt primum Aldina Editio par Codici in omnibus, quas complectitur, fabulis idemque purus fons Scholiorum, deinde etiam Juntinae prima atque secunda, nonnullis in dramatis illae praecellentes et vel Aldina ipsa meliores: quas Editiones incredibile dictu est, quanta cum utilitate conferre et excutere cum pulvisculo soleam. In adhibendis vero caeteris Editionibus, quae ex illis expressae conjecturis tantum variis distinguuntur, non quod volui, hoc libro effectum est, sed quantum potui, quando et eas, quas possideo Editiones diligentissime evolvi, et de caeteris alios sequi auctores debui. Caeteroquin optandum est, ut Aristophanis editori recentiores etiam Editiones ad unam in consilium adhibere ubique liceat; non quod largus ex ea opera fructus ad poëtam nostrum redundaturus esse videatur, sed quia ad historiam textus pertinet scire, quis primus modo antiquum errorem sustulerit, modo certam lectionem infuscaverit. Neque tamen id quisquam adhuc praestitit praeter C. Reisigium in Conjectaneis, libro aureolo, qui vir etiam in rebus levidensibus solet exemplaria Aldinum, tria Juntina, Gormontianum, Basileense Cratandri, Venetum Zanetti, Wechelianum, Brubachianum, Basileense Frobenii, Aemilii Porti, Lugdunense Batavorum, Ludolphi Kusteri, Petri Burmanni secundi, Brunckianum, Invernizzianum ordine perpetuo enumerare. Quanquam Reisigius quoque non solum Scaligeri Excerptis justo rarius utitur, verum etiam ex Editione Zanetti, quae egregiis conjecturis plena est, haud multum lucri percepit. Postremo recentissimos editores, qui inde a St. Berglero atque L. Kustero vel explicare Aristophanem vel corrigere studuerunt, evolvere omnes licuit; eorumque opiniones, modo ne plane insulsas, tametsi inter scribendum saepe taedebat ineptiarum, singulas quasi per saturam adposui. Qua re tum illud consequutus sum, ut in Thesmophoriazusis historiam inter-

pretationis contexerem, tum etiam ut mihi caeteris in fabulis tanto breviori esse et minus in hoc genere molestiae devorare liceat. Nemo enim quemadmodum spero, tam erit indoctus, quin permultas hominum eruditorum nugas taceri in posterum malit, quam cum sua ipsius nausea, nullo autem cujusquam emolumento propagari, satisque habeat, si eas aliorum sententias in medium attulero, quae literis nostris profuturae aut saltem memoratu haud indignae esse videbuntur. Ego autem quidnam praestiterim (si tamen aliquid potui efficere), ex ipso libro cognosci malo, quam e mea praedicatione. Quodsi studium indefessum prae me tulero et ingenuum veritatis amorem, quam scilicet unam quaerere debemus, non inanem gloriolam aucupari: non vereor, ne opere perlecto quisquam vana professum censeat potius, quam omnes concedant, nihil a me nisi post diuturnam cogitationem perscriptum videri. Et si quisquam ab eorum levitate abhorret, qui ineptam esse clementiam dicunt, perituris parcere chartis, profecto is ego sum, proponoque mihi divinum illum locum Thucydidis, *Κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται.* Nam quum boni libri interdum cito intereant, mediocres autem atque adeo pessimi opinione diutius conserventur, posteritatis judicium, non ephemerides nostras extimesco, et quoniam injustam reprehensionem contemnere soleo, idem, ne qua in re jure plectar, semper, quantum in me est, cavebo. Hujus libri permagnam partem, id est adnotationes ab initio usque ad versum 555 per aestatem anni 1834 scripsi, quum in scholis Thesmophoriazusas interpretarer, ideoque si res tulisset, hanc certe fabulam aliquanto prius edidissem. Dobraei adversaria iterum edita a Dindorfio in Commentariis Vol. VII P. II p. 92 sqq. accepi, quum ad v. 411 pervenissem. Sed quum duas eodem tempore edere comoedias voluissem, alteram ne perficerem, temporis angustiae obstiterunt et munus Academici Rectoris, quam ego gravem personam his praesertim temporibus toto anno sustinui. Nunc autem secundum volumen tanto citius, quod jam paene absolutum est, in lucem, ut spero, prodibit.

Restat, ut gratias agam praestantissimis viris eisdem-

que amicis integerrimis, G. Hermanno et L. Bachmanno, qui praeclaras quasdam observationes mecum communicaverint. His ita usus sum, ut vernacule scriptas in latinum sermonem verbotenus transferrem. Quemadmodum enim viri honesti est, suum cuique tribuere, nec dolo malo, quae sint aliorum, sibi adsumere: sic etiam pudor et fides postulat, ut aliorum sententiam clarissime enunties, sapientiam tuam ne supponas. Atque ex Hermanni quidem disciplina me totum quidquid sum, profluxisse gratissimo animo profiteor, nec quidquam magis exopto, quam ut primum Hermanno ipsi liber meus probetur, secundum ut etiam ab aliis haud plane indignus Hermanno existimer sive discipulus sive *alumnus*, ut quidam scripsit mei inridendi causa, quum Hermanni alumnus et esse et esse dici cuperem. Bachmannum vero, virum longe doctissimum, clarissimum, optimum, qui se ab eodem fonte deductum libenter meminit, hunc igitur virum mihi collegam datum esse vehementer gaudeo. Tantum enim abest, ut ulla inter nos simultas vel levissima ad hunc diem exercita sit, ut nunquam ab hoc viro discesserim nisi doctior homo et melior amicus. Et quoniam Bachmannus, quae est summa ejus humanitas, mansuetiores potissimum Musas colere solet, ego autem amici monitis facile obtempero, brevi, sat scio, ille efficiet, ut cujus ferociam modo certi homines mirabantur, is omnibus mox esse videar mansuetissimus.

Scribebam Rostochii, Calendis Decembribus
a. MDCCCXXXVII.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ Εὐριπίδου κηδεστής.
ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.
ΘΕΡΑΠΩΝ Ἀγάθωνος.
ΑΓΑΘΩΝ.
ΧΟΡΟΣ Ἀγάθωνος.
ΚΗΡΥΞ.
ΧΟΡΟΣ ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΩΝ.
ΓΥΝΑΙΚΕΣ ΤΙΝΕΣ.
ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.
ΠΡΥΤΑΝΙΣ.
ΣΚΥΘΗΣ ΤΟΞΟΤΗΣ.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ, ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ, ΘΕΡΑΠΩΝ, ΑΓΑΘΩΝ, ΧΟΡΟΣ ΑΓΑΘΩΝΟΣ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

Ὦ Ζεῦ, χελιδὼν ἆρά ποτε φανήσεται;
ἀπολεῖ μ' ἀλοῶν ἄνθρωπος ἐξ ἐωθινοῦ.
οἷόν τε, πρὶν τὸν σπλῆνα κομιδῇ μ' ἐκβαλεῖν,
παρὰ σοῦ πυθέσθαι, ποῖ μ' ἄγεις, ὦ Ἰὐριπίδη;

V. 1. Male haec a S. Petito ad anni tempestatem, qua haec fabula data sit, referuntur; neque melius a Kustero ad tempus Thesmophoriorum. Contra recte idem Kusterus Brunckiusque observant, in proverbium abisse illud dictum, ἆρά ποτε χελιδὼν φανήσεται; neque id aliam vim habere, nisi hanc: *ecquandone ab his molestiis liberabor?* ducta ab iis similitudine, qui taedio hiemis ver et hirundinem, veris nuntiam, cupide exspectant. Eandem interpretationem habet scholiasta Ravennas, ἐπεὶ εἰώθασιν ἀπὸ χειμῶνος εὔχεσθαι ἔαρ, τῷ δὲ ἔαρι χελιδόνες φαίνονται, οὗτος δὲ ὥσπερ ἐχειμάσθη (hic ineptit) περιαγόμενος ὑπὸ Εὐριπίδου
οντος (f. κηδεστοῦ ὄντος). —
τοῦτο ἔφη ἐν ἤθει, οἷον πότε ἀπαλλαγήσομαι τοῦ κακοῦ τούτου, ὥσπερ οἱ ἐκ χειμῶνος ἐπιθυμοῦντες ἔαρ ἀφικέσθαι. Perobscurum est et largam praebet dicendi materiam illud Aristophanis fragmentum p. 206 ed. G. D.

Πυθοῦ χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται,
Β. Ὀπηνίκ' ἄτθ' ὑμεῖς κοπιᾶτ' ὀρχούμενοι.,

sed tamen hic item proverbii illius ratio haberi putanda est.

V. 4. Utrum melius scribatur ὦ Ἰὐριπίδη, an plene ὦ Εὐριπίδη, haud decernam. Sed Dindorfii conjectura ἄγεις, Εὐριπίδη certe im-

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἀλλ' οὐκ ἀκούειν δεῖ σε πάνθ', ὅσ' αὐτίκα
ὄψει παρεστώς.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

πῶς λέγεις; αὖθις φράσον.
οὐ δεῖ μ' ἀκούειν;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

οὐχ, ἅ γ' ἂν μέλλῃς ὁρᾶν.

---

probanda est. Hic enim necessarium puto ὦ Εὐριπίδη, quod est simpliciter appellantis, contra Εὐριπίδη, quod est graviter monentis inclamantisque, minus aptum. Multum sane inter se distant, ἄνθρωπε, τί ποιεῖς! atque ὦ ἄνθρωπε, τίς εἶ;

V. 5—19. Interroganti Mnesilocho, quo abducatur, respondet Euripides, id non jam nunc esse audiendum, sed paullo post videndum. Neque enim ea oportere audiri, quae statim visurus sis, neque magis videnda esse ea, quae potius audire deceat. Mnesilochus valde haec miratus, docte, Jupiter, inquit: ac tum captiose interrogat: tu ergo me jubes nihil omnino aut audire, aut videre? (Neque audire, neque videre dicimus fere homines admodum stolidos.) Hic Euripides: imo longe aliud est horum alterutrum, aut audire aut videre, aliud neutrum, neque audire, neque videre: moxque haec uberius ita persequitur, non ut quid sit neque audire neque videre, ostendat (id enim profecto, quale esset, per se apparebat), sed ut quam vim habeat aut audire, aut videre, enucleate doceat. Ita, inquit, haec olim sejuncta sunt. Quum primum Aether deus secerneretur, et in semet ipso animantia procrearet motu praedita, ante omnia illum, cujus ope cerneremus, oculum fabricatus est, et postea demum etiam aures perforavit. Adeo ipse opifex rerum plus oculis, quam auribus tribuendum esse judicavit. Attamen eruditus poëta operam perdidit: Mnesilochus enim, nondum satis, quid esset aut audire aut videre, doctus, ad istud suum *neque audire, neque videre* tamen revolvitur, διὰ τὴν χοάνην οὖν μήτ' ἀκούω μήθ' ὁρῶ; — Minime hic lusit Euripides, nec temere jocatus est, sed inepta ejus subtilitas exagitatur. Recte quidem dicit, non placere ea audiri, quae mox videre possis, majorem fidem invenire res oculis subjectas, quam auditas, diversam esse videndi facultatem ab audiendi, alia non audiri debere, sed oculis usurpari, alia non tam cernenda esse, quam audienda. Comparare licet quodammodo illud Herodoti, quod toties posuit Lucianus, ὦτα γὰρ ἐγγύτερα ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. Ceterum haec vel invenire cujusvis erat, vel paucis verbis complecti. Euripides vero diu haeret in re satis vulgari eamque disputando obscuriorem reddit. Quanto autem doctrinae apparatu Euripides abuti-

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

οὐδ' ἄρ' ὁρᾶν δεῖ μ';

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

οὐχ, ἅ γ' ἂν ἀκούειν δέῃ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

πῶς μοι παραινεῖς; δεξιῶς μέντοι λέγεις.
οὐ φῂς σὺ χρῆναί μ' οὔτ' ἀκούειν, οὔθ' ὁρᾶν;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

χωρὶς γὰρ αὐτοῖν ἑκατέρου ἐστὶν ἡ φύσις
τοῦ μήτ' ἀκούειν, μήθ' ὁρᾶν· εὖ ἴσθ' ὅτι.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

πῶς χωρίς;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

οὕτω ταῦτα διεκρίθη τότε.

---

tur, vel Anaxagorae decretis stipatus et quasi subnixus, qui tantillam rem tanto labore sibi putet demonstrandam esse.

V. 11. 12. Mire haec pervertunt viri docti. Brunckius interpretatur: *Utriusque enim horum diversa est natura. Aliud est non videre, aliud est non audire.* Brunckium sequitur Vossius, ut saepe. Neque aliter visum est scholiastae Ravennati, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τοῦ ἀκούειν καὶ ὁρᾶν εἶπε τοῦ μήτ' ἀκούειν μήθ' ὁρᾶν. Neque αὐτοῖν ἑκατέρου valet horum utriusque, sed alterius eorum, nec verba τοῦ μήτ' ἀκούειν μήθ' ὁρᾶν aut significare possunt τοῦ μὴ ἀκούειν καὶ τοῦ μὴ ὁρᾶν, aut τοῦ ἀκούειν καὶ ὁρᾶν. Imo Euripides hoc vult: Falleris. Nam natura horum alterius (in animo habet aut audire, aut videre) diversa est a neutro, ab eo, si neque audias, nec videas: probe hoc teneas velim. Nempe Mnesiiochus furtim substituerat τὸ μήτ' ἀκούειν μήθ' ὁρᾶν, Euripides vero demonstrabat, quid esset τὸ ἢ ἀκούειν, ἢ ὁρᾶν. Sed quum et γὰρ in affirmatione magis locum habeat, quam in negatione, et oratio sit minus dilucida nec satis arcte singula cohaereant, suspicor, post illa οὐ φῂς σὺ χρῆναί μ' οὔτ' ἀκούειν οὔθ' ὁρᾶν; unum excidisse Euripidis versum fere talem, οὐ φημὶ χρῆναί σ' οὔτ' ἀκούειν οὔθ' ὁρᾶν. Tum bene sequetur,

χωρὶς γὰρ αὐτοῖν ἑκατέρου ἐστὶν ἡ φύσις
τοῦ μήτ' ἀκούειν, μήθ' ὁρᾶν· εὖ ἴσθ' ὅτι.

Hanc opinionem confusio personarum, quae hic olim fuit, videtur confirmare.

αἰθὴρ γὰρ ὅτε τὰ πρῶτα διεχωρίζετο,
καὶ ζῷ' ἐν αὐτῷ ξυνετέκνου κινούμενα, 15
ᾧ μὲν βλέπειν χρή, πρῶτ' ἐμηχανήσατο
ὀφθαλμὸν ἀντίμιμον ἡλίου τροχῷ·

V. 14. 15. Quum primum Aether segregaretur et animalia moventia in semet ipso procrearet. Acceperat Euripides ab Anaxagora, Aetherem deum a rudi mole sejunctum ex Terra quasi conjuge liberos suscepisse atque sic in lucem produxisse animalia. Quare dixit in Melanippe altera,

κοὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα·
ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία·
ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος —.

Sed offendere possunt verba *ἐν αὐτῷ:* crederes enim, animantia in terra, neque vero in aethere, genita esse. Ceterum jam Valckenarius in Diatribe c. VI. attulit Supplic. 532,

ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,
ἐνταῦθ' ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν —.

Praetereaque anapaestum notissimum,

χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
φύντ' ἐς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιρν
πόλον ἦλθε πάλιν —.

Ex his apparet, secundum Euripidem animos, quae est melior nostri pars, omnino in aethere, non in terra, natos esse. Nescio igitur, an *ζῷα — κινούμενα* animalia sint mentis motu praedita.

V. 16. *πρῶτ' ἐμηχανήσατο*] Reisigius Conj. p. 84 vulgata lectione *πρῶτα μηχανήσατο* deceptus conjiciebat *πρωτομηχανήσατο.* Hunc qui bene refellit Lobeckius ad Phryn. p. 630, addere poterat, *πρωτομηχανᾶσθαι,* si omnino ita dici posset, comici verbum futurum esse, non, quale hic desideramus, tragici. Ceterum Lobeckii verbis Reisigius in exemplari suo notam censoris apposuerat.

V. 17. Ἀντίμιμον plane tragicum est vocabulum. Ita *γυναικόμιμος* habent Aeschylus Prometh. 1005, Sophocles Fr. XLVIII. Br., Euripides in Bacch. 980 et in Antiope p. 73 Matth. Ejusdem generis sunt *δρακοντομίμοις* in Sopatro ap. Athen. VI, 230, e et *σκοροδόμιμος* in Aeclosicone p. 85 G. D., si recte conjecimus,

τῶν δὲ γηθύων
ῥίζας ἐχούσας σκοροδόμιμον τὴν φύσιν.

Ibid. *ἡλίου τροχῷ*] Similiter Aristophanes in Daedalo locutus est p. 118 G. D.

Ὁ μηχανοποιός, ὁπότε βούλει τὸν τροχὸν
ἐᾶν κἀνεκὰς (lege *κάειν ἀνεκάς*), *λέγε, χαῖρε φέγγος ἡλίου.*

ἀκμῇ δὲ χώνης ὦτα διετετρήνατο.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

διὰ τὴν χοάνην οὖν μήτ' ἀκούω, μήθ' ὁρῶ;

V. 18. ἀκμῇ δὲ χώνης] Legebatur ἀκοὴν δὲ χοάνης. Hypallagen pro ἀκοῆς δὲ χοάνην invenire sibi visi sunt Bisetus, Kusterus, Berglerus, Brunckius. Sed Wellauerus (De Thesmophoriis p. 51) quum bene vidisset, istam casuum permutationem cogitandi legibus vehementer repugnare, hoc ipsum reponi voluit, ἀκοῆς δὲ χοάνην. At haec quoque sententia, *aures autem tanquam auditus infundibulum perforavit*, tam inficeta est, ut nemo quisquam Wellaueri conjecturam probaturus esse videatur, praeter Bothium quidem, cui nuper ἀκοῆς δὲ χοάνην haud sane displicuit. Magis speciosa est Reiskii et Tyrwhitti emendatio, δίκην δὲ χοάνης, quam in duabus editionibus propagavit Dindorfius. Tum scilicet sicuti modo oculum cum rota solis, ita nunc cum infundibulo aures conferret Euripides. Et tamen ne hoc quidem posuerat Aristophanes. Apparet enim, satis frigide hoc dici, *aures quasi quoddam infundibulum*, quia comparatio ista plane otiosa est neque argumentationem Euripidis ullo modo adjuvat. Verum, id quod summum est, χοάνη hic ne significat quidem infundibulum, sed, ut bene Berglerus, formam eam, in qua metalla funduntur. Quemadmodum enim faber aerarius aera liquefacta in justam formam defundit, ut conflari certaque ratione effingi queant: sic etiam Aether Euripideus, omnium parens, forma quadam (χώνῃ) sibi utendum putat, cujus ope animantia suo quodque modo fingantur. Scilicet etiam huic fabro justa forma et quasi instrumento utendum erat, ut materiam duceret, huc illuc flecteret et in certam speciem includeret. Contra quis tandem in tuli re infundibuli usus esse potuit? Quae quum ita sint, δίκην δὲ χοάνης tolerari nullo modo potest. Nemo sanus enim in animum inducet, aures hominis vel etiam bestiae cum ea forma comparatas esse, cujus ope animalia recens nata effingerentur. Vix dubium est, quin dixerit Aristophanes ἀκμῇ δὲ χώνης, uti ipsi rescripsimus. Certe enim verbum διετετρήνατο postulat, ut etiam ratio, qua aures fictae perforataeque sint, nobis reddatur. Atqui nihil magis in hunc locum convenire potest tali oratione: „acie (acumine) vero formae suae (et tanquam instrumenti) aures perforavit.“ Nam plane praeacuta forma opus erat, ut aures perforari possent. Huc accedit, quod et ἀκοὴν certo ferri nequit, vel quia nimis absurdum est, vel quia a librariis facillime substitui potuit propter verba insequentia, ὦτα διετετρήνατο, et quod correctionem sane modestam suscepi ἀκμῇ pro ἀκοήν, denique quod verbum ἀκμὴ apud tragicos saepe reperitur. Ob eandem causam pro χοάνης rescribere χώνης non dubitavi, graviorem formam et ad tragicum versus sonum adcommodatam. Jam et Euripides et

νὴ τὸν Δί', ἥδομαί γε τουτὶ προσμαθών. 20
οἷόν γε τοὐστὶν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι.

Mnesilochus recte loquuntur, ille *ἀκμῇ δὲ χώνης ὦτα διετετρήνατο*, hic autem *διὰ τὴν χοάνην οὖν μήτ' ἀκούω μήθ' ὁρῶ;*

V. 21. *οἷόν γε τοὐστὶν*] Libri vitiose *οἷόν τέ που 'στίν*. Brunckius substituit *οἷόν τί που 'στίν*, idque olim ac nuper iterum recepit Dindorfius. Haud male quidem monet Brunckius, supra v. 3, ubi *οἷόν τε* necessario retinendum est, perperam cod. Augustanum (et Rav.) habere *οἷόν τι*, hic vero, ubi *οἷόν τι* exspectes, in iisdem legi *οἷόν τε*. Crebro enim duorum versuum initia, finitimorum maxime, ita temere permiscentur. Sed voculam *ποὺ* minime intelligo; neque enim incerta opinio affertur, sed ut in communi sententia, quae late pateat, opus est *τοὶ* particula. Hanc igitur subrogavi rariorem crasin hic quoque exstinctam esse ratus posuique *τοὐστίν*, uti *μεντοὔφασκεν* in Ecclesiaz. 410 et alia alibi leguntur. Ita vero corruit Brunckianum *τί;* nam *οἷόν τί τοι ἐστὶν* ab Atticorum elegantia valde abhorret. Partem veri vidit Porsonus, scribens ille *οἷόν γέ που* comparato Eupolidis versu (p. 167 Runkel.) *οἷόν γέ ποὐστὶ* (ita Eustathius) *γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος.*, modo ne *ποὺ* utrobique reliquisset. Eupolis etiam dixerat, *οἷόν γε τοὐστὶ γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος*, sicuti Aristophanes, *οἷόν γε τοὐστὶν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι*. Nunc utilissimum scholium Cod. Ravennatis explorabo. Verba ejus infra posui. *Διὰ τούτου ὑπονοεῖ Εὐριπίδου εἶναι ἐκεῖνο τό, „σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίαι.“ ἔστι δὲ Σοφοκλέους ἐξ Αἴαντος Λοκροῦ. ἢ οὖν ἐπίτηδες, ἵνα καὶ τοὺς ἄλλους ἐξαπατήσῃ* (haec absurda) *ἢ συνέμιπτωσις Σοφοκλεῖ καὶ Εὐριπίδῃ ἐγένετο.* Et infra: *καὶ διὰ τούτου φαίνεται ὑπονοῶν Εὐριπίδου εἶναι τὸ „σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίαι.“ ἔστι δὲ Σοφοκλέους ἐξ Αἴαντος Λοκροῦ. ἐνταῦθα μέντοι ὑπονοεῖ μόνον, ἐν δὲ τοῖς Ἥρωσιν ἄντικρυς ἀποφαίνεται. καὶ Ἀντισθένης καὶ Πλάτων Εὐριπίδου αὐτὸ εἶναι ἡγοῦνται οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅ, τι παρόντες* (*παθόντες*). *ἔοικε δὲ ἤτοι πεπλανημένος ἢ συνεξαπατῆσαι τοὺς ἄλλους* (Vide supra), *ὥσπερ ὑπονοοῦσι* (F. *ὑπονοοῦσι δέ*) *τινες συμπτώσεις τῷ τε Σοφοκλεῖ καὶ τῷ Εὐριπίδῃ, ὥσπερ καὶ ἐπὶ ἄλλων τινῶν. τὸ μέντοι δρᾶμα, ἐν ᾧ Εὐριπίδης ταῦτα εἶπεν, οὐ σώζεται.* Senarium *σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίαι*, haud prorsus indignum, de cujus auctore grammatici tanto studio inter se contenderent, Sophocli tribuerunt addito etiam dramate, Ajace Locro, praeter scholiastam nostrum Aristides T. II. p. 288, *οὐδέ γε Εὐριπίδου, φήσομεν οἶμαι τὸ ἰαμβεῖον εἶναι τὸ „σ. τ. τ. σ. σ.“ οὐδ' εἴ τις οὕτω τῶν σοφῶν* (videlicet Plato) *εἴρηκεν· ἔστι γὰρ ἐξ Αἴαντος Σοφοκλέους, Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ.* A. Gellius 13, 18, Libanius Epist. XXXIII, Zenobius Prov. V, 98, contra Euripidi eundem assignarunt Plato duobus locis in Theage p. 125, d (p. 268 B.) et de Rep. VIII, p.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

πόλλ' ἂν μάθοις τοιαῦτα παρ' ἐμοῦ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

. . . . . πῶς ἂν οὖν

568, a (p. 421 B.), Antisthenes apud scholiastam, Stobaeus T. 48 (46) V. II. p. 303 Gaisf., Themistius autem Or. XVI. rem in incerto reliquit (*Εὐριπίδης ἢ ὅστις δήποτέ ἐστιν ὁ ποιήσας*). Mirum est, quod hi, non ut illi Ajacem Locrum, fabulam quoque afferre potuerunt Euripideam, et quod A. Gellius ac scholiasta Euripidis nomine graviter offensi sunt, Aristides vero hunc senarium esse Euripidis constantissime negavit. Et in Sophoclis quidem Ajace Locro illum versum exstitisse, frustra negaveris: quod contra de Euripide non liquet; Plato enim, parum diligens scriptor, forsitan pro Sophocle nominavit Euripidem, uti nos interdum pro Schillero Goethium, traxitque postea etiam alios. Si tamen versus in utroque tragico forte inventus erat, certe Euripides Sophoclem, ut facit nonnunquam, hic sequutus est. Et scholiasta bis ait, aliquam hic cogitari posse *συνέμπτωσιν Σοφοκλεῖ καὶ Εὐριπίδῃ* (non dixit *Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ*). Similiter Gellius aliis quibusdam exemplis allatis fieri potuisse censet, ut Euripides versum ex Ajace Locro Sophoclis postea in suam aliquam tragoediam transferret. Facilior haec conjectura est, quam tutior, si neque nomen dramatis Euripidei adjicitur, neque ii, qui versum tempore jam perantiquo apud Euripidem frustra quaesierant, verbo refutati sunt. Vel sic tamen haec res longe certissima esset, si Aristophanes in Heroibus hunc versum Euripidi palam vindicasset. Neque enim ullo modo in nomine tragici errare poterat Aristophanes. Verum enim scholiastam erroris manifestum teneri puto. Nam e senario Mnesilochi, *οἷόν γε τοὐστὶν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι* ad Euripidem pertinente concludit, Euripidi adjudicandum esse versum longe nostro dissimilem, *σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ*. Quae argumentatio. Primum hi loci paene nihil inter se commune habent, tantum abest, ut pro uno eodemque versu numerari queant. Deinde ex h. l. non id, quod ipse vult, sequitur, sed longe aliud quiddam, Euripidem alicubi dixisse haec ipsa, *οἷόν γε τοὐστὶν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι*. Facetissime enim hic suo ipsius versu ridetur Euripides. Hic error alium peperit geminum de Heroibus. Uti enim bis terque ex hoc nostro versu *οἷόν γε* — colligit, Euripidis esse alterum illum *σοφοὶ* — debere, ita in Heroibus hunc versum verbis minime ambiguis in Euripidem conferri dictitat. Quem igitur versum? Nempe hunc nostrum, neque vero alterum *σοφοὶ* —. Aristophanes enim hic innuit tantum, Euripidis versum esse, *οἷόν γε τοὐστὶν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι*, in Heroibus autem dixerat id clarissime. At scholiasta ex h. l. dubitanter conjicit, Euripidem dixisse *σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ*,

πρὸς τοῖς ἀγαθοῖς τούτοισιν ἐξεύροις, ὅπως
ἔτι προσμάθω, μὴ χωλὸς εἶναι τὼ σκέλη;

---

certissime vero id concludit ex Heroibus. Vide hominis in ipso errore constantiam, qui et hic et in Heroibus versui nostro Sophocleum plane substituerit. Perrexit in ratione male instituta atque a nostro l. falsoque initio profectus turpem invenit exitum. In Heroibus Euripidi prorsus tributum erat illud *οἷόν γε — ξυνουσίαι*, ergo sequi inde putat scholiasta, Euripidem cecinisse, *σοφοὶ τ. τ. σ. ξ.* Accidit igitur antiquo grammatico, ut duo trimetros, alterum *οἷόν γε* — alterum *σοφοὶ τ.* — male confunderet eoque errore Euripidi versum *σοφοὶ* — donaret. Atque in hanc fraudem jam olim Plato videtur inductus esse. Similitudo horum versuum in vocum sonis *αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι* et *σοφοὶ — ξυνουσίᾳ* sita jam tum effecerat, ut quod Sophoclis esset, Euripidi tribuerent. Sophocles profecto hunc versum scripserat, Euripides multis auctoribus hunc quidem posuerat nusquam, posuerat vero alium, qui mature cum Sophocleo confusus est. Quamobrem vix dubito, quin Euripides alicubi dixerit *οἷόν γε τοὐστὶν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι*, Sophocles autem in Ajace Locrensi, et unus Sophocles, non etiam Euripides, *σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ*. Certe quidem Aristophanes et in Heroibus perspicue Euripidi assignarat versum *οἷόν γε* — non alterum, et idem facit h. l. Ac si forte conjeceris, scholiastam demum duo versus perperam conglutinasse, antiquiorem vero grammaticum, quo usus est, nondum miscuisse eos, sed alterum cum altero simpliciter comparasse, hoc tamen, quidquid est, totum erit a me. Nam si grammaticus omnia Euripidis dramata perquirendo tamen nihil aliud ibi investigare potuerat, nisi illud unum *οἷόν γε τοὐστὶν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι*, certe et hic versus Euripidi restituendus est, et alter *σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ* ab eodem abjudicandus. Tantum igitur rectissime Brunckius ad Ajacem Locrum: „Platonis errorem, aliis jam antea notatum, ostendit Gatakerus, qui de hoc senario copiose agit tom. I. p. 173.“ Matthiaeus autem versum dubitationis plenum saltem inter dubia Euripidis fragmenta recensuit p. 433. At vero Boeckhius, V. Cl., in libro de Tragicis p. 247 longe aliter de hac re judicavit. „Integros etiam versus, inquit, Euripides dicitur ex Sophocle sumpsisse, quorum alter hic est — alter celeber ille: *σ. τ. τ. σ. σ.* *Eum tamen versum quum Plato ex Euripide afferat, potest is in Sophoclem illatus ab histrione videri ex Euripide: aut Ajax Locrus, unde is est, fabula fuit minoris Sophoclis, qui versum ab Euripide mutuatus sit; quae conjectura nonnullis fortasse verisimilis videatur inde, quod* — .“ Credent haec, ut opinor, alii: ego tamen non id nunc quaeri putabam, Sophoclesne illo versu usus esset (nam id quidem apparet etiam caeco), verum an praeter Sophoclem etiam Euripides. Hic Rhodus, hic salta.

V. 23. 24. *ἐξεύροις — προσμάθω*] Libri *ἐξεύροιμ᾽* et *προσ-*

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

βάδιζε δευρί, καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἰδού. 25

μάθοι. Correxerunt Reiskius et Brunckius. Vulgo enim inde a verbis πρὸς τοῖς ἀγαθοῖς loquitur Euripides, qui sane dicere deberet ἐξεύροιμ' et προσμάθοι, vel potius προσμάθοις. Quare personarum error altero antiquior est effecitque ipse interpolationem ἐξεύροιμ' — προσμάθοι. Atqui hic nos Mnesilochum, non Euripidem audire in oculos plane sensusque incurrit. Restat, ut de Wellaueri (p. 52) conjectura ἔτι προσμάθοιμι, χωλὸς — paucis absolvam. Hanc enim ut refutem, non tam Dindorfius, qui eam recepit, in causa est, quam scholiasta Ravennas, quem omnino ita legisse haec evincit explicatio, ἵνα μὴ περιπατήσῃ μετ' αὐτοῦ. At quis unquam id discere studuit, aut quis optavit, ut elumbis cruribusque claudus evaderet? At enim Mnesilochus quidvis mavult, et vel claudere, quam rectis pedibus ambulare. Acute. Praeterea jocatur. Festive. Quid vero fiet versibus 2 et 3, ubi Mnesilochus

ἀπολεῖ μ' ἁλοῶν ἄνθρωπος ἐξ ἑωθινοῦ.
οἷόν τε, πρὶν τὸν σπλῆνα κομιδῇ μ' ἐκβαλεῖν — ?

Ergo senex, qui jam, ut opinor, misere clodicabat, mox impense optabit, ut claudicare sibi liceat, et qui modo lienem sibi prope excussum indignabatur, is nunc inconstanter sane vota faciet, ut sibi claudo esse contingat. Haec non jam concoquere possum. Cave autem dixeris, Codicum προσμάθοι μὴ lenissime in προσμάθοιμι mutatum esse. Nam προσμάθοι vetus illa quidem, sed tamen interpolatio jure habetur, ob falsam personam huc illata; critici vero est, antiquae necdum interpolatae scripturae fundamento niti. Porro scholiastae auctoritas ita maxime elevabitur. Qui Euripidem loqui fingebant et interpolabant ἐξεύροιμ' ὅπως ἔτι προσμάθοι, ut libri habent Rav. et Aug., ii sine dubio μὴ χωλὸς legebant; valde enim Euripides cupiebat, ut socer ne claudus esset. Deinde Mnesilochus, si maxime claudicare vellet, id longe alio modo enuntiaret comico magis et ingenioso; ita tum, puto, loqueretur: doce me, quaeso, ὦ χωλοποιέ, χωλὸν εἶναι τὼ σκέλη, uti heroas tuos doces in tragoediis (Acharn. 386. Ran. 845.) Permirum enim foret, Mnesilochum Euripide magistro claudum fieri non posse, quum cuperet. Contra illud non miramur, Mnesilochum adhuc nequivisse addiscere, μὴ χωλὸν εἶναι: contraria enim erat doctoris sui professio. Ceterum optativus προσμάθοιμι tametsi bene defendi potest (de qua re disseram ad Avv. v. 164,

— εἰ πίθοισθέ μοι.
Επ. τί σοι πιθώμεσθ'; Πει. ὅ, τι πίθοισθε —),

conjunctivus tamen προσμάθω in hoc genere multo est usitatior.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ὁρᾷς τὸ Θύριον τοῦτο;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

νὴ τὸν Ἡρακλέα,

οἶμαί γε.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

σίγα νυν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

σιωπῶ τὸ Θύριον.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἄκου᾽.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἀκούω· καὶ σιωπῶ· τὸ Θύριον.

V. 26. *νὴ τὸν Ἡρακλέα*] Dindorfius nuper scribendum esse censuit *ν. τ. Ἡρακλῆ* allatis Soph. Trach. v. 476 (ib. v. 233) Rhes. v. 708. Sed ad Aristophanis, omninoque ad comicorum usum longe melius respondet *Ἡρακλέα* tribus illud syllabis per synecphonesin pronuntiandum.

V. 27. 28. Scholiasta, *λείπει ἡ διά, οἷον σιωπῶ διὰ τὸ Θύριον.* Ita vero non loquuntur Graeci. Inepte Kusterus et Brunckius vertunt, *taceo ostiolum — Auscultabo* (*audiam*) *et tacebo ostiolum;* neque *ἀκούσω* futurum est, sed *ἀκούσομαι.* Mire etiam Vossius vertit, Ich ſchweige. Das Thürchen denn? — Wohl, ich hör' und ſchweige. Das Thürchen denn? Melius alii *σιωπῶ* pro conjunctivo habuerunt, quod, nisi *ἀκούσω* mutaverimus, necessarium est. Veluti Bekkerus distinxit, *σιωπῶ τὸ Θύριον;* et *ἀκούσω καὶ σιωπῶ τὸ Θύριον;* Tum mirabundus quaeret Mnesilochus e genero: Quid ais? taceam ostiolum? At id quidem absurdum est; nihil tamen me antea docuisti, nisi *τὸ Θύριον* et *σίγα.* Subitam hujusmodi interrogationem nonnunquam facete interponi, ubi te verba alterius haud percepisse simules, concedo, ut in Ecclesiaz. v. 549,

Πρα. μὴ φροντίσῃς· ἄῤῥεν γὰρ ἔτεκε παιδίον.
Βλε. ἦ κκλησία;

Nihil festivius. Sed primum error etiam corrigendus est, ut ibi sequitur, *Πρα. μὰ Δι᾽ ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἣν ἐγὼχόμην.*, quod tamen hic non factum videmus. Deinde vero, quod gravius est, Mnesilochi error vere absurdus esset, nec quidquam haberet ridiculi, sed vehementer frigeret, praesertim repetitus, tanquam referret. Postremo Mnesilochus haud dubie dicto se audientem esse ostendit respondetque ad *σίγα* statim

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἐνταῦθ' Ἀγάθων ὁ κλεινὸς οἰκῶν τυγχάνει
ὁ τραγῳδοποιός.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ποῖος οὗτος ἀ' γάθων;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἔστιν τις Ἀγάθων —

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μῶν ὁ μέλας, ὁ καρτερός;

σιωπῶ, qui indicativus esse debet. Has ob causas primum *ἀκούσω* in *ἀκούω* mutavi post Brunckium, qui suam ipse emendationem non percepit. *Sed legendum ἀκούω*, inquit, *et verti debuit: auscultо et taceo ostiolum.* Praeterea autem hunc l. crebris interductibus adjuvi itaque interpunxi, *σιωπῶ· τὸ θύριον.*, et mox *ἀκούω· καὶ σιωπῶ· τὸ θύριον.* In omnibus jam genero suo obsecundat Mnesilochus. Atqui Euripides modo haec erat locutus, *ὁρᾷς τὸ θύριον* et statim *σίγα νυν.* Senex animum advertere supra jussus morem gerit Euripidi, singula mente revolvit eaque ordine enumerat, *taceo. ostiolum.* Alſo erſtens ich ſchweige. Zweitens das Thürchen. Jam tertium addit Euripides, *ἄκου'*. Itaque augetur Mnesilocho omnia recordandi commemorandique labor; vel sic tamen bene rationem tenet neque ordinem rerum perturbat: *audio: et taceo: ostiolum.* Alſo ich höre: und ich ſchweige: das Thürchen. Concinne ab ultimo semper, ne id ex animo effluat, senex incipit: dixerat Euripides *τὸ θύριον — σίγα;* huic socer *σιωπῶ· τὸ θύριον*, addiderat ille *ἄκου'* hoc jam ordine, *τὸ θύριον, σίγα, ἄκου'*; socer eundem illum ordinem retinet, *ἀκούω· καὶ σιωπῶ· τὸ θύριον.* Quae si recte disputavi, ludit quidem h. l. Aristophanes, sed ingeniose, ut semper.

V. 31. Scholiasta Ravennas, *οἱ περὶ Ἀρίσταρχον καὶ Δίδυμόν φασιν εἶναι τοιοῦτον Ἀγάθωνα. ἐγὼ δὲ οὐχ ἡγοῦμαι, ἀλλ' ἐπειδὴ βούλεται κωμῳδεῖν τὸν Ἀγάθωνα ὡς μήτε καρτερὸν μήτε μέλανα, τοῦτο εἶπεν. ἢ ἄσημόν τινα.* Non temere adsperner hujusmodi explicationem: sed permirum est tamen, quod neque Aristarchus, neque Didymus alterum Agathonem, fortem virum, barbatum, nigro etiam colore insignem ullo videntur exemplo communire potuisse. Quodsi forte ex hoc uno loco tanquam fonte Agathonem II. derivarunt, lapsi sunt homines doctissimi. Facetissime enim Mnesilochus mollem delicatumque poëtam cum alio nescio quo viro confundit, Agathonis dissimillimo, atque interrogat *μῶν ὁ μέλας, ὁ καρτερός;* et mox *μῶν ὁ δασυπώγων;* hoc est, ut egregie Vossius, Nun, der mit dem Buſchbart?

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

οὐκ, ἀλλ' ἕτερός τις. οὐχ ἑώρακας πώποτε;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μῶν ὁ δασυπώγων;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

οὐχ ἑώρακας πώποτε;

V. 32 et 33. *οὐχ ἑώρακας πώποτε;*] Vulgo contra metrum *οὐχ ἑώρακας πώποτε*. Dawesii conjecturam *οὐχ ἑώρας πώποτε;* suscepit Brunckius, Kusteri autem *οὐχ ἑώρακάς ποτε;* comprobavit Porsonus. Felicior his Bentlejus *οὐχ ἑόρακας πώποτε;* scripsit, quod ipsum in libro Ravennate inventum est. Saepe in versibus comicorum forma *ἑώρακα* metrum ita evertit, ut tamen Perfectum necessario requiratur. Id quum animadvertisset Dawesius (Miscell. p. 202), paullo post sive Tyrwhittus, sive Bentlejus (nam de primo hujus sententiae auctore ambigitur; v. Kiddium ad Dawes. Misc. p. 555) formam antea inauditam *ἑόρακα*, quam ubique fert metrum, saepe postulat, comoediae restituit. Habent praeterea illud ipsum *ἑόρακα* aliquoties Codex Aristophanis Ravennas et partim Venetus; evolve praeter h. l. Nub. 757 et Plut. 1045. Sed ex his tantum sequitur, Comicos interdum dixisse *ἑόρακα*, neque vero comoediam vulgari forma *ἑώρακα* penitus abstinuisse. Nonnulli enim, ut non solum comicos ubique forma ō, sed saepissime etiam scriptores locupletarunt pedestres planeque id egerunt, ut *ἑώρακα* ex omni prope Graecia expellerent. Fuerunt tamen etiam, qui prudentius judicarent, veluti Buttmannus Gr. T. II. p. 416 sq. atque Porsonus. Ac vulgaris quidem forma *ἑώρακα* satis defenditur versu Pluti 98, ubi in Cod. Rav. legitur *ἑώρακά πω χρόνου*, in aliis autem atque etiam Veneto *ἑώρακά που χρόνου*. Quid enim certius dici aut fingi potest emendatione Porsoni,

πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἑώρακ' ἀπὸ χρόνου.

Et quatuor quidem syllabarum formam *ἑώρακα* metrum vix unquam efflagitat, praeterquam hoc Pluti versu: contra tribus syllabis illud *ἑώρακα* satis crebro Attici videntur enuntiasse. Nam longe frequentissima Codicum scriptura *ἑώρακα* per *ω̄* satis demonstrat, *ἑώρακα* trium syllabarum omnino dictum esse, quum praesertim Ravennas et *ἑώρακα* et nonnullis in locis *ἑόρακα* recte scriptum offerat. Quin etiamsi ubique scripseris *ἑόρακα*, id quod minime probo, tamen antepaenultima longa esse poterit propter sequens *ρ*. Accedunt etiam alia. Namque metri leges saepenumero tam ferunt *ἑώρακα* trisyllabum, quam illud *ἑόρακα*: quae res jam Dawesium movit, ut Jonum *ὧρακα* cum Atticis quoque communicaret, Buttmannum vero meliora

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μὰ τὸν Δί', οὔ τοί γ', ὥστε κἀμέ γ' εἰδέναι.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

καὶ μὴν βεβίνηκας σύ γ'· ἀλλ' οὐκ οἶσθ' ἴσως.
ἀλλ' ἐκποδὼν πτήξωμεν, ὡς ἐξέρχεται
θεράπων τις αὐτοῦ, πῦρ ἔχων καὶ μυρρίνας.
προθυσόμενος ἔοικε τῆς ποιήσεως.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

εὔφημος πᾶς ἔστω λεώς,

---

suadentem, ut ἑώρακα in tris contractum syllabas potissimum commendaret. Qui autem legitimum sonum non tam digitis, quam aure callebit, inveniet etiam, ubi ἑώρακα alteri ἑόρακα ob numeros anteponendum sit. Velut in Plut. 1045,

ΓΡ. τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος, ἧς ὑβρίζομαι.
ΧΡΕ. ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου σ' ἑωρακέναι.

et in Misumeno Menandri p. 119 Mein.

Ἄπολλον, ἀνθρώπων τιν' ἀθλιώτερον
ἑώρακας, ἢ' ἐρῶντα δυσποτμιώτερον;

nolim scribere ἑορακέναι et ἑόρακας, illic ob versum praecedentem, hic ob ipsum loci colorem. Triplici igitur perfecti forma usi dixisse videntur comici ἑόρακα plerumque, saepe ἑώρακα trisyllabum, interdum etiam ἑώρακα quatuor syllabis. Denique in scriptoribus pedestribus, ubi nulla metri necessitas vulgari formae obstabat, ἑώρακα mutari debere negaverim. In Luciano certe nullum usquam animadverti formae ἑόρακα vestigium; evolve exempli causa Nigrin. c. 8. Diall. Mort. 20, 5. Hermotim. c. 18 et c. 27. Philopseud. c. 18. De Morte Peregr. c. 40. Similiter in Demosthene modo libri omnino omnes ω tuentur, ut de Fals. Legat. 205, 1 B. (Demosth.) in Aristogit. I, 78, 1. ibid. 88, 10, modo plurimi et antiquissimi, sicuti de Fals. Legat. init. p. 304, 3. ib. p. 337, 2. ib. p. 363 med., in Midiam p. 481, 26 B. Thucydidem vero, quod mirum in formis artificium expromsit, ἑόρακα scripsisse facilius crederem, si caetera satis congruerent.

V. 35. Kusterus convertit, Utique subegisti tu (eum aliquando), Brunckius, Atqui praecidisti tu eum, Vossius, Doch hast du gebraucht ihn. Male omnes, decepti forsitan versu 50. Neque enim αὐτὸν mente tacita assumi potest. Hoc vult poëta facetiarum amans: tu quidem omnia oblivisceris. Ita olim cum muliere rem habuisti; neque id tamen tenes, ut opinor: tam imbecilla vel nulla potius memoria es.

V. 39. λεὼς] Male λαὸς Suidae Cod. Oxoniensis s. Εὐφήμει. Orditur enim a versu catalectico, ut recte Dindorfius.

στόμα συγκλείσας. ἐπιδημεῖ γὰρ
θίασος Μουσῶν ἔνδον μελάθρων
τῶν δεσποσύνων μελοποιῶν.
ἐχέτω δὲ πνοὰς νήνεμος αἰθήρ,
κῦμα δὲ πόντου μὴ κελαδείτω
γλαυκόν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

βομβάξ.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

σίγα. τί λέγει;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

πτηνῶν τε γένη κατακοιμάσθω,
θηρῶν τ' ἀγρίων πόδες ὑλοδρόμων
μὴ λυέσθων.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

βομβαλοβομβάξ.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

μέλλει γὰρ ὁ καλλιεπὴς Ἀγάθων,
πρόμος ἡμέτερος —

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μῶν βινεῖσθαι;

V. 44. κῦμα δὲ πόντου μὴ κελαδείτω] Aeschylus in Prometheo v. 1048, κῦμα δὲ πόντου τραχεῖ ῥοθίῳ
ξυγχώσειεν —.

V. 44. *Τί λέγει* scripsi ex Reiskii et Hermanni conjectura pro vulgato *τί λέγεις*, quod languet. Aptissimum vero *τί λέγει* ingenio Euripidis, qui exspectatione commotus est.

V. 50. *πράμος*] *πρόμος* conjecerunt Scaligerus, Brunckius, et in Lexico Schneiderus. Et est *πρόμος* quum antiqua vox et jam Homero nota, tum, qualem hic requirimus, prorsus tragica; vide Aeschyli Agam. 193. 398. Eum. 377. Suppl. 882. (ubi Codices *πρόμνοι*, *δάμναμαι*). Sophoclis Oed. C. 884. Tyr. 660 et Euripidis Indicem Beckianum s. v. *πρόμος*. Nos illud pro certo habemus, vocem ipsam, quam volunt, hic quaerendam esse, nec idcirco tamen formam *πράμος* multo elegantiorem, quam pro stupore librariorum mutare audemus. Tantoque minus literam *α*, quae, ut scite Brunckius, habet nescio quid dorici, tollendam puto, quod origo vocis

ΘΕΡΑΠΩΝ.

τίς ὁ φωνήσας;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

νήνεμος αἰθήρ.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

δρυόχους τιθέναι, δράματος ἀρχάς.
κάμπτει δὲ νέας ἀψῖδας ἐπῶν·
τὰ δὲ τορνεύει, τὰ δὲ κολλομελεῖ,
καὶ γνωμοτυπεῖ, κἀντονομάζει, 55
καὶ κηροχυτεῖ, καὶ γογγύλλει,

πρόμος incerta est; nugatur enim Etymologus p. 689, 43. Denique haud multum a vero aberrabit, si quis Aristophanem πράμος ex ipso Agathone repetivisse dixerit. Sic enim egregie convenient verba,

ὁ καλλιεπὴς Ἀγάθων,
πράμος ἡμέτερος:

nam statim artificiosae exquisitaeque orationis exemplum quoddam, πράμος, subjicitur.

V. 55. κἀντονομάζει] Nescio, quid in mentem venerit Kustero, ut hujus verbi vim ad antitheta Agathonis perperam transferret. Ac tamen in versione sua recte posuit, *et antonomasiis ornat.*

V. 56 et 61. γογγύλλει — συγγογγυλίσας] Libri γογγυλίζει et γογγυλίσας. Priore loco Bentlejus conjiciebat vel γογγρύζει vel γογγυλίζει (sic), Reisigius Conj. p. 28 γογγλίζει (sic), aliquanto melius autem Hermannus ad Nub. 992 ed. I. γογγυλίει. At γογγύλλει reposuerunt et Porsonus et apud Schneiderum in Lexico T. I. p. 297 ed. tert. Buttmannus, idque probarunt ille Dobreo, hic autem J. Bekkero. Tot tantisque cedens auctoribus recepi equidem γογγύλλει, licet non ita scripsisse Aristophanem persuasum habeam. Primum nimiae videtur audaciae, γογγυλίζει in γογγύλλει ac deinceps γογγυλίσας in συγγογγυλίσας mutare. Deinde γογγύλλω nusquam legitur, tenuis vero analogia verborum συστρογγυλίζω in Nicomacho ap. Athen. II, 58, a, et contra συστρογγύλλω in Alexide ibid. IV, 165, e, insolentiam formae excusat magis, quam defendit; sed hoc omittamus. Illud valde miramur, viros doctos posteriore loco in Brunckii conjectura ξυγγογγυλίσας καὶ ξυστρέψας acquievisse. At, dixerit quispiam, ξυστρέψας καὶ ξυγγογγυλίσας in Lysistrata v. 975 scriptum est. Hoc scilicet argumento ordinem quoque verborum invertemus, scribentes, plane ut in Lysistrata, ξυστρέψας καὶ ξυγγογγυλίσας. Verum et nostra in fabula γογγυλίσας necessario praecedere debebat, quia jam γογγυλίζει vel potius simile verbum, ridetur, neque alterum καὶ συστρέψας nisi explicationis causa additum est, et vero in Ly-

καὶ χοανεύει —

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

καὶ λαικάζει.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

τίς ἀγροιώτας πελάθει θριγκοῖς;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ὃς ἕτοιμος σοῦ, τοῦ τε ποιητοῦ

---

sistrata ob causam rhetoricam sequitur demum καὶ ξυγγογγυλίσας, doctior vox vulgarem. Non est obscurum, melius huic loco consultum iri, si utroque versu et 56 et 61 eadem verbi species restituatur: Mnesilochus enim non detorquet singula verba servi, sed ipsa plane retinet, sicut καλλιεπής, θριγκὸς et χοανεύειν. Quin ne librarii quidem formas immutarunt, sed errorem γογγυλίζει eodem cumularunt errore γογγυλίσας. Quumque etiam leniore remedio defungi pervelim, conjecturas propono has, καὶ κηροχυτεῖ καὶ γογγυλλεῖ atque γογγυλλήσας καὶ συστρέψας. Hic γογγυλλήσας pro συγγογγυλλήσας positum esse, comparato Lysistratae versu censebit Schaeferus, quem vide ad Poët. Gnom. p. 361, in Indice ad Gregor. Cor. p. 1032 et alibi: ego tamen explicationem istam jure improbo, nam suorum quisque verborum optimus interpres est. In priore loco proxime, ut opinor, ad verum accessit Brunckius, scribens καὶ γογγυλέει, forma caeteroqui parum Attica. Verum et bene adjecit, multa Atticorum verba pariter in (ἐω) -ῶ, atque in -ίζω desinere, et praeclare comparavit Hesychii glossam, quam ex hoc ipso l. fluxisse putamus, Γογγυλεῖν: συστρεφεῖν; neque hic duplex illud -εῖν circumflexum Musuri est, sed Codicis. Quare verbum purum γογγυλεῖν (sic) tuetur Hesychius. At vero, inquit, in quonam scriptore isthuc tuum γογγυλλεῖν legisti? Quasi vero tu usquam legisses γογγύλλειν. Caeterum formae similitudinem tam habet purum verbum, quam barytonon. Haec enim tali potissimum ordine a se invicem apta atque connexa sunt, Γογγύλος, (γογγύλλω), (γογγυλλέω), γογγυλεύω, γογγυλίζω. et Στρογγύλος. στρογγύλλω. στρογγυλόω (Id ipsum suos habet auctores). στρογγυλεύω. στρογγυλίζω. στρογγυλαίνω. Denique in aliis harum vocum simplex λ̄ usque e prima stirpe adjectivi remansit, in alias autem duplex λ̄ insevit antiquum verbum στρογγύλλω et, ut quidem videtur, etiam γογγύλλω.

V. 57. χοανεύει] Suidas in Codice suo una litera vitiata legerat χιανείει: id enim constanter prodidit locis duobus, tum in ipsa voce tum sub δρύοχοι. Ceterum v. 62 (68) ad infundibulum nescio quo pacto revertitur Kusterus redditque „hunc penem infundibuli instar inserere.“ Servus hoc declarat „et carmina tanquam aes lique-

τοῦ καλλιεποῦς κατὰ τοῦ θριγκοῦ, 60
συγγογγυλίσας καὶ συστρέψας,
τουτὶ τὸ πέος χοανεῦσαι.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ἦπου νέος γ' ὢν ἦσθ' ὑβριστής, ὦ γέρον.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ὦ δαιμόνιε, τοῦτον μὲν ἔα χαίρειν· σὺ δὲ
Ἀγάθωνά μοι δεῦρ' ἐκκάλεσον πάσῃ τέχνῃ. 65

---

factum in forma fundit". Mnesilochus autem „huncce penem quasi aes liquefactum forma fundere". Versu sequente libri habent *ὑγριώτας*, quod emendarunt Bentlejus, Brunckius, alii.

V. 60. *κατὰ τοῦ θριγκοῦ*] Berglerus nescire se fatetur, unde genitivi *σοῦ, τοῦ τε ποιητοῦ* pendeant; sed clarum est viditque Bothius, eos a v. *τοῦ θριγκοῦ* suspensos esse: pro culo enim *θριγκὸν* nominat paratragoedians. Tum vulgo legitur ruente metro *τοῦ καλλιεποῦς τοῦ θριγκοῦ*. Jam addito *διά, διὰ τοῦ θριγκοῦ* conjecerunt Kusterus, Brunckius, Bothius, sensu, nisi fallor, ridiculo. Sed Ravennas a manu quidem prima vulgatam tuetur, a recentiore autem habet *κατὰ* adjecto *κατὰ τοῦ θριγκοῦ*, quod post Dindorfium recepi. Eo pertinet Schol. Rav. *ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοῦ θριγκοῦ*. Sitne *desuper in culum*, an simpliciter *in culo*, viderint alii.

V. 63. *νέος γ' ὤν*] Ita conjecerat Bentlejus, prorsus autem id habent cod. Augustanus, unde Brunckius sumsit, atque Ravennas. Paullo deterius ed. Juntina *νέο ἀγὼν*, pejus Veneta *νέος ἀγών*, pessime vero vulgatae ante Brunckium *νέος ἄγαν*. Equidem urbane jocatur servus tragici: *mirum, ni, juvenis quum esses, protervus homo fueris, senex*. Qui enim vel senex alios petulantia sua offendat, cum suspicio est male olim audivisse juvenem ut contumeliosum saneque protervum. Comparare licet illud Plautinum Amphitruone IV. 2. 11,

Me. Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia.

Am. Qui dum? Me. Quia senecta aetate a me mendicas malum. Satis vero mirari non queo Dindorfium, qui in postrema editione *νέος γ' ἂν ἦσθ'* scripserit de conjectura. Mitto, quod *γ' ἄν* nullam fidem habet, at *γ' ὤν* maximam, hoccine famulus potest dicere: profecto si juvenis esses, protervus homo fores; nunc, quia senex es, modestia excellis? Haec non modo nihil salis habent aut leporis, sed etiam pugnant cum versibus 59—62, sunt denique non dicam misera, veruntamen inepta.

V. 65. *ἐκκάλεσον πάσῃ τέχνῃ*] Nub. 1327. *ἀμυνάθετέ μοι τυπτομένῳ πάσῃ τέχνῃ*. Ran. 1233. *ἀλλ' ὦ 'γάθ' ἔτι καὶ νῦν ἀπόδος πάσῃ τέχνῃ*. Ecclesiaz. 366. *Ἀντισθένην τις καλεσάτω πάσῃ*

ΘΕΡΑΠΩΝ.

μηδὲν ἱκέτευ· αὐτὸς γὰρ ἔξεισιν τάχα.
καὶ γὰρ μελοποιεῖν ἄρχεται· χειμῶνος οὖν
ἐντὸς, κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ ῥᾴδιον,
ἢν μὴ προΐῃ θύρασι πρὸς τὸν ἥλιον.

τέχνῃ. Impense quidem orat Euripides (formula enim πάσῃ τέχνῃ Imperativi vim adauget) minime tamen supplicat isti famulo. Enimvero is pulchre respondet μηδὲν ἱκέτευ, ut tragici poëtae servus; vix enim ulla est tragoedia, in qua non semel atque iterum supplicetur.

V. 68. Inutile est ὄντος et satis frigidum, praesertim ab initio versus. Malim ἐντὸς intus, domi, formam bene tragicam. Nec ei semper additur genitivus. Aeschylus Sept. A. Th. 951 ἐντὸς δὲ καρδία στένει. Ceterum vox ἢν μή, quae sequitur, aut favet huic opinioni, aut ei nihil certe incommodat. Cf. Horat. Od. II, 2, 1.

Nullus argento color est *avaris*
abdito terris —
nisi temperato
Splendeat usu.

Ubi fallitur Bentlejus.

V. 69. ἢν μὴ προΐῃ θύρασι] θύρασι legitur in Cod. Aug., Juntina, etiam Ravennate, cui perperam θύραζε tribuit Invernizius. Contra θύραζε habent editt. Venetae et Batavae minores, idque probarunt Petavius, Bentlejus, Berglerus, Bothius, non Brunckius, qui scripsit θύραισι. Dindorfius olim θύραζε edidit, nuper θύρασι. Vix usquam librarii θύραζε in θύρασι temere mutarunt, at saepius huic formae substituerunt θύραζε, velut in Ranis v. 751, ubi manifesto legendum est, τί δὲ τοῖς θύρασι ταῦτα κατυλαλῶν, non θύραζε, quod e v. 747 huc aberravit. Jam vero non ita tantum distant θύρασι et θύραζε, ut illud sit *foris* (ποῦ; θύρασι), hoc autem *foras* (ποῖ; θύραζε), sed θύρασιν, ubicunque occurrit, constanter significat extra fores, vor der Thüre. Hoc testantur omnes ii loci, quos ad Soph. Oed. Col. v. 401 collegit Elmslejus. Qui ἀπέρχεται θύραζε (Ran. 747) id est versus januam procedit, potest et foras prodire et intus manere; at vero qui est θύρασιν, is semper jam foras prodiit et extra domum versatur. Itaque in tali loco qualis noster est, ubi quis manifesto extra fores progreditur, ut in sole ambulet, longe melius etiam cum verbo motus copulabitur θύρασι προϊέναι, quam θύραζε. In Nubibus v. 628 αὐτὸν καλῶ θύραζε δευρὶ πρὸς τὸ φῶς optime defendi potest θύραζε atque adeo jocosum videtur (e tenebricoso penetrali ad januam), sed hic etiam potuerat scribere Aristophanes, καλῶ θύρασι δεῦρο. Omnino in tam frequenti vocum ποῦ, ποῖ et similium confusione haud satis ubique scimus, quid attractioni scriptorum debeatur (cf. v. c. Eurip. Iphig. A. 1117 χώρει- ἐκτός: nam

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τί οὖν ἐγὼ δρῶ;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

περίμεν', ὡς ἐξέρχεται.

ὦ Ζεῦ, τί δρᾶσαι διανοεῖ με τήμερον;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

νὴ τοὺς θεούς, ἐγὼ πυθέσθαι βούλομαι,
τί τὸ πρᾶγμα τουτί. τί στένεις; τί δυσφορεῖς;
οὐ χρῆν σε κρύπτειν, ὄντα κηδεστὴν ἐμόν.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἔστιν κακόν μοι μέγα τι προπεφυραμένον.

---

plerumque dicitur ἐκτὸς εἶναι, ut in eadem fabula sequitur ὡς ἐκτὸς εἴης) quidve librariis vel jam Alexandrinis. Ceterum recte scribunt Elmslejus, Buttm. Gr. II. p. 275, alii non θύραισι, sed uti Ὀλυμπίασι, μὴ ὥρασι, θύρασι, eamque formam plurimis in locis servavit Rav.

V. 70. 71. Trimetrum ὦ Ζεῦ male in edd. ante Kusterum loquitur Mnesilochus, non is qui debet, Euripides. Kusteri emendationem confirmavit liber Ravennas, et ut videtur etiam Augustanus. Invernizius tacite edidit Codice scilicet invito, Εὐριπίδης τί οὖν ἐγὼ δρῶ; Θεράπων περίμεν' ὡς ἐξέρχεται. Εὐριπίδης ὦ Ζεῦ —; Inde ista tam bella distinctio in ed. Teubnerianam Bothianamque migravit. Si omnino decorum esset Euripidem, quid se facere oporteat, e famulo potissimum quaerere, hic tamen tali interrogatione nihil magis fuerit insulsum. Modo audierat Euripides, Agathonem statim foras proditurum esse: quid ergo attinebat ita loqui, τί οὖν ἐγὼ δρῶ; Quin tu censeo paullisper opperiare, dum ille exeat. At quam tecte servus, περίμεν' ὡς ἐξέρχεται: hoc videlicet ignorabat Euripides. Verum enim Mnesilochus interrogare Euripidem, τί οὖν ἐγὼ δρῶ; poterat atque adeo debebat. Potuisse quidem e v. 26 et 29 apparet. Ibi Euripides socero suo monstraverat januam domumque Agathonis neque tamen adhuc, quid ista demonstratio ad Mnesilochum pertineret, ullo modo docuerat. Recte igitur senex, ergo quid ego faciam? Nunc considera, quid proxime antecedat. Dixerat cum maxime Euripides, sibi opus esse Agathone convento: quibus auditis praeclare Mnesilochus, ergo si Agathonem conventurus es, quid ego te insequi temere cogor, aut quid tandem ego faciam? nesciebat enim, se a vafro poëta tanquam in subsidio collocatum esse. Tum aptissime respondet Euripides, περίμεν' ὡς ἐξέρχεται. Post paullo ingemiscit tragicus metu mulierum, ut bene Scholiasta Rav., exclamatque ὦ Ζεῦ, τί δρᾶσαι διανοεῖ με τήμερον! Similis huic versus est Pacis 62. ω Ζεῦ, τί δρασείεις ποθ' ἡμῶν τὸν λεών!

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ποῖόν τι;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τῇδε ἡμέρᾳ κριθήσεται,
εἴτ' ἔστ' ἔτι ζῶν, εἴτ' ἀπόλωλ' Εὐριπίδης.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

καὶ πῶς; ἐπεὶ νῦν γ' οὔτε τὰ δικαστήρια
μέλλει δικάζειν, οὔτε βουλῆς ἔσθ' ἕδρα,
ἐπεὶ τρίτη 'στὶ, Θεσμοφορίων ἡ μέση. 80

V. 80. *ἐπεὶ τρίτη 'στὶ Θεσμοφορίων ἡ μέση.*] Non sine summo dolore dixerat Euripides: hoc die judicabitur (*τῇδε ἡμέρᾳ κριθήσεται*), utrum adhuc vivat Euripides, an perierit. Ea res mira accidit Mnesilocho, urgetque potissimum vocem *κριθήσεται*. Quî pote? inquit. Judicabitur vero hodie? At neque jam judicia haberi possunt, nec feriarum causa senatus convocari. Tum definit diem *Νηστείας*, cujus unius termino Thesmophoriazusae I circumscriptae sunt. Sed hic ipse versiculus *ἐπεὶ τρίτη 'στὶ Θεσμοφορίων ἡ μέση* criticos jam Alexandrinos summo jure vexavit. Nam viri quidem docti certe olim curam non nimis diligentem posuerunt in re tam gravi tamque obscura. Docebant plerique, vel dicam somniabant, Thesmophoria per quinque dies acta esse, idque e solo hoc loco apparere luculenter; nam eundem diem et tertium et medium dici Thesmophoriorum. Hujus opinionis auctores praeter Kusterum, Berglerum, Brunckium ii omnes sunt, quos Wellauerus p. 15 nominavit, Meursius, P. Castellanus, Anna Fabri, a viris inducta, Corsinus, Petavius, Wesselingius, Schweighaeuserus, St. Croix, Creuzerus, Schoemannus, hic quidem de comit. p. 39, objurgans etiam S. Petitum, qui unus Hesychii auctoritate motus quatuor dierum Thesmophoria fuisse putabat. Ceterum interpretationem istam cum re veritateque vehementer pugnare, quotusquisque negabit? Nam praeter Hesychium locis duobus, Photium, Scholiastam Rav. jam Callimachus, Alciphro et Diogenes Laertius prodiderunt, Thesmophoria aut quatuor dies explevisse, aut primo *Θεσμοφορίας* omisso omnino tres; quinque vero dies invenerat nemo. Vide, quae diximus de Thesmophoriazusis II p. 1 sqq. Praeterea quum constet, tantum non ubique id *μέσον* vocari, quod de tribus rebus medium sit, non de quinque, tum etiam hic *Θεσμοφορίων ἡ μέση* ad tres dies, non ad majorem numerum referri debere, infra ostendam. Quatuor dies festos fuisse placuit, ut olim S. Petito, sic nuper A. Wellauero, argumentis rem evincere non placuit. Sed operae pretium est, quomodo Callimachus, homo pereruditus, hunc versum interpretetur, considerare. Non tantum ipsis Athenis Thesmophoria celebrata sunt, inquit, per dies tres, Pyanepsionis die XI *Ἄνοδος*.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τοῦτ᾽ αὐτὸ γάρ τοι κἀπολεῖν με προσδοκῶ.

---

die XII *Νηστεία*, die XIII *Καλλιγένεια*, verum jam die mensis decimo in Alimunte pago Atticae *Θεσμοφορία* agi solebat. Ergo rectissime habet et *τρίτη* et *μέση*, *τρίτη* a die mensis decimo, *μέση* vero Thesmophoria a numero dierum exclusa. Hanc explicationem aliquando l. l. sequutus sum, non quo mihi valde placeret, sed alius inopia melioris. Nam etsi verissima sunt quae de Alimunte tradidit Callimachus, satis inepte tamen Aristophanes diem decimum numero reliquorum nunc annumerasset, ut jejunii dies fieret tertius, nunc exemisset, ut videretur secundus esse, neque injuria scholiasta Ravennas illepidum hujusmodi dictum vocat *αἰνιγματῶδες*. Accedit, quod paene cogimur, tres tantum dies numerare Thesmophoriorum. Tot enim etiam Athenis fuisse, prorsus ut Lacedaemone atque Mileti, suadet primum similitudo Apaturiorum, Anthesteriorum festorumque aliorum. Deinde et ipse Aristophanes hic atque infra v. 375, et Athenaeus VII, 307 f. et alii nescio qui apud schol. Rav., qui jam ante me Callimachum hoc argumento impugnavit, jejunii diem appellant nomine *Θεσμοφορίων ἡ μέση*, hoc est certe, triduum fuisse confirmant. Quid quod tres tantummodo dies XI *Ἄνοδον*, XII *Νηστείαν*, XIII *Καλλιγένειαν* omnes grammatici noverant ante Callimachum, qui primus decimum diem ex Halimunte petitum adjecit. In quo minus cogitavit, fieri non posse, ut Aristophanes uno eodemque versu Thesmophoriis modo quatuor dies, modo tres assignaret. Quamobrem necesse est, decimum illum diem aut praeparationem magis sacrorum fuisse, quam initium, aut celebrari temporibus illis plane desitum esse, aut a mulieribus pagorum, non etiam ab urbanis, obitum. Postremo ipsa versus caesura,

ἐπεὶ τρίτη ᾽στὶ, Θεσμοφορίων ἡ μέση.

satis certo demonstrat, numerum ternarium ad quamvis aliam rem potius spectare, quam ad Thesmophoria, quum praesertim alii scriptores, qui ipsi quoque *Θεσμοφορίων μέση* dixerunt, praepostere hic verba *τρίτη — Θεσμοφορίων* conglutinari vetent. Male igitur Hesychius, *Τρίτη Θεσμοφορίων: ζητεῖται, πῶς ἅμα μὲν λέγει, τρίτην Θεσμοφορίων εἶναι, ἅμα δὲ μέσην, τεττάρων οὐσῶν ἡμερῶν.* neque enim hoc scriptum est ab Aristophane. Itaque quum verba *ἐπεὶ τρίτη ᾽στὶ nam hodie dies tertius est* ad Thesmophoria revocari nequeant, quid aliud *τρίτη*, quam mensis diem significare poterit? Hanc explicationem, quae omnium antiquissima videtur, non debuit frigidam dicere Callimachus, qui apud scholiastam de ea sic disserit: *ἀλλ᾽ οὐδὲ ψυχρεύεσθαί τις δύναται λέγων, ὅτι τρίτη ἡ τρισκαιδεκαταία, ὡς ἑκταία — ἑκκαιδεκαταία· ἡ γὰρ μέση οὐκ ἔστιν ιγ᾽ ἀλλὰ δωδεκάτη.* Equidem ita statuo, *τρίτη* aut tertium decimum mensis diem exprimere, aut quod minus probo, duode-

αἱ γὰρ γυναῖκες ἐπιβεβουλεύκασί μοι,
κἂν Θεσμοφόροιν μέλλουσι περί μου τήμερον
ἐκκλησιάζειν ἐπ᾽ ὀλέθρῳ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τιὴ τί δή;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ὅτιὴ τραγῳδῶ, καὶ κακῶς αὐτὰς λέγω. 85

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ δίκαιά γ᾽ ἂν πάθοις.

---

cimum. At, inquit, quamvis *τρίτῃ* noto usu loquendi dies mensis XIII appelletur, *τρίτῃ* scilicet *ἐπὶ δέκα*, tamen jejunii dies non in XIII, sed in XII Pyanepsionis incidit. Id vero mihi haud ita certum videri profiteor. Praeterquam enim quod res in unius diei vertitur discrimine, perfacile hic quidem errari potuit ob *Θεσμοφορίαν*, qui dies nunc praemissus est, nunc omnino neglectus. Proclivi igitur errore numerabant grammatici, (X *Θεσμοφορία*) XI *Κάθοδος*. XII *Νηστεία*. XIII *Καλλιγένεια*; debebant fortassis (XI *Θεσμοφορία*) XII *Κάθοδος*. XIII *Νηστεία*. XIV *Καλλιγένεια*. Accedit, quod Plutarchus Vit. Demosth. c. 30 jejunii diem non XII, sed XVI demum d. Pyanepsionis collocavit, tametsi in eo videtur falli. Neque hanc litem dirimas Anthesteriis, quae has partes complexa sunt, *Πιθοιγίαν* die mensis XI, *Χόας* d. m. XII, *Χύτρους* d. m. XIII: quaeritur enim, utrum ab *Θεσμοφορίᾳ*, an ab *Ἀνόδῳ* proficisci debeamus. Sed forsitan etiam *δεκάδα* (atque *εἰκάδα*) pro die primo licet numerare, pro secundo dies XI et XXI, pro tertio denique dies XII et XXII. Ita Aristophani eximie cum grammaticis conveniet, qui *Νηστείαν* die mensis duodecimo celebrari faciunt. Quamobrem hoc declarat Mnesilochus: siquidem hodie dies XII (aut XIII) est m. Pyanepsionis, Thesmophoriorum secundus, denn es iſt heute der zwölfte (der dreizehnte), zweiter Feſttag der Thesmophorien. Denique vix credo, hunc versum jam ante Alexandrinorum tempora depravatum esse. Certe hanc conjecturam, *ἐπεὶ τρίτῃ ᾽στὶ Θεσμοφορίων ἢ μέση*, quam in docta quadam censura proposuit Hanovius, explodo. Nam quum totius fabulae actio in uno *Νηστείας* die, quasi in cardine versetur, minime tam negligenter loqui Mnesilochus potest „hodie agitur, puto, *Καλλιγενείας* dies, vel etiam *Νηστείας*," verum summa et diligentia et perspicuitate jejunii diem necessarie describet.

V. 81. Cum hoc versu contendas Lysistr. 46. *ταῦτ᾽ αὐτὰ γάρ τοι κἄσθ᾽ ἃ σώσειν προσδοκῶ*.

V. 86. *καὶ δίκαιά γ᾽ ἂν πάθοις*] *Et quidem meritam sic poenam dederis.* Vulgo legebatur, *καὶ δίκαι᾽ ἂν πάθοις*. Emen-

ἀτὰρ τίν' ἐξ αὐτῆς οὐ μηχανὴν ἔχεις;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

Ἀγάθωνα πεῖσαι τὸν τραγῳδοδιδάσκαλον
ἐς Θεσμοφόροιν ἐλθεῖν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τί δράσοντ'; εἰπέ μοι

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἐκκλησίασοντ' ἐν ταῖς γυναιξί, κἂν δέῃ, 90

---

darunt Scaligerus, Kusterus, Bentlejus, Berglerus, Brunckius edidit e cod. Aug., ut ipse dicit, *νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ Δία, δίκαι' ἂν πάθοις*, versu turpissimo. De Augustano autem dubitare nos cogit scriptura Ravennatis, *νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ δι' καὶ ἂν πάθοις*, in qua nullum est Jovis vestigium. Male Elmslejus ad Acharn. 323 *καὶ δίκαια τἂν πάθοις:* parum enim hic convenit *τἄν*, quod est justo gravius. Dindorfius in ed. Teubner. Elmslejum sequutus est, in novissima vero Brunckium.

V. 87. *ἐξ αὐτῆς*] Scribebatur *ἐκ ταύτης*, quod in utraque editione retinuit Dindorfius, sed non explicavit. Frigide Reiskius *ἐπὶ ταύταις* contra feminas. Brunckius suscepit *ἐκ τούτων*, ut in his malis, Bergleri emendationem, ad sensum egregiam, sed violentam. Ego levi mutatione *ἐξ αὐτῆς* reposui, quod et ipsum commendat sententia. Celeri enim auxilio opus erat Euripidi, quem illo ipso die e medio tollere mulieres statuerant. Antiatticista Bekk. 94, 7 *Ἐξ αὐτῆς: ἀντὶ τοῦ παραχρῆμα. Κρατῖνος Δηλιάσιν.* Nemo magis formula ista delectatur Polybio, ex quo pauca delibavit Schaeferus ad Bosii Ellipses p. 443. Praeterea cf. Lobeckium ad Phrynich. p. 47 not. 2. Aristophanes alibi non usurpavit *ἐξ αὐτῆς*, sed in Eqq. 330 *αὐτόθεν*, quod eodem redit. Et *αὐτόθεν* legitur etiam in Aeschylo Suppl. v. 101 aliisque.

V. 88. *τὸν τραγῳδοδιδάσκαλον*] Ravennas, *τὸν τραγῳδιδάσκαλον*. Metrum postulat *κωμῳδοδιδασκαλίαν* Eqq. 514, *κωμῳδοδιδάσκαλος* ibid. 505 et Pac. 721, etiam *κωμῳδοποιητὴς* ibid. v. 718. Sed Hemsterhusius ad scholia Pluti 46, 24 p. 50 ed. G. D. formas *τραγῳδιδάσκαλος*, *κωμῳδιδάσκαλος*, saepe in Codd. obvias, videtur praeferre, assentiente in Lexico Schneidero. Atque id hic in tragico versu videri potest alteri praestare. Alia lis fuit de vocibus *κωμῳδοποιὸς* ac *κωμῳδιοποιός*, de qua nonnihil dixi ad Thesmoph. II. p. 69 annot.

V. 90. *κἂν δέῃ*] Scire pervelim, quam ob causam *χἂν δέῃ* substituerint Marklandus ad Eurip. Suppl. 364, Brunckius, Porsonus et Porsoniani, certe iterum iterumque Dindorfius. Aristophanes hoc

λέξονθ' ὑπὲρ ἐμοῦ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

πότερα φανερόν, ἢ λάθρᾳ;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

λάθρᾳ, στολὴν γυναικὸς ἠμφιεσμένον.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τὸ πρᾶγμα κομψόν, καὶ σφόδρ' ἐκ τοῦ σοῦ τρόπου.
τοῦ γὰρ τεχνάζειν ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς.

---

dicit: ut intersit mulierum concioni, et ubi usus venerit, pro me ibi dicat. Neque frustra ἐὰν δέῃ insertum est. Forsitan enim praestabat, penitus tacere speculatorem, quam multa dicendo animos feminarum magis etiam exacerbare. Contra isthuc ἃ ἂν δέῃ egregie languet; denotaret enim, unde zu meinem Gunſten das Nöthige zu bemerken. Verti autem ἐὰν δέῃ locutione Plautina, ut in Milite Glor. statim ab initio,

Ut, *ubi usus veniat*, contra conserta manu.

V. 92. Hic versus, λάθρᾳ στολὴν γυναικὸς ἠμφιεσμένον totus spirat tragoediam, non solum ob numeros verbaque tragica, sed etiam propter illam vocis λάθρᾳ repetitionem, πότερα φανερὸν ἢ λάθρᾳ; Εὐ. λάθρᾳ.

V. 93. κομψὸν] Idem verbum tribuitur Euripidi etiam in Eqq. v. 18 κομψευριπικῶς, ubi minus accurate scholiasta — οἷον πανοῦργος. κομψοὶ δὲ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἐλέγοντο οἱ πανοῦργοι. Similiter hic schol. Rav. verbum πανοῦργος admiscet. At rustice aliquis nuncupatur πανοῦργος, urbane autem κομψός: est enim is, qui etsi dolo malo agit, tamen res ingeniose excogitat.

V. 94. τοῦ γὰρ τεχνάζειν ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς] τοῦ γὰρ τεχνάζειν et in libris exstat, et vulgo etiam apud Suidam s. τεχνάζειν, at τὸ γὰρ τεχνάζειν in Codice ejus Oxoniensi. Ceterum τὸ ex initio fluxit superioris versus, quem Suidas simul apposuit. Alioquin haud absurde legi posset τὸ γὰρ τεχνάζειν, ἡ. ὁ π., comparato l. Eqq. 277 ἦν δ' ἀναιδείᾳ παρέλθῃς, ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς. Sed cave genitivum expellas. Noster est, inquit Mnesilochus, ὁ πυραμοῦς, non quidem τοῦ παννυχίζειν, attamen τοῦ τεχνάζειν. De placenta, quae πυραμοῦς dicebatur, omnia nota. Sed putavi olim, uti certe in Eleusiniis, ita etiam in Thesmophoriis unam saltem fuisse παννυχίδα die vel nocte potius jejunii. Tum profecto in verbis ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς magis propria ac praesente comparatione uteretur Mnesilochus. Sed certum hujus rei testimonium adhuc requiro. Namque ἔργα νυκτερείσια, quae die Νηστείας in Thesmophorio pertimescit mollis Agatho infra v. 204, saepe, credo, etiam interdiu patrantur. Plauti autem locus in Prologo Aululariae v. 36 *Qui il-*

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

σίγα,

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τί δ' ἔστιν;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

Ἀγάθων ἐξέρχεται. 95

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

καὶ ποῖος ἐστίν;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

οὗτος, ὀὐκκυκλούμενος.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἀλλ' ἦ τυφλὸς μέν εἰμ'; ἐγὼ γὰρ οὐχ ὁρῶ

---

lam stupravit noctu Cereris vigiliis, tametsi a Camerario aliisque ad Thesmophoria trahi solet, nihil tamen obstat, quin de Eleusiniis explicetur. At perabsurde huic versui Euripidis nomen praefigunt Kusterus et Reiskius. Favere Euripidi socerum et ab ejus partibus stare Berglerus admonet.

V. 96. *Μν. καὶ ποῖος ἔστιν; Εὐρ. οὗτος, οὐκκυκλούμενος.*] Ita rescripsi post Bothium. Legebatur *Μν. καὶ ποῖος ἔστιν οὗτος; Εὐρ. οὐκκυκλούμενος.* Deinde *οὐγκυκλούμενος encyclo indutus*, inauditam vocem, desiderant Bisetus et ipse Bentlejus, sed Kusterus *οἰκκυκλούμενος* exponit *qui cum insolita specie apparet*, Berglerus denique absolute *apparere, prodire.* Primum Brunckius vidit et multis verbis ostendit, *ἐκκυκλεῖσθαι* hic suam vim potestatemque vulgarem retinere. Sed haec, nisi qui ipse legerit, nemo in animum inducet, ut credat. De encyclemate, machina theatri Attici, infra ad v. 265 disputabo.

V. 97. *ἀλλ' ἦ τυφλὸς μέν εἰμ';*] Vulgo sine interrogatione, *ἀλλ' ἦ τυφλὸς μέν εἰμ'* i. e. Profecto caecus sum. Ita vero particulam *μὲν* parum intelligo. Quare signum interrogandi apposui, Ergone sum caecus, qui certe sum? sive, Nonne ergo planissime caecutio? Nostrates dixerint, Bin ich denn nicht blind? vel ich muß denn blind ſeyn. Uti toties *ἀλλ' ἦ* sic interdum *μὲν* quoque interrogantis est. Pulchre autem observavit Hermannus ad Elmsleji Medeam v. 1098, poni *μὲν* tantum in figurata interrogatione, ubi nobis prope certum illud esse videatur, de quo interrogamus. Mente enim tacita voci *μὲν* opponitur *δὲ* membrumque contrarium, ut in ipso Aristophane Avv. 1214 *ὑγιαίνεις μέν;* certe non insanis et tamen loqueris ut insanus? Et hanc ob causam is, qui respondet, rem graviter affirmare solet, minime vero negare. Plato Charmid. 153, C. (p. 304 B.) *παρεγένου μέν, ἦδ' ὅς, τῇ μάχῃ; παρεγενόμην.* Menone p. 82, b (p. 358 B.) *Σω. Ἕλλην μέν ἐστι καὶ ἑλληνίζει; Μεν.*

ἄνδρ' οὐδέν' ἐνθάδ' ὄντα· Κυρήνην δ' ὁρῶ.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

σίγα· μελῳδεῖν αὖ παρασκευάζεται;

πάνυ γε σφόδρα, οἰκογενής. Eurip. Med. 659 *Μη. Θέμις μὲν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ; Αἰ. μάλιστ', ἐπεί τοι καὶ σοφῆς δεῖται φρενός.* Neque mutari debebat locus Alcest. 148, ut ex ipso patet responso, *Χορ. ἐλπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστὶ σώσασθαι βίον; Θερ. πεπρωμένη γὰρ ἡμέρα βιάζεται.* Interrogatur hoc modo etiam alibi, ut Eur. Med. 1098 *τί φῄς; φρονεῖς μὲν ὀρθὰ κοὐ μαίνει, γύναι;* Jone v. 520 *εὖ φρονεῖς μέν, ἤ σ' ἔμηνε θεοῦ τις, ὦ ξένε, βλάβη;*

V. 98. *Κυρήνην δ' ὁρῶ*] Hanc meretricem in deperditis fabulis saepius oportet commemoratam esse, si recte monet scholiasta, *τὴν ἑταίραν, περὶ ἧς πολλάκις φησί.* Hodie praeter hunc l. unus tantum nobis relictus est Ran. v. 1324.

τοιαυτὶ μέντοι σὺ ποιῶν,
τολμᾷς τἀμὰ μέλη ψέγειν,
ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον
Κυρήνης μελοποιῶν;

Cyrene enim vel duodecim, vel multa certe schemata coitus inter se diversa profitebatur. Ingeniose quidem Vossius ad Cyrenem retulit Lysistr. 231. 232., sed ea res nullo modo potest demonstrari. Nec fortasse, si conjecturam facere placet, figura ista *λέαιν' ἐπὶ τυροκνήστιδες* Cyrenae lectum satis redolet, prope summae in suo genere artificis.

V. 99. *αὖ παρασκευάζεται*] sic emendavit Berglerus comparato Avium versu 226 *οὔποψ μελῳδεῖν αὖ παρασκευάζεται.* Libri nostro in loco *ἂν παρασκευάζεται.*

V. 100. *Μύρμηκος ἀτραπούς, ἢ τί διαμινύρεται;*] Libri contra metrum et sermonis usum, — *ἢ τί διαμινυρίζεται,* quod correxit Dawesius in Miscell. Crit. p. 263 ed. Lips. Forsitan *διαμινύρεται* vel scripsit vel scripturus erat librarius in Suidae MS. Oxon. s. v. *Μύρμηξ*, sed effecit inde *διαμινυρίζεται*, ut habent ed. Med. et Kusteri. Analogia et constans Atticorum consuetudo postulant *μινύρεσθαι* et contra *μινυρίζειν.* Paullo diutius prima versus verba, *Μύρμηκος ἀτραπούς*, nos tenebunt. Kusterus vertit, *Formicarum semitas, an aliud quid gracili et exili voce cantillabit?* Similiter Brunckius, paullo melius tamen Vossius, Den Pfad der Ameis' oder so was ſingelt er. Berglero ista vox videtur proverbii speciem habere de rebus minutis et exilibus. Haec interpretes. Neque tamen hi primum *μύρμηκος* explicarunt *formicae*, sed jam antiqui quidam grammatici h. l. proverbio *Μυρμήκων ὁδοί* illustrare frustra conati sunt, invitis verbis, sententia autem invitissima. Scholiasta Ravennas et Suidas s. *Μύρμηξ*, *ὡς λεπτὰ καὶ ἀγκύλα ἀνακρουομένου μέλη τοῦ Ἀγάθωνος·* laudo haec, sed addunt, *τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν μυρμή-*

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

Μύρμηκος ἀτραπούς, ἢ τί διαμινύρεται; 100

κων ὁδοί. Hinc etiam factum est, ut Suidas, quum vulgo, tum in Cod. Oxon. apud Aristophanem novo vitio *Μυρμήκων ἀτραπούς* legeret. In contrarium errorem Hesychius incidit, *Μυρμήκων ὁδοί· Ἀθήνησι τόπος.* (Hic fallitur aberrans ad illud alterum *Μύρμηκος ἀτραπός*) *καὶ, αἱ μονόκωλοι τρίβοι ἀπὸ τῆς τοῦ ζώου ὁμοιότητος κατὰ τὴν ὁδὸν γινομένου.* Ultima eximie probo. Itaque rectae viae, simplices, nullis flexibus impeditae *μυρμήκων ὁδοὶ* dicebantur. Talis vero Aeschyli fortasse poësis et musice fuit, minime Agathonis. At plane contra *Μύρμηκος ἀτραπός*, non ut *μυρμήκων ὁδοὶ* rectam viam, verum semitam declaravit admodum sane flexuosam, ut ex Aristophane et Pherecrate intelligitur. Et Aristophanis quidem versum idem Hesychius ac Photius optime exposuerunt, ille his maxime verbis: *Μύρμηκος ἀτραπούς: Ἀθήνησιν ἐν Σκαμβωνιδῶν ἔστι Μύρμηκος ἀτραπός, ἀπὸ ἥρωος Μύρμηκος ὀνομαζομένη.* Hanc glossam e nostro l. fluxisse, accusativus *ἀτραπούς* indicio est. Fuit igitur in Attico Scambonidarum pago tribus Leontidis semita quaedam, cui Myrmex heros nomen dedisset. Distinctius etiam Photius haec explicavit p. 280, 22 *Μύρμηκος ἀτραπός: ἐν Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνης· ἀντιφωνή τι* [sic Codex; l. *ἀντὶ* (*τοῦ*) *φωνεῖ τι*], *τοιοῦτο διὰ τὴν βραχύτητα· ἔστιν Ἀθήνησι Μύρμηκος ἀτραπὸς ἐν Σκιβωνιδῶν* [*Σκαμβωνιδῶν*] *ἀπὸ Μύρμηκος, τοῦ Μελανίππου, τοῦ Κύκλωπος, τοῦ Ζευξίππου.* Postrema verba *τοῦ Μελανίππου κτλ.* alii velim excutiant. Ceterum *τοῦ — τοῦ — τοῦ* significat filii — filii — filii, ut saepenumero in genealogiis. Quod autem grammaticus explanavit, *διὰ τὴν βραχύτητα*, in eo lapsus est. Quin potius Agatho magis etiam quam Euripides, deditus erat novae Musicae Melanippidae, Cinesiae, Phrynidis, Philoxeni, Timothei, aliorum, quae a simplici veteris Musicae gravitate usque eo degeneraverat, ut varietati Rossinianae, celeritati et discrepantiae modorum mirificam daret operam. Namque illi etiam ob nimias celeritates susceptas reprehendi solebant, veluti Cratinus in Acharn. v. 817 *ὁ ταχὺς ἄγαν τὴν Μουσικήν.* Itaque hoc expressit Mnesilochus: cantillat aliquid, quod non pauciores habeat sonorum flexiones, quam Myrmecis semita habet vias. Eodem spectat illud Pherecratis anne Nicomachi in Chirone (p. 61 Runk.) ap. Plutarchum de Musica,

Ὁ δὲ Τιμόθεός μ' ὦ φιλτάτη, κατορώρυχεν,
καὶ διακέκναικ' αἴσχιστα. Δ. ποῖος οὗτοσὶ
ὁ Τιμόθεος; Μ. Μιλησιός τις Πυθίας
κακά μοι παρέσχεν· οὗτος ἅπαντας, οὓς λέγω
παρελήλυθ' ᾄδων ἐκτραπέλους μυρμηκιάς.
κἂν ἐντύχῃ που μοι βαδιζούσῃ μόνῃ,
ἀπέδυσε κἀνέλυσε χορδαῖς δώδεκα.

ΑΓΑΘΩΝ.

ἱερὰν χθονίαις δεξάμεναι

Legebatur *παρελήλυθεν ἄγων ἐ. μ.* Incredibile est autem, quantopere in hoc versu VV. DD. desudarint. Etenim, ut vulgus omittam, Jacobsius ad Antholog. Gr. II, 2 p. 451 plaudente Heinrichio *ἀτραπιτοὺς μυρμηκίνας*, idemque in Wolfii Analectis T. I. V. II p. 378 *ἀτραπιτοὺς μυρμηκιᾶς* conjecit, haud quaquam percepto Aristophane; postremo omnium infelicissime Meineckius *ἐκτραπέλους μυρμηκιὰς verrucas turpissimas* est interpretatus. Adeo ne ii quidem, qui Aristophanis meminissent, quidquam profecerunt. Quodsi Pherecrates, ut hic Comicorum princeps, *ᾄδων Μύρμηκος ἀτραποὺς* plane et perspicue scripsisset, neque scribae verbum *ᾄδων* corrupissent, diligens utriusque loci contemplatio vix quenquam, nedum tales viros, fallere potuisset. Nunc antiquum est Comicis, ludere in nominum ambiguitate, quod hoc ipso in verbo iterum fecit Pherecrates comoedia *Μυρμηκάνθρωποι*. Etenim *μυρμηκιὰς* videtur tantum formicas simul comprehendere, vere autem non pertinet nisi ad Myrmecem heroa. Monstruosos Myrmecis quasi formicarum acervos ita dicit, ut unice Myrmecis semitam animo complectatur, quacum pariter atque Aristophanes odiosas istas vocis in canendo flexiones aptissime confert. Ac ne tu forte nomen herois *Μύρμηξ* mirari queas, scito, id rarius quidem, aliquando tamen civibus Atticis esse impositum. Veluti nego dubitari posse, quin Pherecrates in fabula *Μυρμηκάνθρωποι* improbum hominem *Μύρμηκα*, castigatum illum etiam ab Aristophane Ran. v. 1502, quum ipsum, tum familiam ejus irriserit. In fragmento quidem IX ap. Runkel., ubi scribendum est,

Οἵμοι κακοδαίμων, αἰγὶς, αἰγὶς ἔρχεται,

Myrmex ipse turbo, procella appellari videtur. Evolve duo Aristophanis versus, unum genere, forma alterum simillimos. Eqq. 234 et Ran. 847.

Οἵμοι κακοδαίμων, ὁ Παφλαγὼν ἐξέρχεται.

et *Τυφὼς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται.*

VV. 101—129. Accedimus ad carmen Agathonis, haud leve illud nec despiciendum, in quo operam dedit Comicus, ut ingenium tragici mollemque ejus poësin magna cum fide imitaretur. Ac felicissime tragicam Musam ab Aristophane exprimi potuisse, satis docent Aeschyli exempla atque Euripidis. Quare nisi quod Comicorum est, vitia potissimum ostendere, adeoque bona etiam nonnunquam facere deteriora, non hic Aristophanis magis canticum, quam Agathonis legere nobis videbimur. Modos carminis numerosque ad Phrygiam harmoniam accommodatos esse, e v. 121. 122 clare perspicitur. Jam ut Aristoxenus de Sophocle in Vita hujus poëtae extrema p. XXII ed. Gaisf. hoc memoriae prodidit, *φησὶ δὲ Ἀριστόξενος, ὡς πρῶτος*

λαμπάδα κοῦραι ξὺν ἐλευθέρᾳ

τῶν Ἀθήνηθεν ποιητῶν τὴν Φρυγίαν μελοποιΐαν εἰς τὰ ἴδια ἄσματα παρέλαβε καὶ τῷ διθυραμβικῷ τρόπῳ κατέμιξεν. sic Agathonem quoque nonnihil de genere dithyrambico hic admiscuisse censemus. Neque enim pro logaoedicis hi numeri haberi debent,

— ˘ ˘ ˘ — ˘ ˘ —
δαίμονας ἔχει σεβίσαι,
Ἄρτεμιν ἀπειρολεχῆ
ἄρσενι βοᾷ δοκίμῳ

vel hi

˘ ˘ ˘ ˘ — ˘ ˘ —
γύαλα Σιμουντίδι γᾷ
γέρας ἱερὸν προφέρων·

vel hi

— ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ —
Ἄρτεμιν ἀγροτέραν

vel hi

˘ ˘ — ˘ ˘ ˘ ˘ —
διανεύματα Χαρίτων

vel hi

˘ ˘ ˘ ˘ — — ˘ ˘ —
πατρίδι χορεύσασθε βοάν.

sed pro dithyrambicis et fere omnes finiuntur choriambo. Persimili enim modo cadit etiam dithyrambus Cinesiae

˘ ˘ — ˘ ˘ — ˘ ˘ — — ˘ ˘ —

in Avv. 1374 πέτομαι δ' ὁδὸν ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαν μελέων. et ipsius Pindari in Vesp. 308

ἔχεις ἐλ-
πίδα χρηστήν τινα νῶν ἢ
πόρον Ἕλλας ἱερόν.

Versus strophae est ionicus ἀνακλώμενος 296 — στραγάλους δήποθεν ὦ παῖ. Neque vero hic quidquam mutandum; ipsa enim Pindari verba e dithyrambis plane retinentur. Scholiasta Pindarum cecinisse ait, πανδείματι (πανδείματοι Ven.) μὲν ὑπερπόντιον Ἑλλὰς πόρον ἱερόν. Lege partim cum Boeckhio vel potius Brunckio ad h. l., partim ex Aristophane,

πανδείματοι μὲν ὑπὲρ πόντιον πόρον Ἕλλας ἱερόν.

In v. ἱερὸν desinebat, ut vel ex Aristophane apparet, hic Pindari versus dithyrambicus. Ceterum operam perdiderunt G. Burgessius et olim Hotibius (Bothius enim nuper in viam rediit), qui Agathonis carmen non sine projecta quadam audacia in strophas antistrophasque mutare conati sunt. Versus enim minime inter se respondent, neque ullum est antistrophae vestigium, ne in istis quidem tribus versibus Chori, ubi idem metrum, ut fit, de industria repetitum est 116—119 et 122—125.

πατρίδι χορεύσαοθε βοάν.

⏑ ⏑ ′ — — ′ ⏑ ′ — —
⏑ ⏑ ′ ⏑ ′ ⏑ ′ — —
— ′ ⏑ ⏑ ′ — ⏑ ⏑ ′ —

Ἕπομαι κλήζουσα σεμνὸν
γόνον ὀλβίζουσα Λατοῦς
Ἄρτεμιν ἀπειρολεχῆ

et altero loco

σέβομαι Λατώ τ' ἄνασσαν
κίθαρίν τε ματέρ' ὕμνων
ἄρσενι βοᾷ δοκίμῳ.

Patet vero, carmen nostrum amoebaeum, in quo Chorus histrioni saepe respondet, ad Ἀνομοιόστροφα revocandum esse. Nunc quaerat quispiam, quae personae Agathonis egerint Chorum, qui longe abhorret a Thesmophoriazusarum. Brunckio si credimus, Agathonem comitantur actores tragici Chori, quem ille instituebat, proximisque ludis publice erat commissurus. At primum displicet mihi hic publica ista Chori disciplina in ipso theatro, deinde ne potest quidem Chorus Agathonem comitatus esse, quod encyclema machina singulos in conspectum dare solebat, neque vero personas capiebat XV. Scholiasta Ravennas ad v. 101 identidem narrat, Chori hujusce partes ipsum una suscepisse Agathonem. Scio, hanc opinionem videri posse eo commendari, quod Agatho non jam publice docet tragoediam, sed eam tantummodo secum ipse meditatur (cf. v. 52 et 67): tametsi vel sic nihil impediebat Comicum, veri apparatu Chori rei splendorem augere. Sed meminerimus, isto modo, si Agatho histrionis vicarius simul in Chori locum successerit, totum Chorum, cui tantum tribuebat ipse Agatho, ad ineptum quendam lusum planeque putidum detrudi, ob eamque causam scholiastae fidem haberi non posse. Quum igitur neque alter Chorus in scena versetur, neque haec omnia Agatho canat, illud restat scilicet, quod puto verum esse, ut hujus alterius Chori partes post scenam egerit aliquod *Παραχορήγημα*. Exemplo esse possunt, ne alia quaedam *παραχορηγήματα* commemorem, Ranae in fabula cognomine v. 209 sqq., filiae Trygaei in Pace v. 113, *Πρόπομποι* sive Areopagitae in postremis Eumen. Aeschyli v. 1033 sqq., *Θεράποντες* in Hippolyto Euripidis v. 61 sqq., *Ποιμένες* in ejusdem Alexandro secundum scholiastam ad l. Hippolyti. Rarius *παραχορηγήματα* in proscenium veniunt, ut apud Aeschylum, plerumque post scenam latitant, sicut in Ranis et in fabula nostra, ubi hic alter Chorus post scenam absconditus cum gravitate Agathoni resonat. Praeterea ferme in prima fabula ante adventum (*πάροδον*) Chori ejusmodi *παραχορήγημα* observare licet, veluti in Thesmophoriazusis, Ranis, Pace, Hippolyto, propterea quod sic ipse Chorus has partes agere poterat, nulla aliarum personarum necessitate, sciteque scholiasta ad

ΧΟΡΟΣ.

τίνι δαιμόνων ὁ κῶμος; λέγε νῦν.

Hippolytum, *ἐνταῦθα μὲν οὖν δύναται προαποχρήσασθαι τοῖς ἀπὸ τοῦ χοροῦ* —. Quae si quem forte minus moverint, is consideret versum hujus fabulae 41

ἐπιδημεῖ γὰρ
θίασος Μουσῶν ἔνδον μελάθρων
τῶν δεσποσύνων μελοποιῶν.

Intus esse Chorum dicit Musarum, hoc est eo nimirum loco, ubi *παραχορηγήματα* plerumque delitescebant. Quaenam fuerit persona tragica, cujus locum Agatho quasi histrio explet, nescio an nusquam verbo indicatum sit; at vero Chorum a Musis effici pulchre Vossius intellexit. Namque et postulant id v. 41 *θίασος Μουσῶν* atque inprimis v. 107 *ἄγε νυν ὅπλιζε Μοῦσα*, quos locos proprio sensu interpretari debemus, neque repugnat tertius v. 102 *κοῦραι;* e virginibus enim Chorum puellisve constare necesse est. Denique sic alia vox v. 112 *ἐν εὐμούσοισι τιμαῖς* plus habet argutiarum. Sed ex his facile statues, quam sapienter Bothius hunc Chorum in virgines Trojanas converterit, videlicet ob versus 109, 110 et 121, unde nihil tale exsculpes. Tolle igitur ex h. l. Bothianum excidium Trojae. Videtur autem comicus Agatho in eo esse, ut totam aliquam tragoediam hoc ipso carmine exordiatur, quod quidem colligimus primum e v. 38, ubi servus nondum facto tragoediae initio sacra affert (*προθυσόμενος ἔοικε τῆς ποιήσεως*), tum e v. 49—52, ubi Agatho dramatis tanquam fundamentum substructurus est (*μέλλει γὰρ ὁ καλλιεπὴς Ἀγάθων — δρυόχους τιθέναι δράματος ἀρχάς*), denique e v. 67, ubi canticum scribere incipit (*καὶ γὰρ μελοποιεῖν ἄρχεται*). Cum toto cantico jam Valckenarius aptissime illud contulit Hippolyti Euripidei carmen, quod supra diximus, v. 58 sqq. Id quoniam breve est, sane hic adscribamus:

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

ἕπεσθ' ἀείδοντες ἕπεσθε
τὰν Διὸς οὐρανίαν
Ἄρτεμιν, ᾗ μελόμεσθα.

ΘΕΡΑΠΟΝΤΕΣ.

πότνια, πότνια σεμνοτάτα,
Ζανὸς γένεθλον,
χαῖρε, χαῖρέ μοι ὦ κόρα
Λατοῦς Ἄρτεμι καὶ Διός,
καλλίστα πολὺ παρθένων,
ἃ μέγαν κατ' οὐρανὸν
ναίεις εὐπατέρειαν αὐλάν,
Ζανὸς πολύχρυσον οἶκον.
χαῖρέ μοι ὦ καλλίστα,
καλλίστα τῶν κατ' Ὄλυμπον
παρθένων Ἄρτεμι.

εὐπίστως δὲ τοὐμὸν 105
δαίμονας ἔχει σεβίσαι.

ΑΓΑΘΩΝ.

ἄγε νυν ὅπλιζε, Μοῦσα,

Quae mihi nescio quo modo nive videntur frigidiora. Sed aliquando videamus argumentum nostri carminis, quod certe praestat Euripideo. Agatho hortatur virgines, ut sumtis in manum facibus propter honorem Cereris Proserpinaeque, sacram ducant choream. Chorus se ad deos pie colendos ostendit paratum. Tum Agatho: Musae cantu vestro celebrate Apollinem. Musae igitur celebrant. Pergit Agatho: nunc Dianam quoque cantu prosequimini. Prosequuntur. Denique Agatho Latonam citharamque valde laudari cupit. Tum enimvero Chorus Latonam et citharam effert laudibus, celebrat majorem in modum ac prorsus alta voce clamat, quo facto desinit in laudes Apollinis plenas deliciarum. Hoc igitur carmen (superquam quod tantum habet Veneris, ut vel ipsae nates Mnesilochi se titillari eo senserint) sententiarum caret non copia solum, verum etiam gravitate, artem nec video magnam, neque omnino ars compensare naturam potest, raro sane assurgit, jacet etiam ob nimiam compositionis simplicitatem, quae animum nulla varietate retinet, multum conatur, nihil potest, numeros habet nisi in dithyrambico versu fractos mollesque, multas voces usu perraras vel plane insolitas, quasdam etiam structuras prope dixerim dithyrambicas. Ad singula transeamus.

V. 103. *χορεύσασθε βοὰν*] Libri *χορεῖσασθαι βοάν*, quod correxerunt Kusterus atque Bentlejus. Male vero Brunckius Dindorfiusque *χορεύσασθαι* retinuerunt. Nam etsi Agatho jam antea nescio quid adveniens cecinisse dicebatur, tamen hic plenam et integram exspectamus sententiam, non mutilam mancamve. Metrum vero prorsus flagitat *χορεύσασθε*, propterea quod singula horum versuum systemata fere choriambo terminantur, non spondeo, et jambo, neque etiam dijambo. Jam *χορεύεσθαι βοάν*, praegnans locutio, *saltando clamorem tollere*, dithyrambo convenit, ut bene monet Brunckius. Sumite puellae, inquit, taedam inferis sacram deabus, et quando nunc patria est libera, cum clamoribus tripudiate.

V. 106. *ἔχει*] Libri, etiam Rav., *ἔχεις*, sed *ἔχει* Suidas legit tum. s. *Σεβαστός*, tum vulgo etiam in *Σεβίσαι*, ubi Cod. Oxon. substituit *ἔχειν*. „*ἔχει*. animo meo facile imperari et persuaderi potest, ut deos colat.“ *Reiskius.*

107. *ὅπλιζε — Φοῖβον*] Quanquam v. *ὁπλίζειν* in tragicis saepenumero verti potest *comparare*, quo in genere Medium *ὁπλίζεσθαι* etiam usitatius est, audacissima tamen et, ut recte Brunckius, dithyrambica oratione v. *ὁπλίζειν Φοῖβον* consociantur, id est hymnum in Apollinem comparare. Longe et modestius et vero etiam ad

χρυσέων δύτορα τόξων
Φοῖβον, ὃς ἱδρύσατο χώρας
γύαλα Σιμουντίδι γᾷ. 110

---

rem aptius loquitur Aeschylus ille, Martem deum armans, non Apollinem in Supplic. v. 665

Ἄχορον, ἀκίθαριν, δακρυογόνον Ἄρη,
βοὰν δ' ἔνδημον ἐξοπλίζων

et mox ibidem v. 683 *πρὶν ἐξοπλίζειν Ἄρη*. In eadem fabula v. 92 lego, *Βοὰν δ' οὔτιν' ἐξοπλίζει*.

V. 109. 110. *Φοῖβον, ὃς ἱδρύσατο χώρας*
γύαλα Σιμουντίδι γᾷ.] Ab interpretibus, qui auctore Kustero haec ita explicarunt, *qui urbis Trojae moenia condidit*, nuper ita discessit Vossius, ut interpretationis loco poneret, Der ſich zum Sitz fohr der Gebirgflur Windungen im Simoisland. Muros enim Trojae exstruxisse Neptunum, Apollinem vero ad Idam greges pavisse, idque ex Homero intelligi, Il. XXI, 442 sqq. Largior, verba *χώρας γύαλα* cum Homericis *Ἴδης ἐν κνημοῖσι* quodammodo convenire; verum neque *ἱδρύεσθαι τόπον* significat locum incolere, et omnis ista notio parum decora minimeque tragica videtur. Quis enim Apollinem in hymno sic celebret, ut eum ignominia afficiat, quippe pastorem? Neque caeteri omnes, ut Homerus, duplex officium sic inter utrumque deum dispertiuntur, sed aedificandi munus etiam cum Apolline communicant, veluti Lucianus De Sacrificc. c. 4 *ἀμφότεροι πλινθεύοντες ὑπ' ἀπορίας καὶ ἐργαζόμενοι ἐς τὸ τεῖχος*. Sed ne Kusteri quidem explicatio plane nobis satisfacit. Laudo summam interpretationis, quam proposuit jam scholiasta Rav. his verbis, *ὃς τὴν Ἴλιον ἐτείχισεν*, ceterum Kusterus sensum, non verba est assecutus. Concedatur, *χώραν* hic designare *urbem*, usu vocum *γῆ*, *χθών*, *χώρα* poëtico, quem non omnes tamen agnoscunt, certe non egregius vir Seidlerus: at *γύαλα* usquam significare, uti Kustero visum est, muros aut moenia urbem ambientia, nemo mihi persuadebit. Neque enim significatio ista ullum invenit auctorem, praeter Hesychium, *Γύαλον: κοῖλον. ἄλλοι, περίβολον.*—, qui et nostro l. unice duci potuit, et plurimas vocum potestates temere ementitus est. Veluti hic statim in eo praecedit, *Γύαλα:. θησαυροί, ταμεῖα* — error sane turpis, qui haud dubie fluxit ex Eurip. Andromache v. 1093, loco minime percepto. At enim vero *γύαλα* constanti quodam poëtarum usu de adyto templi Delphici ponuntur, verbi causa apud Euripidem in Jone v. 76, v. 220, v. 233, v. 245; in Phoenissis v. 244; in Andromache v. 1093, ubi *γύαλα Φοίβου* sive *θεοῦ γύαλα* identidem memorata sunt. Id quum sciret Agatho Aristophaneus, poëta et artifex et doctrinae ostentator, hunc in modum cecinit: Age nunc instrue, Musa, aurei ductorem arcus, Phoebum, qui constituit regionis *monimentum Apollinare* (vel, *Apollinea septa*) in terra Simoentis. Omnino moni-

ΧΟΡΟΣ.

χαῖρε καλλίσταις ἀοιδαῖς,
Φοῖβ', ἐν εὐμούσοισι τιμαῖς
γέρας ἱερὸν προφέρων.

ΑΓΑΘΩΝ.

τάν τ' ἐν ὄρεσι δρυογόνοισι κόραν ἀείσατ' 115
Ἄρτεμιν ἀγροτέραν.

---

mentum illud Apollineum hic forte fortuna nullum fuit aliud, nisi murus Trojae Laomedontis gratia exstructus; verum non idcirco monimentum Apollinis adytumve per se moenia unquam significavit.

V. 111—113. *χαῖρε καλλίσταις ἀοιδαῖς*] Homerus in Odyssea XI, 248 *χαῖρε, γύναι, φιλότητι*. Ita nuper in Aeschyli Eumenidibus v. 996

χαίρετ' ἐναισιμίαις πλούτου

conjecit anonymus quidam. Quod autem adjicit,

ἐν εὐμούσοισι τιμαῖς
γέρας ἱερὸν προφέρων

qui in honoribus Musarum sacrum ante alios omnes fers praemium, non hoc vult, Apollinem jam hoc cantu primum omnium deorum invocari, sed potius, Apollinem cantorem in certaminibus musicis alios, qui cum ipso contendant, omnes vincere. Prae hoc alterum illud nimium quantum languet. Dindorfius nuper *γέρας ἱερὸν προφέρων* e conjectura scripsit, in quo eum conjectura fefellit.

V. 114. Si *δρυογόνοις* legeris, trimeter emerget trochaicus,

τάν τ' ἐν ὄρεσι δρυογόνοις κόραν ἀείσας,

ut vulgo in hac ipsa fabula v. 460. 463

κομψότερον ἔτ' ἢ τὸ πρότερον ἀναπέφηνεν.
καί τι πολύπλοκον νόημ' οὐδ' ἀσύνετ' ἀλλά.

Ab his tamen Epitriti secundi probe discernendi sunt, ut apud Pindarum Ol. III, 21 et 26

ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε Μήνα
δὴ τότ' ἐς γαῖαν προορεύειν θυμὸς ὥρμαιν'.

et Aristophanem Lysistr. 781. 805

βούλομαι λέξαι τιν' ὑμῖν, ὃν ποτ' ἤκουσ'
βούλομαι μῦθόν τιν' ὑμῖν ἀντιλέξαι.

Evolve Hermann. Elem. D. Metr. p. 81 et p. 647 sqq. Ceterum liber Ravennas pro *ἀείσατ'* legit *ἀείσαντ'*.

V. 116. Concinne ad superiora refertur *ἕπομαι κλήζουσα σεμνὸν* et mox v. 123 simillima ratione *σέβομαι Λατώ τ' ἄνασσαν*. Comparari potest Aeschyli locus in Persis v. 940 *Ξέρξης. ἴετ' αἰανῆ πάνδυρτον —. Χορός. ἦσω τοι καὶ πάνδυρτον —*. Etiam lusum istum sonique similitudinem

ΧΟΡΟΣ.

ἕπομαι κλήζουσα σεμνὸν
γόνον ὀλβίζουσα Λατοῦς,
Ἀρτεμιν ἀπειρολεχῆ.

ΑΓΑΘΩΝ.

Λατώ τε, κρούματά τ' Ἀσιάδος
ποδὶ παράρυθμι' εὔρυθμα Φρυγίων
διὰ νεύματα Χαρίτων.

ΧΟΡΟΣ.

σέβομαι Λατὼ τ' ἄνασσαν

ἕπομαι κλήζουσα σεμνὸν
γόνον ὀλβίζουσα Λατοῦς
studiose quaesivit personatus Agatho.

V. 120—123. κρούματά τ' Ἀσιάδος
ποδὶ παράρυθμι' εὔρυθμα Φρυγίων
διὰ νεύματα Χαρίτων]

Quum olim interpretes de pulsatione terrae Ἀσιάδος scil. γῆς somniassent, Kusterus post Spanhemium ostendit, κρούματα, Ἀσιάδος. pulsus citharae declarare, et Ἀσιάδα dictam esse citharam, quod in Lydia, cujus antiquius nomen Asia fuit, primum inventa crederetur. Deinceps Kusterus hujus rei testes attulit Etymologum p. 153, 31; Hesychium s. Ἀσιάς; scholiastam ad Apoll. Rhod. II, 777; Euripidem in Cyclope v. 443; Plutarchum de Musica p. 1133; Suidam in voce Ἀσία. Berglerus addit, vel e v. 124 κίθαριν τε ματέρ' ὕμνων, ubi dicto audiens est Chorus, facile, quo hic pertineat Ἀσιάδος, perspici posse. Docta quidem adnotatio Kusteri est, sed ea reliquae hujus loci offensiones minime removentur. Nescimus enim praeterea, unde dativus ποδὶ pendeat, cur pugnantia secum παράρυθμι' εὔρυθμα conjungantur, quas Agatho nobis narret Gratias Phrygias, in quibus bene haesit G. Burgessius, quomodo denique pulsus citharae nutus Gratiarum vocari queant. Atque hunc quidem nodum ita nonnulli solverunt, ut διανεύματα (sic enim una voce in libris scribitur, non διὰ νεύματα) in δινεύματα mutarent. Bentlejus δινεύματα Κουρήτων conjicit, Brunckius tantum δινεύματα proponit, abusus tamen Hesychii glossa, Διανεύει: στρέφει, κυκλεῖ., ubi τοὺς ὀφθαλμοὺς deesse opinor, Dindorfius δινεύματα in utraque editione recepit, Hotibius ac Bothius διανεύματα servavit, Burgessius δινεύματα confirmare studuit loco Hom. Il. 18, 494 κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον. Ac videri possit δινεύματα scholiasta legisse, qui ad hunc versum adscripsit ὀρχήματα, sed valde miror saltationem adeo vehementem in Gratiis, quae non ὑπὸ θυρ-

κίθαρίν τε ματέρ' ὕμνων,

σομανεῖ — *δινεύουσιν* (Eurip. Phoeniss. 792), sed cum lepore modestiaque debent moveri. Nunc mihi quid videatur, aperiam. Quantivis pretii est Etymologi locus p. 153, 31 Ἀσιᾶτις] *Ἀσιάδος κρούματα τῆς κιθάρας. οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ Εὐριπίδου. ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. εἴρηται δὲ ὅτι* — quae sequuntur, partim falsa sunt, partim aliena. Neque vero illa verba *παράρυθμ' εὔρυθμα*, in quibus numeri modique Agathonis, fortassis etiam Euripidis, rhythmo parum consentanei notantur, de parodia punctum temporis nos sinunt dubitare. Festive Burgessius: *mox in παράρυθμ' εὔρυθμα latent lectio corrupta, et corruptae emendatio, et emendationis corruptela.* Jam natura parodiae in eo consistit, ut gravis sententia quam minima literarum mutatione in risum vertatur, aut penitus depravetur. Id qui negabunt (plurimi autem, quam vim habeat parodia, videntur nescire) demonstrent velim, unde hic vox *ποδὶ* suspensa sit, quae nihil sane habet, quo referatur. Quoniam fortuna versus ipsos Erechthei nobis invidit, ad divinationem duce Aristophane necessario confugiemus. Quocirca ejusmodi quiddam illic scripsisse Euripidem necesse est (praecesserat autem *ἑλίσσω* vel aliud simile verbum)

κατὰ δὲ κρούματά τ' Ἀσιάδος
εὔρυθμον πόδ' ἐμὸν Φρυγίων
διά τε πνεύματα Χαρίτων.

i. e. concinne salto et secundum pulsus citharae et propter Phrygiarum flatus tibiarum. Incerta in his sunt metrum, forma *Ἀσιάδος*, pro quo licet etiam *Ἀσιάτιδος*, voces denique singulae quaedam; sed de verbo *πνεύματα* aut de tibiis Phrygiis dubitari posse negamus. Omnem enim scrupulam hi eximent loci Euripidis, Phoeniss. v. 788

— λωτοῦ κατὰ πνεύματα μέλπει
μοῦσαν, ἐν ᾇ χάριτες χοροποιοὶ
— ἐπιπνεύσας — κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις.

et Bacch. v. 126 *Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι.* Aristophanes primum *Φρυγίων διά τε πνεύματα Χαρίτων* irrisionis causa detorsit in *Φρυγίων διὰ νεύματα Χαρίτων* (non *διανεύματα*, quod aegre puto defendi posse), deinde levi facta immutatione sensum planissime corrupit. Latonamque inquit, *pulsusque citharae pedi dissonos consonos Phrygiarum ob nutus Gratiarum.* Quodsi quis haec mirabitur, exspectet paulisper, dum ei caeteras Aristophanis parodias exposuero. Ceterum hujus l. rationem duxerunt etiam grammaticus Bekkeri Anecdot. p. 452, 5 *Ἀσιάδος κρούματα: τῆς κιθάρας. οὕτως Ἀριστοφάνης*, atque Suidas s. *Ἀσία — καὶ Ἀσιάδος κρούματα, τῆς κιθάρας, οὕτως Ἀριστοφάνης. ἢ Ἀσιάτιδος κρούματα.* (vix puto, *Ἀσιάτιδος κρούματα* aut esse variam lectionem in Aristophane, aut Euripidis in Erechtheo scripturam. Tamen lemma *Ἀσιᾶτις* habet etiam Etymologus) *εἴρηται δὲ Ἀσιᾶτις ἡ τρίχορδος κι-*

ἄρσενι βοᾷ δοκίμῳ· 125

θάρα, ὅτι et quae sequuntur. Quamvis vero parodia ad facetas abeat ineptias, vel sic tamen ei semper aliquis sensus debet subjectus esse. Hic igitur cave alium quaeras nisi eum, quem invenit scholiasta Rav. τῇ Φρυγίᾳ ἁρμονίᾳ ἡρμοσμένα, scilicet esse dicit carmina Agathonis. Jam invento eo, quod si non verum, at simillimum veri sit, cum voluptate cognosces Hotibii nugas

Λατώ τ' Ἀσίδος τε κρούμα
τα ποδὶ παράρυθμα. Φρυγίων-
Λιανεύματα Χαρίτων.

ac multo etiam magis Burgessii, qui sic:

Λατώ τ' Ἀσίδος ἄρυθμα κρούμα-
τα ποδὶ Φρυγίῳ διν-
εύματά τε Χαρίτων.

V. 125. ἄρσενι βοᾷ] Non sine acumine quodam pulchellus Agatho masculum clamorem Choro tribuit virginum ob vehementiam pietatis sui prope oblito; quippe eximiam vim esse voluit in ista oppositione. Recte scholiasta Rav. εὐτόνῳ. προεῖπε γάρ, ὅτι ἐκ παρθένων ἐστὶν ὁ χορός. Significat autem validum clamorem. Sophoclis versum Philoctet. 1455 καὶ κτύπος ἄρσην πόντου cum nostro composuit jam Kusterus ad Suidam s. Ἄρσενι β. δ.

V. 126. 127. τᾶς φῶς — ἡμετέρας τε διαμφιδίου ὀπός] Legebatur, τᾷ φῶς — ἡμετέρας τε δι' αἰφνιδίου ὀπός. Hic Dativus τᾷ non ad βοᾷ pertinebit, uti Kusterus Brunckiusque interpretantur, sed ad κίθαριν; neque enim clamor et vox, sed cithara cantusque junguntur. Hoc igitur Chorus declaraverit: qua cithara fulgor emicare solet ex oculis divino afflatu concitatis, et per nostram improvisam vocem, i. e. cithara et cantus animos hominum valde concitant et quasi furore sacro corripiunt. Caetera non reprehendo; sed edat mihi aliquis, quomodo in h. l. subita vox sive improvisa conveniat, qui mihi hic quidem soni sine mente inanes videntur. Neque enim αἰφνίδιος idem valet quod ἀφανής, ut ad absconditam vocem confugere liceat, quae Παραχορηγήματι Chori post scenam latitantis recte tributa sit. Nunc illud, quaeso, considera. Chorus ut antea, sic etiam hic Agathoni diligentissime respondet; ob verba illius Λατώ τε veneratur Latonamque reginam, ob verba κρούματά τ' Ἀσιάδος veneratur citharamque matrem hymnorum, ceterum verba omnium gravissima, in quibus omnis vis parodiae cernitur, ποδὶ παράρυθμ' εὐρυθμα Φρυγίων διὰ νεύματα Χαρίτων alto praeterit silentio. Quod utrumque vitium (plane enim vitium esse censeo) sanasse nobis videmur hac correctione, ἡμετέρας τε διαμφιδίου ὀπός nostraeque vocis (a cithara) discrepantis; ac libere profiteor, aptius vocabulum, quam est διαμφίδιος, h. l. ne optari quidem posse. Sciunt omnes verbum Aeschyleum διαμφίδιος, quod ille, similiter ut Agatho ad vocem cantumve, ad carmen retulit in Prometheo v. 554,

τᾶς φῶς ἔσσυτο δαιμονίοις
ὄμμασιν, ἡμετέρας τε διαμφιδίου ὀπός.
ὧν χάριν ἄναξ᾽ ἄγαλλε Φοῖβον τιμᾷ.

Τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέλος προσέπτα —, ubi Hesychii glossam sub Διαμφίδιον μέλος certatim describunt editores. Sed haec mutatio alteram τᾶς φῶς pro τᾷ φῶς trahere debuit. Neque dubium est, quin τᾶς legerint scholiastae, quorum unus scribit, τῆς οὖν κιθάρας ἄρσενι βοᾷ δοκίμου οὔσης φῶς ἔσσυτο, alius autem sic, τῆς κιθάρας φῶς ἔσσυτο τοῖς σοφοῖς. Omnino mirifice hic torquentur scholiastae Ravennates, atque immiscent subabsurda alia, veluti ἢ τῇ Λητοῖ λαμπρότατα ὄμματα λέγει, alia autem obscura, ut ἐπάγει δὲ σημεῖον τοῦ παρὰ Ἀπόλλωνος λελέχθαι, qui nescias utrum loqui finxerit Apollinem, an Agathonem, si voluerat παρὰ Ἀγάθωνος, an denique posuerit τοῦ περὶ Ἀπόλλωνος. Tamen fuit etiam, qui haec in ordinem justum cogeret, πάλιν δὲ φῶς ἐγένετο αὐτοῖς ἀπὸ τῆς ἡμετέρας φωνῆς. Mirum est autem, eos, quum tam multa verba facerent, δι᾽ αἰφνιδίου sive διαμφιδίου penitus omisisse. At si quis τᾷ mordicus tenuerit, is verba non hoc modo debebit consociare, τᾶς (κιθάρας) ἡμετέρας τε διαμφιδίου ὀπὸς φῶς ἔσσυτο δαιμονίοις ὄμμασιν, sed viam ingredi longe diversam, σέβομαι Α. τ᾽ ἄν. κίθαρίν τε ματέρ᾽ ὕμνων, ἡμετέρας τε διαμφιδίου ὀπὸς (scil. ματέρα) ἄρσενι βοᾷ δοκίμῳ, τᾷ (βοᾷ) φῶς ἔσσυτο δαιμονίοις ὄμμασιν. Haec ratio neque ad sensum inepta est, et id habet commodi, quod tum τᾷ ad propius nomen βοᾷ attinebit, non ad κίθαριν, remotius illud, sed ea tamen genere toto impeditior videtur: dixisset saltem ματέρ᾽ ὕμνων τ᾽ ut alterum genitivum exspectares. Postremo in omnibus ad unam Edd. versum inveni non ferendum, in quo dactyli interpellantur,

τᾷ φῶς ἔσσυτο δαιμονίοις ὄμμασιν.

Tum scilicet dicendum erat,

τᾷ φῶς ὄμμασιν ἔσσυτο δαιμονίοις.

Verum nihil aliud, quam vocem ὄμμασιν a fine praecedentis in proximi versu initium conjeci,

τᾶς φῶς ἔσσυτο δαιμονίοις
ὄμμασιν, ἡμετέρας τε διαμφιδίου ὀπός.

V. 128. ἄγαλλε] Editio Princeps sufficit ἄλλε, ed. Paris. aliaeque ἀλλά, sed ἄγαλλε, quod jam Scaligerus invenerat, Brunckius e Cod. Augustano suscepit, ad quem nunc accedit Ravennas. Affertur autem non ad hunc versum, sed ad v. 126 τᾷ φῶς — ambigua quaedam Bentleji adnotatio „Adscribitur ΑΓ.“ Vix igitur, credo, id senserat vir magnus, ante v. 126 Agathonis personam, sublata chori, collocandam esse, quae opinio non in Bentlejum potius cadit, quam in Burgessium; nam is quidem haec ita personis divisit, ΑΓ. τᾷ φ. — Φοῖβον τιμᾷ ΧΟ. χαῖρ᾽ ὦ π. Α. Imo Bentleji memoriam re-

χαῖρ', ὄλβιε παῖ Λατοῦς.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

(ὀλολύζει)

ὡς ἡδὺ τὸ μέλος, ὦ πότνιαι Γενετυλλίδες,
καὶ θηλυδριῶδες, καὶ κατεγλωττισμένον,
καὶ μανδαλωτόν· ὥστ' ἐμοῦ γ' ἀκροωμένου
ὑπὸ τὴν ἕδραν αὐτὴν ὑπῆλθε γάργαλος.

---

fero ad v. 128, itaque statuo, Bentlejum quoque ad vocem *ΑΛΛΕ* adscribi *ΑΓ*, hoc est ἄγαλλε reponi voluisse.

V. 130. *Μνησ.* (ὀλολύζει). Vulgo post *Λατοῦς* tanquam ultima Agathonis verba leguntur haec ὀλολύζεις γέρων, neque aliter est in Ravennate. Kusterus quum parepigraphen agnovisset, monuissetque, Mnesilochum prae nimia scilicet voluptate laetum edidisse clamorem, scribi voluit ὀλολύζει γέρων, atque id Porsono probavit, Suidam in v. testanti, ὀλολύζει γέρων, εἰς τὴν θηλύτητα αὐτοῦ καὶ λαγνείαν ἀποβλέπων., ubi Cod Oxon. ὀλολύζει ὁ γέρων praebet, idemque vulgata ὀλολύζεις γ. significat. Verum et ipse Suidas, et multo apertius scholiasta Rav., qui lemma habet ὀλολύζει, ac tum ita pergit, παρεπιγραφὴ τοῦτο et in expositione — ὁ κηδεστὴς τοῦ Εὐριπίδου ὀλολύζει —, declarant, post Mnesilochi nomen, deleto glossemate ὁ γέρων, unicum verbum ὀλολύζει collocandum esse. Sed fallitur cum ad h. l. Brunckius, tum vero hic et alibi Dindorfius, qui plurimas hujusmodi parepigraphas ex Aristophane arbitratu suo ejecit. Haec ratio sic demum valere potest, si quando parepigraphe neque per se utilitatem ullam, nec praeterea fidem habet antiquitatis, sicut ad versum h. f. 100, ubi schol. Rav. μεταξὺ δὲ τῶν δυοῖν ἀξιοῦσί τινες γράφειν μιννρισμός, ὡς πολλὰ τοιαῦτα παρεγγράφεται. Equidem interdum moleste fero, quod grammatici Alexandrini non multo plures etiam parepigraphas, quas acceperant ipsi, nobiscum communicant et potius luculenta illa explicationis instrumenta tam saepe nobis invident. Ne longius abeam, in hoc ipso loco laeta ista adclamatio ovantis Mnesilochi inventio est digna justissimis laudibus, neque vel principi Comicorum infitianda, sed ad irrisionem Agathonis, spectatorum vero cachinnos mire adcommodata: quam nisi literis traditam doctores umbratici nunquam restituerent. Jam quis e Schillero, Goethio, aliis similes parepigraphas tollere audeat, ut intelligendi poëtae difficultas temere augeatur?

V. 133. Acerbissimo joco Mnesilochus hic quoque Agathoni, ut supra aliquoties, puerorum amorem exprobrat. Neque enim sine causa titillatio ipsum senis culum subiit, quum praesertim verbum γάργαλος de Venerea titillatione in Comoedia usitatum fuerit. Erotianus p. 114 ed. Fr. Γαργαλισμοῦ] γάργαλος καὶ γαργάλη λέγεται ἐρεθισμός, ἀπὸ τῶν πασχητιονσῶν γυναικῶν εἰλημμένης τῆς λέξεως,

καὶ σ' ὦ νεᾶνις, ἥτις εἶ, κατ' Αἰσχύλον
ἐκ τῆς Λυκουργίας, ἐρέσθαι βούλομαι. 135

ὡς καὶ Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ καὶ Λίφιλος ἐν Δαναΐσι. Doctissime de v. γάργαλος, γαργαλίζειν ac similibus commentatur Hemsterhusius ad Thomam M. p. 179 sq., cui adde Lobeckium ad Phryn. p. 97.

V. 134. ὦ νεᾶνις, ἥτις εἶ] Juntina, Codd. Aug. et Rav. (νεανίσκ') εἴ τις εἶ, Frobeniana aliaeque deinceps etiam ed. Kusteri, νεανίσκ' ἥτις εἶ, ed. Farrei, Berglerus, Brunckius, Dindorfius νεανίσκ' ὅστις εἶ. Quum εἴ τις librorum fide nitatur, certissime falsum judico ὅστις εἶ, quod temeraria opinione constitutum est. Speciosa, neque eo magis tamen vera est lectio νεανίσκ' εἴ τις εἶ, *o juvenis, si tamen es juvenis*, quam sequitur Bothius, in versione expressit Vossius. Neque enim haec conjungere licet, sed necessario inter se cohaerent verba, ἐρέσθαι βούλομαι, ἥτις εἶ, vel quod locutio ἠρόμην, ὅστις ἐστὶ plurimis locis invenitur, vel quia postea id plane facit Mnesilochus, rogans Agathonem, quinam sit, vir an femina. Quamobrem sola relinquitur scriptura ἥτις εἶ, quam assumta Porsoni egregia emendatione νεᾶνις pro νεανίσκ' vel etiam νεανίσκ' recepi. Nec, spero, novitius atticista vocativum parum attice formatum esse clamabit; νεᾶνι enim scribi poterat, non item debebat. Omitto, quod Porsoni correctio νεᾶνις vel ob Codices necessaria videtur, quando εἴ τις neque ipsum probari, nec tamen aliud quidquam, nisi ἥτις, significare potest. Eodem vitio infra v. 605 ἔμ' ἥτις ἦρον Cod. Rav. aliique habent εἴτις. Enimvero Mnesilochus, quod summum est, mollem et effeminatum poëtam et facetissime alloquitur, mea puella, Mädchen! et aptissime, quoniam supra v. 98 non viri ullam speciem oculis conspexerat suis, verum Cyrenae meretricis. Similis jocus in Nubibus est v. 688 ὁρᾷς; γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν καλεῖς· Στρ. οὔκουν δικαίως, ἥτις οὐ στρατεύεται;

V. 135. ἐκ τῆς Λυκουργίας] Dindorfius pro Λυκουργίας scripsit Λυκουργείας, motus haud dubie formis Ὀρεστεία, Οἰδιποδεία aliis, quarum longe tamen ratio diversa est. Nec vero mihi judicium Eustathii p. 785, 20 omnino probatur. Sed nefas duco, scholiastae Rav. memoriam negligere hanc, τὴν τετραλογίαν λέγει Λυκουργίαν, Ἡδωνούς, Βασσαρίδας, Νεανίσκους, Λυκοῦργον τὸν σατυρικόν. λέγει δὲ ἐν τοῖς Ἡδωνοῖς πρὸς τὸν συλληφθέντα Διόνυσον· ποδαπὸς ὁ γύννις; De Aeschyli Lycurgia ante hos tres annos praeclaram dissertationem edidit Hermannus, quae Vto Opusculorum volumini inserta est. Recte igitur p. 12 docuit, ποδαπὸς ὁ γύννις verba esse Lycurgi, quum captus in proelio Bacchus adductusque ad regem esset, insolitum dei habitum saneque mirabilem cavillantis. Verum enimvero quantum hic Aristophanes ex Aeschyli Edonis derivaverit, perdifficilis quaestio est. Hermannus refutatis Welckeri erroribus, qui in singulis quibusdam graviter lapsus est, ita statuit illa τίς ἡ τάραξις τοῦ βίου et quae reliqua adduntur, nihil ad Aeschylum aut Bacchum, sed tantummodo

ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;

---

ad Agathonem comicum pertinere, scholiastam nihil nisi *ποδαπὸς ὁ γύννις* Aeschylo tribuere, se tamen malle totum hunc versum, *ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;* Aeschylo vindicare, atque hoc idem visum esse Boettigero. Hic jam ab Hermanno, viro singulari, ex animi mei sententia, invitus licet, dissentio. Primum enim mille parodiae versuum singulorum in Aristophane aliorumque poëtarum fragmentis continentur, nec tamen usquam Comici tum longa hujusmodi praefatione utuntur,

καὶ σ' ὦ νεᾶνις, ἥτις εἶ κατ' Αἰσχύλον
ἐκ τῆς Λυκουργίας ἐρέσθαι βούλομαι;

nullam potius tum quidem ipsi poëtae vocem mittunt, sed histrionem jubent gravi quadam voce spectatores de parodia admonere. Necesse est igitur, ubicunque, ut hic videmus, Comici talem lusum accurate indicunt, non modo insignem parodiam subsequi, verum etiam plures per versus continuatam. Deinde in proximis versibus usque ad illum finem v. 144 *ἀλλὰ δῆτ'* sive totam orationis conformationem atque indolem consideravero, sive incisa aliquot et partim membra, veluti *τίς ἡ τάραξις τοῦ βίου; — ὡς οὐ ξύμφορον — τίς δ' αὐτὸς ὦ παῖ; πότερον ὡς ἀνὴρ τρέφει; — ἀλλ' ὡς γυνὴ δῆτ'· εἶτα ποῦ — τί φῄς; τί σιγᾷς* — sive etiam vocabula *κροκωτῷ* et *ξίφους*, quorum illud pulchre in Bacchum convenit, hoc ab Agathone procul abhorret: non equidem comoediae soccum, sed Aeschyli cothurnum, pondera etiam verborum illa et sonitum mihi videor agnoscere. Postremo maximam huic rei fidem conciliat aliud testimonium, luculentum illud profecto, scholiastae Rav., qui ad v. 136 *ποδαπὸς ὁ γύννις* haec adscripsit: *ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν Εὔβουλος ἐποιήσατο τοῦ Διονυσίου, τὰ ἀνόμοια τῶν ἐν τῇ Διονυσίου οἰκίᾳ καταλέγων· ἐπὶ πλέον μέντοι.* Eubulum igitur, mediae scriptorem comoediae, non Aristophanis, sed Aeschyli exemplum, quod alio detorqueret, sibi proposuisse, concedent omnes; neque enim comici, sed poëtae tragici parodia ridebantur. Eubuli parodia nostram Aristophanis, germanam sororem et eodem patre tragico natam illustret. Nam si Eubulus suam parodiam longius extenderat, tamen eam ab Aristophane quoque satis longe extendi necesse est, scholiastam vero nihil ex Edonis nisi hoc afferre, *ποδαπὸς ὁ γύννις;* non quo omnem parodiam tribus hisce voculis constare censeret, sed quod longiorem Aeschyli locum describere nollet, totum fortassis ne posset quidem. Jam qui longiorem Aristophanis parodiam nobis concesserit, is certe non prius, quam post octo versus et quod excurrit, dico autem post verba *τί φῄς; τί σιγᾷς;* idoneum ejus exitum inveniet. Quum vero Eubuli imitatio etiam longius patuerit, Aeschylus oportet praeter morem suum in ista Lycurgi oratione deique mirifici descriptione admodum luxuriatus sit. Quamobrem Eubulus in primis statim versibus comoediae suae *Διονύσιος* parodiam loci Aeschylei intexuerat, sed eam

τίς ἡ τάραξις τοῦ βίου; τί βάρβιτος

---

rem longius, quam Aristophanes, erat persecutus. Quum enim Dionysii tyranni, alterius ut opinor, ridendi consilium cepisset, sic in prima fabula exorsus est, ut Aeschyleae illius orationis ludicra imitatione ostenderet, quam in Dionysii aedibus nihil cum reliquis congrueret, quam omnia potius inter se pugnarent. Dionysium, Eubuli fabulam, etiam Athenaeus memoria dignam habuit, VI, 260, c *τὰ παραπλήσια* (Philippo Macedoni) *ἐποίει καὶ ὁ Σικελιώτης Διονύσιος, ὡς Εὔβουλος ὁ κωμῳδιοποιὸς παρίστησιν ἐν τῷ τοῦ τυράννου ὁμωνύμῳ δράματι·*

Ἀλλ' ἐστὶ τοῖς σεμνοῖς μὲν αὐθαδέστερος
καὶ τοῖς κόλαξι πᾶσι, τοῖς σκώπτουσί τε
ἑαυτὸν εὐόργητος. ἡγεῖται δὲ δὴ
τούτους μόνους ἐλευθέρους, κἂν δοῦλος ᾖ.

Rectissime Casaubonus et Schweighaeuserus statuunt, fabulae nomen datum esse *Διονύσιος;* temere vero et prorsus inepte Dalecampius, Fabricius, Harlesius titulum fabulae *Τύραννος* subrogarunt, quod etiamsi cum Athenaei verbis *ἐν τῷ τοῦ τυράννου ὁμωνύμῳ δράματι* conciliari posset, nunc tamen a scholiasta Rav. satis refelleretur. Multis verbis studui magis demonstrare, quam certo demonstravi, parodiam loci Aeschylei octo versus cum noni initio complexam atque his finibus, *Ποδαπὸς ὁ γύννις — τί φῄς; τί σιγᾷς* circumscriptam videri. Ceterum jam viri quidam docti tantum certe senserunt, parodiam non ad unum vel duo, sed ad aliquammultos versus pertinuisse. Vossius parodiae terminos justo latius propagavit, inde a verbis *ποδαπὸς ὁ γύννις* v. 136 usque ad finem totius sermonis v. 145; permire autem Bothius vv. 135—139 *ποδαπὸς — κοινωνία* pro verbis ipsius Aeschyli habuit, et in sequentibus demum parodiam quaesivit: quasi vero in primis quinque versibus non septem verba insint Aristophanis. Omnium vero infelicissime Welckerus de Aeschyli frilogia Appendice p. 106, ubi parodiam v. 143 post v. *εἶτα ποῦ τὰ τιτθία* videtur finisse, Aeschylo etiam haec contribuit v. 134 *νεανίσχ'*, verbum extra parodiae fines locatum neque omnino scriptum ab Aristophane, deinde v. 138 *μέλει* malam Valckenarii conjecturam, tum etiam v. 139, 140 *λήκυθος καὶ στρύφιον* et *κατόπτρου*, plane Aristophanis verba, minime vero Aeschyli, postremo verba *ὡς οὐ ξύμφορον* v. 139 ita dissecuit, ut particulam *ὡς* Aristophani, reliqua autem frusta *οὐ ξύμφορον* Aeschylo in os insereret. Jam vero facile est, duo poëtas sic internoscere, ut quae Aristophanes risus causa ipse adjecerit, quaeve ex Aeschylo servarit, aperias; sed hiantem Aeschyli orationem in integrum restituere vix ullo modo licebit. Aeschyli locum, sicuti hic mutilatus est, ita apponam:

Ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;
τίς ἡ τάραξις τοῦ βίου; τί — ∪ —
[λακεῖ] κροκωτῷ, τί δὲ ∪ — ∪ — ∪ —;

λαλεῖ κροκωτῷ; τί δὲ λύρα κεκρυφάλῳ;
τί λήκυθος καὶ στρόφιον; ὡς οὐ ξύμφορον.
τίς δαὶ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία; 140

τί — υ — καὶ — υ; ὡς οὐ ξύμφορον.
τίς δ' — υ — υ καὶ ξίφους κοινωνία;
τίς δ' αὐτὸς ὦ παῖ; πότερον ὡς ἀνὴρ τρέφει;
καὶ ποῦ υ —; ποῦ [χλαῖνα;] ποῦ υ — υ —;
ἀλλ' ὡς γυνὴ δῆτ'· εἶτα ποῦ υ — υ —;
τί φής; τί σιγᾷς;

Sed dicatur de singulis.

V. 136. *ποδαπὸς ὁ γύννις;*] Similiter idem Aeschylus in Supplicibus v. 231 *Ποδαπὸν ὅμιλον τόνδ' ἀνέλληνα στόλον —;*

V. 137. 138. *τί βάρβιτος.*
λαλεῖ κροκωτῷ;] Languide Valckenarius, quem Brunckius sequitur, ad Hippolyt. v. 224 conjecit,
τί βάρβιτος
μέλει κροκωτῷ; i. e. *τί βαρβίτῳ μέλει κροκωτοῦ;*
Hoc est notioni poëticae substituere vulgarem. Hotibius Bothiusque *λαλεῖ* tuetur hac versione, quid barbitus dicit, quid dicendum habet crocotae? quid illi cum hac est rei? Tum haud aptissime Plautum confert Truculent. II, 3, 48. Res, ut arbitror, ita se habet. *Λαλεῖ* substituit Aristophanes, ut loquacitatem Agathonis perstringeret, sicuti ob eandem causam in parodia loci Euripidei Ran. 1306 scripsit,
ἀλκυόνες, αἳ πάρ' ἀενάοις θαλάσσης
κύμασι στωμύλλετε —.
Aeschylus *λακεῖ* vel etiam *λέγει* posuerat dixeratque verbi causa,
τί κύμβαλον
λακεῖ κροκωτῷ;
crocotam enim Bacchi vestimentum, ex Aeschylo resedisse apparet. Plura haud absurde cum his comparare possum, sed unum omnium aptissime Nub. v. 1008 *ἔρος ἐν ὥρᾳ χαίρων, ὁπόταν πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ.*

V. 139 *ὡς οὐ ξύμφορον*] Haec ex Aeschylo, tanquam fonte, manasse quovis pignore contendam; hunc enim decent, non hortos Aristophanis. Perraro autem *σύμφορος* conveniens, apte congruens significat, ut in Theognide v. 457 *Οὗτοι σύμφορόν* (Al. *χρήσιμον*) *ἐστι νέα γυνὴ ἀνδρὶ γέροντι*, et v. 518 *ἡ πενίη δὲ κακῷ σύμφορος ἀνδρὶ φέρειν.* Ceterum Suidas s. *βάρβιτον* laudat *ὡς ἀξύμφορον*, quod vitium Bothius recipere non dubitavit. Contra in Sophoclis Oedipo Tyranno v. 439
ὡς πάντ' ἄγαν αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγεις.
recte, ut arbitror, codex Florentinus, optimae notae liber, *κοὐ σαφῆ* suggerit: nam *αἰνικτὰ κἀσαφῆ* oratorem decet conjunctionis ubertatisque amantem, *αἰνικτὰ κοὐ σαφῆ* poëtam, qui expetit oppositionem.

V. 140. Magnopere Welckerum exercet speculi et gladii men-

τίς δ' αὐτὸς, ὦ παῖ; πότερον ὡς ἀνὴρ τρέφει;
καὶ ποῦ πέος; ποῦ χλαῖνα; ποῦ Λακωνικαί;
ἀλλ' ὡς γυνὴ δῆτ'· εἶτα ποῦ τὰ τιτθία;

---

tio, fatentem, non habere se, quibus testimoniis, quae quidem idonea sint, haec ad Bacchi ornatum referat. Ac speculum quidem, signum mollitiei, unice cadit in Agathonem, qui, ut erat homo delicatus, ensem, belli instrumentum, certe reformidabat. Quocirca κατόπτρου Agathonis causa poëta inseruit, ξίφους autem hausit ex Aeschylo, qui gladium pro omni re militari vel etiam pugna nominare potuerat. Ex his colligo, Aeschylum tali fere modo locutum esse, τίς δ' αὖ γυναικῶν καὶ ξίφους κοινωνία; tum aptissime illud sequetur, τίς δ' αὐτὸς ὦ παῖ; Tanto libentius autem κατόπτρου immiscuit Aristophanes, quod animadvertisset, versum τίς δαὶ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία; proxime ad proverbium valde hic idoneum sono accedere. Ita enim loquitur Epicharmus, si modo Epicharmus (puto enim alium esse) a Berglero allatus ap. Stobaeum Floril. T. 90 (88) p. 501 V. III p. 215 Gaisf.

πνίγομ' ὅταν εὐγένειαν, οὐδὲν ὢν, καλῶς
λέγῃ τις, αὐτὸς δυσγενὴς ὢν τῷ τρόπῳ·
τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία;

V. 141. τίς δ' αὐτὸς ὦ παῖ] Cf. quae dicemus ad v. 145.

V. 142. καὶ ποῦ πέος;] Suidas v. πέος legit ποῦ δὲ τὸ πέος; sub Λακωνικαὶ vero ποῦ τὸ πέος; Et ποῦ τὸ πέος citat etiam Schol. ad Vesp. v. 1197 (1153) et in Aldina, et in Juntina, et apud Bekkerum. His auctoribus falso edidit Bothius, καὶ ποῦ τὸ πέος; Apparet vero, καὶ ποῦ —; ποῦ —; ποῦ —; ex Aeschylo fluxisse, unde forsitan etiam χλαῖνα huc transfusa est. Neque enim eiusmodi oratio ab Aeschylo aliena fuerit, καὶ ποῦ χιτών; ποῦ χλαῖνα; ποῦ γενειάδες;

V. 143. εἶτα ποῦ τὰ τιτθία;] Compares Eurip. Phoeniss. v. 558 κἆτα ποῦ 'στὶν ἡ δίκη; Ar. Avv. 103 κἆτά σοι ποῦ τὰ πτερά; Similiter Aesch. Choeph. 887 ποῦ δὴ τὰ λοιπὰ Λοξίου μαντεύματα —; et in fragmento Perrhaebidum,

ποῦ μοι τὰ πολλὰ δῶρα κἀκροθίνια;
ποῦ χρυσότευκτα κἀργυρᾶ σκυφώματα;

At ubi tum mamma? inquit Aristophanes. Nostrates dixerint, Wo bleiben dann aber die Brüste? Ceterum hic versus, si ultimas voces τὰ τιτθία exceperis, totus, ut arbitror, Aeschylo debetur. Aeschylus ita loqui potuit, ἀλλ' ὡς γυνὴ δῆτ'· εἶτα ποῦ 'σθήτων στρόφος; quemadmodum mulieres his pinxit coloribus in Septem Adv. Theb. 853

Ἰὼ
δυσαδελφόταται πασῶν ὁπόσαι
στροφὸν ἐσθῆσιν περιβάλλονται.

Et hic quidem virgines solas dicit, sed talis amictus in omnes mulieres, nisi forte vetulas, conveniebat.

τί φῄς; τί σιγᾷς; ἀλλὰ δῆτ' ἐκ τοῦ μέλους
ζητῶ σ', ἐπεὶ σύ γ' αὐτὸς οὐ βούλει φράσαι.

ΑΓΑΘΩΝ.

ὦ πρέσβυ, πρέσβυ, τοῦ φθόνου μὲν τὸν ψόγον
ἤκουσα, τὴν δ' ἄλγησιν οὐ παρεσχόμην.
ἐγὼ δὲ τὴν ἐσθῆθ' ἅμα γνώμῃ φορῶ·
χρὴ γὰρ ποιητὴν ἄνδρα πρὸς τὰ δράματα,

V. 145. ἐπεὶ σύ γ' αὐτὸς] Legebatur ἐπειδή γ' αὐτός. Scholiasta Rav. ad v. 141 τίς δ' αὐτὸς adnotavit γρ. σύ τ' αὐτός (sic). Id vero, si quid video, non est, σὺ δ' αὐτὸς ὦ παῖ πότερον —; tum quia σύ δ' potius σύ γ' valet, quam σὺ δ', tum quod vel σὺ δ' malam poscit interpunctionem et locum foede depravat: verum spectat haec lectio ad v. 145, ubi pro ἐπειδή γ' αὐτὸς alii antiquitus legebant, ἐπεὶ σύ γ' αὐτός, quod vulgatae longe antepono. Vix enim deesse potest nomen personae σύ γ', quum carmini ipse poëta argute opponatur. Praeterea ἐπεί γ', ἐπειδή γ' recentiorum magis sunt scriptorum, quam Atticorum, qui unam vocem pluresve interponere solent, ἐπεὶ ἔγωγ', ἐπειδὴ σύ γ' vel simili modo. Ceterum illa Aeschyli in Edonis oratio haud sane multum habere dignitatis potuit. Itaque alii, credo, alia excogitabunt; equidem, ut vides, lusi in hunc fere modum,

Ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;
τίς ἡ τάραξις τοῦ βίου; τί [κύμβαλον]
λακεῖ κροκωτῷ; τί δὲ [μίτρα τὸ τύμπανον;]
τί [βόστρυχος] καὶ [θύρσος;] ὡς οὐ ξύμφορον.
τίς δ' [αὖ γυναικῶν] καὶ ξίφους κοινωνία;
τίς δ' αὐτὸς, ὦ παῖ; πότερον ὡς ἀνὴρ τρέφει;
καὶ ποῦ [χιτών;] ποῦ χλαῖνα; ποῦ [γενειάδες;]
ἀλλ' ὡς γυνὴ δῆτ'· εἶτα ποῦ [Σθήτων στρόφος;]
τί φῄς; τί σιγᾷς;

V. 146. 147. Pulchre Agatho statim ab initio defensionis suae opponit notiones τοῦ φθόνου μὲν τὸν ψόγον atque τὴν δ' ἄλγησιν; antitheta enim Agathonem incredibiliter juvabant. Vide infra v. 198. 199. 201.

V. 149. χρὴ γὰρ π. ἄ.] Kusterus, Brunckius alii ediderant χρὴ τὸν π. ἄ., ubi deest copula, articulus vero abundat, quando Graeci, ut vere Porsonus, τέκτων ἀνὴρ potius quam ὁ τέκτων ἀνὴρ dicere consuerunt, ipseque Aristophanes iterum dixit in Ranis v. 1006 ἄνδρα ποιητὴν sine articulo. Corrigit autem Porsonus post Scaligerum et Bentlejum, χρὴ γὰρ π. ἄ., feliciter sane; id enim profecto testatur Ravennas, consentientibus Invernizio et J. Bekkero. Neque edd. vetustae articulum τὸν agnoscunt, sed metro legunt vitiato, χρὴ ποιητὴν ἄ. Id vero significat χρή τοι ποιητὴν ἄνδρα πρὸς τὰ δρά-

ἃ δεῖ ποιεῖν, πρὸς ταῦτα τοὺς τρόπους ἔχειν. 150
αὐτίκα γυναικεῖ' ἢν ποιῇ τις δράματα,
μετουσίαν δεῖ τῶν τρόπων τὸ σῶμ' ἔχειν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

οὐκοῦν κελητίζεις, ὅταν Φαίδραν ποιῇς;

ΑΓΑΘΩΝ.

ἀνδρεῖα δ' αὖ ποιεῖ τις, ἐν τῷ σώματι
ἔνεσθ' ὑπάρχον τοῦθ'· ἃ δ' οὐ κεκτήμεθα,

ματα, ut bene intellexit Bothius. Et *τοὶ* quum saepe in communi sententia ponatur, tum etiam alioqui conferre licet, Aesch. Suppl. 402

Δεῖ τοι βαθείας φροντίδος σωτηρίου.

V. 151. 154. *γυναικεῖ' — δράματα — ἀνδρεῖα*] Minus accurate haec ita definit scholiasta Rav. *γυναικεῖα δράματα, ἐν οἷς ὁ χορὸς ἐκ γυναικῶν ἐστίν, ἀνδρεῖα δὲ ἐν οἷς ἐξ ἀνδρῶν.* Mihi ab argumento potius, et a primaria dramatis persona duplex nomen videtur repetitum esse. Tametsi enim Chorus cum principe fabulae persona saepissime sexu congruebat, tamen id non semper accidisse videmus. Neque alio nos ducit comparatio Sophronis Mimorum, cujus *Μῖμοι ἀνδρεῖοι* viros describebant, *Γυναικεῖοι* autem mulieres.

V. 153. *κελητίζεις*] De isto artificio, in quo audax mulier nimium superbe incitato celeti insedisse, atque etiam calcaribus subditis supinum equum agitasse dicitur, tacere praestat; neque qui ista callent, mysteria sua temere nobis enuntiant. Sed animadvertimus, prostibulas magis, quam matronas, tam absurdae Veneri deditas fuisse. Ut alia praeteream, meretrix *κελητίζει* verbi causa ap. Horat. Sat. II, 7, 50., in Vespis v. 500, et si quaeris, etiam hoc loco, ubi Phaedra pariter atque in Ran. 1043 *Φαίδρας — πόρνας* pro meretrice habita est. De verbis autem *ὅταν Φαίδραν ποιῇς* ita sentio. Quinque omnino Agathonis dramata, in quibus tamen Phaedra non est, a veteribus nominantur, *Θυέστης, Ἀερόπη, Τήλεφος, Ἀλκμαίων, Ἄνθος*. Sin tamen Agatho Phaedram quoque aliquam scripserat, quivis videt, eo Mnesilochi jocum meliorem longe salsioremque futurum. Impune igitur suspicaberis, Phaedrae memoriam interisse: siquidem neque ita multa restant Agathonis fragmenta, et ea ipsa non fere certae ejus fabulae tributa sunt.

V. 154. *ἀνδρεῖα δ' αὖ ποιεῖ τις,*] Legebatur *ἀνδρεῖα δ' ἂν ποιῇ τις*. Etiamsi Aristophanes *ἄν* pro *ἐάν* sive *ἤν* alibi forte dixerit, de quo dubitatur, hic tamen *ἂν ποιῇ τις* propter versum 151 *ἢν ποιῇ τις* ferri nullo modo potest. Quare Dindorfius nuper etiam hic *ἢν ποιῇ τις* edidit, levi sane negotio. Nos reconditius quiddam latere et conjunctivum *ποιῇ* e v. 151 vel 157 irrepsisse rati, edidimus, *ἀνδρεῖα δ' αὖ ποιεῖ τις*, rhetorica figura, quae optime convenit

μίμησις ἤδη ταῦτα συνθηρεύεται.

---

in Agathonem. Movebant etiam loci similes planeque gemelli, Timoclis Comici ap. Athen. VI, 223, d

ὀφθαλμιᾷ τις, εἰσὶ Φινεΐδαι τυφλοί.
τέθνηκέ τῳ παῖς, ἢ Νιόβη κεκούφικε.
χωλός τίς ἐστι, τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ.
γέρων τις ἀτυχεῖ, κατέμαθεν τὸν Οἰνέα.

et Demosthenis Olynth. III. 18, 1 B. *καὶ νῦν οὐ λέγει τις τὰ βέλτιστα, ἀναστὰς ἄλλος, εἰπάτω —. ἕτερος λέγει τις βελτίω, ταῦτα ποιεῖτε ἀγαθῇ τύχῃ*; tum de Corona, 274, 2 B. *ἀδικεῖ τις ἑκών, ὀργὴ καὶ τιμωρία κατὰ τούτου. ἐξήμαρτέ τις ἄκων, συγγνώμη ἀντὶ τῆς τιμωρίας τούτῳ.*, et quae ibi sequuntur. Vides, hanc rationem in duobus pluribusve membris, non in uno, observari solere quum alibi, tum etiam hoc loco, *γυναικεῖ' ἦν ποιῇ τις δράματα — ἀνδρεῖα δ' αὖ ποιεῖ τις*, in quibus ne mireris, variare formam, nec ea plene reciprocari, ipse cavebit Aristophanes Ecclesiaz. 177.

κἂν τις ἡμέραν μίαν
χρηστὸς γένηται, —. ἐπέτρεψας ἑτέρῳ, —.

Ipsa autem loquendi species redit in Avibus v. 76—79., et in fabula nostra v. 405. 407. In hujusmodi locis olim viri docti interrogationis signo abutebantur. Ac vel nuper interrogationem acriter defendit Schaeferus ad Demosth. T. II p. 351, contra autem in subdistinctiones Wunderlichii qua solet humanitate invehitur. Non esse has enuntiationes, verbo *εἰ* mente addito, in ellipticis ducendas, nemo negaverit: sed ex eo nunquam efficiet Schaeferus, in isto genere interrogari. Idem Schaeferus antea ad Bosii Ellipses p. 758 haec scripserat: — *Interrogationem esse, satis docet audientem vox surgens, legentem signum τῆς ἐρωτήσεως.* At non semper, ubi vox assurgit, etiam interrogatur, de signo autem, satisne hic recte ponatur, omnis controversia est. Alta voce recitet Schaeferus primum quemque ejusmodi locum, ut illum

Τοτὲ μὲν ἐρᾷ φαγεῖν ἀφύας Φαληρικάς,
τρέχω 'π' ἀφύας, λαβὼν ἐγὼ τὸ τρυβλίον.
ἔτνους δ' ἐπιθυμεῖ, δεῖ τορύνης καὶ χύτρας.
τρέχω 'πὶ τορύνην.

certe aliquando sentiet, nihil hic quidquam interrogari, sed potius aliquid sumi, poni, fingi et opinione informari. Clarius hanc rem, quam Graeci, eum Latini docebunt scriptores; hi enim simplicem ponunt conjunctivum, opinionis indicem, non veritatis, ut

Millia frumenti tua triverit area centum,

in quo genere interrogatio ne percipi quidem mente aut cogitari potest. Recte igitur cum ipsa interrogatione signum ejus tolli voluerunt Heindorfius ad Satir. Horat. I, 1, 45., Matthiaeus ad Eurip. Orestem. v. 635, aliique.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ὅταν Σατύρους τοίνυν ποιῇς, καλεῖν ἐμέ,
ἵνα συμποιῶ σοὔπισθεν ἐστυκὼς ἐγώ.

ΑΓΑΘΩΝ.

ἄλλως τ' ἄμουσόν ἐστι ποιητὴν ἰδεῖν
ἀγρεῖον ὄντα καὶ δασύν. σκέψαι δ', ὅτι 160
Ἴβυκος ἐκεῖνος, κἀνακρέων ὁ Τήϊος,

V. 158. *ἐστυκὼς*] Ita libri, quod sciam, omnes, male autem *ἑστηκὼς* Scaligeri Excerpta. In Avibus v. 560 *ἐστυκόσι* libri deteriores praebent *ἑστηκόσι*. *Σοὔπισθεν*, pro quo Cod. August. *σὸ ὔπισθεν* scribit, valet *σοὶ ὄπισθεν*.

V. 160. *ἀγρεῖον ὄντα καὶ δασὺν*] Et alioquin indignum est a Musisque alienum, poëtam conspicere agrestem atque hirsutum. His verbis manifesto tragicus Euripidem petit collegam, quem rusticum dicit ob matrem scandicis olerumque venditricem, hirsutum vero, quod barbam aleret promissam. Quare post paullo Euripides Agathonem his verbis alloquitur, v. 173 *παῦσαι βαΐζων* i. e. desine aliquando me, agrestem illum scilicet et hirsutum poëtam, carpere.

V. 162. *χὠ Κεῖος*] Scribebatur *κἀλκαῖος*. Operae pretium est, scholium Cod. Ravennatis ad h. l. paullo diligentius excutere. *In nonnullis Codd.*, inquit, *Ἀχαιὸς scriptum est, et vetustiora exemplaria sic legebant. Is vero qui primum illius loco Ἀλκαῖος reposuerit, Aristophanes est grammaticus; de antiquis enim poëtis verba fiunt, Achaeus autem recentior est. Jam quod Didymus sic Aristophani occurrit, ut Alcaei carmina nota Aristophani fuisse propter dialectum negaret, plane in eo nugatus est. Namque et in Avibus v.* 1410 *et in Vespis* 1232 *Alcaei lyrici parodiae inveniuntur. Alibi idem Didymus dicit, Ἀλκαῖος omnino refingi posse, neque tamen lyrici Athenis ignoti meminisse Comicum, sed Alcaei citharoedi, quem Eupolis quoque in Χρυσῷ Γένει his verbis memoravit, ὦ Ἀλκαῖε, Σικελιῶτα, Πελοποννήσιε. At quid citharoedus ad hunc locum, in quo agitur de poëtis?* Didymum omittere licebit, qui duplicem commisit errorem; verum scholiastae hic multum sane debemus. Is enim opportune nos docuit, *Ἀλκαῖος* non fide niti antiquitatis, sed Aristophanis grammatici opinione, qui pro arbitrio substituit *Ἀλκαῖος*, quum in libris *Ἀχαιὸς* invenisset. Fateor sane *Ἀχαιὸς* tres ob causas ab h. l. penitus abhorrere, quarum unam modo affert grammaticus, quod Achaeus justo fuit recentior: is enim, Suida aliisque auctoribus, eodem fere, quo Sophocles et Euripides, vixit tempore. Praeterea fieri non potest, quin ignotus poëta lyricam poësin illustraverit: neque enim cum Phrynicho, sed

χὠ Κεῖος, οἵπερ ἁρμονίαν ἐχύμισαν,

---

cum Ibyco et Anacreonte componitur; Achaeum vero satis constat, non odas scripsisse, sed tragoedias. Postremo Achaeus, licet Eretriae natus esset, diutissime tamen Athenis vixit et Athenis dramata exhibuit sua, ita ut ineptiarum plenus sit versus 164 *καὶ Φρύνιχος, τοῦτον γὰρ οὖν ἀκήκοας:* proinde quasi nihil de Achaeo, ac potius non plura etiam de hoc audiverit Atheniensis, quam de antiquo poëta, Phrynicho. Veniamus ad Aristophanis conjecturam *κἀλκαῖος*, quae etsi lyricum poëtam nobis suggerit, multis tamen partibus laborat. Ut enim pro *κἀλκαῖος* vitio scribi *κἀχαῖος* potuerit, at non potuit Alcaeus in iis poëtis numerari, quos Comicus emollivisse harmoniam aut penitus enervasse statuit. Imo Alcaeus homo fuit militaris et plane vir, domi militiaeque in republica cognitus, qui licet amori ac lusibus aliquantum tribueret, gravem tamen poësin, non mollem, neque vero effeminatam, sed masculam et virilem protulit. Tantum igitur abest, ut Ibyco et Anacreonti, qui et semper amores spirabant et luxu diffluebant, tertio loco recte Alcaeus succedat, ut horum levitati tam gravis poëta aliquanto rectius opponatur. Denique Comicus temporum ordinem hic ita servavit, ut ab Ibyco profectus ad Phrynichum, recentiorem caeteris, perveniret. Atqui Alcaeus minime Anacreontem inter et Phrynichum medius quasi interjectus est, sed vel ipso Ibyco fuit antiquior floruitque circiter Olymp. XLV, a. Ch. n. 600. Neque vero in conjectura *κἀλκαῖος* acquiescere possumus: sed quod Alexandrinus in illa docti studii infantia tamen suscepit, ut vitio loci mederi vellet, idem nobis hodie in hac literarum luce, critica arte jam propemodum adulta, rectissime conceditur. Atque ego quidem in antiqua scriptura *κἀχαιὸς* Simonidis nomen delitescere ratus cum quadam animi dubitatione *χὠ Κεῖος* reposui. Primum enim sic, Alcaeo iterum expulso, tempora egregie conveniunt. Initium fit ab Ibyco, horum poëtarum antiquissimo (floruit circiter Ol. LVI, 3. a. Ch. 554), hunc sequitur Anacreon (Ol. 63, 2 a. Ch. 527), Anacreontem excipit Simonides (Ol. 65, 2 a. Ch. 519), agmen claudit Phrynichus, tragicus, non lyricus poëta, sed Atheniensis (Ol. 67, 4 a. Ch. 509). Deinde Simonides harmoniam modosque ad mollitiem deflexisse videri sane poterat. Nam dulcem magis hunc diceres poëtam, quam gravem, et Anacreonti, quocum aliquamdiu conjuncte vixit, quodammodo similem. Eidem Suidas propter suavitatem cognomen *Μελικέρτης* inditum esse narrat, scholiasta autem ad Avv. 919 *μέλη — κατὰ τὰ Σιμωνίδου* explicat *κατάτεχνα, ποικίλα*, pro quo Suidas legit vel gravius nomen *κακότεχνα καὶ ποικίλα*. Denique meminerimus, loqui hic Agathonem, qui sonos consimiles omnemque verborum ornatum mire appetebat. Ad hunc igitur eximie respondet tam quaesita oratio

— κἀναχρέων ὁ Τήϊος,
χὠ Κεῖος —

ἐμιτροφόρουν τε, καὶ διεκλῶντ' Ἰωνικῶς·

Haec quoque elegantia deest in conjectura Aristophanis *κἀλκαῖος*. Ac notum est, Simonidem interdum simplici nomine *ὁ Κεῖος* designari, ut in Callimachi fragmento p. 196 ed. Blomf. *Κῆϊον ἄνδρα;* dixit etiam Lucianus *ὁ Κεῖος* in Scytha c. 11, sed, quod mirari licet, de Bacchylide. Erunt fortasse, qui scholiastae Rav. memoriam eo in dubitationem vocent, quod Codices nostri *κἀλκαῖος* unice tueantur, neque in eis ullum sit verbi *Ἀχαιὸς* vestigium. Verum enim vero jam dudum mihi sic intellexisse videor, recensionem Aristophanis Comici eam nos manu terere, quam Aristophanes Grammaticus curaverit. Hanc rem nunc uno saltem alteroque exemplo planam facere conabor. Itaque in Avibus post v. 1332 omnes Codd., quotquot illam fabulam comprehendunt, versum propagant Aristophanis non Comici, sed grammatici hunc *ἐρῶ δ' ἔγωγε τῶν ἐν ὄρνισιν νόμων*, nulla tot librorum discrepantia, nisi quod Rav. et Venetus levi errore *ἐρῶ δ' ἐγώ τι τῶν* — substituunt, ex quo J. Bekkerus *ἐρῶ δ' ἐγώ τοι τῶν* — pessime conficiebat. Scholiasta ad versum praecedentem *μετὰ τοῦτον ἑνὸς στίχου φέρουσί τινες διάλειμμα, καὶ Ἀριστοφάνης (Ἀριστοφάνους) πλήρωμα οὕτως· ἐρῶ δ' ἔγωγε τῶν ἐν ὄρνισι νομῶν.* Contra ingens multitudo Codicum, in quibus Ranae leguntur, non interpolata est ante vs. 153, imo senarium *νὴ τοὺς θεοὺς ἐχρῆν γε πρὸς τούτοισι κεἰ* quasi uno ore tuetur: qui quum ab antiquioribus quibusdam Criticis temere expulsus esset, Aristophanes gr. eum non ejecit, sed tantummodo uncis inclusit, teste scholiasta: *τινὲς δὲ οὐ γράφουσι τὸν νὴ τοὺς θεούς, στίχον, ἀλλ' ἀφαιροῦσι καὶ οὕτω τὰ ἑξῆς γράφουσιν· ἢ πυῤῥίχην τις ἔμαθε τὴν Κινησίου· διὸ καὶ Ἀριστοφάνης παρατίθησιν ἀντίσιγμα καὶ τὸ σίγμα.* Equidem ibi Aristophanem scripsisse censeo,

πρὸς τούτοισιν, ἢ
τὴν πυῤῥίχην —·

Hanc igitur ob causam Codices nostri in h. l. *κἀλκαῖος* continent, quod Aristophanes gr. in ipsum verborum ordinem intulerat. Dixi de re haud sane levi, quod hic versus poscit, non quantum causa desiderat: sed nimirum in Commentatione de Recensionibus Comici Alexandrinis accuratius de ea disputabo.

Ibidem *οἵπερ — ἐχύμισαν*] Ravennas *οἵ περὶ* et *εχυμησαν* (sic), ed. Frob. aliaeque *οἵ περὶ — ἐχύμησαν*. Et *ἐχύμησαν* Hesychius quoque legerat, cujus haec glossa est, *Ἐχύμησαν: ἤρτησαν* (*ἤρτυσαν*). *Ἐχύμισαν* agnoscit Suidas tum in ipsa voce, tum in *Ἐμιτρώσατο*.

V. 163. *Διεκλῶντ'*] *Διεκίνων* Juntina, Codd. Aug. etiam Rav., ut recte Bekkerus (male Invernizius *δεικίνων*). Harpocratio s. *Ἰωνικὸς* sic versum affert, ut legat *διεκίνουν*. *Διεκίνουν* vulgo etiam Suidas sub *Ἐμιτρώσατο* et ex Harpocratione s. *Ἰωνικός;* sed in priore loco ed. Ald. *διεκοίνουν* (Cod. Ox. non habet, puto, *διεκίνων*),

καὶ Φρύνιχος, τοῦτον γὰρ οὖν ἀκήκοας,

---

in posteriore Aldina *διεκείνουν*, sed Codex *διεκίνουν*. *Διεκλῶντ'* Toupii conjectura est Emm. in Suidam I. p. 166., qui, ut speramus, joco dixit ibidem II. p. 611, huc respexisse videri Dionysium Halic. *Π. τ. Δημοσθ. δεινότ.* VI. p. 1093 ed. Lips. *καὶ τῶν ῥυθμῶν πολλαχῇ μὲν τοὺς ἀνδρώδεις καὶ ἀξιωματικοὺς καὶ εὐγενεῖς, σπανίως δέ που τοὺς ὑπορχηματικούς τε καὶ Ἰωνικοὺς καὶ διακλωμένους*, Toupianum *διεκλῶντ'* recepit collaudavitque Brunckius, idque jam diu tanquam pro legitima scriptura obtinet. Sed nescio quo modo Horatî versus, *Motus doceri gaudet Ionicos* — hanc vim habuit, ut VV. DD. certatim saltationes Ionicas temere huc transferrent. Iam Kusterus enim mollem saltationem, qualis fuit Ionum, hic quaesivit, et Toupius suam ipse conjecturam hoc modo convertit: *corpus instar Ionum molliter movebant, molliter saltabant.* Ceterum quo illi auctore compererint, Ibycum, Anacreontem, Simonidem saltatores fuisse et consuesse motus facere Ionicos magnopere adhuc requiro. Saltaverint illi tamen, quantum cuique libeat: num igitur Agatho etiam saltabat, num denique huic motus Ionici a Muesilocho exprobrati erant? Facessat vero hinc saltatio ista; longe aliud quiddam nunc et singuli versus flagitant, ut 136, 138, 139, 142, 143, 148, 152, 154, 160, maximeque v. 165, et omnis nexus sententiarum. Quin potius Agathoni muliebris vestitus crimini datus erat; hunc ut jam defendat, poëtarum exemplis utitur luculentis. Accedit, quod proxime antegressum est v. *ἐμιτροφόρουν*, mitras gestabant. Quo magis necessarium est, vocem a scribis corruptam maxime quidem ad ipsum corporis amictum, sin minus, certe ad delicatum mollemque incessum pertinuisse. At v. *διακλᾶσθαι* quum de horum neutro usurpari soleat, conjecturam vitio creatam et vanissimam libenter expunxissem, si quod satis superque omnibus faceret, afferre possem. Interim non tacebo mediocre commentum, quod librorum *ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκίνων Ἰωνικῶς* fundamento innititur,

Ἐμιτροφόρουν καὶ διεχλίδων Ἰωνικῶς.

(id enim malo, quam *ἐμιτροφόρουν τε καχλίδων Ἰωνικῶς*). Constat, verbum *διαχλιδᾶν* et antiquum esse, neque a comoedia alienum, porro autem *χλιδᾶν* non solum de effeminato incessu, verum etiam de veste luxuriosa interdum poni. Ac multo minus huic opinioni confiderem, nisi eam Bachmanno nostro, egregio Viro, probassem. Sed errorem meum (fortassis enim erravi) spero excusabit conjectura, quam proposuit Dindorfius,

ἐμιτροφόρουν τε καὶ διέκνων Ἰωνικῶς,

Paene omiseram Suidae explicationem s. *Ἐμιτρώσατο* verbo *διεχλίδων* plane consentaneam, *ἀντὶ τοῦ μίτραις, τουτέστι ζώναις διαζωσάμενοι, ἁβρῶς περιεπάτουν.*

V. 164. *τοῦτον γὰρ οὖν ἀκήκοας*] Nam de hoc profecto audisti. Fuit enim Phrynichus, tragicus poëta, et Atheniensis, et paullo

αὐτός τε καλὸς ἦν, καὶ καλῶς ἠμπέσχετο 165

---

minus, quam caeteri, antiquus. *Γὰρ οὖν nam profecto, nam certe*, usitata Atticis locutio est. Multa tragicorum exempla collegit Elmslejus ad Soph. Oed. C. v. 495, partim illa nostro loco similia, ut Soph. Oed. C. 980 *οἵους ἐρῶ τάχ'· οὐ γὰρ οὖν σιγήσομαι.* Antig. 741 *εἴπερ γυνὴ σύ· σοῦ γὰρ οὖν προκήδομαι.* Ibid. 77 *οὐ τήν γε μὴ θιγοῦσαν· εὖ γὰρ οὖν λέγεις.* et v. 1255 *δόμους παραστείχοντες· εὖ γὰρ οὖν λέγεις.* Eurip. Bach. v. 922 *ἀλλ' ἦ ποτ' ἦσθα θήρ; τεταύρωσαι γὰρ οὖν.* In Aristophane, qui *γὰρ οὖν* etiam alibi conjunxit, (Vesp. 726 *σὺ γὰρ οὖν νῦν μοι νικᾶν πολλῷ δεδόκησαι.*) librarii semel hanc formulam obliterarunt, Pac. 406, ubi vulgo legitur *κλέπται γάρ εἰσι νῦν γε μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ*, in Cod. autem Veneto, *κλέπτ[αι τε] γὰρ νῦν μᾶλλόν εἰσιν —*. Scribendum puto,

ἐπεί σε καὶ τιμῶσι μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ·
κλέπται γὰρ οὖν νῦν εἰσι μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ.

Nam neque divelli possunt v. *μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ*, et illud *γὰρ οὖν certe enim* aptissime in h. l. convenit. Ita graviter vocabula *μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ* repetuntur, plane eodem modo, quo apud Euripidem Hippolyt. 665

οὐδ' εἰ φησί τίς μ' ἀεὶ λέγειν·
ἀεὶ γὰρ οὖν πώς εἰσι κἀκεῖναι κακαί.

Scholiasta legit, *κλέπται γὰρ νῦν εἰσὶν μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ* versumque tribuit Trygaeo.

V. 165. *ἠμπέσχετο*] Pro aoristo imperfectum requisiverunt et Elmslejus ad Medeam v. 1128, scribens ille *ἠμπίσχετο*, et Buttmannus Gr. Gr. T. II. p. 143, qui *ἠμπείχετο* proponit. Quorum si utique alterum optare cogerer, ob mutationis lenitatem *ἠμπίσχετο*, imperfectum verbi *ἀμπίσχομαι*, quod recepit Dindorfius, haud dubie eligerem. Sed nulla ratio est, aoristum expellere. Poterat quidem Agatho ita loqui: *et ipse pulcher erat et pulchre vestiebatur*, (und kleidete ſich ſchön), poterat vero etiam in hunc modum, *et pulchre erat vestitus* (und ging ſchön gekleidet). Nam etsi *ἀμπέχομαι* non solum *induor*, sed etiam *indutus sum* declarat, tamen aoristus hujus verbi a priore ductus significatione semper exprimit, *indutus eram* vel *fui*. Verbi autem *ἀμπέχω* aoristos *ἤμπισχον* et *ἠμπισχόμην* exemplis munivit Elmslejus: qui non debebat alteram formam *ἠμπεσχόμην* rejicere, quod hoc verbum in medio augmentum unquam recepisse negaret. Concedo ι saepius quam ε inveniri; sed tamen Codices et hic et in Medea v. 1128 *ἠμπέσχετο* tuentur, Ravennas denique in Eqq. 889 vulgatae lectioni *περιήμπισχεν* duplex augmentum *περιήμπεσχεν* substituit. Contra male, fateor, grammaticus Bekkeri in Ecclesiaz. v. 562 legit *ἠμπεσχόμην*: prorsus enim ibi *ἠμπισχόμην* imperfectum esse verbi *ἀμπίσχομαι* videbitur proxima verba *ψῦχος γὰρ ἦν* et *κατέλειπον ὦνερ* consideranti. Deinde in compluribus verbis Attici duplex augmentum libenter adsciverunt. Pauca de

διὰ τοῦτ᾽ ἄρ᾽ αὐτοῦ καὶ κάλ᾽ ἦν τὰ δράματα·
ὅμοια γὰρ ποιεῖν ἀνάγκη τῇ φύσει.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ταῦτ᾽ ἄρ᾽ ὁ Φιλοκλῆς αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποιεῖ,

---

multis delibabo, Etymol. M. p. 112, 52 τὸ δὲ παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ἀμφιαράῳ διὰ τοῦ ε ἠντεβόλησε δύο κλίσεις ὑπέστη. Apud Photium 71, 12 pro ἠντεβόλει scriptum est ἠντιβόλει contra mentem grammatici. In Demosthene adv. Boeotum I, 37, 6 B. et II, 18, 1 Codex omnium integerrimus ἠντεδίκει legit pro vulgata ἠντιδίκει. Alia vide apud Buttmannum Gr. I p. 345. Quin etiam in hoc ipso verbo aliud inest exemplum duplicis augmenti, imperfectum ἠμπειχόμην, quod e Platone ac Luciano attulit Buttmannus. Nam quod Elmslejo in mentem venit, Platoni vel ἠμπίσχετο vel ἠμπέχετο reddere, formam imperfecti graecis auribus inauditam ἠμπεχόμην finxisse censendus est; Attici vero aut ἀμπειχόμην dicebant, aut ἠμπειχόμην. Quare formas istas sic constituo, ἀμπίσχω Impf. ἤμπισχον, ἀμπέχω Impf. ἀμπεῖχον et ἠμπεῖχον, Aor. ἤμπισχον et ἤμπεσχον.

V. 166. *καὶ κάλ᾽ ἦν τὰ δράματα*] In utraque Dindorfii editione legas, *καὶ τὰ δράματ᾽ ἦν καλά*, conjecturam non necessariam. Hoc scilicet est, verborum structuram pueris demonstrare. Omnino enim *καὶ* ad v. *τὰ δράματα*, non ad *κάλ᾽* pertinet saneque pueri versum sic pronuntiare debent *καὶ κάλ᾽ ἦν τὰ δράματα*, non sic *καὶ κάλ᾽ ἦν τὰ δράματα*.

V. 168. *ταῦτ᾽ ἄρ᾽ ὁ Φιλοκλῆς*] Bentlejus adscripsit *Φιλοκλέης*, Reisigius autem Conj. p. 62 *ταῦτ᾽ ἄρ᾽ ὁ Φιλοκλέης* scribendum esse ait propter tres causas, nempe ob *ταῦτ᾽ ἄρ᾽* pro *ταῦτ᾽ ἄρ᾽*, tum ob ictum exitumque verbi *Φιλοκλῆς*, a voce *Ξενοκλέης* discrepantem. Sed istae rationes nihil valent omnes, neque vel centum causae vicerint, posuisse Aristophanem, *ταῦτ᾽ ἄρ᾽ ὁ Φιλοκλέης*, qui versus fluit lutulentus, quum optimis posset numeris, *ταῦτ᾽ ἄρ᾽ ὁ Φιλοκλῆς* —. Ravennas legit, *ταῦτ᾽ ἄρ᾽ ὦ Φιλοκλῆς*. Philocles, Polypithis f. Atheniensis, Aeschyli ex sorore nepos. De eo quae tradidit scholiasta ad Avv. 284, inde a verbis *εἷς μὲν* valde absurda sunt et perturbata, sed facile corrigi possunt e Suida s. *Φιλοκλῆς* loco priore. Cognomine tragicus dicebatur *Χολὴ* vel etiam *ὁ Ἁλμίωνος*, quod cantica ejus amara essent gustatu (cf. Vesp. 462). Hic permultas edidit tragoedias; in his etiam *Πανδιονίδα* tetralogiam (Schol. Avv. 284 ex Aristotele), cujus non meminit Suidas. Philoclem, cujus Morsimus iste, tragicus nequam, filius, nepos autem fuit Astydamas, praeclarus auctor tragoediae, inter mediocres poëtas referri licebit. Sed incredibili judicum vel maliguitate vel inscitia acci-

ὁ δὲ Ξενοκλέης ὢν κακὸς κακῶς ποιεῖ,

---

dit, ut Philoclis fabula Sophoclis Oedipum Tyrannum, divinam tragoediam, superaret, auctoribus in Argum. Dicaearcho et, qui id animo tulit indigno, Aristide T. II p. 422 ed. J. Apparet vel ex h. l. magnam Philoclis fuisse oris deformitatem; sed qui acutum caput ac prominens ei tribuerunt, tanquam upupae, decepti videntur loco Avv. 284. Tamen e versu Avv. 1295 *κορυδὸς Φιλοκλέει*, ubi cum alauda cristata comparatur, strumam eum Vatinianam ornasse conjicias. Scholiasta Rav. ei turpem vultum, nares simas, staturam brevem assignat, idemque praeter Avv. 1295 Teleclidae affert ex Hesiodis locum, in quo utcunque mutilo tamen rideri Philoclem patet.

V. 169. *ὁ δὲ Ξενοκλέης*] Vulgo *ὁ δ' αὖ Ξενοκλῆς*, Brunckius scripsit *ὁ δὲ Ξενοκλέης*, probantibus Reisigio Conj. 62, Dindorfio, Bothio. *Ξενοκλέης* adscripsit etiam Bentlejus. Cod. Aug. *ὁ Ξενοκλῆς* (sic cum vacuo spatio) et ad marginem reponit *δ' αὖ*. Ravennas apud Invernizium *ὁ δ' αὖ Ξενοκλῆς*, apud Bekkerum *ὁ δὲ Ξενοκλῆς* totum versum a pr. m. omittens. Brunckii conjecturam reliqui. Nisi forte *δ' αὖ*, quod e versu sequente manavit, valet *δ' ἄτ'* et sic potius legendum est,

ὁ Ξενοκλέης δ' ἄτ' ὢν κακὸς κακῶς ποιεῖ.

Cf. Ecclesiaz. 257

προσκινήσομαι
ἄτ' οὐκ ἄπειρος οὖσα πολλῶν κρουμάτων.

Nunc de Xenocle, tragoedo longe, ut videtur, meliore, quam poëta tragico, paucis absolvam. Duo habuit fratres, alterum Xenotimum, alterum sive Xenarchum, sive etiam Demarchum, qui in Choris tragicis crebro saltabant, patrem vero Carcinum, tragicum paullo infeliciorem, qui quum *Καρκῖνος* appellaretur, uti recte scriptum est ap. Thucyd. II, 23 aliosque, eadem forma, qua etiam *Φιλῖνος*, *Λυκῖνος* e. s. p. utuntur, a Comicis tamen magna constantia *Καρκίνος* brevi *ῐ* nominari solet, h. e. cancer manifestarius. Nam vehementer errant, qui iota verbi *καρκίνος*, cancer, longum esse et productum arbitrantur. Xenocles autem, homo corporis perexigui animique pusilli, a Platone in Sophistis *ὁ δωδεκαμήχανος*, et ab Aristophane similiter *μηχανοδίφης* dictus est (Schol. ad Pac. 769), quod quum in tragoediis pari atque pater suus infortunio uteretur, ingenium cito deficiens machinis et omni apparatu scenico studebat resarcire. Nisi potius *μηχαναὶ* doctas fabricas designant, ut Xenocles noster, similiter atque Euripides, dolorum sutelas cupide machinatus sit. Vide infra ad v. 441. Licymnium, quandam Xenoclis tragoediam, facetissime Comicus perstrinxit in Nubibus v. 1260—1274. Infelix Amynias intus *Ἰὼ μοι μοι* exclamat. Strepsiades igitur e tragico gemitu colligit, unum e Cancri daemonibus quasi dicas e filiis Neptuni, vociferatum esse: nec fallit eum, vociferatus est Xenocles. Paullo post Amynias pergit,

ὁ δ' αὖ Θέογνις ψυχρὸς ὢν ψυχρῶς ποιεῖ. 170

ὦ σκληρὲ δαῖμον, ὦ τύχαι θραυσάντυγες
ἵππων ἐμῶν· ὦ Παλλὰς, ὥς μ' ἀπώλεσας.

Tum Strepsiades de Licymnio Xenocleo recordatus, τί δαί σε Τληπόλεμός ποτ' εἴργασται κακόν; Nondum vero Xenoclis poësin omittit Amynias, sed mox indidem sumit illud, ἵππους ἐλαύνων ἐξέπεσον, νὴ τοὺς θεούς. Commode in scholiis docet nos Euphronius, Xenoclis e Licymnio versus hic rideri, quos Alcmene elocuta sit, quum Licymnius Tlepolemi culpa interisset. Eo pertinere verba τί δαί σε Τληπόλεμος —, deinde addit, καὶ τὸ χρυσάμπυγες παραπεποιῆσθαι· lego καὶ τὸ θραυσάντυγες ἐκ τοῦ (sive παρὰ τί) χρυσάμπυκες παραπεποιῆσθαι. Atque etiam ad verba v. 1274 ἵππους ἐλαύνων praeclare monemur, καὶ τοῦτο ἐκ παρῳδίας. Bene vero Euphronius, praeterquam quod illi versus apud Xenoclem fuerunt Tlepolemi, non Alcmenae, quae dicere nullo modo poterat ἵππων ἐμῶν. Itaque assentior aliis grammaticis, qui quum Xenoclis parodiam non minus agnoscerent, scripserunt tamen, Τοῦτο Ξενοκλέους ὑπὸ Τληπολέμου —. Quocirca Tlepolemus Xenoclis, nece Licymnii peracta, clamaverat Ἰώ μοί μοι, ac deinde semet ipse accusans ita dixerat,

ὦ σκληρὲ δαῖμον, ὦ τύχαι χρυσάμπυκες
ἵππων ἐμῶν· ὦ Παλλὰς, ὥς μ' ἀπώλεσας.

paulloque post adjecerat idem, ἵππους ἐλαύνων ἐξέπεσε, νὴ τοὺς θεούς, scilicet ἐξέπεσε Licymnius. Necesse est autem, hunc mythum mire Xenocles perverterit; longe alia enim de morte Licymnio per Tlepolemum allata ab Apollodoro nonnullisque aliis traduntur. Sed nondum a Scholiis illis discedere possum. Aliena ab illo loco, ceterum per se utilissima sunt haec verba: ἄλλοι δὲ τραγικὸν ὑποκριτὴν εἶναι τὸν Τληπόλεμον, συνεχῶς ὑποκρινόμενον Σοφοκλεῖ. Siccine ergo Tlepolemum? Imo vero Xenoclem. Nunc mihi aliquis cum hoc conjungat Aristophaneum Vesp. 1510, ubi Xenocles ita describitur, ὁ πιννοτήρης οὗτός ἐστι τοῦ γένους., et scholiastae ad h. l. memoriam, ὁ πιννοτήρης περὶ Ξενοκλέους ὁ λόγος. — Σοφοκλῆς Ἀμφιαράῳ· ὁ πιννοτήρης τοῦδε μάντεως χορεῦ. Erat igitur Xenocles et tragicus histrio, et Sophocli operam praestabat assiduam, et ab Aristophane nuncupatur ab initio versus ὁ πιννοτήρης, et alius quidam Sophoclis in Amphiarao senarius itidem ab his verbis incipiebat ὁ πιννοτήρης. Quis tandem ex his omnibus non efficiat, Xenoclem praeter alia Sophoclis dramata etiam Amphiaraum egisse, ita porro egisse, ut illum quoque tragici senarium ὁ πιννοτήρης — ipse insigni quodam modo et cum offensione audientium recitaret?

V. 170. ὁ δ' αὖ Θέογνις] Non diu nos Theognis iste morabitur. Quo jure hujus poëtae frigus notetur, cognomen ipsius ab hiberna nive inditum abunde declarat Χιών, quod ei adhaesisse dicunt schol. ad Acharn. 11, et ex eo Suidas s. Θέογνις eodemque

ΑΓΑΘΩΝ.

ἅπασ' ἀνάγκη. ταῦτα γάρ τοι γνοὺς ἐγὼ
ἐμαυτὸν ἐθεράπευσα.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

πῶς, πρὸς τῶν θεῶν;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

παῦσαι βαΰζων· καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτος ἦν,
ὢν τηλικοῦτος, ἡνίκ' ἠρχόμην ποιεῖν·

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μὰ τὸν Δί', οὐ ζηλῶ σε τῆς παιδεύσεως. 175

Aristophanes in Acharn. 140 ingeniose allusit. In eadem fabula v. 9—12 Theognis opponitur Aeschylo, quem unum maxime Comicus admirari solebat, videlicet optimo poëtae omnium facile deterrimus. Quare de tragoediis hujus viri mirum est apud veteres silentium; satis enim habuerunt eum nivem dicere, praeterea autem nihil: sed ab oblivione Theognidem nota vindicavit crudelitas. Fuit enim unus e XXX tyrannis, id quod testantur Xenophon in Hellen. II, 3, 2., Harpocratio in *Θέογνις*, scholiasta ad Acharn. v. 11, Suidas in *Θέογνις*.

V. 173. 176. Olim versus *παῦσαι βαΰζων* tributus est Agathoni, ille autem *ἀλλ' ὥνπερ* continuatus Mnesilocho. Emendavit Kusterus.

173. *βαΰζων*] Tragica vox est *βαΰζειν*, qua utitur Aeschylus in Persis v. 13, in Agam. v. 437, et simili verbo *δυσβάϋκτος* in Pers. v. 566, sed apud Aeschylum significat lamentari, in Aristophane vero, et hic et infra v. 895, conviciis proscindere, et tanquam allatrare. Utrobique sermo tragicus exprimitur. Hic plane antiquum obtinet Euripides veterator. Pulchre senserat, se quum perpetua Agathonis oratione laesum esse, tum maxime v. 159, 60, ubi ille digitum intenderat in agrestem poëtam atque hirsutum. Quid igitur facit? Rogat amicum, ut male dicere sibi desinat: tantum vero abest, ut conviciatori irascatur, ut, quoniam tamen opera ejus tummaxime indigebat, vel gratiam ab eo inire studeat mendacio parum honesto. Nam ego quoque, inquit, id aetatis eram ejusmodi, qualis tu nunc, quum primum fabulas docerem adolescens. Mnesilochus eum turpiter vixisse putat, uti nunc Agathonem, dicitque mirabundus: non hercle istam tibi invideo educationem. Sed ineptissima conjectura Elmslejo excidit ad Acharn. v. 127 *καὶ γὰρ ἦ τοιόσδ' ἐγώ:* quasi vero *καὶ γὰρ ἐγὼ* non valeat *nam ego quoque*. Millies Attici scriptores *nam etiam* (tu) hac forma declarant *καὶ γὰρ* (*σύ*), perraro autem in eis invenias *καὶ γὰρ καὶ* (*σύ*): verum et novitii Codices, et editores antiqui, et hodieque viri quidam docti *καὶ γὰρ καὶ* saepenumero temere

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἀλλ' ὥνπερ οὕνεκ' ἦλθον, ἔα μ' εἰπεῖν.

ΑΓΑΘΩΝ.

λέγε.

---

inculcarunt. In uno Luciano centum fortasse locis pro *καὶ γὰρ καὶ etenim etiam* optimorum Codd. auctoritate *καὶ γὰρ nam etiam* restitui debet. Hoc jam olim a me monitum est in Jahnii Annalibus. Ab Elmslejo certe ᾖ mutuatus est Dindorfius, scripsitque *καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτος ᾖ*. Ego nuper ad Pytinen Cratini haec ita distinxi, ut ᾖ valere putarem *fui et non sum*, ἦν *eram et sum* (sicuti in notissima formula ἦν ἄρα): ac sane fuit Euripides talis, nec est amplius, qui olim comtos aluerit capillos, nunc contra barbam alat promissam. Sed ipse concessi, hanc rationem non ubique servari, et illud addidi, saepe etiam nullo ad sensum discrimine ᾖ consonis, ἦν autem vocalibus praeponi soni causa melioris. Nunc igitur ob alteram rationem necessarium est ἦν, quo hiatus vitatur in continuatione verborum ingratior

ᾖ,
ὢν τηλικοῦτος:

tametsi fuit adeo, qui in Ran. v. 68

τὸ μὴ οὐ
ἐλθεῖν

aliquando ederet. Operam perderet, qui Comicum fere semper ᾖ *eram* posuisse contenderet, neque usquam ἦν nisi in Pluto; nobis haud libet vana temeritate os fingere Aristophanis. Denique cum verbis,

καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτος ἦν,
ὢν τηλικοῦτος —

conferre juvat gravem Sophoclis locum Philoct. 96

ἐσθλοῦ πατρὸς παῖ, καὐτὸς ὢν νέος ποτὲ
γλῶσσαν μὲν ἀργὸν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν.

V. 76. *ΑΓΑΘΩΝ. λέγε.*] Mnesilochi personam verbo λέγε praefigunt editiones Kusteri, Brunckii, Vossii, J. Bekkeri, Bothii; Agathoni id tribuunt Berglerus, Invernizius, Dindorfius. Mnesilochi nomen fluxisse puto e conjectura Kusteri, edd. vero vetustas atque libros omnes, certe Ravennatem, tum ed. Farrei et Brub., Agathonis personam tueri (cf. ad v. 173). Minime Euripides, quae haud dubie Kusteri fuit opinio, socerum suum alloquitur, neque hoc exprimit: noli mihi obstrepere, quin tu potius ea me sinis dicere, quorum causa huc veni: nam neque Euripides neque Agatho Mnesilochi jocos solent curare. Apparet vero, orationem sic cohaerere, *παῦσαι βαΐζων — ἀλλ' — ἔα μ' εἰπεῖν* desine me maledictis insequi, sed potius ea me patere loqui —. Jam necessario is, qui rogatus est, respondere debet, estque certo verbum λέγε *dic igitur* Agathonis. Enimvero aurea sunt illa (dum eis uti scias), quae scholio Ravennate ad v. 500

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

Ἀγάθων, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς καλῶς οἷός τε συντέμνειν λόγους.

ὑπ᾽ αὐγᾶς continentur, *ὅτι καὶ συστολαῖς βιαίοις χρῶνται καὶ ἐκτάσεσι. καὶ ἄνω „ἀλλ᾽ ὥνπερ οὕνεκ᾽ ἦλθον ἀλλ᾽ εἰπεῖν βούλομαι.“* Est omnino ridiculae inscitiae, *ἀλλ᾽* ab Aristophane correptum narrare, verum scholiasta lectionem acceperat jam tum leviter infuscatam. Neque enim punctum temporis dubitare licet, quin grammatici quidam Alexandrini deleta Agathonis persona aliisque mutatis nostrum locum hoc modo interpolarint,

ΕΥΡ. ἀλλ᾽ ὥνπερ οὕνεκ᾽ ἦλθον, εἰπεῖν βούλομαι.
Ἀγάθων σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς —.

Qui haud sane perpenderant, primum conjecturam ipsorum *εἰπεῖν βούλομαι* vehementer languere, deinde fieri vix posse, quin Agatho jam rogatus loquendi potestatem faciat Euripidi, postremo vocativum *Ἀγάθων* v. 177 non esse inchoata pertexentis, sed novum quoddam sumentis initium. Neque quid hic loci hominibus istis displicuerit, statuere possum. Aut enim ne sentiebant quidem, *ἔα* unam modo efficere syllabam, ut recte observat Elmslejus, aut si id senserant, nullo modo debebant obstupescere. Nolo tamen Dindorfii de scholiastae annotatione illa judicium praeterire. Is vero ad v. 500 ita commentatur: *In postremis verbis aliquid turbatum est, ἀλλ᾽ autem ex ἃ μ᾽ corruptum videtur.* Scilicet excogitavit, Atticos pro *ἔα* etiam *ἃ* dixisse, *ὦ* pro *ἐῶ*, *νολαία* pro *νεολαία*, *νανίας* pro *νεανίας*, *θᾶσαι* pro *θέασαι* et quae sunt alia hujuscemodi neque adhuc vulgo cognita, et longe tamen suavissima.

V. 177. 178. Parodia loci Euripidei ex Aeolo fabula, quem primus attulerat Berglerus, servati a Stobaeo Floril. T. 35 p. 216 Ge. Vol. II, p. 44 Gaisf. *Εὐριπίδου Αἰόλῳ·*

Παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.

Sed verissime Porsonus ad Toup. Em. in Suid. T. IV p. 503 memoriae errorem objicit Stobaeo et Comici scripturam *πολλοὺς καλῶς οἷός τε συντέμνειν λόγους* etiam Euripidi restituendam esse judicat. Quis enim sibi persuadeat, Euripidem pedestri saneque vulgari collocatione verborum uti voluisse, quum facile liceret poëtica? aut id egisse Aristophanem, ut istum ordinem haud poëticum sedulo in Euripide notaret? Imo certa est sententia Porsoni. Facetum videtur, Euripidem occasione data suos ipsum versus vili usu deterere, veruntamen illud *σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις —*, de quo agam ad v. 186., puto, etiam facetius est. Ceterum Suidas, qui hos versus apponit, et in *οἷος* et in *σοῦ*, non ab Euripide pendet, sed ab Aristophane. Et in *οἷος* quidem scribit, *Ἀριστοφάνης — καὶ αὖθις· σοφοῦ —* tum etiam *καλῶς πολλούς*, sed *πολλοὺς καλῶς* Cod. Oxoniensis; in *σοῦ*

ἐγὼ δὲ καινῇ ξυμφορᾷ πεπληγμένος
ἱκέτης ἀφῖγμαι πρός σε.

ΑΓΑΘΩΝ.

τοῦ χρείαν ἔχων;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

μέλλουσί μ' αἱ γυναῖκες ἀπολεῖν τήμερον
τοῖς Θεσμοφορίοις, ὅτι κακῶς αὐτὰς λέγω.

ΑΓΑΘΩΝ.

τίς οὖν παρ' ἡμῶν ἐστιν ὠφέλειά σοι;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἢ πᾶσ'. ἐὰν γὰρ ἐγκαθεζόμενος λάθρᾳ
ἐν ταῖς γυναιξὶν, ὡς δοκῶν εἶναι γυνὴ,
ὑπεραποκρίνῃ μου σοφῶς, σώσεις ἐμέ.

---

autem καὶ αὖθις Ἀριστοφάνης deinde pro συντέμνειν hic Cod. Oxon. συντεμεῖν. Postremo in Aristophane pro οἷός τε Cod. Ravennas οἷόν τε.

V. 179. καινῇ ξυμφορᾷ] Κοινῇ non solum libri habent omnes, sed etiam Suidas sub Κοινολεγία et σοῦ. Certatim καινῇ emendarunt Bisetus, Kusterus, Berglerus, Brunckius, Bentlejus. Itaque scholiastam antiquum legisse ex interpretatione ejus μεγάλῃ καὶ θαυμαστῇ conjicias. Hic autem versus non certi loci parodiam complectitur, uti placebat Vossio, sed tantum similitudinem habet tragicae dictionis. Euripides in Alcestide v. 405

ὥστ' ἐγὼ
καὶ σφὼ βαρείᾳ ξυμφορᾷ πεπλήγμεθα.

et v. 856

καίπερ βαρείᾳ ξυμφορᾷ πεπληγμένος.

In Helena v. 1190

πότερον ἐννύχοις πεπεισμένη
στένεις ὀνείροις —;

Lobeckius ad Phrynichum p. 612 rescribebat πεπληγμένη. Vix opus, inquit Matthiaeus T. VIII p. 291. Mihi valde displicet πεπεισμένη, sed πεπληγμένη haud improbatur.

V. 181. μέλλουσί μ' — 184 ἢ πᾶσ' — 189 ἐγὼ φράσω σοι — olim Mnesilocho tributi sunt. Correxit Kusterus.

V. 185. ὡς δοκῶν] Hanc scripturam, ut doctiorem altera magisque exquisitam e libro Ravennate sumendam putavi. Vulgo ὡς δοκεῖν, errore e proxima syllaba nato.

V. 186. σοφῶς] Libri omnes σαφῶς, idque plurimi editores cum verbis σώσεις ἐμὲ consociarunt, veluti Kusterus in versione, non

μόνος γὰρ ἂν λέξειας ἀξίως ἐμοῦ.

ΑΓΑΘΩΝ.

ἔπειτα πῶς οὐκ αὐτὸς ἀπολογεῖ παρών;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἐγὼ φράσω σοι. πρῶτα μὲν γιγνώσκομαι·

---

in textu, Bothius, Dindorfius, J. Bekkerus, et, si forte quaeris, etiam Invernizius. At inutilis videtur notio ista, *perspicue* me servabis; longe enim gravius hoc dicitur tantummodo, servabis me. Contra multum intererat, quomodo Euripidis causa ab Agathone ageretur. Et cum primis vocabulis *ὑπεραποκρίνῃ μου* adverbium copulari debere, ex his quoque locis discitur, Ach. 376 *ὅθ' ὁ δοῦλος οὑτωσὶ σοφῶς ὑποκρίνεται.* Vesp. 53 *οὕτως ὑποκρινόμενον σοφῶς ὀνείρατα.* Nub. 1226 *ἐγὼ γὰρ αὐτίκ' ἀποκρινοῦμαί σοι σαφῶς.* Recte igitur *ὑπεραποκρίνῃ μου σαφῶς* arcte conjunxerunt Brunckius et Vossius. Porro autem quaeramus, quo jure Bentleji emendationem *σοφῶς* pro *σαφῶς* adhuc mire ab omnibus contemtam in fidem recepisse videamur. Dixerit igitur quispiam, cum mulieribus reconditae doctrinae ignaris clare potius et dilucide colloquendum esse, quam sapienter. Verum Euripides in tam mala causa non perspicuitate sermonis poterat servari (nam haec eum iniquissimi odii convictum sine dubio perderet), sed sapientia quadam et callida oratione. Neque vero is versus, qui sequitur, negligendus est, *μόνος γὰρ ἂν λέξειας ἀξίως ἐμοῦ*, id videlicet *σοφῶς*, non *σαφῶς* declarat. Quis enim tam hospes est in literis nostris, ut nesciat, Euripidem incredibili antiquitatis consensu dici solitum *ὁ σοφός*, idque cognomen eum a multis jam vivum tulisse? Plurima hujus generis attulit, nec omnia tamen exhausit Spanhemius ad Ranas v. 789 et v. 1450. Quamobrem recte omnino corrigit Bentlejus *σοφῶς*, praesertim quum librarii saepissime *σοφῶς* in *σαφῶς*, perraro autem *σαφῶς* ipsi in *σοφῶς* mutaverint. Jam supra professus sum, appellationem Euripidis *ὁ σοφὸς* in explicanda parodia *σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς* v. 177 vim habere videri. Nam et sapiens ille Euripides ibi loquitur, et plane est sapientis, brevi oratione multa complecti, et jocose tragicus legitimo cognomine utitur et concesso, quod ipsum e sua potissimum fabula, tanquam domo, repetit. Aliter visum scholiastae Rav., qui poëtas *σοφοὺς* et *σοφιστὰς* crebro nominatos esse, vere id quidem, confirmat, de qua re dicam ipse aliquando uberius ad Archilochos Cratini. Sed quod ille sic exponit, *poëtae est*, *paucis verbis multa comprehendere*, brevitas orationis historicum, poëtam vero ornat ubertas.

V. 189. *γιγνώσκομαι*] Invernizius *γινώσκομαι*, haud dubie e libro Ravennate. Sic enim prodit Bekkerus ad Acharn. v. 48 „*γίγνεται*] *γίνεται* R, idque tantum non constanter.“ Hodie si quis *γινώσκω*, *γίνομαι* scribere auderet, credo, hostis Atticorum ab Attici-

ἔπειτα πολιός εἰμι, καὶ πώγων' ἔχω. 190
σὺ δ' εὐπρόσωπος, λευκὸς, ἐξυρημένος,
γυναικόφωνος, ἁπαλὸς, εὐπρεπὴς ἰδεῖν.

ΑΓΑΘΩΝ.

Εὐριπίδη —

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τί ἔστιν;

---

stis judicaretur. Praeterea hic praecedit sane πρῶτα μέν, sequitur autem non ἔπειτα δέ, sed tantum ἔπειτα, ut multis in locis: sed ne quis hujuscemodi doctrinam a nobis exspectet. Barbam vero Euripidis ne mirere, consule vitam tragici ab Elmslejo editam, in qua scriptum est (p. 173) ἐλέγετο δὲ καὶ βαθὺν πώγωνα θρέψαι —.

V. 191. λευκὸς] Candidus, non pallidus, vox propria de colore mulierum. Ecclesiaz. 387 — ὡς λευκοπληθὴς ἦν ἰδεῖν ἡκκλησία, nempe ob frequentiam feminarum. Ibidem v. 428 ille

εὐπρεπὴς νεανίας
λευκός τις

revera mulier fuit, neque vir juvenis. Sed vel puellae nimius candor in vitium vertit, sicuti ap. Luc. D. Mar. I. 2 Doris haec objicit Galateae, — τὸ λευκὸν μόνον — ἰδὲ σεαυτὴν οὐδὲν ἄλλο ἢ χρόαν λευκὴν ἀκριβῶς· οὐκ ἐπαινεῖται δὲ τοῦτο, ἢν μὴ ἐπιπρέπῃ αὐτῷ καὶ τὸ ἐρύθημα. Tum invidiose respondet Galatea, καὶ μὴν ἐγὼ μὲν ἡ ἀκράτως λευκὴ et quae sequuntur. Nam mulieres sub umbra domestica educantur, in viris autem, qui solem ac pulverem debent subire, candorem veteres reprehendunt. Quare in Nubibus v. 1012 minime scribi licet

στῆθος λιπαρὸν, χροιὰν λευκὴν

pro λαμπράν, sed totus locus in hunc modum constitui debet:

v. 1009. ἢν ταῦτα ποιῇς, ἃ 'γω φράζω,
καὶ πρὸς τούτοις προσέχῃς τὸν νοῦν,
ἕξεις ἀεὶ
στῆθος λιπαρὸν, χροιὰν λαμπρὰν,
ὤμους μεγάλους, γλῶτταν βαιάν,
πυγὴν μεγάλην, πόσθην μικράν.
v. 1015. ἢν δ' ἅπερ οἱ νῦν ἐπιτηδεύῃς,
πρῶτα μὲν ἕξεις
στῆθος λεπτὸν, χροιὰν λευκὴν,
ὤμους μικροὺς, γλῶτταν μεγάλην,
πυγὴν μικρὰν, κωλῆν μεγάλην,
ψήφισμα μακρόν.

V. 193. Εὐριπίδη — τί ἔστιν] Eustathius p. 4, 10 e Comico derivat, ἐποίησάς ποτε, ὦ Εὐριπίδη, in quo male ὦ praefigit. Vide Avv. 1010 Μέτων. ΜΕ. τί ἔστιν;

ΑΓΑΘΩΝ.

ἐποίησάς ποτε;
„χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς;“

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἔγωγε.

V. 194. Bene scholiasta Rav. [ἐκ τῆς] Ἀλκήστιδος Εὐριπίδου. Euripidis parodiam monstraverat jam Kusterus. Nam in Alcestide v. 691 satis acriter Pheres in Admetum filium invehitur, neque ullo pacto adduci potest, ut pro eo mortem oppetat.

Μὴ θνῇσχ' ὑπὲρ τοῦδ' ἀνδρός, inquit, *οὐδ' ἐγὼ πρὸ σοῦ.*
χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς;

Nec absurde Euripidi versus iste ab Agathone in mentem revocatur; ut enim illic Admetus, ita modo Euripides postulavit, ut domestica mala amicitiae causa reciperet alienus. Alcestis vero, quam saepe ac multum risit Aristophanes, certe ad antiquissimas Euripidis fabulas referenda est, quippe quae jam in Acharnensibus (v. 860) exagitetur; adde Nub. 1419, Avv. 542 et v. 1236. Et in Nubibus quidem, ubi Alcestidis jam scholiasta meminit, hic ipse versus paullum detortus propinatur, sed monachi hunc locum sedulo corruperunt. Deteriores libri prae se ferunt, *κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς τίη δὴ* vel *τίη τί δή*, vel *ὅτιὴ τί δή*, antiquissimi Codd. nihil habent istorum, sed post *δοκεῖς* versum finiunt. Recte docet Hermannus, ultima verba ob locum Alcestidis, in quo desunt, jam olim a multis temere deleta esse: sed *τίη δὴ* mirifica vox neque apta scribae, non a metricis nuper ficta est, sed ab antiquis usque repetita temporibus. Eximie vero Reisigius redintegravit, quo nihil melius convenit in Phidippidis sermonem,

Κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς τι ἤδη;

Atque hic mirari licet Bentleji judicium, qui in Epistolis ad Kusterum p. 641 ed. Dind. jambis tetrametris unum senarium parodiae gratia insertum voluerit. Nam si unius parodiae causa metra mutare placebit, id centies facto opus erit in Aristophane, qui hanc quidem ob causam in tot parodiis metra nusquam turbavit; in Vespis quidem v. 308 scripsit *πόρον Ἕλλας ἱερὸν* non parodiae magis causa, quam joci ac leporis. Tamen Dindorfius narrat, *τίη δὴ* conjecturam esse librarii, ipse Bentlejum sequitur. Deinde apud Arrianum Epictet. II, 22 *ἐρεῖς τὰς φωνὰς τὰς τοῦ Ἀδμήτου πατρός· Χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς; Θέλεις βλέπειν φῶς, πατέρα δ' οὐ θέλειν δοκεῖς;* posteriorem versum per lusum ab Arriano adjectum censebat Barnesius, sed longe melior sententia Hermanni est, priorem versum ab lectore quopiam additum esse, posteriorem ab Arriano per errorem memoriae Euripideo substitutum: neque enim hic irrisionem poëtae

ΑΓΑΘΩΝ.

μὴ νυν ἐλπίσῃς τὸ σὸν κακὸν 195
ἡμᾶς ὑφέξειν· καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθα·

---

alicujus comici possum suspicari. Quod autem Wyttenbachius ad Plutarch. p. 212 Alcestidis versum cum alio loco Euripidis ap. Plut. II p. 20 D. comparavit multo aptius a Berglero ad Nub, l. l. illud collatum erat Hecub. 1225, ubi ita refingendum esse censeo,

Ἀλγεῖς· τί δ'; ἢ 'μὲ παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς;

Adjungo etiam Telephi Euripidei verba in Acharn. 530

ταῦτ' οἶδ' ὅτι ἂν ἔδρατε· τὸν δὲ Τήλεφον
οὐκ οἰόμεσθα;

et Ar. Lysistr. 763

ποθεῖτ' ἴσως τοὺς ἄνδρας· ἡμᾶς δ' οὐκ οἴει
ποθεῖν ἐκείνους;

V. 196. *καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθα*] Vulgo *καὶ γὰρ μαινοίμεθ' ἄν* itaque Ravennas. Cod. Aug. spatium relinquit sic *καὶ γὰρ μαινοίμεθ' ἄν*. Suidas in ὑφέξειν legit, *καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθ' ἄν*, cum vulgo tum in cod. Oxon. Suidae lectionem adscisci jubent Koenius ad Greg. Cor. p. 44, Brunckius, Porsonus, et sic ediderunt etiam Dindorfius ac Bothius. Sed verissime judicavit Hermannus ad Viger. p. 814 sqq., ubicunque ἂν iteretur (iteratur autem ab Atticis saepissime) nusquam id temere fieri, sed aut parenthesin intercedere, aut alteram ἂν ad partem rei spectare, denique potestatem voculae servari in utroque l. debere. Hic vero alterum ἂν mihi quoque otiosum videtur, ut visum est Hermanno l. l. et, qui scite attulit Plut. 1070 *μαινοίμην γὰρ ἄν*, in Conject. p. 187 Reisigio. Hermannus nuper in Opusc. IV p, 189 per duplex ἂν rem gravius, quam per unum affirmari dixit, quod neque hic aptum est, nec satis demonstratum: posset forsitan ita conditio magis inculcari, nisi id h. l. jejunum videretur. Olim Hermannus scribi voluerat, *καὶ γὰρ οὖν μαινοίμεθ' ἄν*; at *γὰρ οὖν nam profecto* hic non exspectamus: pessime vero Reisigius l. l. conjiciebat *κάρτα γὰρ μαινοίμεθ' ἄν*. Miror equidem, repudiari potuisse Kusteri emendationem, *καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθα*. Quae principio auctoritatis habet tantundem, ac lectio Suidae; vulgata *κ. γ. μ. ἄ.* vocem leviter transponit, Suidas dittographiam invenerat *κ. γ. ἂν μ. ἄν*, utrumque recta nos ducit ad *καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθα*, atque id unice confirmat. Brunckio vocis ἂν bis positae elegantiam remittimus, neque in fine versus hiatum, quem reprehendit, ob interductum post *μαινοίμεθα* locatum remoramur. At Suidae scriptura etiam idcirco non tota assumi potest, vel quod prius ἂν metri lex poscit, posterius e vulgata corruptione falso resedit, vel quod elegantia ista duplicis ἂν haud raro librariis debetur, sicut in Ranis v. 581 *οὐκ ἂν γενοίμην Ἡρακλῆς ἄν*, ubi cl. versu 496 leges, *οὐκ αὖ*

ἀλλ' αὐτὸς, ὅ γε σόν ἐστιν, οἰκείως φέρε.
τὰς συμφορὰς γὰρ οὐχὶ τοῖς τεχνάσμασιν
φέρειν δίκαιον, ἀλλὰ τοῖς παθήμασιν.

γενοίμην Ἡρακλῆς ἄν; neque ibid. v. 1471 *τἀναντί' ἄν* reponendum erat, verum *τἀναντί' αὖ πράξαντες οὐ σωζοίμεθ' ἄν;*

V. 198. *τεχνάσμασιν*] Juntina *στενάσμασιν* (sic), Cod. Aug. *τεχνάμασιν*, verbum *τεχνάσμασιν* Suidas in ipsa voce et cod. Ravennas. Hoc probatum est Kustero, Brunckio, Dindorfio, dubitanter etiam Bothio, qui ipse conjecturam expromsit ridiculam. Vulgatae *στενάσμασιν* mala emendatio legitur in ed. Farrei et Brub. *στενάγμασι*, quam non debebat Berglerus defendere. Nihil hic ad rem, quod antea ingemuerat Euripides (v. 73). Imo machinae tragici, fabricae, docti doli jam unice commemorandi sunt, ubi vetera commenta nemini ignota (v. 94) novo artificio muliebris habitus, quo indui cupiebat Agathonem, propemodum superarat. Addubito tamen, utrum *τοῖς τεχνάσμασιν* scribere praestet, an *τοῖς τεχνήμασιν*. Nam etsi *τεχνάσμασιν* Ravennas et Suidas in ipsa voce tuentur, eodemque spectat vulgata *στενάσμασιν*, id est *τοῖς* (*σ*) *τεχνάσμασιν*, lectio tamen Codicis Aug. *τεχνάμασιν* potius commendare *τεχνήμασιν* videtur. Agathoni quidem utraque forma magnopere convenit, *τεχνάσμασι*, quod rariores voces aucupari solebat, *τεχνήμασι*, quod sonos consimiles exitusque geminos verborum cupide venabatur (*οὐχὶ τοῖς τεχνήμασιν — ἀλλὰ τοῖς παθήμασιν*. Hoc posterius iteratur in fine v. 201 irrisionis causa, *ἀλλὰ τοῖς παθήμασιν*. Et hujus elegantiae cura Agathoni fortassis etiam antiquior erat. Quare, nisi Codices alteri *τεχνάσμασιν* magis suffragarentur, sonum illum *τεχνήμασιν* lubenter reponerem. Usurparunt tragici utramque formam, sed hanc alteram frequentius (cf. Aeschyli Fragm. no. 328 ed. G. D., Soph. Philoct. v. 36 et v. 928, Eurip. Iphig. T. 1355, et contra Orest. v. 1053 et v. 1560). Jam quod scholiasta Rav. ad v. 199 apposuit unicum verbum *ἐκφεύγειν*, zeugma scilicet notare voluit, quod hac solvebat ratione, *τὰς συμφορὰς γὰρ οὐχὶ τοῖς τεχνάσμασιν ἐκφεύγειν δίκαιον, ἀλλὰ τοῖς παθήμασιν φέρειν*, neque dissentio. Cave igitur existimes, scholiastam vel *φεύγειν δίκαιον*, vel *φύρειν δ.* vel *φθείρειν δ.* legisse: nam et ille *φέρειν δίκαιον* prorsus invenerat, et alioqui locutio *τὰς συμφορὰς — φέρειν* per se aptior est, quam ut mutari recte possit. Rectius aliquanto miramur adnotationem ejusdem scholiastae ad v. 148 *τὴν ἐσθῆθ'* hanc, *ἀντὶ τοῦ τὴν σκέψιν*, quam respuo, aut ne intelligo quidem. Transgredior ad Antitheta Agathonis, multo hic acerbius, quam supra v. 146. 147 derisa, de quibus quum alii, tum Kusterus Porsonusque ad v. 55 alieno quidem loco, et ego ipse de Thesmoph. II p. 19 sqq. disseruimus. Nam etiamsi nihil de ea re doceremur a Platone, Aeliano, Athenaeo, ipsa tamen Agathonis fragmenta, quanto is studio antitheta sectatus fuerit,

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

καὶ μὴν σύ γ', ὦ καταπύγον. εὐρύπρωκτος εἶ, 200
οὐ τοῖς λόγοισιν, ἀλλὰ τοῖς παθήμασιν.

---

clamarent. Tres de sex locis, qui in Athenaeo exstant, huc referendi sunt, V, 185, a. b. *ἡμεῖς γὰρ κατὰ τὸν καλὸν Ἀγάθωνα·*

τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμενοι,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμενοι.

XIII, 584, a. b. *κατὰ γὰρ τὸν Ἀγάθωνα·*

γυνή τοι σώματος δι' ἀργίαν
ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φορεῖ.

denique illud, quod vel inprimis est putidum, V, 211, e *κατὰ γὰρ τὸν Ἀγάθωνα·*

Εἰ μὲν φράσω τἀληθές, οὐχί σ' εὐφρανῶ·
εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τἀληθὲς φράσω.

At vero (licebit enim paullum a proposito discedere, non longius exspatiari) cedo, quid ita tandem Athenaeus, ubi Agathonis nostri meminit, paene constanter tam insolita dictione usus est et, *κατὰ τὸν Ἀγάθωνα* praefatus? accedit autem etiam quartus aliquis locus, X, 445, c., atque adeo quintus XV, 701, b, ubi rursus dixit *κατὰ τὸν καλὸν Ἀγάθωνα*. Longe alias enim formulas, quas nemo ignorat, testimoniis suis praeponere solent grammatici, in quibus verbi causa *κατὰ τὸν Ἀριστοφάνην* non invenies nisi rarissime. Nempe Athenaeus lusum istum, sicut alia bene multa, mutuatus est ab Aristophane. Pro certo habemus etiamnunc, semperque habebimus, versum Aristophaneum,

Ἐκφέρετε πεύκας, κατ' Ἀγάθωνα, φωσφόρους

non ex alia ulla manare fabula potuisse, nisi e Thesmophoriazusis II, quod idem jam ante nos posuerat Dindorfius. Namque ut faces omittam, primum valde movebar similitudine versus ex hac fabula servati, qui proprie attinet ad causam nostram,

καὶ κατ' Ἀγάθων' ἀντίθετον ἐξευρημένον.

Quum vero etiam perpetuum illud Athenaei *κατὰ τὸν Ἀγάθωνα* accesserit, quod certe non domi natum est grammatico, recte censebimus, Aristophanem in Thesmoph. II ita risisse Agathonis poësin, ut identidem iteraret *κατ' Ἀγάθωνα*, atque hoc joco Athenaeum usque eo delectatum esse, ut eum sedula imitatione exprimeret. Itaque falso R. Hanovius deliberatorem egit, nec veram sedem fragmenti Aristophanei *Ἐκφέρετε* — voluit agnoscere. Imo in illa comoedia, si exstaret, facile, aliquammulta hujusmodi *κατ' Ἀγάθων'* invenires, non ista duo tantum, quae nobis relicta sunt. Quod autem Aristophanes etiam in alteris Thesmoph. Agathonem vel asperius, vel non certe lenius, quam in fabula nostra exagitavit: videtur Agatho priorem cavillationem indigno animo tulisse, eamque aliquanto fortius, quam a mollissimo poëta exspectandum fuit, ultus esse. Nemo sanus

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τί δ' ἔστιν, ὅ τι δέδοικας ἐλθεῖν αὐτόσε;

ΑΓΑΘΩΝ.

κάκιον ἀπολοίμην ἄν, ἢ σύ.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

πῶς;

ΑΓΑΘΩΝ.

ὅπως;

δοκῶν γυναικῶν ἔργα νυκτερείσια
κλέπτειν, ὑφαρπάζειν τε θήλειαν Κύπριν. 205

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἰδού γε κλέπτειν· μὰ Δία, βινεῖσθαι μὲν οὖν.

---

licentiam comicam nominatim, quos vellent cunque, illudendi laudaverit, minime tamen haec res e nostro sensu judicanda est; Athenienses enim videbant talia, ridebant, obliviscebantur. Optime cum iis agi diceres, qui iram suam dissimulassent: at qui dolorem animi paullo apertius tulisset, ei verendum erat, ne mox pejus acciperetur. Quam amice Comicus in Eqq. 1275 petit ab Arignoto, ut sibi Ariphradem, illius fratrem ridere liceat; quantum vero idem acerbitatis virus duobus annis post in eundem Arignotum evomit Vesp. 1277: neque enim Arignotus sapienter quieverat. Nubes primae plenae fuerant maledictis, sed vel sic tamen Socratis dignitati quodammodo consultum erat: quatuor post annis non ab ipso quidem Socrate, qui aequissimo animo ludis illis interfuerat, sed ab Alcibiade et aliis philosophi amicis irritatus Nubes scripsit secundas, in quibus jam ira videtur ardere, Socrati autem profecto gravissimam facit injuriam. Quin etiam Euripides, quo neminem diutius vel petulantia majore insequutus est, ex iniquo loco pugnare maluerat, quam prudenter tacere; est enim ubi ad Comici reprehensiones in tragoediis suis respondeat atque adeo semel iterumque manifesto ipse petit Aristophanem.

V. 204. *ἔργα νυκτερείσια*] Forma *νυκτερείσιος* olim in Lexico dubia visa est Schneidero. Passovius autem suo in Lexico ambigue simul ad verbum *ἐρείδειν*, quod in comoedia est, subagitare mulierem, alludi intellexit. Videtur quidem Aristophanes forma *νυκτερήσιος* usurus fuisse, rarissima illa, quae in Luciani Alexandro legitur c. 53 *χρησμὸς νυκτερήσιος*, beneque convenit cum *ἡμερήσιος* Aeschyl. Agam. v. 22, sed eam subito levi opera mutat in *νυκτερείσιος*, quoniam verbum *ἐρείδω* admiscere vult. Itaque satis inepte Bothius ipsum *νυκτερήσια* malit repositum.

ἀτὰρ ἡ πρόφασίς γε, νὴ Δί' εἰκότως ἔχει.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τί οὖν; ποιήσεις ταῦτα;

ΑΓΑΘΩΝ.

μὴ δόκει γε σύ.

V. 206. 207. Vulgo hos versus loquitur Euripides, et ita Kusterus edidit. Mnesilochi persona in edd. Farrei et Brub. versui 206 praefigitur, sed versui 207 absurde *ΑΓ.* Pro *βινεῖσθαι* autem quibusdam in edd. legi *κινεῖσθαι* auctor est Kusterus. Tum conjecturae ope rescripsi *μὰ Δία, βινεῖσθαι μὲν οὖν*, cujus loco libri omnes tenent *νὴ Δία, β. μ. ο.*, vitium e proximo versu huc translatum. Namque ista repetitio *νὴ Δία — νὴ Δία* nihil salis habet aut leporis, sed tota vehementer languet. Ac tamen apparet, Mnesilochum hic ejusmodi quiddam studiose sequutum esse, quum utrumque *νὴ Δία* in eadem versus sede post caesuram penthemimerem collocatum sit. Quamobrem reposui, ut vides,

ἰδού γε κλέπτειν· μὰ Δία, βινεῖσθαι μὲν οὖν
ἀτὰρ ἡ πρόφασις γε, νὴ Δί' εἰκότως ἔχει,

Scilicet, credo, muliebrem furari Venerem: non sane, imo viris ipsum furto esse. At praetextus sane est speciosus. Non verum est, quod dicis, inquit, sed valde tamen speciosum. Feminarum opera nocturna furatur Veneremque surripit muliebrem tum is, qui praeter jus fasque cum femina concumbit, id non sane faciebat Agatho, tum vero etiam, qui muliebria passus feminas debito sibi munere defraudat, id vero sane faciebat Agatho, judice quidem Aristophane. Scio, vulgatam *νὴ Δία, βινεῖσθαι μὲν οὖν* cum locis Plut. 287 *νὴ τοὺς θεούς, Μίδας μὲν οὖν* — et v. 412 *πολὺ μὲν οὖν νὴ τοὺς θεούς* haud absurde comparari posse; sed mea quoque emendatio, secundum quam in conjunctione jurisjurandi *μὰ Δία* et *νὴ Δία* luditur, satis apte conferri poterit cum loco Eqq. 338 *ΑΛ. μὰ Δία. ΚΛ. ναὶ μὰ Δία. ΑΛ. μὰ τὸν Ποσειδῶ —.* Praeterea aliquando hic scribi volebam *-νὴ Δί' οἰκείως ἔχει* propter verba Agathonis v. 197 — *οἰκείως φέρε*, quae a festivo sene putabam rideri. Ceterum opinionem vix inventam abjeci, primum offensus locutione *οἰκείως ἔχει τι*, quum contra multi dixissent *εἰκότως ἔχει τι*, veluti Euripides in Iphig. Taur. v. 911, deinde quod aptissime in h. l. cadit illud *ἡ πρόφασις — εἰκότως ἔχει* praetextus est speciosus.

V. 208. Vulgo *ΑΓ. τί οὖν — ΕΥ. μὴ — σύ. ΑΓ. ὦ τρισκ. — Εὐριπίδης;* certe ita Kusterus. Ed. Brub. *ΜΝΗ. τί οὖν —;* Ed. Farrei autem *ΕΥ. τί οὖν —;* sed mox utraque recte *ΕΥΡ. ὦ —.* Correxerunt Bentlejus, Berglerus, Reiskius.

Ibidem. *μὴ δόκει γε σύ*] Euripides in Medea v. 359 *ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πω.* Fallitur Kusterus.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ὦ τρισκακόδαιμον, ὡς ἀπόλωλ' Εὐριπίδης.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ὦ φίλτατ', ὦ κηδεστά, μὴ σαυτὸν προδῷς. 210

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

πῶς οὖν ποιήσω δῆτα;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τοῦτον μὲν μακρὰ
κλάειν κέλευ'· ἐμοὶ δ' ὅ τι βούλει χρῶ λαβών.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἄγε νυν, ἐπειδὴ σαυτὸν ἐπιδίδως ἐμοὶ,
ἀπόδυθι τουτὶ θοἰμάτιον.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

καὶ δὴ χαμαί.

V. 209. *τρισκακοδαίμων*] Sic cod. Augustanus. Juntina *τρισκακοδαίμον* hoc accentu, Ravennas sine accentu *τρσκακοδαιμον*. Hujus libri vestigia sequutus *ὦ τρισκακόδαιμον* retinui, omninoque nihil quidquam mutavi. Euripides ab initio Agathonem alloquitur dicitque: *o homo omnibus diris devovende, ergo periit Euripides.* O unſeliger, ſo wäre der Euripides verloren! Tertia persona Euripides de se utitur etiam v. 77 *εἴτ' ἐστ' ἔτι ζῶν, εἴτ' ἀπόλωλ' Εὐριπίδης.* Totus autem versus haud absimilis est illi infra 875 *ὦ τρισκακόδαιμον, ψεύδεταί νὴ τὼ θεώ.* Sin autem substitueris cum Brunckio, Bothio, Dindorfio *ὦ τρισκακοδαίμων*, stare nullo modo poterunt caetera, *ὡς ἀπόλωλ' Εὐριπίδης;* prima enim erit persona *τρισκακοδαίμων*, tertia autem *ἀπόλωλ'*, id quod repugnat. Valde speciosam esse concedo Elmsleji conjecturam ad Acharn. v. 482

ὦ τρισκακοδαίμον, ὡς ἀπόλωλ'. ΜΝ. Εὐριπίδη,
ὦ φίλτατ' —,

quam recepit Dindorfius, veram dicere jam vix ausim. Etenim neque necessaria est, dummodo Ravennatem sequare, et perquam facete tragicus poëta de semet ipso hoc pronuntiabit, „periit *Euripides* (at qualis quantusque vir)" et multo elegantius integer versus tum Euripidi tum Mnesilocho relinquetur. Nec vero in animum inducere possum, ut credam, librarios *ὡς ἀπόλωλ' Εὐριπίδης* e versu 77 *εἴτ' ἀπόλωλ' Εὐριπίδης* assumsisse. Ceterum docte Elmslejus opinionem suam commendavit similibus locis, in quibus legitur *ὦ δέσποτ'*, *ὦ μακάριε*, vel *ὦ Καρκίν' ὦ μακάριε*, vel *ὦ φίλτατ' ὦ Τρύγαιε*, vel *ὦ δημίδιον, ὦ φίλτατον.*

ἀτὰρ τί μέλλεις δρᾶν μ᾽;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἀποξυρεῖν ταδί· 215

V. 215. *δρᾶν μ᾽*] Haec est communis librorum omnium scriptura, etiam Ravennatis; perperam enim Invernizius *δρᾶν* edidit decepitque olim Dindorfium, nuper quodammodo Bothium.

Ibidem. *ἀποξυρεῖν ταδί*] Quantivis pretii haec est scholiastae Ravennatis memoria, *τὰ γένεια. ταῦτα δὲ ἔλαβεν ἐκ τῶν Ἰδαίων Κρατίνου.* Cum his verbis Dindorfius ad Ar. Fragmenta p. 94 not. optime composuit locum quendam Clementis Alexandrini, jam ante a pluribus laudatum, ut a Kustero in Prolegomenis, Stromat. VI p. 751 ed. Potter. *Ἀριστοφάνης δὲ ὁ Κωμικὸς ἐν ταῖς πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις τὰ ἐκ τῶν Κρατίνου Ἐμπιπραμένων μετήνεγκεν ἔπη.* Idem dubitari posse negat, quin eandem Cratini fabulam horum uterque in animo habuerit, ut duplex comoediae nomen *Ἰδαῖοι ἢ Ἐμπιπράμενοι* agnovisse videatur. Minus recte ego ipse conjeci De Thesmoph. II p. 84, Clementem forsitan errore *πρώταις* pro *δευτέραις* scripsisse, adeoque Aristophanem in priore fabula ex Idaeis, in posteriore autem ex Empipramenis nonnulla mutuatum videri. Tantum enim abest, ut ex Empipramenis quidquam ad Thesmoph. II redundasse arbitrer, ut tituius *Ἐμπιπράμενοι* unice cum iis rebus conveniat, quae nostro loco in Thesmoph. I aguntur, atque id nomen *Ἐμπιπράμενοι* ab hac ipsa re ductum esse videatur: nam apud Cratinum quoque homines quidam usti erant, ut Mnesilocho pili ab Euripide ustulantur. Minime vero negligendum est illud scholiastae ad Ecclesiaz. 1089 (1081) *Κρατῖνος δὲ καὶ πρὸς κλεψύδραν κελεῦσαι. — Καὶ ὁ Κρατῖνος ἐν τοῖς ἰδίοις τὰς Θείας μορφὰς ἐν ἀρχῇ φανείσας.*, locus sane perobscurus, in quo tamen, ut caetera nunc omittam, illa verba *ὁ Κρατῖνος ἐν τοῖς ἰδίοις* ad eandem Cratini fabulam satis certo referemus. Tum vero alter scholiasta comoediam *Ἰδαῖοι*, alter *Ἴδιοι* nominaverit. Sed ut *Ἴδιοι* aut plane nihili est, aut non quadrat nisi in novam comoediam, sic etiam Dactylos Idaeos, de quibus nunc multa fabulantur „*sesquidocti archaeologi*“, jure nostro hinc segregabimus. Quare scribendum puto *Ἰδυῖοι ἢ Ἐμπιπράμενοι* Testes sive Ustulati (de verbo Draconis Solonisque *Ἰδῦοι* paucis exposui ad Daetal. p. 42 sq.) idque eo magis, quod in illa fabula sermonem de re judiciali habitum fuisse e scholiis ad Eccles. colligo. Utut ea res se habuit, hoc manebit, quod magna cum voluptate e Clemente ac scholiasta cognoscimus, scenam nostram, in qua barba Mnesilochi tondetur, pilique ejus flamma amburuntur, de Cratino expressam esse. Et quum certissimum sit, Aristophanem nunc Cratini exemplum de industria imitari, nullo modo autem ad risum detorquere, tum etiam necesse est Cratinei loci similitudinem permagnam quandam fuisse, siquidem res a duobus viris, qui diversos sequuntur auctores,

τὰ κάτω δ' ἀφεύειν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἀλλὰ πρᾶττ', εἴ σοι δοκεῖ.

---

et animadversa est, et memoriae prodita. Ita saepius crediderim, Aristophanem a Cratino, quem magni faciebat, ita pendere, ut tamen servitutem serviat liberam. Jam olim conjecimus, Daedalo Aristophanis, de quo Clemens ibidem rem valde jocosam narrat, haud exiguam cum Nemesi Cratinea similitudinem intercessisse; neque poenitet hujus conjecturae.

V. 216. *ἀφεύειν*] Suidas sub *Ἀφανισθήσομαι* extrem. legit *ἀφαύειν*. Horum verborum confusio solemnis est.

Ibidem. *ἀλλὰ πρᾶττ', εἴ σοι δοκεῖ*] *Quin tu hoc facias, si tibi videtur.* Ineptissime Elmslejus ad Acharn. v. 339 „Hinc legerim in Thesm. 216. *ἀλλὰ πρᾶτθ' ὅ τι σοι δοκεῖ, ubi vulgata scriptura vix Graeca videtur.*"

V. 217. *ἦ μὴ διδόναι σοί γ' αὐτὸν ἄφελόν ποτε*] Legebatur *ἦ μὴ διδόναι γ' αὐτὸν ὤφελόν ποτε*. In Venetis edd. deest *αὐτόν*. Primum conjecturas ordine singulas enumerabo, Biseti *ἦ μὴ διδόναι γ' ἐμαυτὸν ὤ. π.*, Scaligeri, Kusteri, Bentleji *ἦ μὴ διδόναι γ' ἐμαυτὸν ὤ. π.*, Dawesii et Brunckii *ἦ μὴ 'πιδοῦναι 'μαυτὸν ὤ. π.* (hi conferunt v. 213 et 249), Toupii et Reisigii *ἦ μὴ 'πιδιδόναι γ' αὐτὸν ὤ. π.*, Bothii *ἦ μηδὲ διδόναι γ' αὐτὸν ὤ π.*, Dindorfii, qui olim Toupium sequutus est, *ἦ μὴ 'πιδιδόναι 'μαυτὸν ὤ. π.* Satis jam est conjecturarum. Accidit etiam hic viris doctis, quod alias haud raro, ut de emendatione prius, quam de sententia loci cogitarent. Omnes enim, Bisetus, Kusterus, Brunckius, Vossius hoc fere modo convertunt, *alioquin non debebam memetipsum tibi tradere.* At nullo pacto Mnesilochus se jam ipse consolari potest, sed moleste potius ea mala ferre debet, quae sibi videt impendere. Neque magis scribere licet *ἦ μὴ profecto non debebam me tibi committere:* satis frigide enim is, qui modo quatuor versibus ante prolixe omnia de se promiserit v. 212 *ἐμοὶ δ' ὅ, τι βούλει χρῶ λαβών*, jam nunc celerem agat poenitentiam. Quum vero haec professio senis tam inconstantis vel per se vehementer langueat, tum etiam omnibus, quas dixi, conjecturis languide ac putide expressa est. Praeterea multi ex illis VV. DD. aut verbum *διδόναι* cum alio multum diverso *ἐπιδιδόναι* perperam commiscuerunt, aut locum vocula *γὲ* plane inutili onerarunt. Atque ut haec omnia mittamus ultimum vocabulum *ποτὲ* maximo indicio est, de ejusmodi re, non quae cummaxime agatur, sed quae olim aliquando acciderit, versum explicari debere; longe alia est enim formula *μήποτ' ὤφελον* apud Euripidem et alios, neque huc ullo modo pertinet. Videlicet homines doctissimi a mente Aristophanis longe aberrarunt. Sine dubio enim hoc vult Mnesilochus: utinam ne

ἢ μὴ διδόναι σοί γ' αὐτὸν ὤφελόν ποτε.

---

olim filiam meam nuptum dedissem Euripidi. Nam primum quidem verba *διδόναι* sive etiam *ἐκδιδόναι* saepenumero de patre pronuntur, qui filiam in matrimonio locavit, quam ipsam rem Mnesilochus solet urgere, ut v. 74 *ὄντα κηδεστὴν ἐμόν*, et v. 210 *ὦ κηδεστά*. Deinde Mnesilochus et ferre mala sibi imminentia debet, et graviter tamen dolere, id quod tum profecto faciet. Praeterea non solum tragici cum quadam pompa, veluti Euripides

Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος

atque ex eo Ennius:

Utinam ne in nemore Pelio securibus,

verum etiam Comici non sine facetiis malorum causas altius possunt arcessere, ut in Nubibus,

εἴθ' ὤφελ' ἡ προμνήστρι' ἀπολέσθαι κακῶς,

Tum haec senis optatio altiorem, quam fortasse videtur, intellectum habet, propterea quod matrimonium illud fuerat infelix: Euripides enim Choerilem, Mnesilochi filiam, repudiarat concesseratque Cephisophonti, de quo forsitan infra ad v. 289. disputabimus. Postremo, id quod summum est, sententiam prorsus jocosam, quae facile in animum uniuscujusque influat, sic demum consequimur. Quis enim fronte vivit tam caperata, ut eum talis versiculus Mnesilochi secum murmurantis non humaniter oblectet, Wahrhaftig, ich hätte dir damals den Kerl nicht zum Manne geben sollen! Quae quum ita sint, de sententia quidem ipsa ne dubitari quidem potest; ceterum in verbis singulis magnopere adhuc laboro. Nullam igitur fidem invenient haec commenta *ἢ μὴ διδόναι θυγάτριον ὦ. π.*, vel *ἢ μ. δ. γύναιον ὦ. π.*, vel *ἢ μ. δ. σοίγ' ἄλοχον ὦ. π.*, vel *ἢ μ. διδόναι γ' εἰς αὐτὸν ὦ. π.* (tametsi Attici norunt etiam *εἰς αὐτὸν* pro *εἰς αὐτοῦ*: cf. Reiz. et Wolf. de Acc. Inclinat. p. 56. 57). In tanta consilii inopia tandem id adscivi, quod proxime a vero abesse videbatur (praecedit autem *εἴ σοι δοκεῖ*, ubi Ravennas scribit *εἴσω δοκεῖ*) *ἢ μὴ διδόναι σοί γ' αὐτὸν ὤφελόν ποτε*. Profecto non debebam tibi [Choerile] hominem istum aliquando nuptum dare. Nec me fallit, quod aliquis facile his opponat, etsi Mnesilochus filiam alloqui absentem possit, tamen perversam hanc videri locutionem. Centena exempla ex antiquis scriptoribus depromere facili negotio possum, in quibus pater mulieris dicatur *διδόναι θυγατέρα ἀνδρὶ* (ex Homero, Euripide, aliis, unum ex ipso Aristophane, Polyido Fr. I

ἰδού, δίδωμι τήνδ' ἐγὼ γυναῖκά σοι
Φαίδραν),

non uti nos legi volumus, *διδόναι θυγατρὶ ἄνδρα*, nec mirum: nam mulier in potestate fuit mariti, non contra. Attamen haec ratio non ubique ad amussin exacta est, ut vel unus ostendet locus Eurip. Iphig. A. v. 68 *δίδωσ' ἑλέσθαι θυγατρὶ μνηστήρων ἕνα:* nam Graecia quoque suas tulit Helenas, quae ob pulchritudinem, quos vellent, li-

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

Ἀγάθων, σὺ μέντοι ξυροφορεῖς ἑκάστοτε,
χρῆσόν τι νῦν ξυρὸν ἡμῖν.

ΑΓΑΘΩΝ.

αὐτὸς λάμβανε

---

bero arbitrio possent eligere. Itaque sive usus formam utramque sanxit, sive eximia fuit Choerilae pulchritudo, haud offendor. Dixeris etiam, comico lusu haec ita inverti, *διδόναι σοί γ' αὐτὸν* pro *σέ γ' αὐτῷ*, fortasse quod Euripides in potestate fuisset Choerilae; sed isthuc dicere facile est, demonstrare autem non aeque.

V. 218. *Ἀγάθων, σὺ μέντοι ξυροφορεῖς ἑκάστοτε*] Supra v. 177 *Ἀγάθων, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ.* et infra v. 249 *Ἀγάθων, ἐπειδὴ σαυτὸν ἐπιδοῦναι φιλεῖς.* Ubique loquitur Euripides, cui ne in tragoedia quidem anapaestus ejusmodi fugiendus erat.

219. *χρῆσόν τι νῦν ξυρὸν ἡμῖν*] Scribebatur, *χρῆσόν τι νῦν ἡμῖν ξυρόν*, quod olim ferebam itaque disputabam. „Quum trimeter Comicorum vitam ac familiaris sermonis negligentiam imitari debeat, nemo jure mirabitur, quod aliquando vel Aristophani versus parum numerosus excidit. Id accidisse puto Thesmoph. 219

χρῆσόν τι νῦν ἡμῖν ξυρόν. ΑΓΑ. αὐτὸς λάμβανε.

Nemo enim primum non opinabitur, ante novam personam in fine quarti pedis, quippe jambi sibi subsistendum esse, sed protenus animadvertet, se egregie deceptum.“ Mox tamen intellexi, ordinem verborum ita mutandum esse, *χρῆσόν τι νῦν ξυρὸν ἡμιν* —, quomodo etiam justa caesura versui restituitur. Atque id nuper optime vidit Bothius monuitque, formam *ἡμιν* librarios nescivisse. Nam comici etiam poëtae, in his Aristophanes, ultimam syllabam pronominum *ἡμιν, ὑμιν*, ubi nullam magnopere vim haberent, interdum, licet haud crebro, corripuerunt, sicuti Phrynichus in Mysta ap. Eustath. p. 1112, 28 *ἐβουλόμην ἂν ἡμιν ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ.*, quam rationem Dindorfius nuper ad Aves v. 386 agnovit. Etsi in hac etiam re singulorum usus scriptorum multum valere debet. Ita Aeschylus *ἡμιν ὑμιν* neque sprevit sponte oblata, nec valde sequutus est, Sophocles ea saepissime adscivit, vicies fortasse in unica fabula, Oedipo Tyranno, Euripides singulari usus judicio ea tam parum frequentavit, ut eis vulgo penitus abstinuisse putetur (v. Porsonum ad Phoeniss. v. 778 et Matthiam quoque in Gr. p. 273 ed. II.), quam vere, jam non decerno. Deinde vulgabatur *χρῆσόν γε νῦν*, sed emendate *χρῆσόν τι νῦν* scribunt edd. Farrei et Brub. atque Ravennas. Utitur autem hujus loci auctoritate Pollux duobus in locis, primum X, 140 *καὶ ξυρὸν καὶ ξυροδόχη· ὡς ἐν Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνης· χρῆσόν γε νῦν ἡμῖν ξυρόν. Ἀγ. αὐτὸς λάμβανε ἐντεῦθεν ἐκ τῆς ξυροδόχης.*

ἐντεῦθεν ἐκ τῆς ξυροδόκης.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

γενναῖος εἶ. 220
κάθιζε· φύσα τὴν γνάθον τὴν δεξιάν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ὤμοι.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τί κέκραγας; ἐμβαλῶ σοι πάτταλον,
ἢν μὴ σιωπᾷς.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἀτταταῖ, ἰατταταῖ.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

οὗτος σὺ, ποῖ θεῖς;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

εἰς τὸ τῶν Σεμνῶν Θεῶν.

Verum hujus loci perexiguus usus est, quippe e vulgaribus edd. Aristophaneis partim interpolati, quod monstrat vocula γέ, clarissime autem persona Agathonis, quorum neutrum Pollux ipse consignarat. Idem II, 32 ita loquitur, ξυρόν. ἡ δὲ θήκη ξυροθήκη ἢ ξυροδόχη παρὰ Ἀριστοφάνει καλεῖται. Sed hic recte scriptum est ξυροδόκη in Codd. Seberi, Vossii, Falckenburgii. Scripserat autem ἢ ξυροδόκη, ad quod inveniendum nihil opus erat Porsono. De attica forma πανδοκεῖον, deque vulgari πανδοχεῖον attente legant tirones, quae a Lobeckio dicta sunt ad Phryn. Epit. p. 307. Ravennas habet ξυροδόκης.

V. 222. ἐμβαλῶ σοι πάτταλον] Ut taceat et aliquanto melius buccam discat inflare. Jam Berglerus attulit Eqq. 375

καὶ νὴ Δί' ἐμβαλόντες αὐ-
τῷ πάτταλον μαγειρικῶς
εἶς τὸ στόμ', εἶτα δ'- ἔνδοθεν κτἑ.

V. 223. ἀτταταῖ ἰατταταῖ] Apud Kusterum reperio Ἄτταται, ἄτταται, apud Brunckium ἀτταταὶ, ἀτατταταί; Ravennati tribuit Invernizius ἄττατα . ἰάττατται, Bekkerus autem αττατα αττατται. Scripsi fere cum Bentlejo ἀτταταῖ, ἰατταταῖ.

V. 224. οὗτος σὺ ποῖ θεῖς;] Eadem verba sunt in Vespis v. 854, monente etiam Berglero.

Ibidem. εἰς τὸ τῶν Σεμνῶν Θεῶν] Vide anonymum censorem Erinyum, quas nuper excogitavit O. Muellerus, p. 138. In illud fanum, ac praeterea in Theseum, supplices confugiebant, observante etiam schol. Rav. Cf. Eupolin in Equitibus v. 1309.

οὐ γὰρ, μὰ τὴν Δημήτερ' ἐνταυθοῖ μενῶ 225
τεμνόμενος.

V. 225. *μὰ τὴν Δημήτερ' ἐνταυθοῖ*] Editiones Kusteri atque Brunckii, *μὰ τὴν Δήμητρά γ' ἐνταυθοῖ*. Sed in omnibus antiquis exemplaribus ante Kusterum editis sine particula *γὲ* legi *μ. τ. Δήμητρα ἐνταυθοῖ* Porsonus Reisigiusque auctores sunt. Ravennati tribuit Invernizius *Δήμητρα ἐνταυθοῖ*, Bekkerus autem *Δήμητρά γ' ἐνταυθοῖ*, tacite uterque; lCtum hic potius sequar, sed de hac re statues ut libuerit. Certe perperam nuper edidit Dindorfius, *Δήμητρά γ' ἐντ.*, quoniam nec *μὰ τὴν Δήμητρά γ'* attice dicitur, neque hic vocabula *οὐ γὰρ — γὲ* cohaerere possunt. Admodum vero speciose Porsonus in Advers. p. 37 (32) quum emendavit, *Οὐ γὰρ μὰ τὴν Δήμητρ' ἔτ' ἐνταυθοῖ μενῶ*, tum apposuit locos Nub. 812 *οὗτοι μὰ τὴν Ὀμίχλην ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς*, et Vesp. 1442 *οὗτοι μὰ τὴν Δήμητρ' ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς;* adjecit etiam minus commode Plut. 64 *οὗτοι μὰ τὴν Δήμητρα χαιρήσεις ἔτι*. Porsoni judicium comprobavit Reisigius Conject. p. 254, et olim Dindorfius. At non quod bis terve observatum est, continuo ubivis aptum esse censebimus. Hic quidem *ἔτι*, quo oppositio verborum *εἰς τὸ τῶν Σεμνῶν Θεῶν* vocisque *ἐνταυθοῖ* si minus tollitur, at valde obscuratur, incommode poni senties. Nos vix ulla mutatione suffecimus, *οὐ γὰρ μὰ τὴν Δήμητερ' ἐνταυθοῖ μενῶ*, rati novam accusativi formam *Δημήτερα* inducendam esse, quae jam olim Scaligero placuerat, ut l. l. tradit Reisigius „*Scaliger Δημήτερ' voluit.*“ *Δημήτηρ* dicta est quasi *Γῆ Μήτηρ*, ut bene Tullius De Nat. Deor. II, 26., ad quam originem saepius adluditur, ut ab Euripide in Bacch. 275

Δημήτηρ θεὰ,
Γῆ δ' ἔστιν· ὄνομα δ' ὁπότερον βούλει κάλει

(alia dedit Lobeckius in Aglaophamo p. 537.): quin ne id quidem nobis obest, quod nonnulli eam falso quasi *δήμιον μητέρα* finxerunt. Quare sic existimo, praeter vulgarem accusativum *Δήμητρα* Atticos etiam alium nosse et frequentasse *Δημήτερα*, qui non magis offendere quemquam potest, quam accusativus *μητέρα* matrem. Nec mihi in opinionem venit ionica *Δημήτερος, Δημήτερι* (ut in illo Epicorum *Δημήτερος ἀκτὴ* Hom. Il. XIII, 322, Hesiod. Opera v. 464, alibi) cum Atticis communicare; longe alia est enim accusativi indoles *Δημήτερα*, quem Atticis convenire pugno. Hic Aristophani restituendus est etiam in Equitibus v. 695

οὗτοι μὰ τὴν Δημήτερ' εἰ μή σ' ἐκφάγω
ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι.

Vulgo legitur *Δήμητρ' ἐὰν μή σ'*, in Ravennate autem et Veneto *Δήμητρά γ' εἰ μή σ'*: utrumque hic antiquitus verbum paullo longius exstitisse docet *Δημήτερα*, quo male contracto alii *ἐὰν* suffecerunt, alii *γὲ* inculcarunt. Ac ne quis optimorum Codd. fidei nimium se ad-

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.
οὔκουν καταγέλαστος δῆτ' ἔσει,

---

stringat, cogitet, non magis in Eqq. particulas οὗτοι — γέ, quam in Thesmoph. οὐ γὰρ — γέ copulari debere, non quo Attici saepe alibi dicere noluerint v. c. οὗτοι τοῦτό γε, οὐ γὰρ τοῦτό γε, sed quod ne semel quidem ita loquuti sunt οὗτοι vel οὐ γὰρ μὰ τὸν Δία γε. Eximie olim docuit Porsonus, quem indocta Archaeologorum natio jam nunc licet explodat, particulam γὲ post jurisjurandi formulas non reperiri in attico scriptore, nisi uno vocabulo pluribusve in medio locatis. Tres omnino versus sunt in toto Aristophane, ubi lex illa leviter intuenti migrata esse videbitur, Thesmoph. 225, Eqq. 695 μὰ τὴν Δήμητρά γ', quod vitium removi, postremo tertius Avv. 11 ΕΥ. ἐντευθενὶ τὴν πατρίδ' ἂν ἐξεύροις σύ που; ΠΕ. οὐδ' ἂν μὰ Δία γ' ἐντεῦθεν Ἐξηκεστίδης. At vero dixerat Comicus forma haud pervulgata, οὐδ' ἂν μὰ Δί' ἐνγετεῦθεν Ἐξηκεστίδης, quam vel librarii ignorabant, vel male oderant jam grammatici, immemores locorum Thesmoph. v. 646 ἐνγεταυθί, et Metagenis ap. Athen. VI, 269 f. ἐνμεντευθενί. Non succurrit mihi nunc quidem tertius locus sive Aristophanis, sive alius Comici, in quo Δημήτερα redintegrare debeamus: nam in Vespis 1442 οὗτοι μὰ τὴν Δήμητρ' ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς, etsi licet suspicari Δημήτερ' ἐνταυθοῖ ob lectionem cod. Veneti δήμητραν, tamen optime defendi vulgata potest, quam mutari nolim. Verum saepius accusativum Δημήτερα falso interisse persuasum habeo. Quid est enim, quod Venetus liber aliique toties intrudunt accusativum Δήμητραν, eumque solum, nom etiam Δημήτρας, Δημήτρα? Nempe grammatici quidam alexandrini primum in iis tantum locis male Δήμητραν scribebant, ubi tribus syllabis (Δημήτερ') opus esse animadvertissent; deinceps hic error, ut fit, serpsit latius. Δήμητρα, ας, α, αν formae sunt alexandrinae, ut θυγατέραν, minime autem atticae. Itaque perperam h. l. refinxit Bothius, οὐ γὰρ μὰ τὴν Δήμητραν ἐνταυθοῖ μενῶ. Ceterum metri ratio fert aut saltem non evertit Δημήτερα Nub. 122 et Plut. 64, vulgare autem illud Δήμητρα tuetur Ran. 383. ibid. v. 1065, Plut. 364.

Ibidem libri omnes ἐνταυθοῖ continent, non ἐνταυθί, quemadmodum edere placuit Dindorfio. De forma satis obscura ἐνταυθοῖ olim ad Acharn. v. 152 his ipsis verbis exposui: „ἐνταυθοῖ] sic ABCΓΔ et Vatic. ἐνταῦθα Rav. Formam ἐνταυθοῖ, quippe ionicam, e toto Aristophane expulit, ἐνταυθὶ in ejus locum subrogans, Elmslejus: quem hic quoque consequutus est Dindorfius. Quid Elmslejum moverit, ut ἐνταυθοῖ formam ionicam diceret, intelligere se negat Schaeferus ad Demosth. T. II p. 731. At dixit propter exempla Epicorum, ut Homeri Il. 21, 122 Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν —. Od. 18, 105 Ἐνταυθοῖ νῦν ἧσο —. ibid. 20, 262 Ἐνταυθοῖ νῦν ἧσο μετ' ἀνδράσιν οἰνοποτάζων. Hymn. Apoll. v. 363 Ἐνταυθοῖ νῦν

τὴν ἡμίκραιραν τὴν ἑτέραν ψιλὴν ἔχων;

πύθεν ἐπὶ χθονὶ βωτιανείρῃ. Jam formationem *ἐνταυθοῖ* non esse ex atticis scriptoribus extrudendam, tam certum est, quam quod certissimum. Nam unde tandem exortam subito putemus? Hoc quaero, quonam modo toties in omnes, vel in plurimos et in praestantissimos Codd. *ἐνταυθοῖ* illatum fuerit. Grammaticos accusare, quorum non eam novimus audaciam, imprudentiae est, a librariis vero dicere, qui ne potuerunt quidem eodem modo errare centies, id non modo temerarium, sed etiam ridiculum videtur, quum *ἐνταυθοῖ* vel natura sua minime scribarum referat errorem. Atque in Eur. Iphig. Taur. v. 990 quem l. depravatum esse apparet, sive rescripseris:

ἄξω δέ σ', ἥνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω,
πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα.

sive alia ratione, certe *ἐνταυθοῖ* indubitatae fidei est, neque Elmslejum vel jocantem *ἔμπροσθεν* conjicere oportebat. Dindorfius nuper duo illos versus ex Euripide penitus sustulit. Id quidem mirari nullo modo possum in eo, qui Comico Pac. 273 *ἦ πρίν γε τὸν μυττωτὸν ἡμῖν ἐγχέαι* optimum senarium, dummodo sententiam intellexeris, subducat, atque ne plura persequar, grunnitum suis adeo non perferre possit, ut vel puellas innocentes stricto gladio invaserit Acharn. 802 *Δι. τί δαί; σὺ καὐτὸς ἄν; Κο. κοῖ κοῖ κοῖ:* ita enim verissime emendavit Hermannus. Quod si ille in instituto persistens omnes poëtarum graecorum versus, qui ei justo obscuriores videbuntur, expunget, magnopere vereor, ne postremo perexiguam partem quum reliquorum, tum ipsius Aristophanis nobis relinquere cogatur. Ceterum quod ait Dindorfius, formam *ἐνταυθοῖ* tragicis ab Elmslejo recte abjudicari, iterum iterumque velim consideret versum, quo usus est, Euripidis e Melanippa ap. Stobaeum T. III p. 68 G.

Τίσασθε τήνδε· καὶ γὰρ ἐνταυθοῖ νοσεῖ
τὰ τῶν γυναικῶν.

Tum intelliget, nihil fuisse, quamobrem Elmsleji lusum *ἐντεῦθεν* comprobaret. At, inquit, de semet ipse testimonium edidit poëta in Andromacha v. 949

κἀντεῦθεν δόμοι
νοσοῦσιν ἀνδρῶν.

Cedo, si licuit Sophocli ap. Stobaeum T. I p. 128 dicere:

Ἐνταῦθα μέντοι πάντα τἀνθρώπων νοσεῖ

—, quî minus licebat idem Euripidi? Quapropter Atticos *ἐνταυθοῖ* dixisse cum Stallbaumio ad Phileb. p. 23 (quanquam hujus quidem amicissimi viri nota valde tenuis est), Buttmanno Gr. II p. 288, et Hermanno ad Nub. v. 813 ed. sec, fatendum est. Mireris autem, *ἐνταυθοῖ* etiam *illuc* significare videri, ut in illo Platonis, quo Buttmannus utitur: *ἀνέβαινον ἐνταυθοῖ.* Quod, nisi forte libri nos

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ὀλίγον μέλει μοι.

---

frustrantur, etiam in ἐνταυθὶ cadit. Equidem ut rationem, quae inter has formas intercedit, satis obscuram esse concedo, ita Hermannum l. l. ἐνταυθοῖ *huc istuc* propria potestate valere existimantem propter locos longe plurimos, in quibus sententia *hic istic* omnino flagitat, falli persuasum habeo. Nec dixerim cum Hermanno: *Bekkero — non latuisse veram rationem testis est ejus editio Demosthenis.* Imo Bekkerus nulla certa ratione commotus, prouti impetus ferret, modo ἐνταυθοῖ retinuit, modo ἐνταυθὶ substituit: vide v. c. De Fals. Leg. 81, 2 B. ib. 311, 3. in Aristocr. 51, 8. in Timocrat. 82, 2. In quibus l. Cod. Parisiensis Σ et Augustanus primus, omnium optimi, fere ἐνταυθὶ praebent, ut semel iterumve Ravennas Lysistr. 570. Illud vero rectissime dixit Hermannus, exaequandos esse locos simillimos. Vesp. 1442 *οὗτοι μὰ τὴν Δήμητρ᾽ ἔτ᾽ ἐνταυθοῖ μενεῖς.* Thesmoph. 225 *οὐ γὰρ μὰ τὴν Δημήτερ᾽ ἐνταυθοῖ μενῶ.* Nub. 813 *οὗτοι μὰ τὴν Ὁμίχλην ἔτ᾽ ἐνταυθοῖ μενεῖς.*, in quibus aut omnibus ἐνταυθοῖ retineri debet, aut ne in uno quidem. Plerumque tamen Codicum auctoritati me adstringam. Ac nihil admodum variant libri; Ran. 271 *τί ἐστι τἀνταυθοῖ;* Plut. 225 *ὅπως ἂν ἴσον ἕκαστος ἐνταυθοῖ παρῶν —.* ib. v. 608

ἢ μὴν ὑμεῖς γ᾽ ἔτι μ᾽ ἐνταυθοῖ
μεταπέμψεσθον.

non multum Nub. 842 *ἀλλ᾽ ἐπανάμεινόν μ᾽ ὀλίγον ἐνταυθοῖ χρόνον.* Lysistr. 4 *νῦν δ᾽ οὐδεμία πάρεστιν ἐνταυθοῖ γυνή.* Adde Cratinum ap. Polluc. X, 140 *Ἐνεῖεν ἐνταυθοῖ μάχαιραι κουρίδες.* Ne Platonis et Xenophontis loca ab aliis congesta recoquam. Non omitto scholium, quod nuper ad Iphigeniam Tauricam protulit Hermannus, cod. Parisini ad Il. *Φ.* 122. ap. Ruhnken. Praef. ad Hesych. p. VIII *Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, Τίμαρχος καὶ Ἀριστοτέλης ἐνταυθοῖ ὁμοίως τῷ ἐνταῦθα περισπωμένως ἀνέγνωσαν*, ubi sive ἐνταῦθοι at *προπερισπωμένως* legas sive tantum ἐνταῦθα in ἐνταυθὶ mutaveris, fuisse tamen qui ἐνταῦθοι scriberent, apparet. Qui igitur ἐνταῦθοι sonum meo judicio agrestem planeque peregrinum, substituebant, fallaci similitudine vocum ἔνδοι, *πέδοι*, quas affert etiam Hermannus, easque tamen alii ἐνδοῖ *πεδοῖ* scribebant, videntur decepti esse. At demonstrativum fuit ἐνταυθοῖ, ista autem ἔνδοι, *πέδοι* non item, et graviter demonstravit, nec tam cum ἐνταῦθα quam cum ἐνταυθὶ copulatum est. Ego has formas non alio nisi hoc discrimine sejungam, ut ἐνταῦθα *hic*, ἐνταυθὶ *ecce hic*, vel etiam *ecce huc*, postremo ἐνταυθοῖ *ecce hoc loco*, vel *ecce in hunc locum* designare arbitrer; atque certe apud Cratinum ἐνεῖεν ἐνταυθοῖ esse *ἐνεῖεν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ* debuit. Sic vero in ἐνταυθοῖ veterem dativum quodammodo agnoscas, itaque jam Buttmanno l. l. videbatur.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

μηδαμῶς, πρὸς τῶν θεῶν,
προδῷς με. χώρει δεῦρο.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

κακοδαίμων ἐγώ.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἔχ' ἀτρέμα σαυτὸν, κἀνάκυπτε. ποῖ στρέφει; 230

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μῦ μῦ.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τί μύζεις; πάντα πεποίηται καλῶς.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

οἴμοι κακοδαίμων, ψιλὸς αὖ στρατεύσομαι.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

μὴ φροντίσῃς· ὡς εὐπρεπὴς φανεῖ πάνυ.
βούλει θεάσασθ' αὐτόν;

V. 230. *κἀνάκυπτε*] Caput attolle. Id ut faciamus, hodieque rogare nos solet tonsor, quo barbam radere facilius possit. Neque moveri debemus (*ποῖ στρέφει;*) sed quieti sedere.

V. 231. *μῦ μῦ*] Forsitan praestat *μὺ μῦ*, quod sexies legitur in Equitibus v. 10, quemadmodum *ὒ ὒ* in Pluto v. 895. Praeter Suidam s. *Μῦ*, *Μύζει.* ex h. l. profecit Etymologus p. 593, 38 *Μύζεις*] *τί μύζεις; Ἀριστοφάνης.* De hoc genere verborum *μῦ μύζειν*, *φεῦ φεύζειν*, *ὦ ὠζειν*, *οἴμοι οἰμώζειν*, *εἶα εἰάζειν*, *τί τίζειν*, et sic porro nuper disserui. Deinde Juntina *πάντα πεποίηται καλῶς* tribuit Mnesilocho. Recte distinguunt codd. Aug. et Rav.

V. 232. *ψιλὸς αὖ στρατεύσομαι*] Monet schol. Rav. non solum ludi in ambiguitate v. *ψιλὸς* homo rasus et leviter armatus, verum etiam hoc genus militum caeteris ignobilius fuisse et paene contemtum, eosque ante castra hosti objectos esse, et quum gravi armatura carerent, tumultu forte exorto, primum omnium ab hoste occidi solitos. Notum est Sophoclis illud in Ajace v. 1120 *ΜΕ.* ὃ τοξότης ἐοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν. —, *μέγ' ἄν τι κομπάσειας ἀσπίδ' εἰ λάβοις. ΤΕΥ.* κἂν ψιλὸς ἀρκέσαιμι σοί γ' ὡπλισμένῳ. Itaque dolet Mnesilochus, quod sibi homini id aetatis laevis, imo levis militia, quam ne juvenis quidem valde appetierat, nunc iterum obeunda sit.

V. 234. *θεάσασθ' αὐτὸν*] Libri, etiam Ravennas, septem pedibus non sex incedunt, *βούλει θεάσασθαι σεαυτόν; Μν. εἰ δοκεῖ,*

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

εἰ δοκεῖ, φέρε.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ὁρᾷς σεαυτόν;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

οὐ μὰ Δί' ἀλλὰ Κλεισθένην. 235

φέρε. Indocte et Kusterus φέρε deletum voluit, et Brunckius θεάσασθαι σαυτὸν tacite edidit metro reluctante. Melior, nec idcirco tamen vera Porsoni correctio est, θεᾶσθαι σαυτόν, quam Dindorfius bis, semel autem Bothius receperunt. Apparet enim, sedem vitii non in v. θεάσασθαι, quod non video quo nomine displicuerit, sed in sequenti voce σεαυτὸν quaerendam esse, sive proxima verba ὁρᾷς σεαυτόν; consideramus, unde σεαυτὸν oriri facillime potuit, sive ipsam vim pronominis σεαυτόν, quod ab h. l. procul abhorret. Potius igitur dedi, βούλει θεάσασθ' αὐτόν; Primum nemo ignorat, ultimam syllabam verborum ᾱι, quippe brevem, in comoedia saepenumero elidi, ut Ach. 263 καταγιγαρτίσ' ὦ, Pac. 396 χάρισ' ὦ, ibid. 895 (906) θέασ' ὡς, Thesmoph. 1178 ἔρχεθ' ὡς, de quo genere consulendi sunt Koenius ad Gregor. C. p. 171, Lobeckius ad Ajac. p. 248, Buttmannus Gr. I, 127 infra, Hermannus ad Nubes v. 546. Deinde non minus hoc in versu, ubi nulla est oppositio, αὐτόν, quam in sequente, ubi Κλεισθένην oppositum est, σεαυτὸν *palam requiritur.* Ab initio Euripides speculum ei praebens interrogat: vis tu intueri te? et quum senex paratum se ostendisset, iterum quaerit: viden temetipsum? Non hercle, inquit, memetipsum, sed Clisthenem. Sciunt omnes, ἑαυτοῦ in atticis scriptoribus crebro etiam de prima et secunda persona ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ positum esse, sed plane existimo, ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ oppositionem efficere, αὑτοῦ non item, quod leviter et sine ulla vi adjici solet. Hoc discrimen ipsa pronomina postulant, e quibus αὑτοῦ mere reflexivum est, ἐμαυτοῦ et σαυτοῦ simul etiam personas complectuntur. Neque haec ratio Hermannum latuit ad Soph. Oed. Tyr. v. 707, et ad Ar. Nub. 1459, sed nescio quomodo rem invertit, nec σεαυτόν, verum ἑαυτὸν distinctioni personarum atque oppositioni censet inservire. Quocirca et hic necessario legendum est, βούλει θεάσασθ' αὐτόν; — ὁρᾷς σεαυτόν; ΜΝ. οὐ μὰ Δί' ἀλλὰ Κλειθένην., et in Nubibus,

αὐτὸς μὲν οὖν σαυτῷ σὺ τούτων αἴτιος,
στρέψας ἑαυτὸν ἐς πονηρὰ πράγματα,

et in Oedipo Tyranno,

σὺ νῦν ἀφεὶς σεαυτὸν, ὧν λέγεις πέρι,
ἐμοῦ 'πάκουσον,

et in Sophoclis Elect. 344, ubi ἐξ αὐτῆς in γράφεται habet codex Florentinus,

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἀνίστασ', ἵν' ἀφεύσω σε, κἀγκύψας ἔγε.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

οἴμοι κακοδαίμων, δελφάκιον γενήσομαι.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἐνεγκάτω τις ἔνδοθεν δᾷδ' ἢ λύχνον.

ἅπαντα γάρ σοι τἀμὰ νουθετήματα
κείνης διδακτὰ, κοὐδὲν ἐκ σαυτῆς λέγεις.

Inutile fuerit plura commemorare. Clisthenem, mollem hominem, fortasse infra uberius describam; laeves ejus genas, *γνάθους ψιλὰς* etiam postea v. 583 ridet et vere h. l. annotat schol. Rav. *διαβάλλει τοῦτον ὡς ξυρούμενον. Κλεισθένη* pro *Κλεισθένην* edidit Dindorfius, qua re, nescio.

V. 237. Recte observant scholiasta Rav. et Suidas s. *δελφάκιον*, ubi hunc versum attulit, porculos mactatos flamma aduri itaque pilis nudari solitos esse, sed male his praemittit Suidas, *τοῦτο εἴρηκεν ἀφευθεὶς τὸν πρωκτόν*: necdum enim taeda vel lucerna e domo allata erat. Porcelli mactati iterum meminit in Lysistr. 1061

καὶ
δελφάκιον ἦν τί μοι,
καὶ τοῦτο τέθυχ' —.

Et quum senex porcello se consimilem fecisset, Euripides v. 239 penem ejus hoc potissimum nomine appellavit *τὴν κέρκον*, quae et viri cauda est et porcelli. Supra Mnesilochus barba recens rasa dixerat, *οἴμοι κακοδαίμων, ψιλὸς αὖ στρατεύσομαι*, nunc autem, ubi plus instat negotii, simili modo exclamat, sed vehementius, *οἴμοι κακοδαίμων, δελφάκιον γενήσομαι*. Quod vero hic quoque Scholiasta Rav. et Suidas iisdem verbis utuntur, de eo sic habendum est. Recte dudum judicaverat Valckenarius in Diatribe p. 49, b „In istam fabulam (Thesmophoriazusas) Scholia vetera non pauca possunt apud *Suidam* reperiri:“ quam rem tam insignem vix credas tamdiu praeterire VV. DD. potuisse. Neque enim in ulla alia Aristophanis fabula Suidas vetusta et bonae notae scholia tam saepe compilavit. Nuper editis a Bekkero scholiis libri Rav. cognitum est, Suidam haec ipsa scholia descripsisse, vel dicam ambo e communi fonte doctrinam hausisse suam, nec nisi leviter inter se minutis in rebus discrepare. Quam vellem assiduus ille scholiorum lector Aristophanis non haec potius scholia, quam alia nescio quae sedulo collegisset, quae olim in hanc fabulam scripta haud dubie exstabant: tum profecto interpretes hujus fabulae in scholiis plus aliquanto invenirent vel adjumenti doctiores vel paullo hebetiores adminiculi!

ἐπίκυπτε· τὴν κέρκον φυλάττου νῦν ἄκραν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἐμοὶ μελήσει, νὴ Δία, πλήν γ' ὅτι κάομαι. 240
οἴμοι τάλας, ὕδωρ, ὕδωρ, ὦ γείτονες,
πρὶν ἀντιλαβέσθαι [τόν γε] πρωκτὸν τῆς φλογός.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

θάρρει.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τί θαρρῶ καταπεπυρπολημένος;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἀλλ' οὐκέτ' οὐδὲν πρᾶγμά σοι· τὰ πλεῖστα γὰρ
ἀποπεπόνηκας.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

φεῦ, ἰοῦ τῆς ἀσβόλου. 245

V. 242. [τόν γε] Vulgo legitur, ἀντιλαβέσθαι τὸν πρωκτόν, in Ravennate autem libro et ed. Froben. ἀντιλαβέσθαι πρωκτόν. Cum dubitatione suscepi satis probabilem conjecturam Scaligeri, Kusteri, Meibomii, Bergleri, Brunckii, aliorum ἀ. τόν γε πρωκτόν. Bentlejus etiam proposuit πρωκτὸν αὐτόν, in quo articulum requirent omnes. Male vero hunc versum explicant Berglerus, antequam podex opem ferat ad flammam exstinguendam (antequam pedendo flammam exstinguam), Brunckius, priusquam podex suppetias ferat ad flammam restinguendam, Vossius, Bevor ſich annimmt dieſer Arſch der Feuersbrunſt. Haec explicatio quum toto genere satis hic inepta videtur, tum repugnat verbis ipsis, et vero iis, quae praecedunt; aquam enim a vicinis apportari vult non sane alia de causa, quam quod timet podicis incendium tantum, quod ipso podice restingui non possit. Recte Bisetus, Bourdinus, Kusterus, Bothius ita interpretati sunt, priusquam flamma podicem corripiat. Exspectaras quidem, πρὶν ἀντιλαβέσθαι τοῦ γε πρωκτοῦ τὴν φλόγα, usu notiore, sed etiam hoc alterum recte dictum est, priusquam comprehendat flammam is, qui ignem facillime capit, podex senilis, arida materies et facilis ad exardescendum, sive urbanius haud lentum negotium. Vis ridiculi inest in πρωκτός, podice pro domo: aquam, aquam vicini, antequam hic culus, quasi aliqua domus, incendio deflagret. Id bene animadvertit scholiasta Rav., qui et ipse ἀντιλαβέσθαι πρωκτὸν legisse videtur sine articulo: ὡς εἰ, inquit, ἔλεγεν οἰκίαν.

V. 243. θάρρει. Μν. τί θαρρῶ —;] Plautus in Curculione IV, 3, 21

bellator vale.
Th. quid valeam?

αἰθὸς γεγένημαι πάντα τὰ περὶ τὴν τράμιν.

μὴ φροντίσῃς· ἕτερος γὰρ αὐτὰ σπογγιεῖ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

οἰμώξετἆρ', εἴ τις τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ.

Ἀγάθων, ἐπειδὴ σαυτὸν ἐπιδοῦναι φθονεῖς,

V. 246. *αἰθὸς γεγένημαι*] Respexit haec Eustathius p. 1314, 15 *αἰθὸς γὰρ ὀξυτόνως ὁ οἷον ἀπηνθρακωμένος, κατὰ τὸ, αἰθὸς γεγένημαι παρὰ τῷ Κωμικῷ.* Enimvero *αἰθὸς γεγένημαι* prorsus redolet argutias grammaticorum alexandrinorum, ac potissimum Aristophanis, cui debetur doctrina accentuum. Voluisse Comicum existimo, *αἶθος γεγένημαι*, quod certe multo jocosius est, transtulitque ad hunc modum Vossius, Brandblase werd' ich überall —. Mire utramque formam distinxit Suidas, *Αἶθος ὁ ἑκαύστης. αἰθὸς, ὁ καιόμενος*, ubi pro *ὁ ἑκαύστης* Portus et Kusterus malunt *ἡ ἔκκαυσις:* nam *αἶθος* incendium, flammam, ignem significat. Quanto rectius autem de vero igni praedicabit Mnesilochus, incendium factus sum, ich bin in Feuer aufgegangen! si vel ii, qui commentitium amoris ignem conceperunt, tamen haud raro *πῦρ* appellati sunt, velut ab ipso Aristophane in Polyido Fr. I *ἐπὶ πῦρ δὲ πῦρ ἔοιχ' ἥξειν ἄγων*, ubi locis apte a Boissonadio compositis adde Terentium Eunuch. I, 2, 5. accede ad ignem hunc; jam calesces plus satis. Ceterum totus versus a Suida s. *τράμις* citatur paullo secus — *περὶ τὸν τράμιν*, ubi codex et *τὸν* retinet et legit *αἰθ' ὡς*, quod videri potest *αἶθος* declarare. At *τράμις* genere femineo legitur etiam ap. Lucian. Lexiph. c. 2 *τὰ ἀμφὶ τὴν τράμιν μαλακίζομαι*, praetereaque *ἡ τράμις* commendatur falsa alioqui forma accusativi *τράμιν* in Luciano, Etymologo et alibi, neque vero *τράμις*, ut ajunt schol. Rav. et Suidas designat *ὁ πρωκτός*: tu vide Pollucem II, 173. Photium 598, 5. Etymol. M. 763, 55. Hesychium in voce.

V. 248. Vulgo *οἰμώξετ' ἄρ' εἰ τὸν —*, cod. Aug. *οἰμώξετ' ἄρ' εἰς τὸν —*, similiter Rav. *οἰμώξετ' αρ' εἰς τὸν —*. Brunckius vidit, *εἰς* ex *εἴ τις* coaluisse, adeoque sic legendum esse, *οἰμώξετ' ἄρ' εἴ τις τὸν —*. Posuit hoc idem Porsonus, et nuper Dindorfius, qui bene agnovit crasin *οἰμώξετἆρ'* eamque notis exemplis *περιοψομἀπελθόντα, ἐναντιζομἀπλακοῦντος* stabilivit. Ita sponte concidunt reliquae conjecturae, de quibus una tantum per se laudabilis, nec ideo tamen vera est, Kusteri et Hermanni Praefat. ad Soph. Oed. C. p. XXVI *οἰμώξετ' ἄρα τις, εἰ τὸν —*. (Kusterus scripsit *οἰμώξετ' ἄρ τις*, fortassis errore calami) quam olim receperat Dindorfius. Falso Bentlejus et Reiskius scribebant *οἰμώξετ' ἆρ', εἰ τόν γ' ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ.*

ἀλλ' ἱμάτιον γοῦν χρῆσον ἡμῖν τουτογὶ 250
καὶ στρόφιον. οὐ γὰρ ταῦτά γ' ὡς οὐκ ἔστ' ἐρεῖς.

ΑΓΑΘΩΝ.

λαμβάνετε, καὶ χρῆσθ'. οὐ φθονῶ.

V. 250. *τουτογί*] Cod. Aug. et edd. quaedam, ut Kusteri, *τουτοΐ*, Juntina aliaeque edd. vett. *τουτωΐ*, codici Rav. Invernizius assignat *τουτοΐ*, Bekkerus autem recte ut arbitror *τουτωΐ*. Brunckium, qui *τουτοΐ* edidit, species, non res ipsa fefellit. Sed etiam hic acriter in Brunckium invectus est Reisigius Conj. p. 184 „dixisset saltem, inquit, Atticus *τουτογὶ* pro *τουτοΐ*. Sed reponendum est *τουτωΐ* ex vetustis libris typis impressis de sententia cati illius Steph. Bergleri, quam Brunckius contempsit stolide, si verum volumus fateri." Reisigii auctoritate tum Dindorfius in utraque editione, tum Bothius *τουτωΐ* propagarunt. Hi non senserunt, minime eleganter poni ac potius ferri omnino non posse dativum duplicem continuo ordine locatum *ἡμῖν τουτωΐ*, quum praesertim uterque ab eodem verbo *χρῆσον* suspensus esse debeat. Hunc frustra defendere studebis loco Eurip. Hel. 1248 *τί σοι παράσχω δῆτα τῷ τεθνηκότι;* Denique quid ita tandem odiosa ista notio *τουτωΐ* *Mnesilocho* adjungitur? neque enim caecus erat Agatho, ut id nesciret. Quin ne supra quidem v. 219, ubi Mnesilochus primum adornatur, dixit idem Euripides *χρῆσον τουτωΐ*, sed *χρῆσόν τι νῦν ξυρὸν ἡμιν*. Enimvero *τουτογί* primum ob Codices reponi debet; nam nec altera scriptura *τουτοΐ* aliam vim habet, et altera quoque *τουτωΐ* a vero ductu *τουτογί* paullum aliquid recedit. Ac nihil quidquam impedimento est, quin vestis, quemadmodum v. 262 calcei, digito monstretur, propterea quod scena, ut recte Brunckius, interiorem Agathonis domum exhibet. Hunc enim prospectum machina illa, encyclema praebuit inde a vs. 96, mox autem v. 265 spectatori rursus adimet. Quare a Brunckio non discessi nisi eo, quod *τουτοΐ* attica litera (*τουτογί*) augeri debuit. Saepenumero Reisigius iniquissime de Brunckio judicat, eximio viro, quem Aristophanis restitutorem vere possumus appellare. Videri quidem vult Reisigius Berglerum, doctum hominem et accuratum, a Brunckii conviciis defendere: sed nimirum illo tempore, quo Conjectanea scripsit Reisigius, multi Germani tanto odio Gallorum nomen habebant, ut jam non amore magis tenero eosdem complecti possint.

V. 252. Ne hic quidem Agatho lusus suos omittit; questus erat modo Euripides, *σαυτὸν ἐπιδοῦναι φθονεῖς*, at Agatho *οὐ φθονῶ*, inquit, perrexerat alter *χρῆσον*, Agatho igitur verbum *χρῆσθ'* subnectit. Confert Berglerus Eurip. Herc. F. 333 *κοσμεῖσθ' ἔσω μολόντες. οὐ φθανῶ πέπλων*. Poterat etiam Aesch. Prometh. 626 *ἀλλ' οὐ μεγαίρω τοῦδέ σοι δωρήματος* et alia. Deinde *χρῆσον* et *χρῆσθ'* similiter ad se referuntur, ac *χρῆσθαι* et *χρηστὸς* vel *πώγχρηστος*

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τί οὖν λάβω;

ΑΓΑΘΩΝ.

ὅ τι; τὸν κροκωτὸν πρῶτον ἐνδύου λαβών.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

νὴ τὴν Ἀφροδίτην, ἡδύ γ' ὄζει ποσθίου.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

σύζωσον ἀνύσας.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

αἶρέ νυν στρόφιον.

Ran. 736, ib. v. 1457, Ach. 904. In Nubibus autem 438 haud absurde jam olim conjeci,

νῦν οὖν [οὗτοι χρηστῶν ἕνεκεν]
χρήσθων ἀτεχνῶς ὅ τι βούλονται.

Cum toto loco v. 250—264 egregie conveniunt Ciceronis in P. Clodium Or. Fragmenta, ingeniose reconcinnata a C. Beiero. Nempe Clodius vere deprehensus est, quum muliebri habitu in sacra Bonae Deae se insinuasset (De Harusp. Respons. c. 21). Nec dubito, quin etiam Athenae hujuscemodi Clodios tulerint. Quum igitur et rasus esset Mnesilochus, et pilis nudatus, illud restabat, ut muliebri veste ornaretur, quae res versibus 252—264 continentur. Sed in edd. vett. usque ad Kusterum hic turbatio personarum est et magna confusio, quam tamen Brunckius saepissime prudenter correxit. Inprimis hoc tenendum, partes a Comico ita distribui, ut induat Agatho, Mnesilochus induatur, Euripides et Mnesilochus invicem imperent Agathoni, qui tanquam ancilla quaedam huc illuc cursitet, vestesque seni, quasi dominae suae imponat. Ad singula accedamus. Verba τί οὖν λάβω vulgo loquitur Euripides. Mnesilocho ea reddiderunt Bentlejus, tum Brunckius, qui recte Agathonis responsum ἐνδύου Medium verbum argumenti loco esse judicat, et Bekkerus, librum Rav. haud dubie sequutus.

V, 254. Hunc versum vulgo pronuntiat Euripides, quem errorem Dindorfius, fortasse ab Invernizio inductus, vel in novissima ed. repetere non dubitavit. Recte vero hunc versum in Mnesilochi personam transtulerunt Brunckius, et libri Rav. auctoritate Bekkerus. Viderat etiam Bentlejus. Neque enim ulla causa est, cur Euripides se jam sermoni immisceat. Quaesierat Mnesilochus: quam vestem igitur sumam? cui Agatho: induere primum crocotam: nunc idem Mnesilochus inter induendum haec loqui debebat. Porro quum obscoenos jocos tantum non omnes Mnesilochus, festivus senex, movere

ΑΓΑΘΩΝ.

ἰδού. 255

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἴθι νυν κατάστειλόν με τὰ περὶ τὼ σκέλη.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

κεκρυφάλου δεῖ καὶ μίτρας.

ΑΓΑΘΩΝ.

ἡδὶ μὲν οὖν
κεφαλὴ περίθετος, ἣν ἐγὼ νύκτωρ φορῶ.

---

solet, tum hic flagitiose significatur, ut recte schol. Rav., Agathonem hac crocota vestitum ab aliquo paedicatum videri.

V. 255. Vulgo, *ΑΓ. σύζωσον — στρόφιον. ΕΥ. ἰδού.* Verba *αἶρέ νυν στρόφιον* a reliquis in cod. Aug. lineolis distincta sunt, eaque Mnesilocho tribuit Brunckius, totum versum ita dispescens, *ΑΓ. σύζωσον — ΜΝ. αἶρε — ΕΥΡ. ἰδού.* Bekkerus tacite sequitur Brunckium, et ut opinor codicem suum, etsi Invernizius vulgatam restituit. Ego utriusque tragici personas transposui, atque edidi *ΕΥΡ. σύζωσον — ΜΝ. αἶρέ — ΑΓΑΘ. ἰδού:* neque enim Euripides, sed Agatho senem induit. Satis pro imperio et Euripides: succinge eum ocius, et Mnesilochus: cedo jam strophium; ecce affero tibi, inquit Agatho, qui est ille quidem valde occupatus, sed suum agit negotium, et agit libenter. Jam Vossius *ἰδοὺ* Agathoni restituit, verum non debuit *σύζωσον ἀνύσας* eidem assignare.

V. 257. *δεῖ καὶ*] Codex Ravennas, *δὲ καί*, idem v. 262 *ὑποδημάτων δεῖ*, ut vulgo exstat. Vide quae dixi ad Babylonios p. 27.

V. 258. Neque viri docti, quid sibi velit *κεφαλὴ περίθετος* statutum habent (Kusterus enim Brunckiusque convertunt galericulum, Vossius pejus etiam den Lockenauffatz) et jam antiquitus ea de re in varias partes disputatum est. Ac Pollux quidem haec tantum prodidit, II, 35 *ἔλεγον δὲ καὶ κεφαλὴν περίθετον, ὡς Ἀριστοφάνης.*, Eustathius vero p. 1280, 63. duce grammatico antiquiore primo *περίθετον κεφαλὴν* ornatum muliebrem (*κόσμος γυναικεῖος*) nominat, deinde nostrum versum apponit praemisso lemmate *Ἀριστοφάνης Θεσμοφόροις*, tum in incerto relinquit, sive haec fuerit vitta (*κρήδεμνον*), sive fascia, taenia, frontale (*ἄμπυξ*), sive reticulum (*κεκρύφαλος*), sive haec omnia cum vinculis (*ἀναδέσμη*); ad extremum subjicit, *περίθετος κεφαλὴ* secundum nonnullos dictam esse etiam capillamentum (*περικεφαλαία*). Bonum factum, quod non oblitus est addere, *καθὰ καὶ παραπροσωπίς:* de caeteris enim nihil ullam habet veri speciem, nisi forte pericephalaeum. Hoc etsi plerumque *φενάκη* vel *πηνίκη* appellatur, ab ipso etiam Comico in parabasi Anagyri, *ἐξῆμμαι περὶ τὴν κεφαλὴν τήνδε πηνίκην τινά*, apte tamen hoc quoque

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

νὴ τὸν Δί' ἀλλὰ κἀπιτηδεία πάνυ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἦρ' ἁρμόσει μοι;

---

nomine significari potuit, id quod discas e Polluce X, 170 *καὶ πηνήκην δὲ καὶ προκόμιον· καὶ ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ περίθετον* (Cod. Falckenburg. *περίθεσιν*) *καὶ περιθέτην δὲ ὡς —*. Ceterum *κεφαλὴ περίθετος* nihil aliud significare potest, nisi personam muliebrem (eine weibliche Maske), quae sane capillos simul imitabatur. Id qui concedere noluerit, necessario arbitrabitur, Mnesilochum aut cum senili persona, quam adhuc tulerat, aut sine ulla persona in concionem mulierum abisse, quod utrumque juxta absurdum et ab usu scenae remotum est. Veram explicationem invenerant schol. Rav. et Suidas, quorum ille scribit *λέγουσι δὲ* (f. *δὲ καὶ*) *περίθετον πρόσωπον, ὡς Ἀριστομένης ἐν Γόησιν·*

παντευχίαν δὲ τοῦ θεοῦ ταύτην λαβεῖν
καὶ περίθετον πρόσωπον, ὃ λαβὼν ἔνσταθι.

Hic autem incipit *Περίθετος: προσωπεῖον. Ἀριστοφάνης·* deinde h. l. affert legens *ἥδιον μὲν οὖν κεφαλὴ — φορῶ*. Iidem recte perceperunt calumniam Aristophanis personam muliebrem Agathoni eo consilio donantis, ut tragico muliebria noctu pati commode liceat. Quod autem nonnulli praecipiunt, personas e diversissima materia confectas esse, nunc e metallo, nunc ex argilla, nunc e cortice arboris: nullus dubito, quin apud Graecos et Romanos plerumque fuerint linteae. Praeterquam enim quod certi veterum loci id testantur, omnium clarissime quidem in Sophistis Plato C. ap. Polluc. X, 167 *καὶ προσωπὶς καὶ ὡς ἐν τοῖς Σοφισταῖς Πλάτων· ὀθόνινον πρόσωπον*: res hodieque plane sic exstat in personis Terentianis.

V. 259. *κἀπιτηδεία πάνυ*] Hic nimia sagacitate schol. Rav. nescio quid odoratus est: *πάντα ἔχουσα τὰ τοιαῦτα ἐν ἑαυτῇ* i. e. puto omnia, quae ad concubitum pertinent, omnino facta est haec persona ad operam nocturnam, ubi stuprum obsidetur. Nam neque Euripides verborum turpitudinem adhibet, sed Mnesilochus, neque ista interpretatio ad hunc nexum commode respondet. Dixerat Euripides, opus esse reticulo et mitra; huic Agatho, non placet, en tibi potius personam muliebrem; tunc idem Euripides, recte mones, inquit: est enim ad id, quod agimus, mire adcommodata.

V. 260. *ἦρ'*] Vulgo *ἆρ'*, sed. cod. Aug. *ἦ ῥ' ἁρμ.* Ravennas *ἦρ' ἁρμοσει.* Iidem tamen mox v. 263 in hac ipsa formula *ἆρ'* tuentur. Quum formae *ἦρα* praeter ipsius infrequentiam syllaba proxima *ἆρ —* insidiari potuerit, non equidem nolim utrobique legi, *ἦρ' ἁρμόσει μοι*, quamvis in tali inconstantia alibi forsitan connivendum sit. Quae certe Aeschylo non est vitio data sic dicenti in Persis v.

ΑΓΑΘΩΝ.

νὴ Δί' ἀλλ' ἄριστ' ἔχει. 260

---

625 Ἦρ' ἀΐει μου μακαρίτας ἰσοδαίμων βασιλεὺς —; at paucis versibus post, νέρθεν ἆρα κλύει μου; Jam in illo difficili loco Soph. Ajac. 177

Ἥρα σε Ταυροπόλα Διὸς Ἄρτεμις
ἢ ῥα κλυτῶν ἐνάρων
ψευσθεῖσα δώροις —;

si ἦρα κλυτῶν placuerit, videri potest ἦρα, similiter atque in Aeschylo, cum vi quadam repetitum esse. Tum in Pace Ar. v. 114 Dindorfius nuper e scholiasta Veneto ἦρ' pro ἆρ' probabiliter reposuit: librarii enim sine dubio ἆρα aliquoties suffecerunt, quum ipsi ἦρα invenissent. Scripturae genus ἦ ῥα, quo nonnulli utuntur, propterea rejicio, quod ionico ῥα poëtae attici abstinuisse videntur; tametsi Dindorfius nuper in Acharn. v. 336 ἀπολεῖς ῥα e conjectura edere non dubitavit. De voce ἦρα disseruit Apollonius Περὶ συνδέσμων in Bekk. Anecd. p. 490 sq. itaque judicavit: ἐπὶ τοῦ τοιούτου οὐκ ἐμποδίζοντός τινος συ[ναλοι]φὴν ἐκδέχασθαι, Τρύφων φησὶν ἀποκοπὴν παρηκολουθηκέναι. Mire somniarat Trypho, antiquiorem scripturam esse ἦρα, ἦ autem hujus ipsius apocopen (sequitur ἀλλ' οὐχ ὥς τινες ὁ ἢ ἐν ἀποκοπῇ γενόμενος τοῦ ἦρα). Contra recte, ut arbitror, Apollonius censebat, ἦρα ex ἦ ἆρα conflatum esse, ideoque ἦρα conjuncte scribebat. Homerus in interrogatione posuit ἦ ἆρα δή Il. 13, 446, ἦ ἆρ', Od. 18, 357, et ibid. 20, 166. ἦ ῥα Od. 15, 431. ἦ ῥά νυ Il. 4, 93. ἦ ῥά τι Od. 4, 632., in affirmatione autem ἦ ἆρα Od. 24, 193. ἦ ἄρ Il. 19, 56. ἦ ῥα Il. 16, 750. ἦ ῥά νυ Od. 12, 280. Sic vero etiam nostrum ἦρα non semper esse quaerentis ex altero, sed interdum graviter contendentis, loci ostendunt ab Apollonio collecti. Haud multum proficias e scholiis ad Dionys. Thrac. in Bekk. Anecd. p. 968, 23 sqq. Sed mirum quiddam aliquando uni ex amicis meis in opinionem venit; putavit, ἦρα feminei generis fuisse, ἆρα masculi et neutrius, locis aliquot, qui hoc commentum ferunt, deceptus. Verum et alii, ut superior Aeschyli ille, repugnant, neque apparet, quo pacto ἦρα et ἆρα genus complecti queant. Omnino velim, doctum hominem de forma ἦρα paullo accuratius commentari: nunc enim mirum de ea apud omnes est silentium.

Ibidem. Bothius conjicit, verba νὴ Δί' ἀλλ' ἄριστ' ἔχει Euripidi potius danda esse, quem similiter loqui versu superiore, idcirco quod Agatho satis habeat haec praebere nec magnopere apta esse curet (cf. v. 263). Hic Bothius Agathonem sustulit ex Agathone, ut cum ipso loquar Agathone. Nam in toto loco Agathonis hoc unum opus est, ut afferat vestimenta, ut Mnesilochum eis induat, et satis apte sedeant omnia, curiosis oculis doctisque videat.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

φέρ' ἔγκυκλόν τι.

ΑΓΑΘΩΝ.

λάμβαν' ἀπὸ τῆς κλινίδος.

V. 261. — ἔγκυκλόν τι. ΑΓ. λάμβαν'] Libri omnes, tum etiam Suidas s. Ἔγκυκλον et Κλινὶς praebent, *q.* ἔγκυκλον. ΑΓ. τουτὶ λάμβαν' —, nec variatur, nisi in eo, quod Ravennas a pr. m. ἐγκυκλιον habet sine accentu. Et praestare vulgatae puto rariorem formam ἐγκύκλιον, quo deminutivo non Aristophanes quidem (is enim alibi semper dixit ἔγκυκλον, Thesmoph. I. v. 499, et II, Fr. X v. 8. Lysistr. 113. ibid. v. 1162. Eccles. v. 536), sed tamen Aelianus utitur V. H. VII, 9. Metro ut succurrerent, Kusterus, Bentlejus, Bruncklus, Dindorfius, Bothius scripserunt, — τουτὶ λάβ' ἀπὸ —, credo, quod eis λάμβαν' e versu sequente temere huc irrepsisse videretur: in quo molestum est mihi hoc ipsum, tempora verbi λάβ' et λάμβανε sine ulla causa discrepare. Videmus praeterea, et ante v. 260 et mox v. 262. 263 post caesuram demum penthemimerem alteram subsequi personam hoc modo,

ἆρ' ἁρμόσει μοι .. et
ὑποδημάτων δεῖ ..,

quae ratio similiter in hoc versu profecto valet, ut quaesita studiose, neque vero forte oblata. In similitudine pono praeter alia multa egregium locum Soph. Oed. Tyr. 1183, ubi magis magisque semet agnoscens Oedipus pauciora atque pauciora loquitur,

ἦ γὰρ δίδωσιν ἥδε σοι; ..,
ὡς πρὸς τί χρείας; ..,
τεκοῦσα τλήμων; ..,
ποίων; .. .

Quare ego τουτὶ e proximo vocabulo ταυτὶ partim fluxisse ratus aliter haec correxi scripsique, φέρ' ἔγκυκλόν τι. ΑΓ. λάμβαν' —, sive quis malet ἐγκύκλιόν τι. Rejeci ipse aliam conjecturam, φέρε τοὔγκυκλόν μοι. ΑΓ. λάμβαν' ut paullo audaciorem. Tum de verbis ὁ κροκωτὸς et τοὔγκυκλον perite ad h. l. Bruncklus exposuit. Ἔγκυκλον fuisse ait exteriorem vestem, ἐπίβλημα pallium, κροκωτὸν vero interiorem ἔνδυμα. Mnesilochum enim primum crocotam sumsisse (v. 253), omnium autem ultimum h. l. encyclum sibi imponere. Idem apparere e. v. 499, ubi femina encyclo expanso moechum clam marito emittit. Male Eustathium e Pausania p. 976, 12 tradere: ἰστέον δὲ ὅτι — οὕτω καὶ τὸ ἔκκυκλον ἢ (*!*) ἔγκυκλον, οὗ καὶ ὁ κωμικὸς μέμνηται, γυναικεῖον ἦν ποτὲ φόρημα. φησὶ γοῦν Παυσανίας, ὅτι ἔγκυκλον περιπόρφυρον ἱμάτιον, καὶ χιτὼν γυναικεῖος, ὃν ἔνδοθεν ἐνδύονται γυναῖκες, εἶτα τὸ ἔνδυμα. λέγεται δέ, φησὶν, ὑπ' ἐνίων ἐπιγονατὶς, διότι μέχρι γονάτων διήκει. Monstra narrat Eustathii

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ὑποδημάτων δεῖ.

ΑΓΑΘΩΝ.

τἀμὰ ταυτὶ λάμβανε.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἆρ' ἁρμόσει μοι;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

χαλαρὰ γοῦν χαίρεις φορῶν;

Pausanias, ἔγκυκλον et ἱμάτιον fuisse et χιτῶνα, deinde vero sequutum esse ἔνδυμα. Hic Eustathii incuriam accusare Brunckius debebat, non Pausaniae, qui monuerat, ἔγκυκλον habitum esse ἱμάτιον, neque vero χιτῶνα aut ἔνδυμα. Rursus vera ultimo in loco referri arbitror de altero encycli nomine ἐπιγονατίς. Jure autem Brunckius probavit Suidae s. ἔγκυκλον sive scholiastae Rav. judicium hoc, καὶ δῆλον, ὡς τὸ μὲν ἔγκυκλόν ἐστιν ἱμάτιον, ὁ δὲ κροκωτὸς ἔνδυμα. Ceterum Aelianus quoque l. l., quamvis in liberiore verborum conformatione, hunc tamen ordinem elegit, οὐ κροκωτοῦ — οὐκ ἐγκυκλίου, neque alteri v. ἐγκυκλίου praeposuit.

Ibid. ἀπὸ τῆς κλινίδος] Torquet Kusterum Suidae explicatio, κλινίς: βάθριόν τι. ἢ κλινὶς εἰς τεταμένον. Lege vero, κλινίς: βάθριόν τι ἡ κλινίς ἐστι τεταμένον. et hic et apud schol. Rav. ubi exstat, βάθριόν τι ἡ κλινὶς εἰστεταμένον. Male Porsonus „lege ἐκτεταμένον." Vix est autem, quod moneam, recte interpretari Kusterum, Brunckium, Vossium *e lectulo*. Viderat hoc alius schol. Rav. τῆς κλίνης, sed ridicule addidit, στρῶμα δίδωσιν αὐτῷ.

V. 263. Perversissime loquuntur personae in ed. Kusteri, ΜΝ. ἆρ' — μοι; ΑΓ. χαλαρά — ὧν δέει. ΜΝ. εἴσω — εἰσκυκλησάτω. Recte vero personas ordinavit Brunckius, ΜΝ. ἆρ' — μοι; ΕΥΡ. χαλαρὰ — φορῶν; ΑΓΑΘ. σὺ τοῦτο — εἰσκυκλησάτω. Nam si tertia persona proloqui debet verba in medio locata, χαλαρὰ — φορῶν; antea vero loquutus est Mnesilochus, post Agatho loquetur, certe medius ille necessario erit Euripides, quum quarta persona ne omnino quidem exstet. Neque enim Reiskius totum versum 263 in Mnesilochum conferre debebat, qui jam plane ut supra v. 260 id tantummodo rogare potest, ἆρ' ἁρμόσει μοι; Denique versus 264. 265 Agathoni reddendos esse, clarum et perspicuum est, praesertim si memineris v. 96. Nullo modo haec Mnesilocho conveniunt, qui mansit in scena, neque abiit, Agathoni potius unice congruunt, qui machinae illius ope ex hominum conspectu aufertur. Et Agathonem loqui v. 265, hunc in machina intro auferri sicut idem exierit ἐκκυκλούμενος, Berglerus observat, Reiskius autem praecedentem quoque versum Agathoni restituit. Praeterea in Codd. personae hic non vi-

ΑΓΑΘΩΝ.

σὺ τοῦτο γίγνωσκ'. ἀλλ' ἔχεις γὰρ ὧν δέει,

---

dentur turbatae esse. Namque et liber Aug. quae post *φορῶν* sequuntur, alii personae tribuit, unde liquet mihi ut Brunckio, priora illic esse Euripidis, posteriora Agathonis: et vero per omnes tres versus 263. 264. 265. recte atque ordine personas componunt tum Bekkerus tum Invernizius, tacite illi quidem, libro suo haud nominato, at vides consensum. Plus dubitationis movet v. 263 verborum *χαλαρὰ — φορῶν* non lectio solum, verum etiam interpretatio. Cod. Aug. *χαλαρὰ γοῦν χ. φ.* exhibet, Ravennas a. pr. m. *χαλαρά γ' οὐ*, a secunda autem *χαλαρὰ γοῦν*, Suidas haec scribit, *χαλαρά: χαῦνα. χαλαρὰ γοῦν χαίροις φορῶν ὑποδήματα*, ubi cod. Oxon. ut *γοῦν* confirmat, ita *χαίρεις* substituit. Kusteri editio vulgatam exhibet *χαλαρά γ' οὐ χ. φ.* Bothius nuper *χαλαρά γ' οὐ* ob eandem causam renovavit, quae olim istuc *οὐ* interpolationem verius, quam fortuitum vitium, perperisse videtur; dicit enim laxos calceos signum fuisse rusticitatis. Equidem non solum id concedo (de quo verba fecit Heindorfius ad Horat. Sat. I, 3, 32), sed adjungo etiam, fieri vix posse, ut in calceis natarit Agatho, puellarum simia: virginum enim pedes sanequam breves calceo vinciri solent arctissimo. Sed ex eo non sequitur, lectionem meliorum testium *γοῦν* deserendam esse, in qua explananda a scholio Rav. proficiscamur, *χαῦνα. διαβάλλει δὲ πάλιν τὸν Ἀγάθωνα ὡς χαῦνον.* Quae primum sunt ejusmodi, ut scholiastam non *γ' οὐ*, sed *γοῦν* legisse appareat. Tum optime huc adhibet verbum *χαῦνος*: notum est enim, quid in comoedia portent *χαυνόπρωκτος, χαυνοπολίτης* similesque appellationes. Enimvero intelligendum est, Euripidem, hominem plane jocosum, hic et alludere ad Agathonis sui *χαυνοπρωκτίαν*, et tamen ejusdem, quasi germanae puellae, calceos admodum breves, non male haerentes, suspicari. Qui si *γοῦν* dixisset sine interrogatione, uti ediderunt Dindorfius et Bekkerus, Agathoni rustice tanquam rustico solam objiceret *εὐρυπρωκτίαν*. Contra verissime interrogationem addiderunt Brunckius Vossiusque, *χαλαρὰ γοῦν χαίρεις φορῶν;* num tu, Agatho mi, laxos lubenter gestas? non credo; novi enim elegantiam tuam, sed dubitare cogor ob aliam rem, quam pudor explicare vetat. Nam *γοῦν*, ubi est interrogantis, quod non saepe usu venit, vim habet negandi, sicut latina vox *num*, veluti in Eqq. 87 *περὶ ποτοῦ γοῦν ἐστί σοί;* Ubi Dindorfius commode recordatur Euripidis in Helena 1247 *ἐν εὐμαρεῖ γοῦν, σὴν κασιγνήτην θανεῖν;* neque enim interrogatur in simili loco ejusdem tragoediae v. 1277 *ἐν εὐσεβεῖ γοῦν, νόμιμα μὴ κλέπτειν νεκρῶν.* Ceterum Reiskius quoque *γοῦν* e Suida adoptat. Illud miror, quod Brunckius, quum et *γοῦν* reciperet et primus interrogaret, tamen h. l. nequaquam percepit. Debuerat enim verba Euripidis ad Agathonem referre, qui et respondeat tanquam interrogatus, *σὺ τοῦτο γίγνωσκ'*,

εἴσω τις ὡς τάχιστά μ' εἰσκυκλησάτω. 265

---

et in quem εἰρυπρωκτίας crimen (χαλαρὰ) saepius collatum sit, a quo Mnesilochus procul abhorrebat. At Brunckius Euripidea ad Mnesilochi personam adnectit, tum in versione „*Quidni?* num laxos gestare amas?" tum in Addendis, ubi Suidae optativo χαίροις confisus rescribit χαλαρά γ' ἂν χ. φ. (scil. εἰ μή σοι ἁρμόσειεν) *laxos gestare amares, si minus hi tibi apti essent.* At tum et omnis sententia languida foret atque inutilis, et evertit istam conjecturam Suidae liber Oxon., qui χαιρεις indicativum tuetur. Praeterea appono verba Bergleri „χαλαρά γ' οὐ χαίρεις φορῶν. Lucianus." Scire pervelim, quem in animo habuerit Luciani locum. Ac ne quidquam omisisse videar, sequente versu γίνωσκ' et Kusterus edidit, et ex Ravennate, puto, Invernizius.

V. 265. εἴσω τις ὡς τάχιστά μ' εἰσκυκλησάτω] Supra ad v. 96 professus sum, me h. l. de encyclemate machina paullo uberius expositurum esse. Primum videamus de formis, quas crebro inter se permutarunt librarii, ἐγκύκλημα et ἐκκύκλημα. Viri Docti igitur, sive interpretes locorum, quos infra singulos proferam, saepissime ponunt ἐκκύκλημα contra auctoritatem Codicum, in quibus haud raro etiam ἐγκύκλημα legitur, ut formam ἐγκύκλημα omnino improbasse videantur. Male. Tota machina dicebatur encyclema, sive ejusmodi machina, in quo conversio est et quasi quaedam rotundatio: quae si ex interioribus locis in scenam moveretur, eccyclema fuit, sin retro, unde venisset, converteretur, eiscyclema appellatum est. Itaque eccyclema tantummodo res in conspectum producit, eiscyclema eas iterum ex oculis spectatorum aufert, encyclema utriusque rei potestatem conjungit. Sic Agatho noster, quum primum ostenderetur, nomine οὐκκυκλούμενος designatus est v. 96, deinde vero, ubi qua semita venerat, eadem post scenam rediturus est, de semet ipso dicit εἰσκυκλησάτω. Formam encyclematis haud satis accurate nobis licet describere. Optime de ea disseruit Pollux IV, 128. εἶεν δ' ἂν τῶν ἐκ θεάτρου καὶ ἐκκύκλημα (imo ἐγκύκλημα, et unus certe Cod. exhibet ἔγκλημα) — καὶ τὸ μὲν ἐκκύκλημα (recte Cod. Kuehnii Jungermannique ἐγκύκλημα) ἐπὶ ξύλων ὑψηλὸν βάθρον (Codices ἐπὶ ξύλων ὑψηλῶν βάθρον; tu rejecto ὑψηλῶν leges ἐστὶ ξύλων ὑψηλὸν βάθρον, ἐστὶ pro ἐπὶ cum Kuehnio), ᾧ ἐπίκειται θρόνος. δείκνυσι δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τὴν (Cod. Jungermanni om. καὶ et τήν: et καὶ rectius abest) σκηνὴν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀπόῤῥητα πραχθέντα. καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ ἔργου (imo ἀπὸ τοῦ ἔργου) καλεῖται ἐγκυκλεῖν (hic codices Kuehnii et Falckenburgii rectissime ἐκκυκλεῖν). ἐφ' οὗ δὲ (imo ἀφ' οὗ δὲ) εἰσάγεται τὸ ἐγκύκλημα, εἰσκύκλημα ὀνομάζεται. καὶ χρὴ τοῦτο ποιεῖσθαι καθ' ἑκάστην θύραν, οἱονεὶ καθ' ἑκάστην οἰκίαν. (De verbis, quae §. 129 sequuntur, τὴν δὲ ἐξώστραν ταὐτὸν τῷ ἐγκυκλήματι νομίζουσιν infra disputabo post v. 276) Minus recte haec emendata sunt a Brunckio ad Thesmoph. v. 96, et nuper ab Hermanno contra

O. Muellerum II p. 128. Ante omnia intelligendum est, duplex genus encyclematum exstitisse, unum in infima domo, alterum in distegia, Pollucem vero de altero tantum genere, quod in superiore fuit contignatione, sermocinari. De hoc ita disputat. Encyclema, inquit, est alta basis lignorum, cui sella imposita est. Monstrat autem secreta, quae post scenam in ipsis aedibus aguntur. Nomen ab ipsa re (a conversione) fluxit ἐκκυκλεῖν: ex quo autem encyclema intro movetur, nomen mutat in eiscyclema. Et hoc cogitandum est in quavis janua sive domo: (tria igitur encyclemata agnoscit; tres enim scenae januas fuisse posticas nemo ignorat). Hactenus Pollux. Dubitari non potest, quin haec machina habuerit conversionem: id quod docent quum nomen ipsum ἐγκύκλημα, crebraeque scholiastarum voces στραφέντος, συστράφηθι, στραφέντα, tum id vel per se ita fieri plane consentaneum erat. Nam quum duo in ultima scena essent latera parietum, unum domus externae, quod plerumque ostendebatur et amoto encyclemate sub adspectum redibat, alterum internae, quod ecyclematis ope ad tempus conspiceretur: necessario quae post scenam in ipsa domo fierent, conversione domus per machinam effecta in scenam moveri debuerunt et contra. Sed quum verba ξύλων ὑψηλὸν βάθρον ad superioris tabulati encyclema haud dubie referantur, quaeres, ecquonam modo Euripides in Acharnensibus aliique ex altiore loco in scenam descenderint. Puto igitur, scalas supra absconditas esse, et si opus fuisset, aut vi dejectas, aut iterum retractas, quod interdum in nostris quoque theatris fieri videmus. Quocirca talem fere figuram menti informemus;



Per hanc scalam in proscenium descendit Euripides et postea domum revertitur. Quum incredibile sit, inferius tantum encyclema, non etiam alterum rotis agitatum esse, sequitur, ut Pollux rotas male omiserit, quas facile nos quidem supplemus e scholio ad Acharn. v. 415 (407) — *ἐκκυκλήθητι, τουτέστι συστράφηθι. ἐκκύκλημα δὲ λέγεται μηχάνημα ξύλινον τροχοὺς ἔχον, ὅπερ περιστρεφόμενον τὰ δοκοῦντα ἔνδον ὡς ἐν οἰκίᾳ διαπράττεσθαι καὶ τοῖς ἔξω ἐδείκνυε, λέγω δὴ τοῖς θεαταῖς.* Is cumuli loco rotas adjicit planeque consentit de domo interna, de lignis, de conversione. Haud ita multum discimus ex Eustathio p. 976, 15 *διαφέρει δὲ ἔγκυκλον ἐγκυκλήματος, ὅτι τὸ ἐγκύκλημα, ὃ καὶ ἐγκύκληθρον λέγεται, μηχάνημα ἦν ὑπότροχον, ὑφ' οὗ ἐδείκνυτο τὰ ἐν τῇ σκευῇ ἢ σκηνῇ* (sic; voluit aut *τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ ὑπὸ τὴν σκηνὴν* ut Pollux, aut *τὰ ἐν ταῖς σκευαῖς*, in locis apparatus post scenam). Tuetur tamen justam formam *ἐγκύκλημα*, servat vocem vix alias obviam *ἐγκύκληθρον*, bene novit rotas, ac nescio quid veri in fine mussitat. Sed aliquando ad singulos locos primum comoediae veniamus. In Acharnensibus l. l. manifestum est, encyclema nisi superioris tabulati nullum cogitari posse. Accedit Dicaeopolis ad januam domus Euripideae, invenit ibi Cephisophontem janitorem, qui apertis foribus tragicum nunc maxime occupatum esse ostendit: at ille clamorem tollit rogatque Euripidem, de superiore aedium parte despicientem, ut per eccyclema in scenam descendat; quod ille quum aegre repugnanterque fecisset, homo festivus admirandum esse negat, quod heroes hujus tragici toties claudicent, si a poëta suo ex tam altis locis deturbentur. (v. 374 *ἀναβάδην*, 384 *ἐκκυκλήσομαι. καταβαίνειν δ' οὐ σχολή.* 385 *ἀναβάδην ποιεῖς· — οὐκ ἐτὸς χωλοὺς ποιεῖς*). Neque vera ratio scholiastas fugit: *ἀναβάδην ποιεῖς*] *φαίνεται γὰρ ἐπὶ τῆς σκηνῆς μετέωρος.* In Nubibus v. 185 et v. 219 utrumque encyclema conjungi videmus. Strepsiades phrontisterium, scholam Socratis, quam primum aperiri jubet, ut Socratem ipsum oculis usurpare liceat; se enim prorsus *discipulire*. Deinde subito foribus apertis Socratici in infima domo conspiciuntur, ferae immanes, ut videntur Strepsiadi (*Ὦ Ἡράκλεις, ταυτὶ ποδαπὰ τὰ θηρία;*): quam speciem apparet nulla alia machina exhiberi potuisse, nisi encyclemate. Quo minus dubitandum est, quin in argumentis fabulae p. 5. ed. Herm. sive p. 107 ed. Bekk. *ἐκλυθείσης δὲ τῆς ἰατρίβης οἵ τε μαθηταὶ κύκλῳ καθήμενοι πινάροὶ συνορῶνται, καὶ αὐτὸς ὁ Σωκράτης ἐπὶ κρεμάθρας αἰωρούμενος καὶ ἀποσκοπῶν τὰ μετέωρα θεωρεῖται.* recte nos antiquum vitium hoc modo sanaverimus, *ἐκκυκληθείσης δὲ τῆς διατριβῆς —*, praesertim quum scholiastae ad illum ipsum locum v. 185 encyclema liquido testentur, — *ὁρᾷ δὲ ὡς φιλοσόφους κομῶντας, στραφέντος τοῦ ἐγκυκλήματος*, ubi conjectura *ἐκκυκλήματος* improbanda est: nam etsi fuit eccyclema, tamen non hoc, sed encyclema debebat converti. At paullo post v. 219, monente argumenti scriptore, Socrates etiam ipse spectatur: qui licet in alto sus-

pensus esset per aliquam fortasse *Κράδην*, potius quam per *Αἰώραν*, atque in corbe pensili sederet, fuit tamen, fuit plane in illa ipsa domo, hoc est in domo Socratis. Necesse est igitur, Socratem per alterum encyclema in superiore tabulato conspici. Quare in scholiis ad v. 219 *Παρεγκύκλημα. δεῖ γὰρ κρεμᾶσθαι τὸν Σωκράτην* —, minime v. *παρεγκύκλημα* vulgari potestate idem fere quod *παρεπιγραφὴ* significat, sed certissime propria vi encyclema alterum. Itaque in Nubibus et infima domus, ubi sunt discipuli, et tabulatum superius, in quo pendet Socrates, per duplex encyclema monstrantur, aut si conjunctum erat encyclema, id quod certum videtur, ad utramque tamen contignationem pertinere debuit. Fuerunt etiam, qui encyclemati locum facerent in Eqq. tum v. 1147, tum v. 1246. Sed de priore loco certe falluntur, quum neque Comici verbis ullum hujus machinae vestigium impressum sit, neque in scholl. exstet, qui pervagato more scribunt, *κορωνὶς αὖθις ἑτέρα εἰσιόντων τῶν ὑποκριτῶν*: potest denique etiam is, qui non eccyclematis ope, sed pedibus per januam in proscenium venerit, postea tamen *εἰσκυκλεῖσθαι*. Incerta res est, haud improbabilis tamen, altero loco 1246, ubi Cleon dicit, *κυλίνδετ᾽ εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα*, tametsi hic iterum de eo tacent scholiastae, nec nisi haec tradunt, — *ταῦτα δὲ ἐκ Βελλεροφόντου Εὐριπίδου. τὸ δὲ κυλίνδετ᾽ ἀντὶ τοῦ κομίζετε.* Euripides igitur in Bellerophonte scripserat, *κομίζετ᾽ εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα*, quod miror praeterisse Matthiam p. 110. Compara Stheneboeam Euripidis p. 332 Matth. *κομίζετ᾽ εἴσω τήνδε· πιστεύειν δὲ χρή* —. Nam verbum quidem *κυλίνδετ᾽ εἴσω* ejusmodi est, ut licet eiscyclemati optime congruat, a Comico tamen non minus apte de misero homine locari potuerit, qui intro abduceretur. Puto tamen, Cleonem per eiscyclema auferri, idque ob eandem causam, propter quam v. 1147 eccyclema nego cogitari posse. Hoc enim praeter Cleonem, qui belle agitatus ridetur, necessario simul insiciarium comprehenderet, qui magno honore afficiendus est. Atqui videmus, in comoedia fere eos strenue irrideri, quos encyclema vel in scenam proferat, vel e conspectu abducat, sicuti Agathonem, Euripidem, Socratem cum discipulis et forsitan similiter Cleonem: quod contra in tragoediis encyclemata potius magnum aliquod aut horribile spectaculum praebuerunt. Sed tragoediae encyclemata quum saepius vel obscuriora sint, vel plane incerta, tum illud maxime quaeritur, utrum semper, ubi spectatores aliquid vident, quod post scenam in ipsa domo accidat encyclema adhibitum sit, necne. Hunc nodum alii fortasse aliter solvent, equidem tum encyclema esse statuo, ubi multae vel res vel personae monstrandae sunt, quas exiguum post januas spatium non capiebat; nullum esse encyclema arbitror, ubi una tantum persona resve omnino paucae ostenduntur. Verbi causa minime mihi persuadeo, encyclemate usum esse Sophoclem in Electra v. 1458, ubi aperiuntur valvae (*κἀναδεικνύναι πύλας*), quibus apertis Clytaemnestrae cadaver in ipso conclavi palatioque conspicitur. Alioquin paullo post v. 1491 opus

fuisset ciscyclemate, ut per easdem valvas intrare posset Aegisthus. Quomodo autem spectatores non cum risu mirati essent, ciscyclema induci hominis occidendi causa? Exempla tragici encyclematis haec literis consignavi, primum Aesch. Eumen. ad v. 64 monet scholiasta, *οὗτοι προδώσω*] — *καὶ δευτέρα δὲ γίνεται φαντασία. στραφέντα γὰρ μηχανήματα ἔνδηλα ποιεῖ τὰ κατὰ τὸ μαντεῖον, ὡς ἔχει. καὶ γίνεται ὕψις τραγική. τὸ μὲν ξίφος ἡμαγμένον ἔτι κατέχων Ὀρέστης, αἱ δὲ κύκλῳ φρουροῦσαι αὐτόν.* Verum hic locus dubitationem habet; certissima exempla haec sunt: Aesch. Choëph. 973, ubi Orestes Clytaemnestrae Aegisthique cadavera Choro ostendit, ac praeterea vestem, qua morientem Agamemnonem uxor obvolverat. Scholiasta, *ἀνοίγεται ἡ σκηνὴ καὶ ἐπὶ ἐγκυκλήματος ὁρᾶται τὰ σώματα* —. In Sophoclis Ajace v. 344 Tecmessa Choro Salaminiorum nautarum Ajacem intus versantem ostendit. Totos greges cum Ajace non capiebat locus post januam vacuus; fuit igitur encyclema. Bene scholiastes, — *ἐνταῦθα ἐγκύκλημα* (vett. editt. *ἐγκύκλωμα*, male Lobekkius *ἐκκύκλημα*) *τὶ γίνεται, ἵνα φανῇ ἐν μέσοις ὁ Αἴας ποιμνίοις.* — *δείκνυται δὲ ξιφήρης ἡμιατωμένος, μεταξὺ τῶν ποιμνίων καθήμενος.* In Antigona v. 1293 (*ὁρᾶν πάρεστιν· οὐ γὰρ ἐν μυχοῖς ἔτι.*) encyclema usurpatum esse, si minus certum, at satis probabile videtur, idque olim scholiastae, nuper etiam Wexio nostro placuit. Tum encyclema agnoscent omnes in Hercule Furente Eurip. v. 1029

ἰδέσθε, διάνδιχα κλῆθρα
κλίνεται ὑψιπύλων δόμων.,

ubi et ipse Hercules somno consopitus, et liberi ejus atque uxor, quos occiderat, visuntur. Sed minime encyclema agitatum esse puto in Hippolyto v. 808, ubi Phaedra suspendio necata ostenditur. Neque enim ad istam rem encyclemate opus erat tantoque apparatu. Ceterum verba *ἐγκυκλεῖν, εἰσκυκλεῖν* et *ἐπεισκυκλεῖν* etiam ad ingratas res transferuntur, vel certe inexspectatas. Ita Comicus in Vespis 699 *ἐξόν σοι πλουτεῖν — οὐκ οἶδ' ὅποι ἐγκεκύκλησαι* fortasse voluit, in egestatem nescio quam implicatus es; etsi locus haud planissimus est. Dubitatione exemta sunt haec, Vesp. 1474

νὴ τὸν Διόνυσον, ἄπορά γ' ἡμῖν πράγματα
δαίμων τις εἰσκεκύκληκεν εἰς τὴν οἰκίαν.,

Luc. De Hist. Conscr. c. 13 *ὧν ἀμελήσαντες οἱ πολλοὶ τὰ μηδὲν προσήκοντα ἐπεισκυκλοῦσιν.* Deor. Concil. 9 *ἀλλ' ὁ Ἄττης γε, ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορίβας καὶ ὁ Σαβάζιος πόθεν ἡμῖν ἐπεισεκυκλήθησαν οὗτοι —*; Comica locutio est, quasi dicas, supra caput collocare, cervicibus nostris imponere, über den Hals bringen. In ultimo loco egregius codex, Florentinus, exhibet *ἐπεισεκλήθησαν οὗτοι:* idem vero liber in Philopseude c. 29 *καὶ τὸ τοῦ λόγου, θεὸν ἀπὸ μηχανῆς ἐπεισκληθῆναί μοι τοῦτον ὤμην ὑπὸ τῆς Τύχης.* prorsus confirmat luculentam Kusteri emendationem, quam olim recepi, *ἐπεισκυκληθῆναι*: habet enim *ἀπὸ μηχανῆς ἐπεισ... κληθῆναί μοι*, sic, abrasa una vel altera litera. Tenendum est autem, Lucianum in Philopseude duas

theatri attici machinas *μηχανήν*, quam proprie dicebant, et *ἐκκύκλημα* confundere: nam neque utraque machina unquam conjuncta est, nec vero dii per encyclema, sed per *μηχανὴν* in adspectum veniebant. Postremo cavebant, ut opinor, poëtae, ne *ἐκκύκλημα* diutius justo in scena maneret; nam apparet hoc modo domus interna; at paullo post eadem retrahitur.

Attuli ea fere, quae in scholis de scena vetere semel atque iterum Rostochii habitis dixeram; nunc vero Archaeologos omnia summa minantes audire placet. Quanquam unum ex iis, qui mutas personas in neurospasta, Furias Aeschyli in spectra et Empusas tetras adspectu, lingua etiam ejecta, mutavit, Boettigerum censeo omittamus: jam enim somnia delicati senis obsoleverunt. Verum enim C. O. Muellerum, qui nunc maxime omnia miscet, praeterire nullo modo possumus. Is quum de Eccyclemate sane multa fabularetur (ad Eumenidas p. 103. 104), exempla hujus machinae si minus docte, ambitiose tamen collegit; illud vero, in quo summa rei vertebatur, ut quale fuisset Eccyclema (imo Encyclema), benigne nos doceret, brevissime levissimeque perstrinxit. Incipit autem his maxime verbis: *Exostra sive Eccyclema (posterius nomen longe altero usitatius est)* — Hic statim errorem repetit licet antiquum, si paene certum est, exostram ab encyclemate penitus differre, de quo mox agam ad v. 276. Monuit jam Hermannus in censura II p. 126. Pergit Muellerus: — *designat pegma vel brevem scenam lignean* — Neque catastam agnosco, nec brevem scenam video, quid nugetur, aut quo auctore nobis exorta sit. Porro: *quae iis in locis dramatum, ubi interna domus oculis spectatorum subjicienda erat, per magnas januas scenae et parietis* — At verba Pollucis *καθ' ἑκάστην θύραν* haud quaquam valere possunt *per* unamquamque januam, vel Hermanno judice ibidem. Vide nunc, quid sequatur: *propellebatur aut rotis provolvebatur (ἐκκυκλεῖν) postea autem, si domus interna oculis subducenda esset, revolvebatur (εἰσκυκλεῖν)*. Primum Hermanno l. l. magno opere assentior, nihil ineptius fingi posse ejusmodi scena, quae quum internas aedes imitari deberet, ex ipsa domo foras planissime ejecta videretur. Sed nimirum hic quoque, quae a nemine uno prodita sint, excogitat Muellerus, qui neque quam vim habuerit totum encyclema, intelligit, nec singulas machinandi rationes recte animo informat, illud denique, in quo natura encyclematis maxime cernitur, quod communi prope consensu auctores testati sunt, conversionem dico, nec scit, nec scire desiderat. Roges jam Muellerum, ubinam fuerit encyclema, respondebit, credo, semper id in infima domo conspectum esse: ita certe loquitur, vel potius duo encyclematum genera fuisse ignorat, nec distinguit quidem domum infimam a distegia. Semel nescio quid suspicatus est de alto quodam encyclemate, videlicet tali, quod in aëre veheretur. Praetereo alia, ut illud, quod unam, duas, tres aut summum quatuor personas eccyclema cepisse narrat; plures enim,

longe plures haec machina capiebat. Idem proficiscitur ab exemplis tragoediae: obscurioribus illis, leviter tangit comoediae documenta admodum luculenta. Ac ne omnia reprehendere, aut unam rem, quamvis levem, justa laude privasse videar, recte eum sive primum, sive aliorum exemplo encyclema invenisse puto in Agamemnone v. 1372, ubi Clytaemnestra, vix etiam occiso marito suo, progreditur. Hoc encyclema in superiore tabulato versatum esse arbitror, ne Chorus ira propter recentem istam caedem flagrans Clytaemnestram invadere posset. Postremo illud Muellero lepide et oppido ridicule accidit, ut quum certa tantum exempla (Sichere Beiſpiele von Effyflemen —) a se allatum iri professus esset, haud paucos tamen locos immisceret, qui non magis ullum encyclema habebant, quam gallum gottingensem. Interim uno atque altero exemplo simus contenti. In Oedipo Tyranno v. 1297 manifestum esse ait, Oedipum eccyclemate propelli. Hic vero ne ipse quidem Oedipus conjiciat, quisnam usus esse potuerit eccyclematis: prodit enim miser ille rex valvis apertis. Falsum est autem, quod narrat M., Oedipum in ipso palatio intus conspici: imo vero ob id ipsum fores apertae sunt, ut in publicum prodire Oedipus posset. Facetissime V. D. addit, Sophoclem eccyclematis quodammodo oblitum esse v. 1429, adde v. 1521. Quippe: nam debebat encyclematis oblivisci, qui hic nullius omnino machinae recordatus v. 1296 Oedipum oculis, non pedibus captum ante fores prodire, in fine autem tragoediae a Creonte intus abduci juberet: neque enim praevidere Sophocles poterat contemplationes (Anſchauungen) Muelleri. In Oedipo Tyranno de ista machina omnino non cogitandum esse l. l. etiam Hermannus monet. Deinde encyclema odoratur in Medea v. 1284 (1314), ubi Jason, quum maxime velit, nequit Medea potiri. Docte h. l. scholiastae, *ἄνω ἐπὶ τοῦ πύργου ἑστῶσα ταῦτα λέγει* et mox *ἐπὶ ὕψους γὰρ περιφαίνεται ἡ Μήδεια ὀχουμένη δρακοντίνοις ἅρμασιν καὶ βαστάζουσα τοὺς παῖδας*. Haec species utrum per nobilissimam illam *Μηχανήν*, an alio modo effecta fuerit, dubitari fortasse potest; quin quidem hic nullum encyclema agitetur, dubitari non potest. — Alio modo nuper Hermannus l. l. encyclematis vim definivit: putavit enim, scenae parietem ipsum utrimque discessisse, allatis et noto illo *vel scena ut versis discedat frontibus* et aliis similibus. Sed hoc sine ulla auctoritate dictum esse censeo; hi enim scriptores de longe alia re loqui videntur. Nam encyclema ipsos locos domumque internam, qualis est reapse, talem ostendit; at versilis scena et ductilis non res ipsas monstrat, sed tantummodo earum picturas. Et versilis quidem scena ad latera proscenii fiebat in periactis, ductilis autem ad januas scenae extremas. Bene Servius: „scena, quae fiebat, aut versilis erat, aut ductilis. Versilis tunc erat, quum subito tota machinis quibusdam convertebatur et aliam picturae faciem ostendebat. Ductilis tunc, quum tractis tabulatis hac atque illac species picturae notabatur interior.“ De his picturis disserere longum est et ab instituto nostro alienum. Sed satis de encyclemate.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἀνὴρ μὲν ἡμῖν οὑτοσὶ καὶ δὴ γυνὴ
τό γ' εἶδος· ἢν λαλῇς δ', ὅπως τῷ φθέγματι
γυναικιεῖς εὖ καὶ πιθανῶς.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

πειράσομαι.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

βάδιζε τοίνυν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μὰ τὸν Ἀπόλλω οὔκ, ἢν γε μὴ
ὀμόσῃς ἐμοί —

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τί χρῆμα;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

συσσώσειν ἐμὲ
πάσαις τέχναις, ἢν μοί τι περιπίπτῃ κακόν.

V. 266. Vulgo *ἀνήρ*, sed praestat *ἀνὴρ* cum articulo. Male enim haec Kusterus transfert, quem sequitur Vossius, Vir hic nobis est et simul foemina: quasi aut *καὶ* pro *καὶ δὴ* legeremus, aut senex non prorsus specie mulier fuisset; reapse non fuit, at specie. Recte vertunt Brunckius et John Seagerus. Versu sequente *τόδ' εἶδος* legit Ravennas.

V. 268. *πειράσομαι*] Conabor equidem. Magnum fuit, senem gravissima illa voce tantisper occultata acutos tenuesque sonos mulierum imitari.

270. *τί χρῆμα;* et 274 *πάντας ἄρδην τοὺς θεούς*] Comparat Berglerus Eurip. Med. 746.

Μ. ὄμνυ πέδον γῆς πατέρα θ' Ἥλιον πατρός
τοὐμοῦ, θεῶν τε συντιθεὶς ἅπαν γένος.
ΑΙΓ. τί χρῆμα δράσειν, ἢ τί μὴ δράσειν, λέγε.

Mox apte dixit et proprie *πάσαις τέχναις* omnibus artibus, quas norat callidus poëta. Longe aliam vim habet *πάσῃ τέχνῃ*, quavis ratione.

V. 272. Scholiasta Rav. *ἐκ τῆς Μελανίππης Εὐριπίδου.* Ad Ran. v. 100 schol. scribit vulgatus, *αἰθέρα Διὸς*] — *καὶ ἐκ Μελανίππης Σοφοκλέους· ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρα οἴκησιν Διός.* Rav. autem *αἰθέρα Διὸς*] *Εὐριπίδου ἐκ Μελανίππης· ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρα (αἰθέρ'), οἴκησιν Διός.* In vulgato scholiasta optime correxit Berglerus *ἐκ Μελανίππης τῆς Σοφῆς* (scribit *Μ. σοφῆς*), quam correctionem multi jam laudarunt, Valckenarius, Brunckius, Matthiaeus p. 216. Duplicem enim Euripides Melanippam scripserat, *Μελανίππη ἡ Σοφὴ* atque *Μελανίππη*

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ὄμνυμι τοίνυν Αἰθέρ', οἴκησιν Διός.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τί μᾶλλον, ἢ τὴν Ὑοκράτους ξυνοικίαν;

ἡ Δεσμῶτις. at Melanippa Sophoclis inaudita est. Praeterea ubicunque hic versus affertur, illudi videmus Euripidem, et accedunt grammaticorum testimonia aliorum. Scholiasta ad Ran. 311 αἰθέρα Διός] ἀντὶ τοῦ τὸν Εὐριπίδην· αὐτοῦ γὰρ ἦν ὁ ἴαμβος. τὴν ἐπιθυμίαν Εὐριπίδου τοῦ ταῦτα λέγοντος. In Ranis 100 αἰθέρα Διὸς δωμάτιον (sic enim illud Euripideum detorquet) contendit poëtae esse fecundi, nobile dictum appellat, refert denique ad praecipitem facundiam (Horat. A. P. 216), neque ibid. 311 cavillandi obscurum est consilium,

τίν' αἰτιάσωμαι θεῶν μ' ἀπολλύναι;
αἰθέρα Διὸς δωμάτιον —;

Nempe Euripides tum non vulgi opinionem, sed Anaxagorae praeceptum decantabat, quod a communi sensu uniuscujusque discreparet multosque offenderet. Hinc Aether, habitatio Jovis, toties a Comico vexatur, facetissime nostro loco, ubi eam, similiter ac supra v. 177 aliud quiddam, imprudens quasi ipse carpit Euripides. Ceterum tragici vocem ἱρόν, quae ad rem ipsam nihil attinebat, ubique omittit Aristophanes. Dixerat ille, ὄμνυμι δ' ἱρὸν (non ἱερὸν) Αἰθέρ', οἴκησιν Διός, iidem numeri manent in versu comico, ὄμνυμι τοίνυν Αἰθέρ' οἴκησιν Διός, verum substituitur τοίννν, quam particulam bis a genero usurpatam ὄμνυμι τοίννν, ὄμνυμι τοίννν, sugillat Mnesilochus, μέμνησο τοίννν. In mentem revoca duplex τοιγὰρ ἂν δοκῇ Lysistr. 900. 901. Avv. 1654. 1655 οὐ δῆτ' — καὶ δῆτ' — τί δῆτ' multaque alia generis ejusdem.

V. 273. Male Hippocratis contubernium intelligit Berglerus, quem Brunckius Vossiusque temere sequuti sunt. Omnino hanc quoque potestatem habet ξυνοικία, ut bis apud Aeschylum Suppl. 267 δρακοντόμιλον δυσμενῆ ξυνοικίαν et in Eumen. 916 δέξομαι Παλλάδος ξυνοικίαν. At ξυνοικίαι etiam minutas aediculas, in quibus fere multi homines habitant arcte constipati, haud raro declarant, quum apud Xenophontem aliosque tum in ipso Comico, Eqq. 996 ἐμοὶ δ' ὑπερῷον καὶ ξυνοικία δύο et in Senectute Fr. V ἐπὶ τοῦ περιδρόμου στᾶσα τῆς συνοικίας. Atqui haec notio jam necessario requiritur, sive Euripideum οἴκησιν v. 272, sive vocem δωμάτιον alteri in Ranis suffectum consideraveris, laudoque Kusterum, qui per insulam urbanam transtulerit. De filiis autem Hippocratis locos veterum repetere cogor nemini ignotos, Nub. 1001 τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν (tanquam ὑσὶν) εἶξεις, καί σε καλοῦσιν βλιτομάμμιαν. Ubi Kusterus e Galeno protulit, (T. I p. 346. 32) οἱ δὲ Ἱπποκράτους υἱεῖς, οὓς ἐπὶ μωρίᾳ σκώπτουσιν οἱ Κωμικοὶ —. Schol. ad Nub. τοῖς Ἱππο-

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ὄμνυμι τοίνυν πάντας ἄρδην τοὺς θεούς.

κράτους) οὗτοί εἰσι Τελέσιππος, Δημοφῶν, Περικλῆς, διαβαλλόμενοι εἰς ὑωδίαν, καὶ Εὔπολίς φησιν ἐν Δήμοις·

Ἱππικράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες
βληχητὰ τέκνα, κοὐδαμῶς τοῦ σοῦ τρόπου.

Athenaeus III, 96, e — καὶ μήτηρ τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν, οὓς εἰς ὑωδίαν κωμῳδουμένους οἶδα. Photius 558, 18 Σῦς: οὓς τοὺς Ἱπποκράτους υἱοὺς ἔλεγον — εἰς ὑηνίαν κωμῳδοῦντες. Ex his efficitur, juvenes istos in comoedia haud raro sues appellatos esse, σῦς Ἱπποκράτους pro υἱούς, neque id aliam ob causam, nisi propter incredibilem quandam stultitiam, quemadmodum Latini itidem loquuntur, *sus Minervam*. Jam vero hoc in versu Ravennas Ἱπποκράτους mutat in ὑποκράτους (sic), quod satis mirari non queo, tantum abest, ut errorem fortuitum interpreter. Neque vero scholiasta Rav., testis multo etiam antiquior, Ἱπποκράτους videtur invenisse; ita enim scribit, Ἱπποκράτης ἐγένετο Ἀθηναίους (Fortasse Ἀθηναῖος ὃς ὑώδεις) εἶχεν υἱούς. διεβάλλετο δὲ σὺν αὐτοῖς ὡς ἀπαίδευτος. Qui si Ἱπποκράτους legebat, quid ita tandem ei in mentem venit, rem a Comici verbis alienissimam nobis ingerere, atque ad notum filiorum stuporem patris ipsius inscitiam adjungere? Jam vero Ἱπποκράτους correctori relinquamus, cui debetur, Aristophani autem id reddamus, quod et plane legit scholiasta, neque Ravennas nisi leviter depravavit, τὴν Ὑοκράτους ξυνοικίαν. Antiquum est Comicis, multis in locis, ubi quidem mutatione leni praesertim justam reprehensionem in aliquod nomen includere liceat, veram hominis appellationem corrumpere. Ita hic in Hippocratis locum nullo exspectante Ὑοκράτης succedit, idcirco quod non filii magis, quam ipse ὑώδεις fuerunt, stolidi ut pecudes; nisi forte duplicem adeo potestatem syllabis Ὑο- tribuere placet. Uti enim manifesto ad Ὗς alludit, ita videtur ὕειν, quod verbum Jovis est (praecedit autem οἴκησιν Διὸς) simul animo complecti, quo similiorem Jovi reddat Hippocratem: ita certe versus,

ὄμνυμι τοίνυν Αἰθέρ', οἴκησιν Διὸς
.. τί μᾶλλον ἢ τὴν Ὑοκράτους ξυνοικίαν;

aliquanto melius sibi respondebunt. Haud sum nescius, jocum hujusmodi frigidum judicari posse, si nostro sensu ducimur, non veteris comoediae, quae alliteratione mirum in modum delectata est. Verum prior ille Ὑοκράτης, sus Hippocratis, in memoriam nobis revocat Cleonis ὑομουσίαν Eqq. 981. Sed tempus est, Eupolidis versum, quem supra attuli, emendare, Ἱπποκράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες, in quo nuper Raspius productionem non atticam acutius, quam felicius defendit, Hermannus vero recte quum Ἱπποκράτεος rejecit, tum in principio versus syllabam deesse censuit. Scripserat igitur Eupolis,

Ὑσιπποκράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες —.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μέμνησο τοίνυν ταῦθ', ὅτι ἡ φρὴν ὤμοσεν, 275

Auctoritate utimur Suidae in Ὑώδεις ita loquentis, — καὶ Εὔπολις· Ὑεῖς Ἱπποκράτους ἐμβόλιμοί τινες, βληχητὰ τέκνα., quae scriptura et Reisigium Conject. p. 111 seq. et alios frustra exercuit. Adeo Eupolis convicium adolescentibus fieri solitum Ὑς Ἱπποκράτους in ipsius patris nomen transtulit, quem juvenibus dignum parentem esse sciret, neque pro genitivo Ἱπποκράτους formam Ὑσιπποκράτους effingere dubitavit, quum praesertim ipsos Ὑς Ἱπποκράτους illo tempore peteret. De industria utramque emendationem conjunxi, Aristophanei versus Ὑοκράτους atque Eupolidei Ὑσιπποκράτους, quae singulae minus fortasse certae videri possent: nunc de neutra ullus dubitandi locus relictus est; tantopere altera alteram illustrat.

V. 274. *πάντας ἄρδην*] Quasi dicas, alle Götter mit Stumpf und Stiel, omnes radicitus, funditus deos. Multi enim, ac potissimum Aristophanes Euripidem ferebant patrios deos vehementer contemnere, aut ne esse quidem eos omnino ullos putare. Eo consilio hic ἄρδην elegit, nec male scholiasta de ambiguitate nos admonet verbis ἀντὶ τοῦ ἀθρόους πάντας et postea πάντας ὁμοῦ αἴρω. Quo magis deinceps cavendum sibi esse Mnesilochus existimat.

V. 275. 76. ἡ φρὴν ὤμοσεν.
ἡ γλῶττα δ' οὐκ ὀμώμοκ']

Euripides in Hippolyto v. 612

Τροφ. ὦ τέκνον, ὅρκους μηδαμῶς ἀτιμάσῃς.
Ἱππ. ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Vide eximiam Valckenarii adnotationem, qui mihi nonnulla, quae videbar dicturus esse, praeripuit. Nemo reprehendisset, nedum praeterieus accusasset Euripidem, si altero ordine scripsisset, ἡ φρὴν ὀμώμοχ', ἡ δὲ γλῶσσ' ἀνώμοτος: mentem enim peccare, non corpus rectissime T. Livius I, 58 affirmat. Sed quum has notiones invertisset, vocem impiam misit et detestabilem. Ubi igitur Euripides jusjurandum dedit Mnesilocho, tum cautus senex, at tu, inquit, aliquando ita locutus es „Juravit lingua: mentem injuratam gero;" quin tu haec jam censeo transponas, ac memineris, mentem jurasse, linguam tuam non esse jurejurando a me obstrictam. Scite Mnesilochi sententiam scholiasta Rav. explicavit.

Parepigraphe post v. 276. In Kusteri Brunckiique edd. reperitur, Ὀλολύζουσι γυναῖκες. ἱερὸν ὠθεῖται., sed fortassis ex interpolatione. Nam cod. Augustanum et ed. Principem consentire puto cum libro Rav., qui sic habet, ὀλολύζουσί τε· ἱερὸν ὠθεῖται., atque certe ex ed. Farrei ὀλολύζουσί γε ἱερὸν ὠθεῖται profertur. Non falsa quidem per sese, at incommoda tamen notio est γυναῖκες, quum hujusmodi dictiones a brevitate commendentur; contra articulus τὸ nequit deesse. Scripsi igitur, ὀλολύζουσι. τὸ ἱερὸν ὠθεῖται. *ovant* (man

ἡ γλῶττα δ' οὐκ ὀμώμοκ', οὐδ' ὤρκωσ' ἐγώ.
(ὀλολύζουσι. τὸ ἱερὸν ὠθεῖται.)

---

bert Jauchzen): *templum propellitur.* Et τὸ ἱερὸν cum articulo tacite edidit Bothius. Lepide transfert Kusterus, *Clamorem inter sacra tollunt mulieres;* sed facetiora sunt Bergleri inventa. Is primum voces ἱερὸν ὠθεῖται denotare ait, *victima propellitur,* corrigit tamen postea, ut clariore luce nos perfundat, ὀλολύζουσι. γέρων ὠθεῖται. *Ovantes clamant. Senex truditur.* Tum pro ὠθεῖται Reiskius αἰωρεῖται conjicit, qui ridicule Αἰώραν machinam hic videtur requisivisse. Bentlejus has quatuor voces uncinis inclusit, credo, ut eas a reliquis secerneret, non quo ejectam vellet hanc parepigraphen. At Dindorfius totam parepigraphen et olim et nuper expulit, ut solet; non satis recte: nam nec verius ea quidquam cogitari posse liquet, et ab ipso Aristophane profectam esse quovis pignore contenderim. Tandem Brunckius partim vidit, quid monstri alerent verba ἱερὸν ὠθεῖται, ostenditque scenae conspectum mutari, et machinarum ope templum propelli, sive novum scenae apparatum templi speciem exhibere. Ego si prius demonstravero, ab encyclemate exostram multum distare, quas ob causas per exostram hic Thesmophorium apparuisse arbitrer, paucis expediam. Antiqui igitur grammatici, qui exostram ab encyclemate verbo tantum sejungebant, dubitare ipsi de istius doctrinae veritate solebant. Ita Pollux tum IV, 129 ita scribit, τὴν δὲ ἐξώστραν ταὐτὸν τῷ ἐγκυκλήματι νομίζουσιν, neque vero sic, ἡ δὲ ἐξώστρα ταὐτόν ἐστι τῷ ἐγκυκλήματι, tum paullo ante §. 127 ubi his verbis utitur, εἶεν δ' ἂν τῶν ἐκ θεάτρου καὶ ἐγκύκλημα καὶ μηχανὴ καὶ ἐξώστρα καὶ σκοπὴ —, machinam utramque non loco magis, quam re discernit. At dixerit quispiam, liquido testatur Hesychius, Ἐξώστρα: ἐπὶ τῆς σκηνῆς τὸ ἐκκύκλωμα., ubi formam nihili ἐκκύκλωμα etiam Codex videtur praebere, quemadmodum in Scholl. ad Ajac. v. 344 edd. veteres ἐγκύκλωμα propinant. Quid vero, si Hesychium quoque Hesychius ipse refellit? Haec enim in eo subsequuntur, Ἐξωστρακίσθη: ἐξῶσται (ita Musurus. Codex Ἐξωστρακίσθη, ἔξωται) παγὶς ἔξω παγίδος. Perinepte viri docti corrigunt, ἐξώσθη ἔξω πατρίδος, quod saltem ita dixisset grammaticus ἐξωρίσθη, excepto tamen Pergero, qui ne ipse quidem operae pretium fecit. Certum est, hanc glossam ex aliquo comoediae loco ductam esse, in quo poëta ob utriusque verbi similitudinem per lusum jocumque de exostra sic erat locutus, tanquam de ostracismo; certum etiam, παγίς, quod verbum bis adeo legimus παγὶς — παγίδος, non esse loco movendum. Hanc igitur facio conjecturam, Ἐξωστρακίσθη: ἐξώσθη τις ἔξω διὰ παγίδος, *expulsus est aliquis extra per laqueum:* nam ἔξω παγίδος scribi coeptum est ob voces insequentes Ἔξω τριακάδος: —. Atqui encyclema non ut exostra fune, sed rotis agitabatur. Praeterea jam olim nonnulli has duas machinas plane distinguebant: nam in Glossis Veteribus ἐξώστρα et

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἔκσπευδε ταχέως· ὡς τὸ τῆς ἐκκλησίας

ἐξώστης his verbis explicatur, *Maenianum*, *projectio*, *projectus*, ad ipsius verbi vim adcommodate; quid enim aliud exostra significat, nisi ejusmodi rem, quae extra propellitur, veluti hic Thesmophorium? Omnino nihil quidquam convenire video, et omnia potius repugnare: encyclema convertitur, propellitur autem exostra; illud aedium recessus ostendit, haec externas res, ut Maenianum; illud rotis, haec resti aut fune regitur: neque ejusmodi machina, quae tot res tamque inter se diversas consocict, animo informari potest. Tum ea pars scriptorum, qui utramque rem conglutinarunt, verum alterius machinae nomen ἐγκύκλημα neglexerant, et illa potissimum forma ἐκκύκλημα, quam voci ἐξώστρα pulchre censebant respondere, in hanc fraudem inducti sunt: quasi vero ut praeter ἐκκύκλημα nonnunquam εἰσκύκλημα et ἐγκύκλημα invenimus, sic praeter v. ἐξώστρα etiam εἰσώστρα vel me hercule ἐνώστρα usquam legatur. Sed ex his facile statui potest, quo jure quave injuria C. O. Muellerus exostram cum eccyclemate adaequaverit: cui quidem jam Hermannus in censura (II p. 127 in Annall. Vindobb.) ita adversatus est, ut alterum ab altero prorsus differre judicaret. Jam nostro in loco parepigraphen τὸ ἱερὸν ὠθεῖται paene necessario ad exostram referemus. Id qui negare videtur scholiasta Rav., magis affirmat, παρεπιγραφή. ἐκκυκλεῖται ἐπὶ τὸ ἔξω τὸ θεσμοφόριον. Scholiasta eorum opinione imbutus erat, qui ambas machinas permiscebant; internam domum monstrabat encyclema, minime vero partes templi externas. Sed conjunge quaeso Aristophanis verbum ὠθεῖται cum vocibus grammatici ἐπὶ τὸ ἔξω, jam plane exostram recuperabis. Haud sane mihi in opinionem venit, exostram, qualis fuerit, uberius describere, quod testium inopia fieri vetat. Sed unum Ciceronis locum, qui ad rem pertinet, omittere non debeo, De Provinc. Consul. c. 6. „Itaque ille alter aut ipse est homo doctus, et a suis Graecis subtilius eruditus, quibuscum jam in exostra heluatur, antea post siparium solebat, aut amicos habet prudentiores quam Gabinius, cujus nullae literae perferuntur.“ Exostra in Codd. optimis legitur, edd. quaedam vetustae absurde interpolarunt *exedra* vel *orchestra*. Interpretes autem inde a Turnebo usque exostram ita interpretati sunt, ut eam cum encyclemate perperam confunderent. Et tamen exostrae militarem sensum probe cognitum habent, qui nostrae favet explicationi, illam vero facile evertit. Cicero autem quid velit, non est ambiguum, Pisonem jam publice et in omnium conspectu heluari, antea id eum in occulto tamen fecisse. Is quod locis post siparium exostram opponit, intelligi vult ejusmodi quiddam, quod propellatur, eoque omnium oculis palam expositum sit, ut maenianum est ubi atque hic Thesmophorium.

V. 277. τὸ τῆς ἐκκλησίας

σημεῖον] Concionis signum, quod in Thesmophorio

σημεῖον ἐν τῷ Θεσμοφορίῳ φαίνειαι.
ἐγὼ δ' ἄπειμι.

---

templo conspicitur, sive vexillum fuerit, sive aliud nescio quod (hoc enim incertum est) eo publice proponi solebat, ut cives attici admoniti quasi convenirent; idem convocato populo, priusquam concionandi initium fieret, a praecone detrahebatur. Bene scholiasta, quocum Suidas in *Σημεῖον* consentit, ante initium concionis signum quoddam expositum esse tradit, eumque morem a viris nunc ad mulierum conciones transferri. Neque in concione magis Athenienses, quam in foris judicum et in senatu ejusmodi signo utebantur. De judiciis agitur in Vespis v. 690,

— ἥκειν εἰπὴ πρῲ κἀν ὥρᾳ δικάσονθ' ὡς ὅστις ἂν ὑμῶν
ὕστερος ἐλθῃ τοῦ σημείου, τὸ τριώβολον οὐ κομιεῖται.

Ubi verba *ὕστερος τοῦ σημείου* nihil aliud valere possunt, quam: „quicunque vestrum *sero* venerit, *signo jam derepto*;“ judex enim, qui sero venisset excludebatur. Scholiasta, *ὡς ἔθους ὄντος πρὸς σημεῖόν τι ἐκκείμενον ἀθροίζεσθαι τοὺς δικαστάς.* Denique Senatus vocandi signum Andocides commemoravit loco notissimo De Myster. 36, 5 B. *καὶ ἡ πόλις οὕτω διέκειτο, ὥστ' ἐπειδὴ τὴν βουλὴν εἰς τὸ βουλευτήριον ὁ κῆρυξ ἀνείποι ἰέναι καὶ τὸ σημεῖον καθέλοι, τῷ αὐτῷ σημείῳ ἡ μὲν βουλὴ εἰς τὸ βουλευτήριον ᾔει, οἱ δ' ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἔφυγον, δεδιότες εἷς ἕκαστος, μὴ συλληφθείη.* „Et civitas hoc erat animo, ut ubi senatores in senatum praeco ire jussisset et signum detraxisset, eodem signo senatores in senatum irent, cives autem e foro profugerent, veriti unusquisque, ne comprehenderetur.“ Invitus haec talia literis consigno; pervagata sunt enim et jam ab aliis ad nauseam decantata, e quibus Schoemannum nomino De Comitt. p. 149—154 (tam multa conscribit), falsum in eo, quod ita loquitur: *Mea autem — conjectura haec est:* nam quicunque modo recte graeca vertere didicerit, nihil hic opus esse conjectura fatebitur. Sed in Andocidis loco Boeckhius (Indice Lectt. Univers. Berolin. aestate a. 1817), quid Archaeologi possent, videtur expertus esse. Putavit enim, Andocidis *σημεῖον* publicum civitatis sigillum intelligi debere, quo obsignari curiae fores solerent, idque sigillum, quoties senatus in curiam introiret, toties Prytanum jussu a praecone revulsum esse. Nempe Boeckhius primum excogitavit, quomodo homines, senatores, judices, cives denique ad sigillum (nach einem Siegel) convocarentur. Athenis vero Reipublicae sigillum quavis vini amphora majus et amplius fuisse necesse est, si homines ad illud sigillum in curia, in judiciis, in concione et templis propositum e totis Athenis undique confluebant. Boeckhius fores, quas caeteri mortales temere vel claudunt vel aperiunt, summo jure obsignat resignatque. Nam quod cives ad sigillum fugiunt, fortasse minus admirandum sit: tu tamen id zeugma appellari dicito. Haec considerare Schoemannum l. l. satius fuerat, quam insolentiam dictionis haud sane mirae

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

δεῦρο νῦν, ὦ Θρᾷτθ', ἕπου.
ὦ Θρᾷττα, θέασαι, καομένων τῶν λαμπάδων 280
ὅσον τὸ χρῆμ' ἀνέρχεθ' ὑπὸ τῆς λιγνύος.
ἀλλ', ὦ περικαλλῆ Θεσμοφόρω, δέξασθέ με

τὸ σημεῖον καθαιρεῖν Boeckhio suo objicere. Et idem Schoemannus has Boeckhii nugas conjecturam doctissimam et ingeniosissimam dicere audet.

Ibid. *Θεσμοφορίῳ*] Falso Scaligerus *Θεσμοφορείῳ*. Tirones videant Lobeckium ad Phryn. Epit. p. 367 sqq. Suidas in *Σημεῖον* legit *Θεσμοφόρῳ*.

V. 279. *ὦ Θρᾷτθ'*] Et Aristophanes quatuor locis et alii scriptores passim docent, permultas Atheniensium servas natione Thressas fuisse; id quod attigit Heindorfius ad Plat. Theaetet. p. 392. Huc pertinet etiam Horatî locus Od. III, 9, 9. Me nunc Thressa Chloë regit —. Nam Thressa haec fuit libertina, minime Cressa. Sed et hujus loci venustas et sequentium, in quibus idem loquitur Mnesilochus, consistit in studio masculam senilemque vocem quam fieri maxime possit, attenuandi, atque ad muliebris soni levitatem inflectendi, uti supra v. 268 Euripides imperaverat. Scholiasta Rav. *μιμεῖται τὴν φωνὴν γυναικός*.

V. 280. Recte Elmslejus ad Acharn. v. 178 *θέασαι* hic duabus syllabis pronuntiari vult, sed idcirco minime aut hic, aut in Pace v. 872 *θέασ' ὡς προθύμως ὁ πρύτανις παρεδέξατο*, cum Dindorfio *θᾶσαι, θᾶσ'* scribendum est; neque enim placet attico scriptori temere formas doricas appingere. In sequentibus verbis Reiskius et Brunckius nescio quomodo haeserunt. Ille legi jubebat *ἀνέρχεται τῆς λιγνύος*, hic ordinabat singulas voces ita, *ὅσον τὸ χρῆμα τῆς λιγνύος ἀνέρχεται ὑπὸ τῶν λαμπάδων καομένων* addebatque, Reiskii conjecturam sibi nullo modo displicere. Viri docti interdum quod ante oculos est, non vident. Ultima enim *ὑπὸ τῆς λιγνύος* a Passivo *καομένων* suspensa sunt atque hoc exprimit virilis femina: „Thressa mea, vide, quanta res in templum adscendat taedarum, quas fumans ignis comburit.“ Recte dicuntur taedae multae in aedem sacram adscendere pro eis, quae facem gestabant; sed quis unquam pro *λαμπαδηφόροις* fumum, ignem, fuliginem poni audivit?

V. 282. *περικαλλῆ*] Alio accentu *περικάλλη* tacite scribit Buttmannus Gr. Gr. I. p. 187, nescio qua re, imo fortasse invitus. Scholiasta, *δυϊκόν. τὸ ἐντελὲς περικαλλέε*. Sed optime judicat Buttmannus, Atticos non solum contraxisse has formas *τὼ γένη*, verum etiam dissolvisse *τὼ γένεε*. Ita e Thucydide V, 23 *τὼ πόλεε* bis enotavi, et e Comico Avv. 368 *ξυγγενέε*. Audacius et praeter necessitatem contractas formas ubique restituit Dindorfius ad Isocr. Panegyr. p. 6.

ἀγαθῇ τύχῃ, καὶ δεῦρο, καὶ πάλιν οἴκαδε.
ὦ Θρᾷττα, τὴν κίστην κάθελε, κἄξελε
τὰ πόπαν', ὅπως λαβοῦσα θύσω ταῖν θεαῖν. 285

V. 283. *ἀγαθῇ τύχῃ*] Dindorfius videtur, ipse tamen diffidens sibi, *τυχἀγαθῇ* conjicere, videlicet quod hanc crasin in poëta nostro aliquoties legerat, ut Avv. 435. ibid. v. 675. Ecclesiaz. 131. Sed quam multos locos vel Luciani vel aliorum mutare is debebit, qui semel in formulam *ἀγαθῇ τύχῃ* saevire coeperit: imo tum ne talia quidem, ut Vesp. 869 *ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ* sedem pristinam tenebunt. Nos haec duo ita secernimus, ut *τύχῃ ἀγαθῇ* sit formulam semel receptam sine ulla vi usurpantis (quod bene vertat), *ἀγαθῇ τύχῃ* autem malam fortunam extimescentis (quod felix, faustum, fortunatumque sit); magnum enim malum seni imminet, si deprehendetur.

Ibidem. Libri *καὶ δεῦρο πάλιν*. Alterum *καὶ* inseruerunt, sententia non metro solum postulante, Reiskius, Brunckius, Bentlejus. Verum Monkius ad Hippolyt. 182 p. 25 legendum esse somniat *δεῦρο τὸ πάλιν οἴκαδε*; sic enim correxisse Porsonum in nota msta, Brunckium vero imperite *καὶ* infersisse. Dignum Monkio isto judicium, qui ne tantum quidem intelligebat, *δεῦρο* in hoc templum et *οἴκαδε* domum meam significare. Porsonus autem, licet rarius Valckenario, interdum tamen ludebat, in palaeographiam, quae *τὸ* ante *π* lubenter inserit, erat intentus et interim de sententiae vi paullo securior; in quo genere aliquamdiu regnavit Schaeferus. Sed quid de Bothio dicemus, qui hic *καὶ δεῦρο τὸ πάλιν* receperit?

V. 285. Libri *τὸ πόπανον ὅπως*, contra metrum. Plane convenit mihi cum R. Hanovio Exercc. Crit. p. 147 Porsoni in Adversar. p. 242 Dobraeique emendationem *τὰ πόπαν' ὅπως* eam ob causam probante, quod plures una placentae diis oblatae sint, cujus rei fidem facere versum Plut. 660

ἐπεὶ δὲ βωμῷ πόπανα καὶ προθύματα
καθωσιώθη —.

Accedit, quod et lenissima est mutatio, et ictus in primam syllabam *πόπαν'* debet incidere. Reliquae conjecturae fere hae sunt. Hermannus in Elem. Doct. Metr. p. 131 scribebat aut *τὸ πόπανον, ὡς*, quod placet etiam Bentlejo, nec mihi omnino displicet, aut *πόπανον ὅπως*, in quo valde desidero articulum. Tamen et Bothius *πόπανον ὅπως* suscepit, et olim Dindorfius: nuper enim *τὸ πόπανον ὅπως* redintegravit, sive ei parum liquebat, sive quatuor breves ei nunc maxime arrident. Illud miror, et Porsonum et Dobraeum, quod pulchre invenerant *τὰ πόπαν' ὅπως*, postea missum fecisse, ut malae opinioni *τὸ πόπανον ἵνα* locum facerent. At non si *ὅπως* et *ἵνα* nonnunquam confusa sunt, ut in Nub. 1200, idcirco Aristophanem turpissimis istis tribrachis *τὸ πόπανον ἵνα* deformare oportebat. Tam multa vero hic

δέσποινα πολυτίμητε Δήμητερ φίλη,
καὶ Φερσέφαττα, πολλὰ πολλάκις μέ σοι
θύειν ἔχουσαν· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ νῦν λαθεῖν.

---

critici moliuntur, ut mirer, nondum exstitisse, qui ne litera quidem mutata tantummodo ita distingueret,

κἆτ' ἔξελε τὸ
πύπανον, ὅπως —.

Ferunt enim hodie nonnulli, G. Dindorfium sequuti, ultimum senarii pedem recte in tribrachyn dissolvi posse: opinione per se minime contemnenda, quia saepius binorum versuum numeri arcte conjunguntur, ceterum Graecos hujusce rei auctores frustra quaesivi. Illi enim, tanquam ad aram, sic ad unum versum Ran. 1214

καὶ κωδάριον, καὶ ληκύθιον, καὶ θυλάκιον,
ἐν τοῖς ἰαμβείοισι

confugiunt. Enimvero portenti simile est, Porsonum, Reisigium, Dindorfium ipsum negligere eum potuisse, unde didicissent, Codd. nostris antiquiores non conjecturam *θυλάκιον*, sed unicam lectionem *θύλακον* incredibili consensu habuisse, scholiastam, *ὅτι μικροπρεπὲς τὸ κωδάριον. οὐχ οὕτω δὲ θύλακον· ἀλλ' ἐάν τις ποιήσῃ θυλάκιον, ἐγχωρεῖ* [f. *οὐκ ἐγχωρεῖ*]. Pervertit haec Suidas in *Ληκύθιον*. Nam significatio magis, quam forma verbi amplectenda est; quare mox identidem dixit *τὴν ληκυθον*, ut v. 1225. 1227. 1235. 1238. 1242. 1245. Scribendum est igitur, *καὶ κωδάριον, καὶ ληκύθιον, καὶ θύλακον*. Praeterea vix duo cognovi exemplа (minime enim huc pertinet Thesmoph. 26 *ὁρᾷς τὸ θύριον τοῦτο; .. νὴ τὸν Ἡρακλέα*, ubi *Ἡρακλέα* tribus syllabis constat,) Eubuli ap. Athen. II, 63, e

ἀκροκωλιόν τε γεννικὸν, ὀπτὰ δελφάκια
ἁλίπαστα τρία.,

ubi per metrum *δελφάκι'* e Codd. petere licet, quam elisionem uti tragoedia frequentavit (v. Hermann. in Elem. D. M. p. 36. p. 119 et ad Ajacem v. 965), ita ne comoedia quidem (Avv. 1714. Eccles. 351. Ran. 298) adspernata est. Postremo apud Eurip. alterum in Iphig. Aul. v. 1334

ἰὼ, ἰώ. μεγάλα πάθεα, μεγάλα δ' ἄχεα
τοῖς Δαναΐδαις τιθεῖσα Τυνδαρὶς κόρα.

si maxime trimeter, at trimeter canticus legitur, qui plurimum distat a vulgari; sed hunc l. Hermannus nuper in Edit. sua melius constituit.

V. 288. Vulgo *Περσέφαττα*. Ravennas praebuit *Φερσέφαττα*, qui idem in Ranis v. 670 *φερσέφατ'* (sic) legit, ubi alii Codd. alias formas sufficiunt.

Ibidem Mnesilochus quasi femina deas precatur, ut sibi locupleti crebro haec sacra facere liceat. Cum his apte Berglerus componit Eurip. Electr. v. 805 *Νύμφαι πετραῖαι, πολλάκις με βουθυτεῖν —.*

καὶ τὴν θυγατέρα Χοιρίον ἀνδρός μοι τυχεῖν

V. 289. *καὶ τὴν θυγατέρα Χοιρίον*] Vulgo legebatur *καὶ τὴν θυγατέρα χοῖρον*, ut edidit Kusterus. Ravennati imputat Bekkerus, *καὶ τὸν θυγατέραν χοῖρον*, Invernizius autem *καὶ τὴν θυγατέρος χοῖρον*; sed certissimum puto, in ipso codice *καὶ τὴν θυγατέραν χοῖρον* exstare. Speciosa quodammodo, at minime tamen vera Scaligeri emendatio est, *καὶ τὸν θυγατέρος χοῖρον*, quam plerique sequuti sunt, Kusterus, Berglerus, Bothius, tum Reiskius, nisi quod is *καὶ τῆς θυγατέρος χοῖρον* malebat, denique Brunckius, qui satis incaute id omnibus probatum iri asseverat. Dindorfius olim edidit *καὶ τὴν θυγατέρος χοῖρον*, non recte: nuper idem vulgavit, *καὶ τὴν θυγατέρα χοῖρον*, quod non magis laudare possum. Apponere enim maluit, quam expendere Schol. Rav. *ὡς τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ κατ' ἐπίκλησιν οὕτω καλουμένης, οἷον βοίδιον ἢ χρυσίον ἢ μύρτον* (imo *μύρτιον* cum Dindorfio). *ἴσως δὲ τὸ αἰδοῖον τὸ γυναικεῖον αἰνίττεται.* Itaque scholiasta invenerat, *καὶ τὴν θυγατέρα Χοιρίον*, quo nihil verius cogitari potest. Non senserunt VV. DD. Mnesilochum deposita tantisper feminae persona in semet ipsum redire. Nam filia Mnesilochi nostri, qui loquitur, *Χοιρίνη* vocitata est, ea ipsa, quae nupserat Euripidi: hanc illam nunc senex nominat *τὴν θυγατέρα Χοιρίον*, sed dissimulanter nominat, ne res suspiciosa sit, quasi adhuc virginem. Choerinem, Mnesilochi filiam, ab Euripide in matrimonium ductam esse, nemo, quod sciam, negavit; etiam illud certum, duas fuisse Euripidis uxores, Choerinen et Melito: de quarum ordine tamen haud levis quaedam dissensio est. Sed, ut breve faciam, primum tragicus duxit Choerinem, ex qua quum tres filios suscepisset malamque ejus fidem diu perferre coactus esset, tandem eam repudiavit et Cephisophonti, vetulo amatori, concessit: postea aliquot per annos Melito alteram habuit uxorem. Suidae locus in *Εὐριπίδης*, sumtus ut opinor e Philochoro, quum ipse eximius est, tum Aristophanes eum eximie corroborat, *ἔγημε δὲ ὅμως πρῶτον μὲν Χοιρίνην, θυγατέρα Μνησιλόχου· ἐξ ἧς ἔσχε Μνησίλοχον, καὶ Μνησαρχίδην καὶ Εὐριπίδην. ἀπωσάμενος δὲ ταύτην, ἔσχε καὶ δευτέραν, καὶ ταύτης ὁμοίως ἀκολάστου πειραθείς.* Diuturnum igitur Euripidis Choerinaeque connubium fuisse, multis patet indiciis: docent communes liberi, minimum tres, docet nostra fabula, in qua Mnesilochus, socer Euripidis verissimus inducitur, docet scholiasta Rav. ad v. 1 *Εὐριπίδου γυνὴ μὲν Χοιρίνη* —, qui nullam facit alterius mentionem, docet Aristophanes Ran. 1404 *αὐτὸς, τὰ παιδί', ἡ γυνή, Κηφισοφῶν* (cf. v. 1046 et scholia ad utrumque l.), ubi et filii et maligna collocatio *ἡ γυνή, Κηφισοφῶν* Choerinem intelligi jubent. Cum his nihil vere pugnat, multa vero egregie conveniunt, ut illud Teleclidae ap. Diog. Laërt. II, 18

Μνησίλοχος ἔστ' ἐκεῖνος, ὃς φρύγει τι δρᾶμα καινὸν
Εὐριπίδῃ —.

πλουτοῦντος, ἄλλως δ' ἠλιθίου κἀβελτέρου, 290

Deinde priorem tragici uxorem Choerinen fuisse, ex eo apparet, quod Suida auctore repudiata est; id enim in alteram conjugem transferri nequit. Et de Choerine vel loquitur, vel debebat loqui scriptor vitae Euripideae apud Rossignolum, unde haec tantum excerpsi: *Ἐπεὶ δ' οὐκ ἔπειθε, κατέλιπεν αὐτῷ τὴν γυναῖκα, βουλομένου αὐτὴν ἔχειν τοῦ Κηφισοφῶντος. λέγει οὖν καὶ ὁ Ἀριστοφάνης·* (sequitur fragmentum). Melito neque ab Aristophane unquam significata est, et ne nomen quidem ejus exstat apud Suidam, qui leviter adjecit, *ἔσχε καὶ δευτέραν*, tanquam de conjugio perbrevi. Suidae adversatur primum Vita Euripidis, quam e Cod. Mediolanensi edidit Elmsl. pone Bacch. p. 172 sqq., sed commode nomen *Μελιτὼ* retinet, *γυναῖκα δὲ γῆμαι, πρώτην Μελιτώ, δευτέραν δὲ Χοιρίλην. καὶ υἱοὺς κατέλιπεν τρεῖς, Μνησταρχίδην πρεσβύτερον, ἔμπορον· δεύτερον δὲ Μνησίλοχον, ὑποκριτήν· νεώτερον δὲ Εὐριπίδην* —. Qui ut falso *Χοιρίλην* et *Μνησταρχίδην* pro *Χοιρίνην* et *Μνησαρχίδην* posuit, ita sine controversia verum ordinem hunc *πρώτην Χοιρίνην, δευτέραν δὲ Μελιτὼ* temere perturbavit. Namque liberos illos, quorum uni Mnesilocho consuetudine prorsus attica ab avo nomen inditum videmus, ab Euripide juvene viro, non a seniore, atque e prima, non ex altera conjuge procreatos esse consentaneum fuerit. Restat fama, quam A. Gellius N. A. XV, 20., forsitan e Theopompo, retulit „mulieres fere omnes in majorem modum exosus fuisse dicitur: sive quod natura abhorruit a mulierum coetu (itane vero? abhorruit?) *sive quod duas simul uxores habuerat*, quum id decreto ab Atheniensibus facto jus esset; quarum matrimonii pertaedebat." Sed Gellio non solum Suidas et qui ab aliis pendet auctoribus, Vitae scriptor refragantur, verum etiam tota res neque a se ullo modo commendatur, et vel uno redarguitur Comici silentio, qui mulierum osori duas simul uxores certe non remisisset. Quare Euripides ut haudquaquam natura abhorruit a mulierum coetu, sic ne duas quidem simul uxores usurpavit. Verumtamen in perfidia et impudicitia tum Melitus, tum magis etiam Choerinae ineptissimi istius odii, quo Euripides ubique mulierum genus persequitur, non ultimam causam cerni manifestum est. Postremo recte censet Schol. Rav., hic quasi per verbi *Χοιρίον* integumenta simul etiam cunnum innui. Tametsi enim *Χοιρίον* pro nominis *Χοιρίνη* forma deminuta jure haberi potest, tamen et *χοῖρος*, ut porcus, pudendum muliebre haud raro exprimit, et vox *ποσθάλικον* v. 291 hanc ambiguitatem vehementer corroborat. Ac *Χοιρίον* nomen puellae fuisse, sed meretricium, colligitur e loco ad rem nostram valde idoneo Vesp. 1353 *λυσάμενος ἔξω παλλακὴν, ὦ Χοιρίον.* Haud sciam, an eodem attineat illud Machonis ap. Athen. XIII, 583, a de meretrice, *Καλλιστόος δὲ τῆς Ὑὸς καλουμένης.*

V. 290. *ἄλλως δ'*] Libri *ἄλλως τ'*, quod correxit Herman-

καὶ ποσθάληκον νοῦν ἔχειν μοι καὶ φρένας.

---

nus ad Vigerum p. 780 ed. II, aptissimeque usus est loco consimili Plut. 975

ἦν μοί τι μειρύκιον φίλον,
πενιχρὸν μέν, ἄλλως δ' εὐπρόσωπον καὶ καλὸν
καὶ χρηστόν.

Hermannum et Bothius et olim Dindorfius sequuti sunt, qui nuper *ἄλλως τ'* mira inconstantia restituit. Percommode etiam Berglerus recordatur Adulatorum Eupolidis ap. Athen. VI, 236, f.

ἐκεῖ δ' ἐπειδὰν κατίδω τιν' ἄνδρα
ἠλίθιον, πλουτοῦντα δ', εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμί.

Quod autem Berglerus haec Eubulo comico assignat, grammaticos scribasve inscius imitatur, qui Eupolidis et Eubuli nomina saepius permiscent, quemadmodum Suidas in *Χαίρειν*, ubi necessario scribendum est, *πρῶτον δὲ Κλεώνυ φησιν Εὔπολις ὁ Κωμικὸς* —. Exoptat igitur Choerinae suae divitem maritum propter varias vitae utilitates, truncum et stipitem imperii muliebris retinendi causa. Recte Schol. Rav. *ἀναισθήτου καὶ μωροῦ, ἵνα κρατῇ αὐτοῦ. Γυναικοκρατίαν* comoediam Alexis scripserat, Polluce IX, 44. aliisque testibus.

V. 291. *καὶ ποσθάληκον*] In cod. Aug. et in Juntina *καὶ πρὸς θάληκον* scriptum est ac similiter in Ravennate *καὶ πρὸς θαληκον* (sic sine accentu). Animi causa afferam conjecturas Kusteri, *πρὸς θύλακόν τε ν.* —, et Bothii, *καὶ νοῦν ἔχειν μοι καὶ φρένας πρὸς θύλακον*. Adeo hic rursum acutius Bothio cernebat Hotibius, qui haud male correxerat, *καὶ πρὸς τὸ ληκᾶν νοῦν ἔχειν μοι καὶ φρένας*. Primum de emendatione cogitanti phallus objicitur: quo factum est, ut et editio Farrei *φαλλικὸν* (sic) interpolaret, et plerique viri docti, Bisetus, Scaligerus, (Kusterus) Berglerus, Brunckius *καὶ πρὸς φάληται ν.* reponerent. Haec emendatio literis peccat, sensu egregia est. Idem enim, quod antea fuit, manere subjectum debet Choerine, atque pater Porculo suo optare, ut ad penem animum habeat intentum: *φάλης* enim sic idem valebit, quod in Lysistr. v. 771 — *ἀπόσχωνταί τε φαλήτων*. At vero sine ulla audacia verbum comoediae aptius renovare licet, dum scholiastam Rav. audiamus, *τὸν παιδαρίσκον. ἴσως δὲ παρὰ τὴν πόσθην αὐτὸ συνέθηκεν. ἀντὶ τοῦ κατωφερῆ τὸν νοῦν μου ποίησον*. Hinc intelligitur, vocabulum latere compositum, cujus prior pars ad *πόσθη* referri debeat, totum significasse *lascivum*, et cum nomine *νοῦν* vinculo grammatico cohaesisse, postremo fuisse ejusmodi, ut grammaticus negligentior *puerulum* exponere posset. Quis igitur punctum temporis dubitabit, comicum verbum et praelongum e fuga retrahere, *καὶ ποσθάληκον νοῦν* —? Choerinen filiam modo dixerat *Χοιρίον*, ad *χοῖρος* cunnus palam alludens. Huic jam manens in inchoata similitudine precibus exposcit *ποσθάληκον νοῦν*, verbo e *πόσθη* et *ληκᾶν* conflato, quasi

ποῦ, ποῦ καθίζωμι᾽ ἐν καλῷ, τῶν ῥητόρων

---

dicas peni futuidam mentem. Et profecto libidinosa mulier, ut paullo ante ostensum est, fuit Choerine, quo haec quadrabunt melius. Scio, $\overline{\alpha}$ illud in commissura vulgo produci (v. Buttmannum Gr. Gr. T. II p. 350) verum ideo, quia hic correptum est *α πόσθαληκον*, minime a *πόσθιον* scripserim *ποσθιόληκον*. Dindorfius quum antea *καὶ πρὸς φάλητα* adscivisset, nuper id pro errore habuit manifesto ediditque suam ipsius conjecturam *καὶ ποσθαλίσκον — et puerulum*, voce admodum recente, quam simili forma *κωραλίσκος* excusat. Nititur autem tanquam certo fundamento scholiastae explicatione *τὸν παιδαρίσκον*, ceterum addit, non videri hoc ipsum *ποσθαλίσκον* scholiastam legisse, sed corruptum *ποσθάληκον*, propterea quod de compositione locutus sit. Cumuli loco Photii glossam adjicit p. 445, 4 *πόσθων: κυρίως λέγεται παιδάριον: οὕτως γὰρ ὑποκοριζόμενοι ἔλεγον ἀπὸ τοῦ αἰδοίου· πόσθιον γὰρ τοῦτο καλοῦσιν· δεῖ δὲ καὶ τὸν παιδαριώδη καὶ ἄφρονα κατὰ μεταφοράν:* in qua saltem *νοεῖ δὲ καὶ τὸν* corrigere debebat. At primum *ποσθαλίσκος*, si unquam dictum esset, conveniret quidem cum illis *τὸν παιδαρίσκον*, sed caeteris scholiastae explicationibus repugnaret. Gravius est, quod *ποσθαλίσκον* hic vel per sese ineptum videtur duas ob causas, primum quod articulus, ut in certo filio deesse non potest, deinde quod Mnesilochus, senex aetate confectus, non paullo ante genuerat puerulum (neque enim id e v. 1206 satis recte concluditur): certas autem verissimasque res jam narrari planissime docet *Χοιρίον*. Contra *ποσθάληκον* depravatum esse haud sane miror; in iis enim verbis est, quae sesquipedalia vocare soleo. Dici autem vix potest, quantopere hoc genus verborum tum in Aristophane comico, tum in reliquorum fragmentis neglectum jaceat: quasi vero non saepe in his ipsis comica vis ac singulare poëtae judicium expromatur. Talia igitur raro incorrupta mansisse, alibi copiose demonstrabo atque interim paucis quibusdam exemplis defungar. Scribendum esse arbitror in Equit. v. 89 *κρουνοχυτρολήναιος εἶ*, ibid. v. 640 *Βερέσχεθοί τε καὶ Κοβαλομοθάονες*, in Vesp. v. 135 *ἔχων τρόπους φρυαγμοσεμνακοστίνους*, in Pace v. 797 *τὰς ἐνδιαειρανερυηχετουτίνας*, Praetereo alia hujusmodi haud paullo certiora; longe enim absum a vana ostentatione.

V. 292. *καθίζωμι᾽ ἐν*] Praeter necessitatem Brunckius *καθίζωμαι ᾽ν*, qui ita in talibus semper exarari vult. Ravennas ap. Inverniz. *καθίζω μ᾽ ἐν.*

Praeconis oratio inde a v. 295. Pedestri oratione scripta sunt etiam haec in Avibus, primum v. 864 oratio sacerdotis, deinde v. 1035 et 1040 plebiscitum, quod Brunckius nescio quo pacto in hiulcos versus mutavit, tum v. 1046 formula accusationis, denique lex v. 1049. Docte schol. Rav. *περὶ εὐφημίᾳ χρῶνται οἱ κωμικοί, ἐπειδὰν εὐχὴν ἢ ψήφισμα εἰσάγωσιν.*, unde simul discimus, „εὐφημία“

ἵν' ἐξακούω; σὺ δ' ἄπιθ', ὦ Θρᾷττ', ἐκποδών.
δούλοις γὰρ οὐκ ἔξεστ' ἀκούειν τῶν λόγων.

---

a primis verbis *εὐφημία ἴστω* dictas esse orationes praeconum. Quanquam hoc concluditur etiam ex Acharn. 226, ubi Chorus audita voce *εὐφημεῖτε, εὐφημεῖτε* ita loquitur, *σῖγα πᾶς. ἠκούσατ' ἄνδρες ἆρα τῆς εὐφημίας;* Neque enim huc pertinet Dinarch. in Aristogit. p. 14, 6 B. *καὶ ὁ μὲν νόμος εὐξάμενον κελεύει τὸν κήρυκα μετ' εὐφημίας πολλῆς, οὕτως ὑμῖν τὸ βουλεύεσθαι περὶ τῶν πραγμάτων παραδιδόναι.*, uti Schoemannus De Comit. p. 93 infra, videtur opinatus esse. Idem scholiasta *κῆρυξ* recte exponit, *γυνὴ μιμουμένη κήρυκα.* Sed Brunckius et Hotibius, qui *κηρύκαινα* scribi maluerunt, ideo quod viro sacris illis interesse non licebat, minus cogitarunt, a Graecis, certe quidem in Comoedia, etiam *ἡ κῆρυξ* summo jure adhiberi: nam *κηρύκαινα* Ecclesiaz. 713 vel *ἀλεκτρύαινα* in Nubibus, quae comico ludenti condonantur, per se animum legentis vehementius offendunt, quam *ἡ κῆρυξ, ἡ γραμματεύς*, similia. Ceterum jam Brunckius monuit, preces et imprecationes facete eos ritus referre, qui in populi concionibus usitati erant, attulitque Sam. Petitum Legg. Att. p. 288. Oratores attici etsi harum precum saepe mentionem injecerunt, tamen eas totas conservavit nemo. Schoemannus autem De Comit. p. 93 sq. non dubitat, si modo Thesmophoria, resque omnes tum Euripidis tum mulierum omittantur, ea fere hic remansura esse, quae in veris comitiis a praecone initio edicta fuerint. At praeterquam quod vel sic permulta nobis demenda sunt, et metri ratio inde a v. 312 poëtam coëgit, solemnia verba interdum mutare, et sicut faciunt Comici, omittit alia Aristophanes, alia transponit, multa sedulo corrumpit, omnia denique mulieribus suis lepide adcommodat; paucis quidem certe locis alias res substitui debere, Schoemannus ipse concessit. Quare nemini auctor sim, ut e loco tam fallace tamque lubrico formulas illas omnes earumque nexum restituere conetur. Singula vero infra, suo quodque loco persequemur.

ΚΗΡΥΞ, ΧΟΡΟΣ ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΩΝ, ΓΥΝΑΙΚΕΣ ΤΙΝΕΣ, ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ, ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

ΚΗΡΥΞ.

Εὐφημία ᾽στω, 295
εὐφημία ᾽στω.
εὔχεσθε ταῖν Θεσμοφόροιν,
τῇ Δήμητρι καὶ τῇ Κόρῃ,
καὶ τῷ Πλούτῳ, καὶ τῇ Καλλιγενείᾳ,

V. 295. *εὐφημία ᾽στω*] Ante Brunckium bis legebatur *εὐφημεῖ᾽ ἔστω*. Cod. Rav. bis *εὐφημεῖ᾽ ἔστω* (sic).

V. 298. *τῇ Δήμητρι καὶ τῇ Κόρῃ*] Non *Δηὼ* commemoratur (Plut. 515. Eurip. Suppl. 290 et alibi), sed matrem deam (*Δήμητρι*) cum filia vides conjunctam. Id saepius factum, ut in Ranis 337 *ὦ πότνια πολυτίμητε Δήμητρος Κόρη*.

V. 299. *καὶ τῷ Πλούτῳ*] Scholiasta Rav. *ὡς ἀνδρὶ τῆς Περσεφόνης*. Is igitur legit aut legere sibi visus est, *καὶ τῷ Πλούτωνι*. Sane tum hic *καὶ τῇ Κόρῃ* praecedit, tum in veris Thesmophoriis haud dubie ita loquebantur, *καὶ τῷ Πλούτωνι*. Sed mutat Aristophanes ut statim *τῇ Κουροτρόφῳ* in Venerem, ita nunc Plutonem in Plutum, propterea quod mulieres ad rem attentae esse solent mireque sibi divitias exoptare. Male enim Vossius statuit, Plutum cum Plutone sive Pluteo hic mythice conflatum esse; equidem nihil arcani video, nihilque mystici. Sic tamen etiam Lobeckius videtur judicasse in Aglaophamo p. 1239 not. Falso etiam Spanhemius ad Plut. 727. existimat, Plutum aliquoties a Plutone non discerni. Illi vero semper accurate discernuntur, neque quidquam inter se habent commune, nisi literas primas et unam eandemque vocis originem, id quod jam veteres agnoscunt, Cic. De Nat. Deor. II, 26, Comicus in Tagenistis Fr. XXXIII, Lucian. Timone c. 21, De Luctu c. 2. Quod si tamen aliquando hi dei temere inter se misceri videntur, jocandi consilium satis manifestum est, ut h. l. et aliis quibusdam, in quibus contra Dis Pluto deo divitiis, non mortuis abundanti sufficitur. Ita palam luditur in Pluto 727 *μετὰ τοῦτο τῷ Πλούτωνι παρεκαθέζετο*, et apud scholiastas in Sophoclis Inacho, satyrica fa-

καὶ τῇ Κουροτρόφῳ, [τῇ Γῇ,] 300

---

bula, Πλούτωνος δ' ἐπείσοδος, et ibidem Τοιόνδ' ἐμὸν Πλούτων' ἀμεμφίας χύριν: scribam τοιόνδ' ἔχω Πλ. ἀ. χ., quae verba in illum Jovem optime congruunt. Hemsterhusius ad scholia hunc quidem versum haud prospere corrrexit, sed de permutatione utriusque dei sensit egregie. *In Sophoclis Inacho*, inquit, Πλούτωνα vocari, qui proprie Πλοῦτος erat divitiarum Deus, scholiastae credimus: fuit enim illud drama satyricum —.

Ibid. καὶ τῇ Καλλιγενείᾳ] Scholiasta Rav. Calligeniam daemona quandam dicit in famulatu Cereris, et praeterea addit, eam in alteris Thesmophoriazusis prologum egisse. Hujus potissimum scholii ope jam olim Thesmoph. alteras, certe primarium istius fabulae argumentum, e tenebris in lucem protuli. Vide, quae p. 10 sq. allata sunt.

V. 300. καὶ τῇ Κουροτρόφῳ [τῇ Γῇ] Libri omnes exhibent, καὶ τῇ Κουροτρόφῳ, τῇ Γῇ; de quorum justa emendatione quaeritur. Tellurem maxime illo cognomine Κουροτρόφος appellari, constat vel e Pausania I, 22, 3 ἔστι δὲ καὶ Γῆς Κουροτρόφου, καὶ Δήμητρος ἱερὸν Χλόης. Suidas autem s. Κουροτρόφος Γῇ, forsitan ex aliqua Atthide, ut bene suspicatur Siebelisius, tradidit, Κουροτρόφῳ Γῇ primum sacra fecisse dici Erichthonium in Arce, et consecrasse aram, ut Terrae pro victu suppeditato gratiam persolveret, quin etiam hunc morem instituisse, ut qui alicui deo sacra facturi essent, huic prius sacrificium offerrent. Fuit idem Cereris cognomen, teste Hesychio, Κουροτρόφος: παιδοτρόφος· ὑφ' ἑτέρων ἡ Δημήτηρ., in quo plane Γῆν Μητέρα Tellurem Matrem cogitabant. Ad Cererem revocari illud potest de mulieribus Samiis, quae Apaturiorum tempore τῇ Κουροτρόφῳ in trivio ejusmodi sacra faciebant, quibus interesse virum nefas esset (cf. J. Meursius Graec. Fer. s. Ἀπατούρια). Verum si hic Tellus cognomine Κουροτρόφος diceretur, scribendum esset cum Reiskio καὶ τῇ Κουροτρόφῳ Γῇ, quam conjecturam male olim Dindorfius recepit. Quicunque enim nasum habebunt, neque articulum, permirum illum altiusque repetendum, leviter delebunt, neque Comici Κουροτρόφον habebunt pro Tellure, nec diffiteri poterunt, τὴν Κουροτρόφον a poëta non accurate definitam esse. Et hoc quidem dilucide stabilit scholiasta Rav. his verbis, εἴτε τῇ Γῇ, εἴτε τῇ Ἑστίᾳ. ὁμοίως πρὸ τοῦ Διὸς θύουσιν αὐτῇ. Quamobrem aut sic legendum est, καὶ τῇ Κουροτρόφῳ, καὶ τῇ Γῇ (poterat enim ob falsam explicationem καὶ omitti), aut, quod longe probabilius, verba τῇ Γῇ pro glossemate habenda eoque nomine expungenda sunt. In ipsis quidem Thesmophoriis mulieres aut plene invocabant τὴν Κουροτρόφον Γῆν, aut certe, si Γῆν non adjiciebant, Tellurem volebant intelligi. At vero Comicus hanc deam maligne in Venerem convertit, ut feminas libidinosas, vel dicam rei Venereae bene me-

καὶ τῷ Ἑρμῇ, καὶ Χάρισιν,
ἐκκλησίαν τήνδε καὶ σύνοδον τὴν νῦν

---

mores efficiat. Namque *Κουροτρόφος* non solum Tellus, Ceres, adde Latonam, sed etiam Venus dicta est, ut a Luciano D. Meretr. V, 1., ubi puella per Venerem jurat, *πρὸς τῆς Κουροτρόφου:* inepte enim Menagius *per Cererem* explicat, et obscure vertit Gesnerus *per matrem Liberae.* Postremo Schol. Rav., quum ita scriberet, *εἴτε τῇ Ἑστίᾳ*, errorem ille quidem admisit, sed doctum errorem nec venia indignum. Viderat scilicet, moris fuisse, ut etiam Vestae in Graecia, quemadmodum Telluri, ante caeteros deos sacra fierent. Quin haec res minus nota est in Tellure, quam in Vesta; de quo genere diu ac multum disputarem, si longius evagari liceret. Nunc pauca tantum eis addamus, quae ab Isaaco Vossio ad Catull. init. O patroa virgo., et a Fischero ad Plat. Euthyphr. c. 2 collecta sunt. Primum igitur de Graecis certe obtineri nequit contrarium, quod Cicero docet De Nat. Deor. II, 27., in Vesta, quae sit rerum custos intimarum, omnem et precationem et sacrificationem extremam esse. Nam Aristophanes quoque quum digitum ad hunc morem intendit Vesp. 845

οὔκ, ἀλλ' ἵνα
ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος ἐπιτρίψω τινά,

tum eum ipse imitando expressit in Avv. 864, ubi ita infit sacerdos, *εὔχεσθε τῇ Ἑστίᾳ τῇ ὀρνιθείῳ* —, breviterque de hac re admonet scholiasta. Praeterea in hunc censum venit Euripidis illud in Phaëthonte p. 267 ed. M., quod hoc fere modo corrigatur,

— Ἑστίας θ' ἕδος,
ἀφ' ἧς γε σώφρων πᾶς ἂν ἄρχεσθαι θέλοι
εὐχὰς ποιεῖσθαι.

Denique scholiasta Venetus ad Vespas l. l. ita scribit, *τῇ γὰρ Ἑστίᾳ τὰς ἀπαρχὰς ἔθος ἦν ποιεῖσθαι. καὶ Σοφοκλῆς ἐν Χρύσῃ· ὦ πρωίρα λοιβῆς ἐστι κλύεις τάδε.* Scholiasta autem Pindari Nem XI, 7 *ὦ πρῷρα λοιβῆς Ἑστία* tribuit Sophocli, qui in Chryse ita dixerat, *ὦ πρῷρα λοιβῆς Ἑστία, κλύεις τάδε;* Sed quoniam id quidem jam Bergkius meus intellexit (Soph. Fragm. p. 19) alio versu Chrysen locupletabo, sequutus ducem Schol. Ar. Avv. 1240 *τοῦτό φησι παρὰ τὸ Σοφόκλειον· χρυσῇ μακέλλῃ Ζηνὸς ἐξαναστραφῇ.* Tu lege *Σοφόκλειον ἐν Χρύσῃ-* [deest *ὅταν* vel *ὡς ἂν* vel *ὃς ἂν* etc.] *μακέλλῃ Ζηνὸς ἐξαναστραφῇ.* Ridicula est enim pala Jovis aurea.

V. 301. *καὶ τῷ Ἑρμῇ καὶ Χάρισιν*] Jam Berglerus attulit Pac. 448 *Ἑρμῇ Χάρισιν, Ὥραισιν, Ἀφροδίτῃ, Πόθῳ.* Nolim vero vocem *καὶ Χάρισιν* mulieribus, quarum gratia illustrior est, propriam relinquere: decet enim viros quoque, inprimis autem oratores, Gratias precari, atque ut in proverbio est, *θύειν ταῖς Χάρισιν.*

κάλλιστα καὶ ἄριστα ποιῆσαι·
πολυωφελῶς μὲν πόλει τῇ Ἀθηναίων,
τυχηρῶς δ' ἡμῖν αὐταῖς. 305
καὶ τὴν δρῶσαν, καὶ τὴν ἀγορεύουσαν
τὰ βέλτιστα περὶ τὸν δῆμον [τὸν] τῶν Ἀθηναίων,

V. 303. καὶ ἄριστα] Ita Ravennas pro κἄριστα. Lentus sermo praeconum fugit magis crasin, quam appetit.

V. 305. τυχηρῶς] Vox usu satis rara et haud sciam an sacra, quod non magis ex h. l. colligitur, quam ex Acharn. v. 238 ἀγαγεῖν τυχηρῶς τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια. Tum in Aeschyli Agam. v. 449 τυχηρὸν significat felicem. Bene Photius p. 612, 15 Τυχηρότερον: εὐτυχέστερον, et Τυχηρῶς: ἐπιτυχῶς. Neque enim id in malam partem nisi recentiores quidam acceperunt. Hic feliciter Vossius transtulit glücklich. Potius vero scripserim τυχηρῶς δ' ὑμῖν αὐταῖς. Tametsi enim de feminis loquitur femina, tamen et antecedit verbum εὔχεσθε, et secundam personam infra quoque poni videmus tum v. 311 ταῦτ' εὔχεσθε, καὶ ὑμῖν αὐταῖς τἀγαθά, tum v. 350

ταῖς δ' ἄλλαισιν ὑμῖν τοὺς θεοὺς
εὔχεσθε —.

V. 306. καὶ τὴν δρῶσαν, καὶ τὴν ἀγορεύουσαν] Non sine vitio καὶ τὴν δρῶσαν, τὴν ἀγορ. habent libri praeter Ravennatem, qui a prima quidem manu vulgatam exhibet, a secunda autem καὶ τὴν δρῶσαν, καὶ τὴν ἀγορ., quod unice verum esse judico. Nam in hisce praeconum formulis vox καὶ - καὶ - καὶ quam saepissime repetita sedem habet legitimam. Male igitur Reiskius Brunckiusque conjecerunt τήν τ' ἀγορεύουσαν. Pessime vero Hotibius Bothiusque τὴν ἀγορεύουσαν, glossema, ut ipse ait, penitus sustulit. Quasi haec ipsa notio in concione non omnium gravissima sit.

V. 307. περὶ τὸν δῆμον [τὸν] τῶν Ἀθηναίων —.] Ridicule Hotibius novi glossematis nomine verba τῶν Ἀθηναίων καὶ tollenda esse censet. Videlicet haec omnia imitantur formulas concionum. Sic tamen nuper etiam Bothio visum est, ut olim Hotibio. Tamen aliud agens scribebat Hotibius, δῆμον τὸν Ἀθηναίων, quemadmodum olim ipse conjeceram, eodemque modo nuper admodum edidit Dindorfius. Nam περὶ τὸν δῆμον τῶν Ἀθην., quod in libris omnibus est, ferri non posse apparet propter distinctionem quae insequitur, καὶ τὸν τῶν γυναικῶν. Nunc tamen scribere malui περὶ τὸν δῆμον τὸν τῶν Ἀθηναίων καὶ τὸν τῶν γυναικῶν, non tam captus similitudine v. 336 τῷ δήμῳ — τῷ τῶν γυναικῶν, quam quod in veris comitiis hujusmodi dictionem menti informabam, περὶ τὸν δῆμον, τὸν τῶν Ἀθηναίων καὶ τὸν τῶν ξυμμάχων. Alio modo, simili tamen, Pherecrates lusit in fabula Γρᾶες p. 19 ed. Runk. Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς ξυμμάχοις.

καὶ τὸν τῶν γυναικῶν,
ταύτην νικᾶν.
ταῦτ' εὔχεσθε, καὶ ὑμῖν αὐταῖς τἀγαθά. 310
ἰὴ Παιών, ἰὴ Παιών, ἰὴ Παιών· χαίρωμεν.

ΧΟΡΟΣ.

δεχόμεσθα, καὶ θεῶν γένος.

V. 311. *ἰὴ Παιών, ἰὴ Παιών, ἰὴ Παιών*] Quod ter in libris scriptum est *ἰὴ Παιών*, bis tantummodo posuit Dindorfius; nos vero, quoties iterata sit haec exclamatio, nescimus. Dindorfius fortasse talibus locis movebatur, Ovid. De Art. Am. II, 1 Dicite Jo Paean, et Jo, bis dicite, Paean., Eurip. Jon. 125 et 141 *ὦ Παιὰν ὦ Παιάν.*, Ar. Acharn. 1173 *ἰὼ ἰὼ Παιὰν Παιάν.* Neque ignoro, alias exclamationes bis, non ter, repeti solere, ut Soph. Ajac. 694 *ἰὼ ἰὼ Πὰν Πάν.*, Eurip. Bacch. 574 *ἰὼ ἰὼ δέσποτα δέσποτα*, ubi praecedit *ἰὼ ἰώ, πάλιν αὐδῶ*, sequitur autem *ὦ Βρόμιε Βρόμιε* et *ὁ Διόννσος ὁ Διόννσος.*, ibid. 577 *ὦ Βάκχαι, ἰὼ Βάκχαι.*, Helen. 1478 *ὦ ναῦται, ἰὼ ναῦται.*, Phoeniss. 1051 *ἰήϊον βοὰν βοάν, ἰήϊον μέλος μέλος.*, Aesch. Agam. 400 *ἰὼ ἰὼ δῶμα δᾶμα.*, Ar. Pac. 463 *ὦ εἶα, ὦ εἶα*, ibid. v. 509 *ὦ εἶα νῦν, ὦ εἶα πᾶς.* Jo triumphe, io triumphe Horat. Od. IV, 2, 49., Epod. 9, 21. Alia hujusmodi bene multa praetereo.

V. 312—330. Et hunc Chorum et eum, qui mox sequitur inde a v. 352 misere contaminavit Hotibius, nempe ut stropham antistrophamque efficeret. Bothius tamen nuper in viam rediit. De alia responsione metrorum Wellauerus somniavit. At quotusquisque non videt, metra utriusque carminis usque eo inter se discrepare, ut nihil propemodum in utrisque conveniat? Nam prior quidem Chorus maxime e versibus constat jambicis, trochaicis, dactylicis, anapaestis, posterior autem, ut choriambicum versum, trimetrum dissimilemque exitum taceamus, longa serie Glyconeorum versuum decurrit. Hermannus statuebat, antistrophica non esse nisi haec v. 312, 313, 314 atque 352, 353, 354, deinde utramque stropham alia metra excipere. At ne hi quidem versus satis accurate sibi respondent,

δεχόμεσθα καὶ θεῶν γένος
λιτόμεσθα ταῖσδ' ἐπ' εὐχαῖς
φανέντας ἐπιχαρῆναι·

atque *Ξυνευχόμεσθα, τέλεα μὲν*
πόλει, τέλεα δὲ δήμῳ
τόδ' εὔγματ' αὖ γενέσθαι.

nec duplex anacrusis bene congruit simplici. Quare metra horum carminum omnino non ad se invicem referri censeo.

V. 312. *δεχόμεσθα*] Hoc legitur in Juntina aliisque edd. tum etiam in Cod. Ravennate. *Εὐχόμεσθα* scriptum est in cod. Aug. et ed. Farrei. Nullo modo *εὐχόμεσθα* probare debebant Berglerus,

λιτόμεσθα ταῖσδ' ἐπ' εὐχαῖς
φανέντας ἐπιχαρῆναι.
Ζεῦ μεγαλώνυμε, Χρυσολύρα τε, 315
Δῆλον ὃς ἔχεις ἱεράν·
καὶ σὺ, παγκρατὲς κόρα,
γλαυκῶπι, χρυσόλογχε,
πόλιν ἔχουσα περιμάχητον, ἐλθὲ δεῦρο.

Reiskius, Brunckius. Scripsissent certe, ut aliqua tamen metri species relinqueretur, *εὐχόμεσθα καὶ θεῶν γένος*: at id ipsum, quod *εὐχόμεσθα* in illis subsidiis exstat, magno indicio est, *δεχόμεσθα*, non *εὐχόμεσθα* lectionem esse antiquam. Putabat forsitan librarius, Choro *εὐχόμεσθα* respondendum esse ob superiora verba praeconis, *εὔχεσθε ταῖν Θεσμοφόροιν — ταῦτ' εὔχεσθε*, quo eodem errore etiam docti homines, quos supra dixi, tenentur. Enimvero ad illud *εὔχεσθε* pertinent haec proxima *ταῖσδ' ἐπ' εὐχαῖς*, contra primum Chori verbum *δεχόμεσθα* belle refertur ad ultimam vocem praeconis *χαίρωμεν*. *Quod bene vertat*, inquit praeco. Huic Chorus statim, *Accipimus omen*. Omnem dubitationem tales loci evellent Avv. 646

ΕΠ. ἀλλὰ χαίρετον
ἄμφω. ΠΕΙ. δεχόμεθα.

et Eupolidis *Δήμοις* p. 110 Runkel.—

καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες. χαίρετε πάντες. Β. δεχόμεσθα.

Nostro versu *δεχόμεσθα* ediderunt Kusterus, Bothius, Dindorfius.

V. 317. *παγκρατὲς*] Dindorfius bis edi jussit *παγκρατής*, inductus ab Invernizio quem refellit argutum silentium Bekkeri. Bisetus affert lectionem *πάγκρατε* (sic) ut vulgatam, ac praeterea conjecturam e gurgustio nescias quo *παγκρατής*.

V. 319. *πόλιν ἔχουσα π.*] Libri omnes, *πόλιν οἰκοῦσα π.*, quod non debebat tam diu circumferri. Nam et metro repugnat, et alia de causa vehementer suspectum est. Expulso glossemate *οἰκοῦσα* suam Aristophani manum *ἔχουσα* restitui. Scilicet hunc versum trimetrum esse trochaicum apparet, de quo genere breviter tractavi supra ad v. 114. Porro emendationem *πόλιν ἔχουσα* magnopere commendat Minervae nostrae cognomen *Πολιοῦχος*, obvium illud etiam in Aristophane Eqq. 579 et Nub. 592, quantumvis id proprie de acropoli et antiqua urbe adhibitum sit. Ceterum mirari subit, quod librarius an grammaticus hic *πόλιν οἰκοῦσα* interpolare maluit, quam loco proxime antegresso, *Δῆλον ὃς οἰκεῖς ἱεράν*; sed nimirum ita ludit casus taleque ingenium est hominis indocti. Denique G. Burgessius quod scripsit,

— πόλιν ἔχ-
ουσα περιμάχ-
ητον —,

καὶ πολυώνυμε, θηροφόνε παῖ, 320
Λατοῦς χρυσώπιδος ἔρνος·
σύ τε, πόντιε σεμνὲ Πόσειδον
ἁλιμέδον, προλιπὼν
μυχὸν ἰχθυόεντ' οἰστροδόνητον·
Νηρέος ἐνάλιοί τε κόραι, 325

---

porco femina piaculum fecisse censendus est. Nam iste et hunc Chorum et alterum inde a v. 352 turpissimis modis inquinavit.

V. 320. *θηροφόνε*] Hermannus tetrametrum esse dactylicum ratus, doctam proposuit conjecturam *θηροφόνη*, quae a Dindorfio et Bothio suscepta est. Sed non ausus sum egregios numeros mutare, quibus etiam Sophocles utitur in Oed. Colon. 216, 218, 221.

– ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ ∪ ∪ –
καὶ πολυώνυμε θη | ροφόνε παῖ.
ὦ μοι ἐγώ, τί πάθω, | τέκνον ἐμόν.
ἀλλ' ἐρῶ· οὐ γὰρ ἔχω | κατακρυφάν.
ἄθλιον Οἰδιπόδαν; | ..σὺ γὰρ ὅδ' εἶ;

Optime de hoc metro statuit Hermannus ad Sophoclis. Haec me ratio impedivit, ne Hermannum nostrum sequerer, non Brunckii adnotatio, qui *θηροφόνη*, formam, ut putat, inusitatam ereptum ivit Theognidi Megarensi v. 11 *Ἄρτεμι θηροφόνη* —, verum uno ore ei reclamarunt Porsonus, Hermannus, Lobeckius, J. Bekkerus, Schaeferus. *Θηριφόνη* a Pausania memoratur V, 3, 4.

V. 324. *οἰστροδόνητον*] Ita libri ad unum omnes, hoc est, quod dicere suppudet editio Princeps et Codices duo. Qui e Suida in *Οἶστρος οἰστροδόνητον* recepit Kusterus, meritas temeritatis suae poenas dedit Brunckio, qui et dimetrum anapaesticum recte agnoscit, et ne a Suida quidem *οἰστροδόνητον* hic inventum esse docet. Nam et MS. A. apud Kusterum exhibet *οἰστροδόνητος* et — *δόνητον*, et cod. Oxon. teste Porsono *οἰστρηδόνητον*. Ceterum Suidas Kusteri in Aristophane omittit *σεμνὲ* et *ἁλιμέδον*. Aeschylus utramque formam posuit et *οἰστροδόνητος* Supplic. v. 568 (cf. ibid. v. 16 *οἰστροδόνου*) et *οἰστροδόνητος* in Prometheo v. 591., quod alioqui citius librario, quam illud prius, in mentem veniebat.

V. 325. *Νηρέος ἐνάλιοί τε κόραι*] Perinepte in edd. Kusteri Brunckii, Bekkeri coli signum post *Νηρέος* locatum est: quasi vero aut Neptunus in Nerei specu sederit, aut parens a complexu filiarum divellendus sit. Recte distinxerunt Hotibius, Bothius, Burgessius, Dindorfius. Tum et una alteraque editio, et vero etiam codex Rav. *ἐναλίου* scribunt, quod Bentleji assensum tulisse miror. Qui enim *ἐναλίου* sufficiebant, uti verba *Νηρέος — κόραι* recte copularant, ita oppositionem neglexerant, quae *ἐνάλιοι* inter et *ὀρείπλαγκτοι* intercedit. Praeterea Brunckius tacite edidit *εἰνάλιοι*, quod summo jure repudiat Hermannus.

Νύμφαι τ' ὀρειπλαγκτοι.
χρυσέα τε φόρμιγξ ἰαχήσειεν ἐπ' εὐχαῖς
ἡμετέραις· τελέως δ'
ἐκκλησιάσαιμεν Ἀθηναίων
εὐγενεῖς γυναῖκες. 330

ΚΗΡΥΞ.

εὔχεσθε τοῖς θεοῖσι τοῖς Ὀλυμπίοις,

V. 326. *ὀρείπλαγκτοι*] Non temere hanc formam mutandam esse, versumque ischiorrhogicum habendum, Hermanno assentior. Per se tamen etiam *ὀρίπλαγκτος* dici a Graecis potuisse, notum illud *ὀριβάτης* Avv. 278 docet, quod mihi non videtur ex Aristophane expellendum esse, uti visum est quum aliis, tum etiam Lobeckio ad Ajac. p. 243.

V. 327. *ἰαχήσειεν*] Optimae notae lectionem e cod. Ravennate assumsi pro vulgata *ἠχήσειεν*. Dindorfio verum videtur aut *ἰαχήσειεν*, aut, *ἀχήσειεν*. Deinde ad verba *χρυσέα — φόρμιγξ* adscripsit Schol. Rav. *ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος*. Omnino cithara dicitur aurea propter Apollinem maxime *τὸν Χρυσολίραν* (v. 315), sed hic tamen quaevis cithara, minime vero Apollinis, intelligenda est. Nam hymnis sacris accinere cithara solebant, quod ipsum nunc fieri placet mulieribus. Contra Erinyum hymnus *ἀφόρμικτος* dicitur ab Aeschylo Eumen. 319 sive 328; cf. etiam Agam. 963.

V. 328. Ad h. v. adscripsit Schol. Rav. *ἐπὶ τὸ* (l. *τῷ*) *τελεστικὰ τὰ πράγματα γενέσθαι*, quod videri potest non huc, sed ad v. 352—354 referendum esse. In iisdem scholiis *τελέως — ἐκκλησιάσαιμεν* bene exponitur: *εἰς τέλος ἄγοιμεν τὰ δόξαντα*. Minus accurate Brunckius, ex voto concionem habeamus.

V. 330. *Ἀθηναίων*
εὐγενεῖς γυναῖκες]
Haud negligendum est verbum *εὐγενεῖς*. Licebat igitur tantum feminis honesto loco natis planeque civibus Thesmophoria celebrare. Adduxerat Mnesilochus anicillam multarum exemplo, sed diserte monuit v. 294 *δούλοις γὰρ οὐκ ἔξεστ' ἀκούειν τῶν λόγων*. Nempe servae eo potissimum consilio adducebantur, ut extra templum suae quaeque dominae jussa exspectaret. Quanquam de hisce rebus infra pluribus erit dicendi locus.

V. 331 sqq. Bene contulit Berglerus verba sacerdotis in Avv. 866 *εὔχεσθε — καὶ ὄρνισιν Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίῃσι πᾶσι καὶ πάσῃσιν — καὶ Κύκνῳ* (quasi *Ἀπόλλωνι*) *Πυθίῳ καὶ Δηλίῳ, καὶ Λητοῖ — καὶ Ἀρτέμιδι —*. Pythios deos commemorat Aeschines in Ctesiph. 108, 4 B. — *ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Λητοῖ καὶ Ἀθηνᾷ Προνοίᾳ —*, et mox ibidem 110, 5

καὶ ταῖς Ὀλυμπίαισι, καὶ τοῖς Πυθίοις,
καὶ ταῖσι Πυθίαισι, καὶ τοῖς Δηλίοις,
καὶ ταῖσι Δηλίαισι, τοῖς τ' ἄλλοις θεοῖς·
εἴ τις ἐπιβουλεύει τι τῷ δήμῳ κακὸν
τῷ τῶν γυναικῶν, ἢ Ὑπερηρυκεύεται

— ἐναγὴς — ἔστω τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀρτέμιδος καὶ Λητοῦς καὶ Ἀθηνᾶς Προνοίας, et paullo post, τῷ Ἀπόλλωνι μηδὲ τῇ Ἀρτέμιδι μηδὲ τῇ Λητοῖ μηδ' Ἀθηνᾷ Προνοίᾳ —. Hos partim non omnes nominat, alios vero adjungit Pythia sacerdos ab initio Eumenidum.

V. 334. Libri omnes καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς. Emendarunt τοῖς τ' ἄ. θ. Scaligerus, Bentlejus, Brunckius, Porsonus, alii.

V. 335—350. Ingeniosissime Aristophanes imprecationis formulas, quibus in concione praeco utebatur, ad levissimas res mulierum accommodat. In quo tanta arte versatus est, ut nec feminarum negotia ementiretur, et tamen istis verborum involucris veram exsecrationem quodammodo includeret. Singula oratorum graecorum loca, quae hisce rebus clariorem lucem afferunt, Petitus l. l. Schoemannusque apposuerunt.

V. 335. Praeco ipse ita loquebatur, εἴ τις κακόν τι ἐπιβουλεύει τῷ δήμῳ τῷ τῶν Ἀθηναίων aut simili modo.

V. 336. *Aut si quis legatos de pace et amicitia mittendos censeat ad Euripidem Medosque.* Eximie muliebris praeco dixit Εὐριπίδῃ Μήδοις τ', praemisso nomine Euripidis Persisque vix leviter annexis (nam Μήδοις τ' ubique scriptum est, nisi in Juntina, neque Invernizius et Dindorfius l. τ' debebant exstinguere): at praeco vir in ipsis comitiis dicere solebat, ἢ (εἴ τις) ἐπικηρυκεύεται Μήδοις. Minus accurate Isocrates Πέρσαις scripsit pro Μήδοις (neque enim illud nomen librariis debetur, quos scio equidem Medis haud raro Persas sufficere) in Panegyrico c. 42 καὶ πολλῶν μὲν οἱ πατέρες ἡμῶν μηδισμοῦ θάνατον κατέγνωσαν, ἐν δὲ τοῖς συλλόγοις ἔτι καὶ νῦν ἀρὰς ποιοῦνται, πρὶν ἄλλο τι χρηματίζειν, εἴ τις ἐπικηρυκεύεται Πέρσαις τῶν πολιτῶν. Legitimam formam Μήδοις comprobat Plutarchus Vit. Aristid. c. 10, a quo discimus Aristidem paullo post pugnam Salaminiam effecisse, ut Medorum amici diris devoverentur, ἔτι δ' ἀρὰς θέσθαι τοὺς ἱερεῖς ἔγραψεν, εἴ τις ἐπικηρυκεύσαιτο Μήδοις, ἢ τὴν συμμαχίαν ἀπολίποι τῶν Ἑλλήνων. Ultima verba ἢ τὴν συμμαχίαν — fortassis haud ita multo post omittebantur. Verum hic Plutarchus aut male nominavit sacerdotes, aut non bene praeconis formulam subjecit: nam sacerdotes puto verbis aliter conceptis uti consuesse. Tum ultima verba

ἐπὶ βλάβῃ τινὶ
τῇ τῶν γυναικῶν

Εὐριπίδῃ, Μήδοις τ', ἐπὶ βλάβῃ τινὶ
τῇ τῶν γυναικῶν, ἢ τυραννεῖν ἐπινοεῖ,
ἢ τὸν τύραννον συγκατάγειν, ἢ παιδίον
ὑποβαλλομένης, κατεῖπέ τις, ἢ δούλη τινὸς 340
προαγωγὸς οὖσ', ἐνετρύλλισεν τῷ δεσπότῃ,

---

tanto minus negligenda sunt, quod illud *ἐπὶ βλάβῃ* mox semel iterumque repetitur v. 360 *κερδῶν οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ* et v. 366 *ὥρας οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ*. Fortassis igitur hic integram formulam restituere licet, *ἢ (εἴ τις) ἐπικηρυκεύεται Μήδοις ἐπὶ βλάβῃ τῇ τῶν Ἀθηναίων*.

V. 338. 339. Quum Pisistratidae Athenis ejecti essent, plebes scivit, ut praeco singulis comitiis ei mala imprecaretur, qui tyrannidem affectasset: neque enim usquam in omni terrae orbe tantum fuit tyrannidis odium, quantum Athenis. Huc revocanda sunt illa verba, *aut si quis regnare cogitat, aut tyrannum* (Hippias tum quidem designabatur) *quantum in ipso est, reducere*. Pulchre scholiasta Rav., *ἐκ τῆς κατάρας τῆς ἐπὶ τοῖς Πεισιστρατίδαις γενομένης ταῦτα παρέμιξεν*. Et alius *ἔοικέ τινα παραμιγνύναι τῶν ἐφ' Ἱππίᾳ ψηφισθέντων*. Cf. Livium 31, 44. — Vide inprimis Solonis legem ap. Andocid. de Myster. 97, 7 B. — *καὶ ἐάν τις τυραννεῖν ἐπαναστῇ ἢ τὸν τύραννον συγκαταστήσῃ*.

V. 340. *κατεῖπέ τις*] Vulgo *κατεῖπέν τις*, sed *ν* literam delevit Brunckius. *Κατεῖπεν ἢ* maluerunt Bentlejus, Reiskius, Porsonus, Elmslejus ad Ach. v. 178. Numeros isto modo paululo meliores evadere concedo; sed tamen et per se *τὶς* eleganter insertum est, et plane *κατεῖπε τις* exhibet Ravennas; tam amice consentiunt Bekkerus et Invernizius, et ut splendide loquar, quum tacent, clamant. Dindorfius olim quidem *κατεῖπεν ἢ*, nuper vero recte *κατεῖπέ τις ἢ* edidit. Unde autem haec petierit generosa mulier, nescio, nisi forte attulit domo. In paedicones severissimae leges latae erant, de quibus copiose Aeschines agit adv. Timarchum, sed hos quidem praeco minime exsecrabatur. Hariolari tamen licet *ἢ (εἴ τις) παῖδα ὑποβαλλομένου μὴ κατεῖπεν*; fortiter enim civitatis jura et antiqui sanguinis tutabantur Aborigines.

V. 341. *ἐνετρύλλισεν*] Editiones Kusteri ac Brunckii *ἐνεθρύλλισεν*, quod multis generibus vitiosum est. Nam neque *ἐνθρυλίζειν*, ut *διαθρυλεῖν, ἐκθρυλεῖν, καταθρυλεῖν* Attici composuerunt, neque formarunt *θρυλλίζειν*, sed *θρυλεῖν*, nec duplex lambda adhibebant, sed producebant vocalem *θρυλεῖν*. *Ἐνετρύλλισεν* dedit Juntina et Bekkerus, haud dubie e Rav., at Dindorfius olim *ἐνεθρύλισεν*, nuper autem *ἐνετρύλισεν*. Et *τ* literam omnes etiam grammatici defendunt, qui hoc versu utuntur, Suidas in voce, ubi est *ἐνετρύλλισεν*, Zonaras s. v. p. 745 ubi vulgo *οὐ σ' ἐνετρύλλησεν*, grammat. MS. in catal. Codd. Nanian. p. 493 qui *ὦ σ' ἐνετρύλλισε*. A Polluce accepimus,

ἢ πεμπομένη τις ἀγγελίας ψευδεῖς φέρει,
ἢ μοιχὸς εἴ τις ἐξαπατᾷ ψευδῆ λέγων,
καὶ μὴ δίδωσιν, ἂν ὑπόσχηταί ποτε,
ἢ δῶρά τις δίδωσι μοιχῷ γραῦς γυνὴ,
ἢ καὶ δέχεται προδιδοῦσ' ἑταίρᾳ τὸν φίλον, 345

---

v. τρυλίζειν murmur ac sonos coturnicum designare V, 89 ὄρτυγας τρυλίζειν, ubi dele γρυλίζειν, cf. etiam VII, 136 καὶ τὸ ἐτρύλισαν, idemque IX, 109 percommode docet, victae coturnici in aurem inclamatum esse, quo facilius victoris adversarii vocem oblivisceretur, et huic clamori verba τρυλίζειν, ἐντρυλίζειν, inservisse. Hic alii Codd. τρυλίζειν, ἐντρυλίζειν scribunt, alii τρυλλίζειν, ἐντρυλλίζειν; sed illud constat, Cod. Kuehnii et Jungerm. ἐντρυλλίζειν perperam omittere. Sequitur ex his, locutionem ἐνετρύλλισεν *hero suo in aurem inclamavit*, a Comoedia minime alienam esse. Kusterus clandestinam calumniam interpretatur, in aures insusurravit, clam detulit, calumniatus est, haud inepte ad sensum: sed tamen id ne ἐνθρυλίζειν quidem significare posset, si vocem istam Graeci omnino suam agnoscerent. Non male Schoemannus l. l. in horum locum succedere jubet e v. 363 εἴ τις τἀπόῤῥητα τοῖς ἐχθροῖς λέγει. Et quoniam poëta veris comitiis paullo pressius adhaeret, licet suspicere, in iis εἴ τις τἀπόῤῥητα πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἐκθρυλεῖ dici solitum esse.

V. 342. Hic jam non dubium est, quin ancilla libidinis ministra legati publici personam recipiat, quo joco nihil cogitari potest urbanius. Nam Demosthenes De Fals. Legat. 70, 1 B. testatur, praeconem in comitiis mala imprecatum esse legato, qui falsum nuntium Athenas retulisset. Ipsa formula *ΑΡΑΣ*, quam Schoemannus fuisse putat, εἴ τις ἐκ πρεσβείας ψευδῆ ἀπαγγέλλει, apud Demosthenem non legitur.

V. 343. 344. ἂν] Ita Brunckius. Codd. Aug. Rav. et Juntina ἃ ἂν. Posterior versus non e foro sumtus est, sed mulierum et moechi causa adjectus; in priore de adultero viro id proprie enuntiatur, quod de unoquoque cive attico secundum leges valebat. Praeco enim, devotus esto, inquiebat, si quis decipit Senatum, Populum, Judicium denique, aliter loquendo ac sentiat. Nam qui modo diligentius excusserit hos locos, Demosth. De Corona p. 282, 6 B, in Aristocrat. 97, 7, (haud multum proficitur e loco In Timoth. p. 67, 3) et Dinarch. in Demosth. 47, 3., is facillime perspiciet, formulam praeconis haec verba complexam esse, ἢ εἴ τις ἐξαπατᾷ ἢ βουλὴν ἢ δῆμον ἢ τὴν ἡλιαίαν, μὴ λέγων ἃ φρονεῖ.

V. 345. 346. προδιδοῦσ' ἑταίρᾳ] Legebatur προδιδοῦσ' ἑταίρα, in quo nullus haesit e tot Criticis praeter J. Seagerum. Ac tamen Nominativus ἑταίρα vel propterea ferri nequit, quia tum in his versibus mutantur Subjecta. Utrumque vero membrum eidem Subjecto, anui contribuendum esse, non solum probabile facit similitudo

κεἴ τις κάπηλος ἢ καπηλὶς τοῦ χοὸς
ἢ τῶν κοτυλῶν τὸ νόμισμα διαλυμαίνεται,

---

notionum *δῶρα — δίδωσιν — ἢ καὶ δέχεται*, sed clarissime ostendit ipsius dictio praeconis, unde haec expressa sunt, in qua idem homo dona vel dat, vel accipit. Neque enim *ἑταίρα* pro appositione haberi potest itaque exponi *ὡς ἑταίρα*, anus vel dat dona adultero, vel etiam accipit, tanquam meretrix, prodens amicum juvenem: meretrices enim omni loco ac tempore non vetulae fuerunt, sed juvenes puellae. Quid multa? Scripserat Aristophanes *ἑταίρᾳ*. Vetulas duplici nomine exsecrantur matronae, aut si ipsae donis moechum alliciant; ut anus ista in Pluto v. 959 sqq., aut si lenocinium faciant, id, quod saepenumero accidit. Deinde prostibula quoque pessime oderunt matronae, eo usque ut Praxagora in Ecclesiaz. 718 meretrices ad unam omnes e medio tollere statuerit. Quare Dativum ipsa poscit sententia: aut si qua anus mulier munera dat adultero, vel etiam accipit prodens amicum juvenem meretrici. Quid, quod scholiastam Rav. praeter vulgatam *ἑταίρα* simul etiam *ἑταίρᾳ* legisse perspicuum est. Sic enim illi, non nimis tamen concinne, disputant, *ἢ καὶ δέχεται δῶρα παρ' ἑταίρας ἐπὶ τῷ προδιδόναι καὶ συγχωρῆσαι αὐτῇ τὸν φίλον . . . . ἑτέρα* [l. *ἑταίρα*] *καὶ ἔστιν ἕτερος νοῦς*. Et *ἀλλ' . . . . ἄνευ τοῦ ι γρ. ἑτέρα* [*ἑταίρα*] *οὕτως· ἢ δέχεται δῶρα ὑπὲρ τοῦ ἑταίρα οὖσα προδιδόναι τὸν φίλον. ἐὰν δὲ σὺν τῷ ι, προδιδοῦσάν τινα ἑταίραν τὸν ἑαυτῆς φίλον.* John Seagerus corrigi volebat *ἑταίρας*. Cur anus dona moecho det, video, cupit enim viro potiri fruique; illud minus video, quî anus dona accipiat eo consilio, ut meretricis (non, amicae) amicum prodat. Multo minus video, cur feminae praeter consuetudinem defendant meretrices. Brunckius in versione temere mutat subjectum, *vel si dona accipit ab alio meretrix, amicum suum prodens* (similiter jam Kusterus converterat). Infelicissime Vossius, Auch wenn ſie empfängt ein Liebchen, das den Freund verräth. Quasi aut *δέχεται* non ad *δῶρα* pertineat, aut scriptum sit *προδιδοῦσαν ἑταίραν*. Athenis vero Comici saltem tria crimina perpetuo jaciebant, puerorum amores, originem exteram et largitionem. Et tamen qui nummos contra Rempublicam accepisset, eum quoque praeco devovebat, uti testatur Dinarchus In Demosth. 47, 2 B., et in Aristogit. 15, 2 atque, 16, 7. Quodsi cum Aristophane Dinarchum conjunxeris, formulam praeconis fere hanc fuisse suspicaberis, *ἢ εἴ τις δίδωσι δῶρα κατὰ τῆς πόλεως, ἢ καὶ λαμβάνει δῶρα προδιδοὺς τὴν πόλιν.*

V. 347. 348. *τοῦ χοὸς*] Affert hos versus Suidas in *Χοός*, ubi *ἢν τῶν* habet ed. Kusteri, recte autem *ἢ τῶν* ed. Med. et cod. Oxon. Quod vero Schol Rav. et Suidas profitentur, *χοὺς γὰρ δύο ξέσται, χοεὺς δὲ ἕξ*, argumento est, vel apud bonos scholiastas bona mixta esse malis, antiqua recentioribus. Cf. ad v. 373. *Τοῦ χοὸς*

κακῶς ἀπολέσθαι τοῦτον αὐτὸν κᾠκίαν
ἀρᾶσθε· ταῖς δ' ἄλλαισιν ὑμῖν τοὺς θεοὺς 350
εὔχεσθε πάσαις πολλὰ δοῦναι κἀγαθά.

---

hic tacite emendat Elmslejus ad Acharn. v. 1013, quae genitivi forma omnino invenitur in Pace 529, sive potius *χοῶς*, idemque veteribus cognitum fuisse negat *χοεύς*, quod tamen legitur in Polluce IV. 169 *καὶ κοτύλη, ἀμφορεὺς, χοεύς* —. Non diffiteor, hoc vocabulum in difficillimis numerandum esse; tantopere formae ejus, inprimis in accentu fluctuantur, *χόα χόας, χοᾶ χοᾶς* e. s. p. et festum quoque *Χόες*, non solum mensura et congius, interturbat. Comparo autem cum his post Berglerum Plut. 435

ἆρ' ἐστὶν ἢ καπηλὶς ἢκ τῶν γειτόνων,
ἢ ταῖς κοτύλαις ἀεί με διαλυμαίνεται;

Sed magna quaestio est, quidnam huic loco in veris comitiis respondisse videatur. Si constaret, diris in concione eum devotum esse, qui adulterinos nummos cudere non dubitaret, res esset confecta: nunc id demonstrari nullo modo potest. Schoemannus quidem l. l. dormitabat, quum hisce verbis e v. 361 haec substitueret, *εἴ τις ψηφίσματα ἢ νόμους ζητεῖ ἀντιμεθιστάναι.* Quid enim simile? Hoccine est silvis appingere delphinum?

V. 349. *κᾠκίαν*] Ita Brunckius ad Nubes v. 92. Vulgo *κοῖκίαν*, quod Bekkerus Ravennati quoque tribuit, rectius fortasse *καὶ οἰκίαν* Invernizius. Ceterum in ipsis comitiis non ita loquebatur praeco,

κακῶς ἀπολέσθαι τοῦτον αὐτὸν κᾠκίαν
ἀρᾶσθε,

verum legitimo more dicebat, *ἐξώλη τοῦτον εἶναι αὐτὸν καὶ γένος καὶ οἰκίαν.* Ut mille locos praeteream inprimis oratorum, vide tantum Demosth. De Fals. Legat. 71, 5 B., in Aristocrat. 67, 8., Dinarch. in Aristogit. 16. 8. Neque omitto Andocidem De Myster. 98, 7 B. *καὶ ἐπεύχεσθαι εὐορκοῦντι μὲν εἶναι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ, ἐπιορκοῦντα δ' ἐξώλη αὐτὸν εἶναι καὶ γένος.*

V. 351. *κἀγαθά*] Sic codd. Aug. et Rav. atque ed. Princeps. Inepte ac parum attice editiones quaedam, in his Kusteria, *πολλὰ δοῦναι τἀγαθά.*

V. 351 sqq. Quum ad hunc locum scribendo pervenissem, Th. Bergkius lectiones ed. Juntinae cum Brunckiana a se collatae mihi misit id ipsum rogatus, profecto gratissimum munus, praesertim quum a tali tamque eximio juvene profectum esset ipseque mihi Juntinam I nondum comparare potuissem; alteram enim jam diu possideo. Quamobrem in reliqua fabulae parte scripturas Juntinae suo quasque versui inseram; initium vero usque ad v. 340 hic statim, licet incommodus sit locus, sane ponamus.

Μνησίλοχ, Εὐρ. κηδ — κηδ. Εὐρι. Deinde hoc ordine personae in illa editione recensentur. *Εὐριπίδης. Ἀγάθων. Κῆρυξ. Ἑτέρα γυνή. Κλεισθένης. Ἠχώ. Θεράπων. Χορός. Γυνὴ τίς. Ἑτέρα γυνή. Ἡμιχόριον γυναικῶν. Σκύθης.*

	Brunck.	Ed. Junt.
V. 1.	*ὄρα — φανήσεται;*	= *ἄρα — φανήσεται.*
V. 2.	*ἐξ ἐωθινοῦ.*	= *ἐξεωθινοῦ.*
V. 3.	*οἷόν τε*	= *οἷόν τι.*
V. 5.	*ὅσ' αὐτίκα*	= *ὃς αὐτίκα.*
V. 7.	*οὐχ ἃ γ' ἂν μέλλῃς*	= *οὐχ ἃγ' ἂν μέλλεις.*
V. 8.	*οὐδ' ἄρ' — οὐχ ἁγ' ἄν*	= *οὐδ' ἄρ' — οὐχ ἁγ' ἄν.*
V. 9.	*παραινεῖς*	= *παραινοῖς.*
V. 10.	*φῇς*	= *φῆς.*
V. 11.	*ΕΥ. χωρὶς*	= *χωροῖς* et haec continuantur Mnesilocho usque ad *μήθ' ὁρᾶν*; tum *Εὐ. εὖ ἴσθ' ὅτι.*
V. 15.	*καὶ ζῶ' — αὐτῷ*	= *καὶ ζῷ — αὐτῷ.*
V. 16.	*πρῶτ' ἐμηχαν.*	= *πρῶτα μηχανήσατο.*
V. 24.	*ἔτι προσμιάθω, μὴ — τὼ σκέλη*	= *ἔτι προσμιάθοι· μὴ — τῷ σκέλη.*
V. 28.	*ἄκου'*	= *ἄκουε.*
V. 30.	*ὠγάθων*	= *ἀγάθων.*
V. 32.	*ἑώρας*	= *ἑώρακας.*
V. 35.	seq. usque v. 38 continuantur Mnesilocho.	
V. 36.	*ἐκποδὼν*	= *ἐκ ποδῶν.*
V. 42.	*μελοποιῶν*	= *μελωποιῶν.*
V. 53.	*ἀψῖδας*	= *ἀσπίδας.*
V. 56.	*γόγγυλέει*	= *γογγυλίζει.*
V. 58.	*ἀγροιώτας*	= *ἀγριώτας.*
V. 59.	Haec omnia continuantur ministro usque ad v. 63. *ὦ γέρον*;	
V. 59.	*ποιητοῦ*	= *ποητοῦ.*
V. 60.	*διὰ τοῦ θριγ.*	= *τοῦ θριγκοῦ.*
V. 61.	*ξυγγογυλίσας*	= *γογγυλίσας.*
V. 63.	*νέος γ' ὢν*	= *νέο ἀγών*
V. 69.	*θύρασι — ἥλιον*	= *θύραισι — ἥλιν.*
V. 71.	*Ὦ Ζεῦ* tribuitur Mnesilocho; tres sequentes *ιὴ τοὺς θ.* Euripidi, v. 75. *ἔστιν κακ.* Mnesilocho; v. 76. *Εὐρ. ποῖόν τι; Μνη. τῇδε.* v. 78 seqq. Euripidi, v. 81 seqq. Mnesilocho; deinde *Εὐρ. τιὴ τί δή;* v. 85 Mnesilocho, v. 86 seq. Euripidi. v. 88 seq. Mnesilocho; v. 89. *Εὐρ. τί δράσονθ' εἰπέ μοι.* v. 90. Mnesilocho; v. 91. *Εὐρ. πότερα φ. ἢ λ.* v. 92, 93 et 94 Mnesilocho; v. 98. *Εὐρ. Σίγα.*	
V. 76.	*θημέρᾳ*	= *θ' ἡμέρᾳ.*
V. 83.	*περί μου*	= *περὶ ἐμοῦ.*
V. 86.	*καὶ Δία δίκαι' ἂν πάθοις*	= *καὶ δίκαι' ἂν πάθοις.*
V. 87.	*ἐκ τούτων*	= *ἐκ ταύτης.*

Brunck.	Ed. Junt.
V. 89. εἶπ' ἐμοὶ	= εἰπέ μοι.
V. 90. γυναιξὶ, χ' ἂν δέῃ	= γυναιξὶν, κἂν δ.
V. 92. ἠμφιεσμένον. τὸ πρ.	= ἠμφιεσμένον τὸ πρᾶγμα κομψόν, καί.
V. 95. ὦγάθων	= ἀγάθων.
V. 96. οὐ κκυκλούμενος	= οὐκ κυκλούμ.
V. 97. εἰμ'	= εἰμί.
V. 99. αὖ παρασκευάζεται	= ἂν παρασκ.
V. 102. ξὺν ἐλευθέρᾳ	= ξυνελευθέρα.
V. 106. ἔχει	= ἔχεις.
V. 115. ἀείσατ'	= ὀείσαντ'.
V. 117. κληζουσα	= κλητζουσα.
V. 118. Λατοῦς	= λαλοῦς.
V. 127. δι' αἰφνιδίου ὀπὸς	= διαιφνιδίου ὄπος.
V. 129. Λατοῦς.	= λατοῦς. Ὀλολύζεις γέρων.
V. 130. πότνιαι	= πότνια.
V. 131. Θηλυδριῶδες	= Θηλυδριῶτες.
V. 134. ὅστις εἶ	= εἴ τις εἶ.
V. 138. μέλει κροκωτῷ	= λαλεῖ κροκ.
V. 148. ἐσθῆθ' ἅμα γνώμῃ	= ἐσθῆτ' ἅμα γνώμη.
V. 149. χρὴ τὸν ποιητὴν	= χρὴ ποητήν.
V. 150. ποιεῖν	= ποεῖν.
V. 151. ποιῇ	= ποῇ.
V. 153. ποιῇς	= ποῇς.
V. 154. ποιῇ	= ποῇ.
V. 157. ποιῇς	= ποῇς.
V. 158. συμποιῶ σοῦ 'πισθεν	= συμποῶσ' οὔπισθεν.
V. 159. ἄλλως τ' ἐστι	= ἀλλ' ὡς τ'. = ἐστιν.
V. 162. οἵπερ — ἐχύμισαν	= οἳ περὶ ἐχύμησαν.
V. 163. διεκλῶντ'	= διεκίνων.
V. 166. κάλ' ἦν	= καλὰ ἦν.
V. 168. ταῦτ' ἄρ — ποιεῖν	= ταῦτ' ἄρ' — ποεῖ.
V. 169. ὁ δὲ Ξενοκλέης — ποιεῖ	= ὁ δ' αὖ ζενοκλῆς — ποεῖ.
V. 170. ποιεῖ	= ποεῖ.
V. 171. ΑΓ. Ἅπασ' ἀνάγκη	= ἅπας. ΑΓ. Ἀνάγκη ταῦτα.
V. 173. βαΰζων	= βαΰξων.
V. 174. ποιεῖν	= ποεῖν.
V. 178. οἷος τε	= οἷον τε.
V. 179. καινῇ	= κοινῇ.
V. 184. πᾶσ'	= πᾶσα.
V. 185. δοκεῖν	= δοκῶν.
V. 189. γιγνώσκ.	= γινώσκομαι.
V. 196. καὶ γὰρ ἂν	= καὶ γὰρ μαινοίμ.
V. 198. τεχνάσμασιν	= στενασμασιν.

Brunck.	Ed. Junt.
V. 206. *βινεῖσθαι*	= *κινεῖσθαι.*
V. 209. *ὦ τρισκακοδαίμων*	= *ὦ τρισκακοδαίμον.*
V. 211. *ποιήσω*	= *ποήσω.*
V. 217. *γ' ἐμαυτὸν*	= *γ' αὐτὸν.*
V. 219. *χρῆσόν γε νῦν*	= *χρηστόν τι νῦν.*
V. 223. *ἀτταταί, ἀτατταταί.*	= *ἄττατα. ἄτταται.*
V. 225. *Δήμητρά γ'*	= *Δήμητρα.*
V. 228. *μέλει*	= *μήλει.*
V. 240. *μελήσει*	= *μελίσει.*
V. 242. *τόν γε πρωκτὸν*	= *ἀντιλαβέσθαι πρωκτὸν τῆς φλ.*
V. 246. *γεγένημαι*	= *γεγέννημαι.*
V. 248. *οἰμώξετ' ἄρ' εἴ τις τὸν*	= *οἰμώξετ' ἄρ', εἰ τὸν ἐμὸν*
V. 250. *τουτοῖ*	= *τουτωῖ.*
V. 251. *ταῦτά γ'*	= *ταῦτ' ἄγ'.*
V. 255. *στρύφιον*	= *στρόφεον.*
V. 258. *κεφαλή*	= *κεφαλῇ.*
V. 260. *ἆρ' ἁρμόσει*	= *ἦρ' ἁρμόσῃ μοι.*
V. 261. *λάβ'*	= *λάμβαν'.*
V. 263. *ἆρ'*	= *ἄρ'.*
γοῦν	= *χάλαρά γ' οὐ χαίρ.*
V. 264. *γίγνωσκ'*	= *γίνωσκ'.*
V. 265. tribuitur Mnesilocho, et scribitur *εἰσ κυκλησάτω.*	
V. 267. *τόγ' εἶδος*	= *τόδ' εἶδος.*
V. 273. Euripidi etiam tribuitur, et *ὑποκράτους* scribitur.	
V. 276. *οὐκ ὀμώμ.*	= *οὐχ ὀμώμοκ'.*
ὀλολύζουσι γυναῖκες	= *ὀλολόζουσί τε. ἱερ.*
V. 282. *δέξασθε*	= *δέξασθαι.*
V. 283. *καὶ πάλιν οἴκ.*	= *πάλιν οἴκαδε.*
V. 284. *κἄτ' ἔξελε*	= *κατ' ἔξελε.*
V. 287. *Περσέφατια*	= *Φερσέφαττα.*
V. 289. *καὶ τὸν θυγατέρος*	= *καὶ τὴν θυγατέρα.*
V. 290. *ἄλλως τ' ἠλιθίου κἀβελ.*	= *ἄλλως τῇ λιθι οὐκ ἀβ.*
V. 291. *φάλητα*	= *θάληκον.*
V. 293. *ἐκποδών*	= *ἐκποδῶν.*
V. 303. *ποιῆσαι*	= *ποῆσαι.*
V. 306. *τήν τ' ἀγορεύ.*	= *τὴν ἀγορ.*
V. 312. *εὐχόμεσθα*	= *δεχόμεσθα.*
V. 316. *ὅς ἔχεις*	= *ὡς ἔχεις.*
V. 317. *παγκρατὲς*	= *πάγκρατε.*
V. 322. *πόσειδον*	= *πόσειδων.*
V. 325. *εἰνάλιοι*	= *ἐναλίου.*
V. 227. *ἠχήσειεν*	= *ἰσχήσειεν.*
V. 329. *ἐκκλησιάσαιμεν*	= *ἐκκλησιάσαι μὲν.*
V. 334. *τοῖς τ' ἄλλοις*	= *καὶ τοῖς ἄλλοις.*
V. 337. *Εὐριπίδῃ Μήδοις τ' ἐπὶ*	= *Εὐριπίδῃ μήδοις ἐπί.*

ΧΟΡΟΣ.

ξυνευχόμεσθα τέλεα μὲν
πόλει, τέλεά τε δήμῳ,
τάδ' εὔγματ' αὖ γενέσθαι·

Brunck.	Ed. Junt.
V. 340. κατεῖπέ τις	= κατεῖπέν τις.
V. 375. ποιεῖν	= ποεῖν.
V. 383. ποιουσ'	= ποοῦσ'.
V. 418. ἃ δ' ἦν	= ἄδην.

V. 352. Ξυνευχόμεσθα] Legebatur ξυνευχόμεθα, quod Hotibius aliique correxerunt. Versus est dimeter jambicus.

V. 353. τέλεά τε] Sic Juntina (vel potius τέλεα τὲ) cod. Rav. apud Invernizium (nam Bekkerus absurde tum in textu dedit τέλεα δὲ tum in notis „δὲ R." Voluit scilicet ac debuit „τὲ R."). Editio Kusteri τέλεά τε, Brunckii autem τέλεα δέ, qui quum taceat satisque de Rav. et Juntina constet, opinionem suam, non codicem sequi censendus est. Brunckio obtemperarunt Dindorfius et Bothius, codicibus ego. Quum enim saepissime in Atticis etiam μὲν — τὲ (non solum δὲ) sibi respondeant, tum id in ejusdem verbi repetitione, ut hic τέλεα μὲν — τέλεά τε offendere neminem potest, ideo quod tum simpliciter eadem notio (rata urbi, rataque populo) iteratur sine ulla oppositione. Dindorfius vero ad Pac. v. 163 ed. Teubn. legem tulit permiram, quod μὲν particulae saepe respondeat τέ, id ab iis locis, ubi eadem vox repetatur, alienum ratus: quod quidem contra est planissime. In Pace autem l. l. Ravennas, fortassis etiam Venetus tenent,

ἀπὸ μὲν κάκκης τὴν ῥῖν' ἀπέχων,
ἀπό θ' ἡμερινῶν —,

et in Lysistrata v. 263 libri omnes tuentur,

κατὰ μὲν ἅγιον ἔχειν βρέτας,
κατά τ' ἀκρόπολιν ἐμὰν λαβεῖν.

Talia ob regulam nescio quam corrumpere non est sapientis. Quin tu confers Lysistr. 324, 325

ὑπό τε νόμιων ἀργαλέων,
ὑπό τε γερόντων ὀλέθρων.

V. 354. Legebatur τάδ' εὔγματα γενέσθαι, quae depravata esse metrum clamat monente Hermanno. Vir egregius hunc versum incertae esse emendationis putat. Soloece Hotibius τάδ' εὔγματ' ἂν γενέσθαι, G. Burgessius vero optionem facit legendi ἂν γενέσθαι vel ἐπιγενέσθαι. Edidi, quod simplicissimum videbatur, τάδ' εὔγματ' αὖ γενέσθαι, has preces nunc iterum fieri; neque enim primum Chorus, sed jam secundum precatur post v. 313 sqq. Altius petitum videbatur ἐκγενέσθαι.

τὰ δ' ἄρισθ' ὅσαις προσήκει 355
νικᾶν λεγούσαις· ὁπόσαι δ'
ἐξαπατῶσιν παραβαίνουσί τε τοὺς
ὅρκους τοὺς νενομισμένους,

V. 355. 356. Nihil video difficultatis, modo haec teneamus, primum ὅσαις et ὁπόσαι δ' bonas malasque feminas inter se opponi, tum esse hic attractionem λεγούσαις pro λεγούσας, a proximo illam dativo ὅσαις derivandam, denique vocibus ὅσαις προσήκει notissimam illam formulam praeconis οἷς ἔξεστιν adumbrari, quae sexcenties in oratoribus legitur, ut apud Aeschinem in Timarch. 24, 1. ἐπειδὰν δὲ οὗτοι πάντες εἴπωσι, τότ' ἤδη κελεύει λέγειν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον, οἷς ἔξεστιν. Quocirca hoc dicunt, *optamusque, ut omnes, quibus licet suadere, optima suadentes vincant.* Bene haec expedivit schol Rav. ὅσαις δὲ προσήκει τὰ ἄριστα λέγειν, ταύτας νικᾶν λεγούσας, nisi quod debebat προσήκει λέγειν et τὰ ἄριστα λεγούσας. Sed λεγούσας pro λεγούσαις scholiastam legisse, minime certum, ac potius improbabile est. Omnino nihil variant libri, praeterquam Juntina ὅσαι πρ., sed dativum Aug. et Rav. satis tuentur. Verum hic interpretum oculis caligo quaedam offusa est. Scaligerus legebat ὅσα contra metrum, Hotibius conjiciebat λεγούσας, et Bothius explebat ὅσαις προσήκει (τὸ νικᾶν) male utrumque; improspere Kusterus, illarum autem, quae optima suadent, sententiam vincere decet; mirifice Brunckius, *utque suffragiis omnibus vincant, uti par est, quae optima suaserint*, deceptus locutione πάσαις νικᾶν (sc. ψήφοις) visusque sibi cernere λεγούσας; postremo Vossium,

Und die heißen den Fraun, die billig
Obsiegen redend.

hic ne intelligo quidem.

V. 356 — 358. Metra valde pervertit Brunckius

ἐξαπατῶσι, παραβαίνου-
σί τε τοὺς ὅρκους
τοὺς νενομισμένους.

Optime vidit Hermannus, inde a v. ὅρκους incipere versus glyconeos, et ita distinxit,

ἐξαπατῶσιν, παραβαί-
νουσίν τε τοὺς
ὅρκους τοὺς νενομισμένους.

Hujus exemplum ita sum imitatus, ut tamen choriambos uno versu comprehenderem, ἐξαπατῶσιν παραβαίνουσί τε τοὺς, quod fecerat jam Dindorfius in ed. postrema.

V. 359 — 366. Octo versus glyconei ordine continuo locantur, una omnes metri forma, tanquam aliquo signo impressi, hac videlicet,

– ⏑ – | – ⏑ ⏑ – | ⏑ –

Hoc etiam atque etiam animadverti debet; permagnum enim in emen-

κερδῶν οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ,
ἢ ψηφίσματα καὶ νόμον
ζητοῦσ' ἀντιμεθιστάναι,
τἀπόῤῥητά τε τοῖσιν ἐ-
χθροῖς τοῖς ἡμετέροις λέγουσ'
ἢ Μήδους ἐπάγουσι τῆς
ὥρας οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ,

dando facit momentum. Constat, orationes praeconis aequabiliter fluere sine ulla varietate aut flexu: atqui etiam h. l. praeconis, ut sic dixerim, exemplo singulae deinceps enumerantur, quarum ut exsecratio et turpitudo causae, ita metri quoque species communis esse debet.

V. 359. *οὕνεκ'*] Libri *ἕνεκ'* contra metrum, et sic edd. Kusteri et Brunckii. *Εἵνεκ'* vel *οὕνεκ'* suffecit Bentlejus, allato versu 365. *Οὕνεκ'* jam ediderunt Dindorfius et Bothius.

V. 362. 363. Vulgo, sive dicam edd. Kusteri ac Brunckii metro debilitato, grammatica etiam invita,

τοῖσιν ἐ-
χθροῖς ἡμετέροις λέγουσιν.

Ravennas tamen certo legit,

τοῖσιν ἐχ-
θροῖς τοῖς ἡμετέροις λέγουσιν,

tam argutum est Bekkeri et Invernizii silentium. Suidas in *ἀπόῤῥητα* legit, — *τοῖσιν ἐχθροῖσι* (sic edd. Med. et Kuster. *ἐχθροῖσιν* cod. Ox.) *τοῖς ἡμετέροισι λέγουσιν.* Melius Bentlejo et Hermanno res successit, quam Porsono: illi enim scripserunt

ἐ-
χθροῖς τοῖς ἡμετέροις λέγουσ',

hic vero

ἐ-
χθροῖσιν ἡμετέροις λέγουσ',

in quo etiamsi articulus abesse posset, tamen pes trochaeus loco spondei resideret. Sed Hermannum merito Dindorfius Bothiusque imitati sunt.

V. 364. 365. *τῆς*
ὥρας οὕνεκ']

Scribebatur *τῆς χώρας οὕνεκ'*, quod est absonum. Commode mihi videor *τῆς ὥρας οὕνεκ'*, sive quis maluerit *τῆς γ' ὥρας οὕνεκ'* emendasse. Exsecrationem praeconis vel etiam sacerdotum his verbis enuntiari solitam credibile est, *ἢ εἴ τις Μήδους ἐπάγει τῆς τυραννίδος ἕνεκα ἐπὶ βλάβῃ τῆς πόλεως.* Id quoniam viris unice convenit, et a matronis alienissimum est, alios plane Medos detestantur mulieres: *aut quae Medos adducunt, ut florem pudicitiamque deli-*

ἀσεβοῦσ', ἀδικοῦσί τε τὴν πόλιν. ἀλλ'
ὦ παγκρατὲς Ζεῦ, ταῦτα κυρώσειας, ὥσθ'

---

bent, cum ignominia nostra. Nempe Medi, quos abominantur, sunt Mnesilochi Clodiive, qui pulchritudine alicujus feminae capti muliebri vestitu praeter jus fasque in Thesmophorium irrepserint. Neque ista oratio errat aut latius, quam poscit causa, vagatur, sed praesenti tum Mnesilocho adcommodata est, quem his auditis pertimuisse non sine risu spectatorum et corpore toto contremuisse arbitramur. Certum scio, in levi Atheniensium populo id saepius usu venisse, ut vir libidinosus habitu mulieris Thesmophorium adiret: tametsi ea res haudquaquam efficitur e Lysia Pro Caed. Eratosth. 20, 5 B — *καὶ ὡς Θεσμοφορίοις ἐμοῦ ἐν ἀγορᾷ ὄντος ᾤχετο εἰς τὸ ἱερὸν μετὰ τῆς μητρὸς τῆς ἐκείνου·* ubi mulier ista est loco subjecti, minime vero Eratosthenes. De reliquis conjecturis una tantum metro congruit, Hermanni,

ἢ Μήδους ἐπάγουσι τῆς
ἔχθρας οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ,

neque sententiam reprehendo, veruntamen ea mihi justo audacior videtur. Ingeniose etiam Reiskius,

ἢ Μήδους ἐπάγουσι χώρας [imo *χώρᾳ*]
κερδῶν οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ

Ita bis hic et v. 360, non semel notabitur *δωροδοκία* sive *αἰσχροκερδία* Atheniensium, quae iis sane millies objecta est. Sed ut de metro taceam pessumdato, genere toto audaciter haec mutavit Reiskius. Pessime vero Brunckius versum effecit dimetrum iamb. brachycatal. *χώρας ἐπὶ βλάβῃ*, deleto *οὕνεκ'*, quod e v. 360 dicit petitum, sic verba componens, *Μήδους ἐπάγουσιν ἐπὶ βλάβῃ τῆς χώρας.* Metrum is quoque evertit: enimvero *ἐπὶ βλάβῃ τῆς χώρας* locustae veniunt agris infestae, non hostes et perduelles, minimeque Persae servitutis jugum imposituri. Denique e schol. Rav. *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν πολεμίους εἶπε Μήδους. κατ' ἐξοχὴν δὲ εἴρηται, ὥσπερ καὶ παρ' Ὁμήρῳ κτλ.* nihil utilitatis redundat.

V. 366. 367.

ἀσεβοῦσ' ἀδικοῦσί τε τὴν πόλιν. ἀλλ'
ὦ παγκρατὲς Ζεῦ, ταῦτα κυρώσειας, ὥσθ'

Ita hos versus ordinavi, quorum prior anapaestus est dimeter, posterior Chori senarius. Is ubique et in comoedia et in tragicis a vulgari trimetro discrepat plurimum, ut hoc ipso in loco, ubi ex Epitritis constat tertiis. Ceterum jam ante nos Hotibius priorem versum recte constituit, Bothius adeo utrumque. Deinde in libris exstat *ἀσεβοῦσιν, ἀδικοῦσίν τε* —. Postremo male Reisigius Conj. p. 191 „Thesmophoriazusis v. 367., intercidit *θεοὺς* post *ἀσεβοῦσιν.*“ At praeterquam quod isto modo metrum perditur; Graeci lubentius dicunt *εὐσεβεῖν, ἀσεβεῖν εἰς* (*περὶ*) *θεούς*, quam *θεοὺς* simplici accusa-

ἡμῖν θεοὺς παραστατεῖν,
καίπερ γυναιξὶν οὔσαις.

ΚΗΡΥΞ.

ἄκουε πᾶς. ἔδοξε τῇ Βουλῇ τάδε 370

---

tivo. Quis autem et quo nomine hanc vituperet orationem, *impie agunt, injuriaque civitatem afficiunt?*

V. 367 sqq. Verba *ὥσθ' ἡμῖν — οὔσαις* tanquam e Pluto Comici affert Suidas s. *παραστάται*, ubi *θεοὺς συμπαραστατεῖν* libri praebent vulgati, at Cod. Oxon. *θεοὺς παραστατεῖν*. Et praecedit *καὶ παραστατεῖν τὸ συμμαχεῖν* tumque statim hic ipse locus subsequitur.

V. 370 sqq. Quemadmodum Romae diu comitia centuriata non prius haberi poterant, nisi Patres ante auctores facti essent (Senatus auctoritas), sic etiam Athenis in concionibus *Προβούλευμα* a praecone legi solebat, quo ipso tanquam solemni initio, sacris rite peractis fusisque precibus comitia auspicabantur. Comparant antiquarii, ut Schoemannus De Comit. p. 99. Demosth. De Fals. Leg. 34, 1 et 35, 1 *ἡ μὲν τοίνυν βουλὴ ταῦτα προβεβουλεύκει, τῆς δ' ἐκκλησίας γιγνομένης — πρὸς δὲ τούτοις τοῖτο μὲν οὐδεὶς ἀνέγνω τῷ δήμῳ τὸ προβούλευμα, οὐδ' ἤκουσεν ὁ δῆμος, ἀναστὰς οὗτος ἐδημηγόρει —*. Agebat igitur tum quidem decretum senatus de poena, quam Euripides, pernicies ista mulierum, commeruisse videretur. Sed initio hujus ipsius Senatusconsulti mira intercedit similitudo cum forma plebiscitorum, qualis fuit ante Euclidem archontem. Incipiunt autem ea hoc modo: *Ita placuit Senatui et populo*, tum ordine sequuntur tribus, scriba, epistata, rogationis auctor. Integra exempla illius formulae ac temporis pauca tantum supersunt, nec plura, ut opinor, quam haec: Thucyd. IV, 118. *ἔδοξε τῷ Δήμῳ. Ἀκαμαντὶς ἐπρυτάνευε, Φαίνιππος ἐγραμμάτευε, Νικιάδης ἐπεστάτει. Λάχης εἶπε, — ποιεῖσθαι —*. Andocid. de Myster. 96, 2 B. *ΝΟΜΟΣ. ἔδοξε τῇ Βουλῇ, καὶ τῷ Δήμῳ. Αἰαντὶς ἐπρυτάνευε, Κλεογένης ἐγραμμάτευε, Βοηθὸς ἐπεστάτει. τάδε Δημόφαντος συνέγραψεν.* Inscriptio ap. Boeckh. ad Oeconom. Athenn. T. II Tabula II N. III *ἔδοξεν τῇ Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ· Κεκροπὶς ἐπρυτάνευε, Μνησίθεος ἐγραμμάτευε, Εὐπείθης ἐπεστάτει, Καλλίας εἶπε ἀποδοῦναι —*. Exemplum a Luciano fictum Deor. Concil. c. 14 *Ψήφισμα. ἀγαθῇ τύχῃ· Ἐκκλησίας ἐννόμου ἀγομένης, ἑβδόμῃ ἱσταμένου, ὁ Ζεὺς ἐπρυτάνευε, καὶ προήδρευε Ποσειδῶν, ἐπεστάτει Ἀπόλλων, ἐγραμμάτευε Μῶμος Νυκτὸς, καὶ ὁ Ὕπνος τὴν γνώμην εἶπεν.* Adde SCtum in Plutarch. Vitt. X Oratt. in Antiphonte T. II p. 833 *ἔδοξε τῇ Βουλῇ, μιᾷ καὶ εἰκοστῇ τῆς Πρυτανείας, Δημόνικος Ἀλωπεκῆθεν ἐγραμμάτευε, Φιλόστρατος Παλληνεὺς ἐπεστάτει, Ἄνδρων εἶπεν —*. Et haec quidem plena est forma, quae alibi contrahitur, (*ἔδοξε τῷ δήμῳ*) *Τισαμενὸς*

τῇ τῶν γυναικῶν· Τιμόκλει ἐπεστάτει·
Λύσιλλ' ἐγραμμάτευεν· εἶπε Σωστράτη·

εἶπε, vel *Πατροκλείδης εἶπε*. V. Schoemannum De Comit. p. 131 sq. Sed in SCto sive Probuleumate apud Aristophanem primum deest nomen tribus, cujus tum prytania fuerit, deinde *ἐπεστάτει* positum est ante *ἐγραμμάτευεν*, ut in Luciano; caetera enim populiscita alterum habent ordinem *ἐγραμμάτευεν — ἐπεστάτει*. Praepostere autem Kusterus in Comico nos observare jubet formulam certam, quae decretis publicis apud Athenienses praemitti soleat. Nam in principio comitiorum SCtum recitatum est, at plebiscitum legi non poterat, nisi concione jam ad finem perducta. Ridicule vero Suidas, quem nuper compertum est has nugas e Schol. Rav. hausisse, *Ἐπιστάτις: θηλυκῶς. ἀρχή τις, ἥτις ἀνισταμένη συμβουλεύει περὶ πολέμου ἢ εἰρήνης, ἢ ἄλλου τινός*. Tum subjungit hunc locum, in eoque legit *ἐπιστάσει* (vel *ἐπιστάτει*) et *ἐπεγραμμάτευε*. Et *ἐπιστατεῖ* hic invenerat Schol. Rav.; dicit enim, *ἐπιστάτις ἐστὶν ἡ Τιμόκλεια*. Atque illae quidem formulae psephismatum, quas supra dixi, notae sunt partim ac saepe decantatae: illud nemo ne suspicari quidem ausus est, quod satis certum puto, tres hic semiviros Timoclem, Lysiclem, Sostratum tecte irrideri. Hoc in communi omnium causa credi nobis debebit de Timocle, si de Lysicle Sostratoque demonstratum fuerit. Permirum est igitur, plane ut hic factum videmus, Sostratam et Lysillam etiam in Nubibus conjungi v. 674 et 680, scilicet in ejusmodi loco, in quo effeminati homines commodissime poterant illudi. In priore loco reperimus *τὴν Σωστράτην*, in altero Lysilla femina agmen ducit, in medio interponitur *Κλεωνύμη*, v. 676, notissimus iste Cleonymus, quem cinaedum vocat scholiasta. Tum diserte prodidit scholiasta ad Nub. v. 674 *τὴν Σωστράτην*] *πάλιν ἐνταῦθα ὁ ποιητὴς σκώπτει τὸν Σώστρατον, Σωστράτην εἰπών, διότι λίαν ἀσελγὴς ἦν καὶ θηλυδρίας*. Vel ex his concludat vir illa nobili audacia, quam laudo, non hac vulgari praeditus, muliebria passos videri hosce tresviros. Sed accedit, quod Lysicles, homo turpis, de quo ad Babylonios p. 38 sqq. expositum est, certe fuit pathicus ac palam cum meretricibus copulatur Eqq. 762 *βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα καὶ Κύνναν καὶ Σαλαβακχώ*. Denique in consilium adhibeamus v. 432 *τὰ δ' ἄλλα μετὰ τῆς γραμματέως συγγράψομαι*. Certum est mulieri, Euripidem ocius de medio tollendum esse; verum quomodo clam interfici eum oporteat, de eo post in tabulas referet cum scriba. Atqui nemo alius tum scriba erat, nisi Lysicles, *Λύσιλλ' ἐγραμμάτευεν*, nequissimus homo, qui jam antea, si Aristophani fidem habemus ingeniose et paene divinitus ludenti, sicas, venena omnesque vias mortis in aliis erat expertus. Ceterum *Σώστρατος* aliquis commemoratur a Lysia Pro Caed. Eratosth. p. 22, 4 B., tametsi *Σωστράτη* omnino fuit nomen muliebre, ut in Ecclesiaz. v. 41.

ἐκκλησίαν ποιεῖν ἔωθεν τῇ μέσῃ
τῶν Θεσμοφορίων, ᾗ μάλισθ' ἡμῖν σχολή·
καὶ χρηματίζειν πρῶτα περὶ Εὐριπίδου,
ὅ τι χρὴ παθεῖν ἐκεῖνον. ἀδικεῖν γὰρ δοκεῖ
ἡμῖν ἁπάσαις. τίς ἀγορεύειν βούλεται;

ΓΥΝΗ.

ἐγώ.

ΚΗΡΥΞ.

περίθου νῦν τόνδε πρῶτον, πρὶν λέγειν.

V. 374.

τῇ μέσῃ
τῶν Θεσμοφορίων]

Vide, quae supra diximus ad v. 80.

Ibidem. ᾗ μάλισθ' ἡμῖν σχολή] Ita codices Augustanus et Ravennas. Juntina, ἦν ἅλισθ' ἡμιν σχολή. Batavae minores, ἦν ἅλις ἐσθ' ἡμῖν σχολῆς. Kusterus ἦν ἅλις ἐσθ' ἡμῖν σχολή. Dawesius conjecit, εἴ γ' ἅλις ἐσθ' ἡμῖν σχολῆς, pejus etiam Bentlejus, ἦν ἁλισθῶμεν σχολῇ. Tandem Brunckius, quem in censura Porsonus merito laudavit, restitui jussit librorum scripturam ᾗ μάλισθ' ἡμῖν σχολή, et illud adjunxit, etiamsi in soloecismis ἦν — ἐστὶ et ἅλις — σχολή conniveas, prorsus tamen absurde dici, *si nobis satis erit otii*; fuisse enim otium, neque id ullo modo ignorasse praeconem. Nec dubito, quin ᾗ μάλισθ' ἡμῖν σχολή, ob oculos habuerit Schol. Rav., quum ita scriberet, ἐν γὰρ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις περὶ τὰς θυσίας γίνονται.

V. 377. τίς ἀγορεύειν βούλεται;] „Vocem τίς ἀγορεύειν βούλεται; Lucianus in Jove Tragoedo c. 18 et Deor. Concil. c. 1 non hausit potissimum ex Arist. Ecclesiaz. v. 130, Acharn. v. 45, Thesmophor. v. 379, Aeschin. adv. Ctesiph. 4, 4. Bekk. al., sed praeconis formulam usu receptam et sancitam mutare noluit." Haec olim scripsi, quum peradolescentulus Quaestiones ederem Lucianeas p. 75.

V. 378. τόνδε] Formulam τίς ἀγορεύειν βούλεται; singulae orationes proxime insequebantur. Coronatos autem in comitiis dixisse oratores, omnes habent perspectum. Eadem ellipsis obtinet in Eccles. v. 171

αὐτὴ γὰρ ὑμῶν ἕνεκά μοι λέξειν δοκῶ
τονδὶ λαβοῦσα.

Cf. ibid. v. 131

τίς ἀγορεύειν βούλεται;
Γυ. ἐγώ. Πρα. περίθου δὴ τὸν στέφανον τύχᾳ γαθῇ.

Ibid. πρῶτον] Non reponam hic, quae olim scripsi in Commentariis ad Nubes v. 503. In ejusmodi locis paene constanter librarii substituunt πρότερον, quomodo hunc Comici locum Suidas affert

ΧΟΡΟΣ.

σίγα, σιώπα, πρόσεχε τὸν νοῦν· χρέμπτεται γὰρ ἤδη,
ὅπερ ποιοῦσ' οἱ ῥήτορες. μακρὰν ἔοικε λέξειν.

ΓΥΝΗ Α.

φιλοτιμίᾳ μὲν οὐδεμιᾷ, μὰ τὼ θεώ,
λέξουσ' ἀνέστην, ὦ γυναῖκες. ἀλλὰ γὰρ
βαρέως φέρω τάλαινα, πολὺν ἤδη χρόνον
προπηλακιζομένας ὁρῶσ' ὑμᾶς ὑπὸ —
Εὐριπίδου, τοῦ τῆς λαχανοπωλητρίας,

---

in *περίθον*. Male enim, monente etiam Porsono, istam Suidae glossam ad Ecclesiaz. v. 131 Portus Kusterusque retulerunt, de quo nunc omnem dubitationem evellit Schol. Rav. cum Suida consentiens.

V. 379. 380. Hos duo versus, adhuc praeconi continuatos, ego primum Choro, cui debentur, restitui. Qui enim convenit, praeconem a senariis ad tetrametros subito transilire? Et quis nescit, Chorum, neque vero praeconem, in dramatis et indicere orationes mox habendas, et habitas modo dijudicare? Scribae vero formula illa, *σίγα σιώπα*, quae alibi praeconis est, facile commoveri poterant, ut Chori personam falso exstinguerent.

V. 381. Utrum cum Brunckio praefigamus *ΓΥΝΗ Α*, an cum libro Rav. *γυνή τις*, haud sane refert. Sed apposite hic perscriptum est in Schol. Rav. *καλλιλεξία*. Nam ne virum quidem oratorem haec dedecet captatio benevolentiae: „Nulla me ambitio temere eo abripuit, ut ad dicendum surgerem, mulieres.“

V. 383. Comma posui post *τάλαινα* cum Kustero. Falso *πολὺν ἤδη χρόνον* ad v. *φέρω* retulerunt Brunckius, Vossius, Bothius, quum neque ad sensum, neque ad caesuram attendissent.

V. 384.

ὑπὸ —
Εὐριπίδου]

Jam alibi diximus, insigni arte et judicio praeclaro Comicum voculam *ὑπὸ* ad finem versus rejectam intervallo quodam a v. *Εὐριπίδου* diremisse, ut suspenderet exspectationem moxque frustraretur commotam, similiter atque in Avibus v. 95.

ΕΠ. τίνες εἰσί μ' οἱ ζητοῦντες;
ΕΥ. οἱ δώδεκα θεοὶ —
εἴξασιν ἐπιτρῖψαί σε.

Hoc artificium ad genus Euripidis valet extenuandum: totum genus mulierum, inquit, jam diu conculcatur ab (quis potest credere?) ab Euripide, sordida matre nato. In hoc exprimendo unus rem acu tetigit Vossius.

V. 385. *τοῦ τῆς λαχανοπωλητρίας*] Saepe miratus sum Philochori judicium et confidentiam ap. Suid. s. *Εὐριπίδης*. — *οὐκ ἀλη-*

καὶ πολλὰ καὶ παντοῖ' ἀκουούσας κακά.
τί γὰρ οὗτος ἡμᾶς οὐκ ἐπισμῇ τῶν κακῶν;

θὲς δέ, ὡς λαχανόπωλις ἦν ἡ μήτηρ αὐτοῦ. καὶ γὰρ τῶν σφόδρα εὐγενῶν ἐτύγχανεν, ὡς ἀποδείκνυσι Φιλόχορος. Num igitur tot in locis mentiri potuit Aristophanes, hic, infra v. 456 et v. 910, Acharn. 453, Eqq. 19. ? Ac mittimus Aristophanem, qui tamen vel unus rem conficit, Theopompus etiam ac Plinius, Comico adsensi, matrem Euripidis non quaevis olera, sed agrestia vendentem fecerunt, ille apud A. Gellium N. A. XV; 20 init., hic autem in Nat. Hist. XXII, 38 „Haec est, quam Aristophanes Euripidi poëtae objicit jocularitер, matrem ejus ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem.“ Plinii locus nondum, quo debet, relatus est; pertinet autem ad Acharn. 453 σκάνδικά μοι δὸς, μητρόθεν δεδεγμένος. Ad horum auctoritatem praeterea accedit Valerius Maximus L. III. c. 4. „Quam matrem Euripides aut quem patrem Demosthenes habuerit, ipsorum quoque saeculo ignotum fuit, alterius autem matrem olera, alterius patrem cultellos venditasse omnium paene doctorum literae loquuntur. Sed quid aut illius tragica, aut hujus oratoria vi clarius?“ At, inquit, quomodo tandem ortum est istud Philochori commentum? Nihil in ea causa nos juvabit Schol. Rav. ad v. 910 — ὅτι Εὐριπίδης λαχανοπώλιδος Κλειτοῖς υἱωνὸς ἦν δηλονότι, quippe qui temere υἱωνὸς scripserit pro υἱός, errore haud dubio, et ipse ad v. 1 saniora docuerit. Fieri tamen potest, ut Philochorus id tantum prodiderit, quod minime negamus, matrem Euripidis parentesve honesto loco natos, sed temporum injuria ad inopiam redactos esse. Enimvero tum Suidas Philochori sententiam parum intellexit.

V. 387. ἐπισμῇ] Interpretes falluntur. Etenim si modo illud memineris, quod praecessit v. 387., porro autem scias, quam vim habuerit plebejum verbum ἐπισμῆν (significat autem sordes alicui allinere), denique noveris λάχανα κνηστὰ Graecorum: temporis punctum non dubitabis, quin invidiosa mulier ad Clito, matrem Euripidis, τὴν λαχανοπωλήτριαν alludat atque hoc senserit, τί γὰρ οὐ τῶν κακῶν, ὥσπερ τὸν τῶν λαχάνων ῥύπον, οὗτος ἡμᾶς ἐπισμῇ; welche ſchmutzige Nachreden ſchmiert der uns nicht an? Comparetur primum hoc Pollucis VII, 196 — λαχανοπῶλαι — τυροπῶλαι. ἔθος ἦν ἐπερωτῶν, πότερα κνῆν ἢ ἐπεσθίειν; Quod non magis ad venditores caseorum referri debet, quam ad olitores, uti vere censuit Jungermannus. Tabernariam locutionem, quae ad olera, vel ad olivas potius spectat, deprehendisse mihi videor in alio loco ap. Athen. IX, 373, a. — ταῖς κολοκύνταις καὶ ἄλλοις κνιστοῖς λαχάνοις· — οὕτως δ' εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Δηλίᾳ (?) τὰ συγκοπτὰ λάχανα „κνίστ' ἢ στέμφυλα“; appono enim signum interrogationis. Jam alii scribunt κνιστὰ λάχανα, ut Athenaeus l. l., Pollux VI, 62 et Hesychius in voce; alii κνηστά, ut Photius p. 173, 14 a man. sec.,

ποῦ δ' οὐχὶ διαβέβληχ'; ὅπου περ ἔμβραχυ
εἰσὶν θεαταὶ, καὶ τραγῳδοὶ, καὶ χοροὶ,

---

et Eustathius p. 872, 9; haud magni interest, utro modo scribamus, doctior lectio est *κνηστά*, at *κνιστὰ* testatior. Grammaticos Alexandrinos verbum *ἐπισμῇ* mire exercuit. Nam Schol. Rav., quem Suidas in voce partim descripsit, duas proponit explicationes, alteram auctoris incerti. Is conviciandi verbum esse putat metaphoricum, ducta similitudine a vehemente impetu, quo nonnullae res terantur: nec male contulisset dictiones *πλύνειν*, *πλυνὸν ποιεῖν*, de qua v. intpp. ad Acharn. 389. Sed tametsi commode exponit, *ἐπιχρίει*, *ἐπιξύει*, *τὸν ῥύπον ἐπιξύει*, *ἐπιτρίβει*, minime tamen vidit, quo haec omnis spectet comparatio; id enimvero hic praecipuum est. Aliter visum Diodoro, qui hic non metaphoricum verbum, sed obsoletum et perantiquum quaesivit, neque id designare *ἐπιτρίβειν*, sed *τύπτειν* vel *σκώπτειν*: verum ista opinio et falsa est et toto genere absona. Iidem scholiastae addunt, *καὶ παρὰ Κρατίνῳ ἐστὶν ἐν Κλεοβουλίναις τὸ ἐπισμῇ*. Credo, sed tamen haud magna vis est istius testimonii, ipsoque loco jam amisso incertum, quidnam voluerit Cratinus. Porro etiam Hesychii glossa in *Ἐπισμήχει* (sic) haud inepte visa est Heinsio ad nostrum locum pertinere. Interpretes, ut saepe faciunt in loco difficili haud ita multum tricantur. Brunckius tamen probat interpretationem *ἐπιτρίβει*, sed *ἡμῖν* quam *ἡμᾶς* scribere mavult e conjectura. Hanc quidem refutat versus, quo ipse utitur, Equit. 5 *πληγὰς ἀεὶ πρυστρίβεται τοὺς οἰκέτας*. Ita enim legunt, non *τοῖς οἰκέταις*, Ravennas ac Venetus; quanquam Invernizium et lemma schol. Rav. consulenti videbitur etiam haec lectio exstitisse, *πληγαῖς ἀ. π. τοὺς οἰκέτας*. Attamen Dativo favere videtur Aeschyl. Eumenid. v. 195

οὐ χρηστηρίοις
ἐν τοῖσδε πλησίοισι τρίβεσθαι μύσος.

V. 388. *διαβέβληχ'; — ἔμβραχυ*] Cod. Aug. et Juntina *ἐν βραχύ*, *ἐνβραχύ* Ravennas, qui in Vespis 1120 *ἐμβραχύ*. Suidas in *ἔμβραχυ* habet *διαβέβληται — ἔμβραχυ*, sed cod. Oxon. ex em. ej. m. *διαβέβληχ'* idemque *ἐμβραχύ*, sed in *οἰνοπίπας* habet *διαβέβληχ' — ἔμβραχυ*. In Aristophane edd. quaedam vel *ἐν βραχὺ* vel *ἐν βραχεῖ*. Denique *διαβέβληκεν — ἔμβραχυ* schol. Platon. p. 384 B.

V. 389. *εἰσὶν*] Scribendum puto *εἶεν* ut in re et praeterita et saepenumero repetita. Apud Suidam s. *οἰνοπίπας* edd. Med. et Kusteri exhibent, *οἷς θέα καὶ τραγῳδία καὶ χοροί* (*καὶ χορὸς* ed. Med.), liber autem Oxon. *οἰω^ν^σ θέα καὶ χός*, id quod proxime abest a Conjunctivo *ὦσιν*. Atque etiam Subjunctivus videtur defendi posse, quum antecedat notio Praesentis, sive tu vulgari ratione scribas *ὧσ' ἂν θεαταί*, sive partim cum Suida, partim cum libris *ὦσιν θεαταί*, de quo genere Hermannus disseruit in Opusc. T. IV. p. 113 sqq. cf. exempla Reisigii Conj. p. 65.

τὰς μοιχοτρόπους, τὰς ἀνδρεραστρίας καλῶν, 390

Ibid. *καὶ τραγῳδοὶ καὶ χοροί*] Scholiasta Platonis l. l. hinc affert *καὶ τραγῳδικοὶ χοροί*, quam lectionem temere probavit Blomfieldus in Praefat. ad Persas p. XVII. Nam et hoc dicere vult mulier: *ubi modo aliquod esset tragoediae simulacrum*, et omnium minime tragoedos Euripideos licebat praeterire, quippe qui longe vehementius, quam Chori ejus in muliebre genus invecti essent. Ceterum idem scholium, non aliud ab illo diversum protulerat Heinsius ad Hesychium T. I. p. 1191. In Aristophane *καὶ τραγῳδικοὶ χοροὶ* unus recepit Bothius.

V. 390. *τὰς μοιχοτρόπους*] Codices Aristophanis *τὰς μυχοτρόπους*, sive, ut liber Aug. *τὰς μϋχ.*, quod Brunckium commemorasse miror. Hanc scripturam retinuit Dindorfius, olim defenderant Bisetus hac explicatione *τὰς δυσγνώστους* et Kusterus alia consimili, minus accurata tamen, clandestinis moribus praeditas, subdolas, fallaces. Notum est omnino, mentem feminae, quamvis in majore linguae volubilitate, difficilius tamen perspici, quam virorum: quod vitium a Romanis altitudo animi vocatur. Sed haec reprehensio quum per se lenior videtur, quam pro asperitate Euripidis, tum a sensu insequentis verbi *τὰς ἀνδρεραστρίας* nimium longe remota est. Utrique incommodo medetur Suidae lectio s. *Οἰνοπίπας* et vulgo et in cod. Oxon. *τὰς μοιχοτρόπους*, quam Berglero, Brunckio, Bothio recte probatam suscepi. Hotibio gratiam facimus conjecturae *τὰς μοιχοτύπας*. Saepe vero Codices, ut mox infra v. 417, *μυχὸς* temere scribunt pro *μοιχός*, notante etiam Invernizio, cui magna pars libri Rav. alio dictante exarata videtur. Ceterum falleretur, qui singulas voces a tragoediae gravitate alienas in Euripide quaereret; cujus hic sententiae tantum, non verba retinentur.

Ibid. *τὰς ἀνδρεραστρίας*] Hujus scripturae nullum equidem novi satis certum auctorem praeter Eustathium p. 380, 16. *ἡ δὲ κωμῳδία τὴν τοιαύτην, ἀνδρεράστριαν σκώπτει* —. Cod. Rav. legit *ανδρεαστριας*, Juntina *ἀνδρεαστρίας*, de libro Aug. siletur, tum Suidas l. l., in Cod. Oxon. item *ἀνδρεαστρίας*, ed. Med. enim et Kusteri *ἀνδρεραστρίας*. In Phrynicho Bekkeri p. 21, 12. *Ἀνδρεράστρια γυνή: ἡ ἐπιμαινομένη ἀνδράσιν, ἢ ἐρῶσα ἄλλου καὶ ἄλλου.* Codex a p. m. exhibet *ἀνδρεραστια*, a secunda *ἀνδρεραστεια*. In Polluce III, 70 vulgo legitur, *καὶ γυναῖκας δὲ ἐραστρίας Εὔπολις εἴρηκε. καὶ ἀνδρεράστριαν Ἀριστοφάνης.* cui etsi subsidio venit vox Eupolidea, tamen ea conjectura est Jungermanni; libri enim *ἀνδρεραστίαν* (sic) tuentur. *Ἀνδρεραστρίας* hic defendit, sed imbecillis argumentis, Bastius ad Gregor. Corinth. p. 260. At vero *ἀνδρεραστρίας*, quod semel bisve corrumpi facile poterat, vix usquam locum suum tutari scivisse, usque eo miror, ut paene conjiciam *τὰς ἀνδρεράστιδας* atque hanc formam non equidem exemplis, sed analogiae ope excusem.

τὰς οἰνοπίπας, τὰς προδότιδας, τὰς λάλους,

Fieri tamen potest, ut Comicus destinato consilio hirriat ἀνδρεραστρίας, id quod Graeci dicunt ῥύζειν. Conferre licet illud Terenti Adelph. 5, 3, 42 *Vereri*, inter se amare: scire est liberum.

V. 391. τὰς οἰνοπίπας] Libri omnes τὰς οἰνοπότιδας, ut quidem suspicamur, ex Aristophanis grammatici interpolatione. Vetus lectio fuit τὰς οἰνοπίπας, quam Symmachus apud schol. Rav. et Suidam in voce his tanquam elementis πιπίζειν τὸν οἶνον constare putat. Huic alius grammaticus respondet, πιπίζειν apud Atticos non exsugendi vim habere, sed pipandi; rectius igitur οἰνοπίπας cum formis παρθενοπίπας, παιδοπίπας comparari et de iis exponi, quae vinum spectent. Pipire Aristophanes dixit πιππίζειν in Avibus v. 307, πιπίζω autem vel potius πιπίσκω non poto declarat, sed potum praebeo, nec quidquam tribuendum Glossae veteri, ἐκπιπίζει, exsugit. Quod autem addit, τὰ πλεῖστα (sc. ἀντίγραφα) οἰνοπίπους ἔχει, scripsit aut voluit scribere οἰνοπίπας, quemadmodum et in ipso praecedit οἰνοπίπης, et iterum iterumque Suidas ostendit. Offensio omnis in eo sita est, quod terminatio ista — οπῖναι alibi ad rem Veneream solet referri: tametsi hanc notionem ne ab hoc quidem l. abesse putaverim. Primum enim haec opprobria conjuncta sunt, τὰς μοιχοτρόπους, τὰς ἀνδρεραστρίας — τὰς οἰνοπίπας; deinde vero invidiae causa nomen οἰνοπῖναι eligitur, vel quia Bacchus plerumque Veneri comes adhaeret, vel quod mulieres ne possunt quidem esse γυναικοπῖναι, aut παρθενοπῖναι, aut παιδοπῖναι, sunt illae, quod unum possunt, οἰνοπῖναι, simili cuidam libidini deditae. Eodem modo composita sunt Homeri illud παρθενοπῖπα Il. XI, 385; tum etiam παιδοπίπης, πυροπίπης. Nam in Equitibus v. 405 γέροντα πυῤῥοπίπην cum γ. πυροπίπην commutandum est, ac certe πυροπίτην suppeditat Ravennas. Vox comica non solum senem puerorum amore perditum (παιδοπίπην) significat, sed etiam avarum frumenti dispensatorem. Is igitur laetitia exsultabit, ubi Cleon, multi cibi homo et plane vorax, e Prytaneo rursum ejectus fuerit. Juvat partem scholii, egregii illius, sed vulgo corrupti, hic emendatam ponere. Licet enim τοῦτον δὲ ὁ Κρατῖνος πυροπίπην (sic, recte) λέγει etiam e cod. Taurinensi afferat Peyronius ad Etym. M. p. 999, tamen ita loqui debuit scholiasta, παιδοπίπην δὲ τὸν παράγοντα καὶ παρακρουόμενον καὶ ἀναπείθοντα τὰ μειράκια, τοῦτον ὁ Κρατῖνος λέγει· [ὁ δὲ Ἀριστοφάνης] πυροπίπην, τουτέστι τὸν φύλακα τοῦ σίτου, ὡς εἰς τὸ πρυτανεῖον παρέχοντα ὄρτους. Praeter Cratinum παιδοπῖναι dixit Hermeas ap. Athen. XIII, 563, e et inde Eustathium p. 1448, 4. Nondum aperui, quidnam de hac duplici lectione οἰνοπίπας et οἰνοπότιδας viri docti judicaverint. Kusterus οἰνοπότιδας habet pro interpretatione et οἰνοπίπας probat; probat etiam Brunckius, sed in incerto relinquit, utrum ab exsugendo ductum sit οἰνοπίπης, an a circumspiciendo, cui opinioni favere locum Lysistr. 427

τὰς οὐδὲν ὑγιὲς, τὰς μέχ' ἀνδράσιν κακόν.
ὥστ' εὐθὺς εἰσιόντες ἀπὸ τῶν ἰκρίων

ποῖ δ' αὖ σὺ βλέπεις,
οὐδὲν ποιῶν, ἀλλ' ἢ καπηλεῖον σκοπῶν.

Sed illud concedi nequit, hoc aliter demonstratum oportebat. Bene tamen Brunckius vel H. Stephani dubitatione se commoveri negavit, qui in Thesauro p. 6643 ed. Lond. scripturam οἰνοπότιδας alteri longe praetulit idcirco, quoniam hujusmodi composita feminino genere a nullo usurpentur (quasi vero mulieres γυναικο — παρθενο — παιδο — πῖπαι esse omnino potuerint), vel etiam Eustathii silentio, cujus ne defensio quidem vulgatae momentum faceret. Bothius prudenter edidit τὰς οἰνοπίπας, Dindorfius autem in utraque editione τὰς οἰνοπότιδας retinuit.

V. 392. ἀνδράσιν] ανδράσι Ravennas.

V. 393. ὥστ'] Ita Juntina, codd. Aug. et Rav. Minor Batava, ed. Kusteri et aliae quaedam vitiose ὡς.

Ibid. ἀπὸ τῶν ἰκρίων] Paullo obscurior est theatri attici historia, ut initio a tabulatis facto pervenias ad theatrum Lycurgi. Atque hic quidem satis apparet, vetera ista tabulata justi theatri loco posita esse, sicuti hodie in tanta aedium magnificentia ita loqui non dubitamus „auf den Bretern auftreten, das Stück geht über die Bretter." Aliena videntur, quae Schol. Rav. (quocum Suidam confer sub Ἰκρία) de concionum sedibus admiscet, ὡς ἔτι ἰκρίων ὄντων ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπὶ ξύλων καθημένων. πρὶν γὰρ γένηται (recte Suidas γενέσθαι) τὸ θέατρον ξύλα ἐδέσμευον καὶ οὕτως ἐθεώρουν. Assentior, si id voluerunt, quod his verbis indicare Suidas videtur, Ἰκρία —, καὶ τὰ τῶν θεάτρων, ἃ ἦσαν καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, vetustas concionum sedes et ipsas ἰκρία nominatas esse (postea enim sedilia Pnycis saxea fuerunt, ut ex ipso constat Aristophane, Eqq. 751 et 780); sin autem putarunt, in iisdem sedilibus olim comitia esse habita ludosque spectatos, ita eos falli contendo, ut tamen errato facile ignoscas. In foro enim altera quoque tabulata ponebantur, testibus Photio 106, 3 Ἴκρια: τὰ ἐν τῇ ἀγορᾷ· ἀφ' ὧν ἐθεῶντο τοὺς Διονυσιακοὺς ἀγῶνας, πρὶν ἢ κατασκευασθῆναι τὸ ἐν Διονύσου θέατρον, tum etiam, qui iisdem prope verbis utitur, Eustathio p. 1472, 4. Cum his bene consentit idem Photius 351, 16 Ὀρχήστρα: πρῶτον ἐκλήθη ἐν τῇ ἀγορᾷ· εἶτα καὶ τοῦ θεάτρου τὸ κάτω ἡμίκυκλον κτλ. Jam vetera igitur tabulata orchestram nescio quam habuerunt; quae si tam fuissent exilia, quam vulgo existimantur, non Aeschylus in iis fabulas docuisset. Itaque fefellit opinio Boeckhium De Lenaeis p. 70, ubi narrat, dramata aliquando data esse in Lenaeo, quod nusquam, nisi in ligneis tabulatis (ἰκρίοις) fieri potuisse. Namque tabulata in ipso foro erant locata, contra Lenaeum proxime a templo Bacchi ad acropolin jacebat. Deinde ἴκρια

ὑποβλέπουσ' ἡμᾶς, σκοποῦνταί τ' εὐθέως,

---

ligna diceres non nimis artificiose compacta, Lenaeum vero fuit ligneum illud quidem, at nisi plane lippio, aliquod tamen theatrum. Denique in Lenaeo Aristophanes docuit Acharnenses (*v.* 478 *οὐπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών*) Ol. 88, 3., quo tempore *Ἰκρία* ista dudum collapsa esse omnino desierant. Taceo illud, etsi non debeo tacere, quod Photius Eustathiusque l. l. primum *ἴκρια*, deinde autem statim exstructum esse dicunt *τὸ ἐν Διονίσου θέατρον*, id est videlicet Lenaeum: nam si *ἰκρίοις* theatrum Lycurgi proximum esse substitutum traderent, ordinem temporum mire conturbassent. Boeckhio opinionum suarum tum longe tenacissimo, ubi maxime urgetur, forsitan aliquis monstraverit Hesychii glossam, *Αἰγείρου θέα: αἴγειρος ἦν Ἀθήνῃσι πλησίον τοῦ ἱεροῦ, ἔνθα πρὶν γενέσθαι θέατρον, τὰ ἰκρία ἐπήγνυον.*, quam cum ipsis verbis *πλησίον τοῦ ἱεροῦ* Suidas descripsit s. *Αἴγειρος*, Boeckhioque suadeat, ut Bacchi templum interpretetur: quanquam in tanta Pnycis templique Bacchici vicinia ne sic quidem heroï suo laboranti succurret. Sed quum aliquando, Pratina et Aeschylo inter se certantibus tabulata (*τὰ ἰκρία*) corruissent, id quod Ol. 70, 1 accidisse docet Hermannus Opusc. II. p. 151., non post iterum refecta sunt, sed eorum loco aedificatum est Lenaeum. De Lenaeo vide, quae protulerunt Hesychius s. *Ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών*, Photius 221, 11, Etymologus 361, 39, Lexicum Rhetor. p. 278, 9, et Suidas s. *Ἐπὶ Ληναίῳ*. Quum igitur antiquitus tabulata suffecissent in foro posita (Thespidis enim plaustra omittamus). inde ab Ol. 70, 1 ludi ad acropolin in Lenaeo, justiore quodam, sed certe ligneo theatro sunt commissi. Deinceps primum Athenis e saxo exstructum est theatrum Piraeeum, fortassis (nam annus nescitur) paullo ante initium belli Peloponnesii. Hujus theatri mentionem fecerunt et Xenophon in Hellen. II, 4, 32 — *τοὺς δ' ἄλλους κατεδίωξαν πρὸς τὸ ἐν Πειραιεῖ θέατρον*, et Thucydides VIII, 93 — *οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ ὁπλῖται — ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν θέατρον ἐλθόντες — ἐξεκλησίασαν —*. Sed quoniam et Meursius in Piraeeo c. 9, et Boeckhius De Tragicis p. 207, et Schoemannus De Comitiis p. 57 infra. ridiculo quodam errore capti theatrum Piraeei et Munychiae pro duobus numerarunt, quem errorem verbo concessit, non fontem ejus aperuit idem Boekhius De Lenaeis p. 74, operae pretium videtur, hujusce rei rationem paucis explicare. Portus Munychiae et latior fuit significatio et angustior. Latior Munychia muris una Piraeeum complectebatur, uti e Strabone et ex aliis notum est, angustior Munychia et Piraeeus duo fuerunt loci penitus inter se diversi. Jam et Xenophon recte theatrum in Piraeeo collocat, et Thucydides paullo etiam diligentius theatrum ad Munychiam situm fuisse tradit, hoc est in ea parte Piraeei, quae angustiori Munychiae adjaceret. Neque vero Lysias erravit, quum in Agorat. 32, 1 (p. 135. Foertsch.)

μὴ μοιχὸς ἔνδον ἦ τις ἀποκεκρυμμένος. 395

---

et ibid. 55, 6 (p. 141 F.) diceret, ἡ ἐκκλησία Μουνιχίασιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐγίγνετο, sed latiorem Munychiam voluit intelligi, quae Piraeeum ita comprehendit, ut hoc sensu Piraeei loco semper Munychiam ponere liceat, non etiam contra, quod Piraeeus unam tantummodo partem efficiebat. Praeterea neque omnino placet, temere saxei theatri, operis sane magnifici, numerum duplicare, neque id fieri patiuntur codices Thucydidei l. l., ex quibus multi ac partim antiqui Διονυσιακὸν τὸ ἐν τῷ Πειραιεῖ θέατρον sufficiunt: quod sive natum dicas e superioribus verbis οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ ὁπλῖται, sive a docto Xenophontis lectore huc translatum, glossema est manifestarium, sed per se, ut glossema, a vero non abhorret. Atque hic iterum cum Boeckhio parum mihi convenit, qui de Lenaeis p. 74 theatrum Piraeeum populo Atheniensi ademtum pago Piraeeo, quem certa mercede id elocasse, proprium adjudicat. Piraeenses in eo jus praecipuum, certe praerogativam quandam obtinebant, uti nota docet inscriptio, at neque singuli pagi populi causa theatrum condunt, praesertim splendidum, verum ipse populus, nec nisi publicis in locis conciones habentur (vide praeter Thucydidem et Lysiam l. l. Demosth. De Fals. Legat. 125, 5 ὑμῖν ἐκκλησιάζουσιν ἐν Πειραιεῖ). Puto equidem, quum alia theatra pleraque omnia publica, non privata fuisse, tum ea maxime, in quibus populus convocari soleret, cujus generis alia exempla suppeditant Cic. De Rep. III, 35 et Livius 24, 39. Postremo etiam Lenaeum, quum satis diu ligneum fuisset, e saxo aedificari coeptum est. Coeptum opus, sed argenti inopia aliove casu retardatum Lycurgus rhetor tandem absolvit, quemadmodum testantur Pseudoplutarch. Vit. X Rhetorr. in Lycurgo p. 841, C. D. (p. 376 ed. Wyttenb.) — καὶ τὸ ἐν Διονύσου θέατρον ἐπιστατῶν ἐτελεύτησεν. et Pausanias I, 29, 16 οἰκοδομήματα δὲ ἐπετέλεσε μὲν τὸ θέατρον ἑτέρων ὑπαρξαμένων. Piraeeum theatrum aliquanto prius exstructum menti hic informari nullo modo potest, sed plane debet Lenaicum, perantiqui illius templi, quod in Limnis fuit, circuitu inclusum. Nam et Pseudoplutarchus ita loquitur, τὸ ἐν Διονύσου θέατρον, quod constantissimo usu de Lenaeo dicitur, et Lycurgum illud opus circiter Ol. 109 aut non multo secus absolvisse oportet (v. Boeckhium in Oeconom. Athen. I p. 469), id est enimvero multo post initia theatri alterius. Quamobrem ab illo inde tempore Athenienses duo frequentabant saxea theatra, Piraeeum et Lenaicum, perfectum a Lycurgo. Hoc posterius quis potissimum aut quonam tempore inchoarit, testium penuria haud satis accurate habemus dicere: sed in oculos incurrit, non nisi paucissimos annos inter principium operis finemque interponi posse. In alia omnia nuper discessit C. O. Muellerus ad Eumenidas p. 100 „Aeschylos Eumeniden sind in dem großen steinernen Theater beim Heiligthum des Dionysos aufgeführt worden, wel-

δρᾶσαι δ' ἐΘ' ἡμῖν οὐδὲν ὥνπερ καὶ πρὸ τοῦ
ἔξεστι· τοιαῦθ' οὗτος ἐδίδαξεν κακὰ
τοὺς ἄνδρας ἡμῶν· ὥστ', ἐάν τέ τις πλέκῃ
γυνὴ στέφανον, ἐρᾶν δοκεῖ· κἂν ἐκβάλῃ
σκεῦός τι, κατὰ τὴν οἰκίαν πλανωμένη, 400
ἄνηρ ἐρωτᾷ, Τῷ κατέαγεν ἡ χύτρα;

---

ches die Athener, einer bekannten Nachricht zufolge, nach dem ersten Jahre der siebzigsten Olympiade zu bauen angefangen, aber erst während der Finanzverwaltung des Lykurgos gegen die hundertzehnte Olympiade vollendet haben. Ein Theater konnte aber —" et quae sequuntur. Vix ista talia publice dicere Muellerus auderet, nisi vel theatri attici tempora nexumque neglexisset, vel totum, quem diximus, librum incredibili quadam festinatione confecisset.

V. 394. ὑποβλέπουσ'] Suidae codex Oxon. s. Ἰκρία male ἀποβλέπουσ'.

V. 396. ὥνπερ καὶ πρὸ τοῦ] Libri ὥσπερ. Kusterus „ὥσπερ. Malim ὥνπερ." Hanc conjecturam recepi. Neque enim de modo et ratione, sed de rebus ipsis quaeritur. Nihil amplius, inquit, facere nobis licet de iis, quae antea faciebamus. Quamvis autem ὥσπερ et ὥνπερ haud raro inter se commixta sint, tamen saepe etiam grammatici scribaeque ex aliis fabulis locum haud absimilem vitiarunt. Repetitur autem in Eccles. v. 221 — 228 identidem ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ, plane ut hic vulgo, in fine trimetrorum; adde sis Phrynichi Mystem ap. Eustath. p. 1112, 38. ἐβουλόμην ἂν ἡμιν, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ.

V. 398. ἐάν τέ τις] Libri ἐάν τις. Male ἐάν γέ τις Kusterus Brunckius, Dindorfius, Bothius; vocula enim γέ hic nihil significat. Haud inepte Bentlejus, ἐάν τίς που πλέκῃ. Reposui, quod maxime exspectamus, ἐάν τε, cui formae respondet κἂν v. 399. Neque enim ubivis ad se referuntur formulae εἴτε — εἴτε atque ἐάν τε — ἐάν τε, sed in hoc genere multum solet variari. Locus autem Euripidis, quem his verbis mulier perstringit,

ἐάν τέ τις πλέκῃ
γυνὴ στέφανον, ἐρᾶν δοκεῖ,

videtur perisse; certe is mihi haec scribenti non succurrebat.

V. 401. ἄνηρ] Vulgo ἀνήρ, Ravennas ἄνηρ, Brunckius, ut tum solebant, ὦ νήρ.

V. 402. τῷ Κορινθίῳ ξένῳ] Scholiasta Ravennas, ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου. διαβάλλει δὲ ὡς μοιχοὺς τοὺς Κορινθίους. Omnino amores Corinthiorum, qui largo meretricum proventu abundabant, ad praesentem causam valde accommodati sunt, sed proprie tamen haec ad Bellerophontem Corinthium revocare debemus. Euripidis locum (p. 331 ed. Matth.) servavit Athenaeus X, 427, e τοῖς δὲ τετελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπτοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῶν τραπεζῶν.

οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ ΤΩι ΚΟΡΙΝΘΙΩι ΞΕΝΩι.

διὸ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Σθενεβοίας φησίν, ἐπειδὴ νομίζει τὸν Βελλεροφόντην τεθνάναι·

Πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερός·
ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ· τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

Quemadmodum amantes inter epulas vivorum lubenter meminerunt, quo spectat illud Aristophanis Lysistr. 856

κἂν ὠὸν ἢ μῆλον λάβῃ, „Κινησίᾳ
τουτὶ γένοιτο" φησίν.,

sic iidem esculentum frustum, quod de mensa cecidisset, amicis consecrabant defunctis. Hanc consuetudinem sedulo imitatur Euripidis Stheneboea, cui falsus nuntius de Bellerophontis sui morte allatus erat. Notissimus est infelix amor, quo Stheneboea Proeti uxor Bellerophontem deperibat. Et haec quidem apud Euripidem frusta omnia Corinthio hospiti, mortuo scilicet, nuncupat. At vero suspiciosus maritus Comici inventum tragicum deridentis, ubi mulier domum circumiens vas aliquod de manibus forte amiserit, continuo interrogat: in cujus honorem fracta est olla? sat scio in honorem Corinthii hospitis! (Longe aliud est Sophocleum Oed. Tyr. 1119 *τὸν Κορίνθιον ξένον* neque huc ullo modo attinet.) Stheneboea in antiquioribus fabulis Euripidis sine dubio reponenda est: risit enim hunc ipsum locum prior Aristophane Cratinus, qui Ol. 89, 3 (vide Pac. 684) jam mortuus erat. Cratini locum, qui certe ad Stheneboeam pertinet, Athenaeus protulit XI cap. 22 (T. II p. 1038 G. D.) *Κρατῖνος,*

Πιεῖν δὲ θάνατος οἶνον, ἢν ὕδωρ ἐπῇ.
ἀλλ' ἴσον ἴσῳ μάλιστ' ἀκράτου δύο χόας
πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης, ἐπονομάζουσα [σὲ]
ἴησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει.

Alibi conjecimus, haec vel Pytinae tribui posse, fabulae in vinosum poëtam scriptae, vel Nemesi, quae ludum cottabi complexa est: nunc autem Chironibus assignanda esse potius existimo certam ob causam, quae post paullo afferetur. Versu tertio, quem verbo *ἐπονομάζουσα* Codd. finiunt, *σὲ* adjeci; *τὲ* addiderat Piersonus, *δὴ* Neuius, *ἀεὶ* Jacobsius, quorum si utique aliquid, maxime placet *τὲ* Piersoni. Meracius bibebant Graeci, quum cyathis vinum libarent in honorem amici vel aliorum (*Ἐπιχύσεις* dicebantur; vide Schweighaeuserum ad Athen. T. III p. 506 et T. V p. 393); eo spectat locus Cratini. Restat eximia Hesychii glossa, sed foede corrupta,

Κορίνθιος ξένος: ἐπὶ τῶν τὰς ἀλλαγὰς ῥιπτούντων.
Κορίννουσι. κονιορτὸν ἐγείρουσιν. ἀπὸ τῆς παρ' Εὐριπίδῃ Σθενεβοίας τῷ Βελλεροφῶντι ἐπιχευούσης. ὡς δὲ Ἀτταλος ἐν τῇ περὶ Παροιμιῶν, ἐπὶ τῶν διὰ κάλλος, ὡς ὁ Βελλεροφόντης —

(Cetera desunt; fortasse addendum *θαυμαζομένων*). Inprimis hoc teneamus, Hesychii adnotationem unice ad Cratini locum revocari de-

κάμινει κόρη τις εὐθὺς ἄδελφὸς λέγει,
Τὸ χρῶμα τοῦτό μ' οὐκ ἀρέσκει τῆς κόρης.

---

here, in quo mulier quaedam Epichysi utitur, quam in Euripidis et Aristophanis interlocutore nullam videmus. Quamobrem et Piersoni emendatio ad Moerin p. 254 certissima est, — *τὰς λαταγὰς ῥιπτούντων*, sive malis *λάταγας*, et Musuri *τῷ Βελλεροφῶντι ἐπιχευούσης* sive etiam *ἐπιχεούσης* (Codex *τῷ Βελεροφῶντι .π. χευούσης* duabus literis deletis; infelicissime vero Hemsterhusius legebat, *ἐπιβουλευούσης*); Hesychius denique parum diligenter epichysin confert in Stheneboeam, quae frustum, non ut Cratini mulier, vinum amico consecrabat. Sed quidnam illis verbis faciemus, *Κορίννοσι. κονιορτὸν ἐγείρουσιν*? Sopingius, Piersonus, Albertius haec, ut peculiarem glossam efficiant, alio loco poni jubent: quae ubicunque demum posueris, nemo ferat, sed citius esse dixerit portenta. Qui satis cogitaverit, primum necessario Cratini versum a grammatico dici, deinde ista verborum sententiarumque monstra graviore morbo affecta esse, ei fortassis hanc medicinam probabo haud nimis audacem, *Κρατῖνός φησι Κλεόμβροτον ἐν Χείρωσιν*. Quae ratio etiam id affert emolumenti, quod tum omnis glossa ab initio *Κορίνθιος ξένος* ad finem *ὡς ὁ Βελλεροφόντης* continuo ordine procedit, neque usquam interpellata est. Nam *Κλεόμβροτος* si minus Corinthium, veruntamen et Laconicum fuit nomen (Thucyd. I, 94 atque I, 107), et vero Atticum (*Κλεόμβροτος Δεινοκράτους Ἀχαρνεὺς* est ap. Pseudoplutarch. Vitt. X Rhetorr. p. 843, a; alius ap. Phrynichum Com. Athen. IX, 389, a). Postremo totum hunc locum breviter perstrinxit etiam Valckenarius in Diatribe p. 205, a. b., ubi Cratineum illud, *ἴησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει* arcte conjunxit cum Euripidis Stheneboea, adjecitque: *Illic* (ad Aristoph. Thesm. h. l.) *vellem Scholia nobis legerentur, aut apud Suidam*, et infra velut ominatus: *Ex Suida multa poterunt colligi, in Scholiis ad istam olim Comoediam lecta;* [vide quae diximus supra ad v. 236] *quae Scholia forsan ex antiquo nobis Codice aliquando prodibunt in lucem:* —.

V. 403. 404. *ἄδελφός*] Libri *ἀδελφός*. Articulum inseruerunt Scaligerus, Bentlejus, Kusterus, Brunckius, alii. Sed unde haec sumta dicemus nisi ex Aeolo Euripidis, quam in fabulam verba *ἄδελφὸς* atque etiam *τῆς κόρης* apprime conveniunt. Ibi enim Macareus, Aeoli f., Canacen sororem compressisse narrabatur; vide Matthiam Fr. p. 8. Verum haud decernam, utrum tragoedia ista in universum spectetur, an potius ex ea integer versus, *τὸ χρῶμα τοῦτό μ' οὐκ ἀρέσκει τῆς κόρης* huc redundaverit. Certe enim Macareus pronuntiare hunc senarium poterat, quum vitiatam nuper a se sororem concepisse e pallido ejus colore suspicaretur. Haec quoque nequities nunc vulgo, inquit, Athenas transfertur cum indignissima calumnia puellarum innocentium.

εἶεν· γυνή τις ὑποβαλέσθαι βούλεται, 405
ἀποροῦσα παίδων, οὐδὲ τοῦτ' ἔστιν λαθεῖν,
ἄνδρες γὰρ ἤδη παρακάθηνται πλησίον.
πρὸς τοὺς γέροντάς θ', οἳ πρὸ τοῦ τὰς μείρακας

V. 405—407. Ἄνδρες pro ἄνδρες bene scripsit Dindorfius; intelliguntur enim mariti. Bene etiam Schol. Rav. explicationis causa hic adjecit, ὅτε τίκτουσιν αἱ γυναῖκες. Neque vero hic versus, cujus et numeri et verba comoediam redolent, ipse manavit ex Euripide, sed tantum sententia ejus. Nam tragicus parum profecto tragice viros monuerat, ut suae quisque uxori in pariendo proxime adsideret, ne forte sterilis conjux et alioquin astuta alienum sibi infantem supponeret. Quin etiam drama illud Euripidis mihi videor indagasse. Tametsi enim saepius fortasse apud Euripidem falsi liberi maritis subditi sunt, ut Metaponto, Cariae regi, a Theano in Melanippe altera (apud Matthiam p. 211, nihil autem huc pertinet Alcest. v. 639): tamen ejusmodi praeceptum viris tum quidem indignabundus Euripides non dedisset, nisi una quaedam fraus mulieris gravissimorum malorum causa fuisset et materies. Quis est igitur, cui non primum in mentem veniat Oedipus? Hic Polybo a Merope sive Periboea dolo malo subjectus parentem sua manu interfecit, matrem duxit uxorem, ex eaque communes suscepit liberos, ne caetera persequamur. Apollodorus III, 5, 3 *Πολύβου δὲ βουκόλοι τοῦ Κορινθίων βασιλέως τὸ βρέφος εὑρόντες, πρὸς τὴν αὐτοῦ γυναῖκα Περίβοιαν ἤνεγκαν. ἡ δὲ ἀνελοῦσα ὑποβάλλεται*—. Sophocles quidem in Oedip. Tyr. v. 780 sqq. ita hunc locum attigit, ut nescias, utrum infans clam Polybo subjectus fuerit, an vero nulla conjugis fraude ab eo adoptatus. Contra Euripidem Apollodori famam sequi maluisse fidem facit praeter ipsius ingenium ad malas artes, feminae praesertim, haud dubie propensum locus Phoeniss. v. 31, ubi loquitur Jocaste:

Πολύβου δέ νιν λαβόντες ἱπποβουκόλοι
φέρουσ' ἐς οἴκους ἔς τε δεσποίνης χέρας
ἔθηκαν. ἡ δὲ τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον
μαστοῖς ὑφεῖτο καὶ πόσιν πείθει τεκεῖν.

Hae me rationes adduxerunt, ut sententiam versus 409 notissimum ex Oedipo Euripidis fluxisse censerem. Facetissime vero Mnesilochus ab hoc crimine Euripidem suum infra defendit v. 502 — 516.

V. 408—412. Nunc jam ad Phoenicem Euripidis deducimur, ex qua fabula mulier diserta totum versum 413 recitavit. Stobaeus T. 70 (68) p. 429. V. III p. 45 G. (cf. Matthiam p. 289) *Εὐριπίδου Φοίνικος.*

Μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τέκνα
δίδωσιν ὅστις. οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ·
δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

ἤγοντο, διαβέβληκεν· ὥστ' οὐδεὶς γέρων
γαμεῖν θέλει γυναῖκα διὰ τοῦπος τοδί· 410
ΔΕΣΠΟΙΝΑ ΓΑΡ ΓΕΡΟΝΤΙ ΝΥΜΦΙΩι ΓΥΝΗ.
εἶτα διὰ τοῦτον ταῖς γυναικωνίτισιν

Fragmentum leviter corruptum in duo locos dividit Valckenarius Diatrib. p. 273, b, alterum hunc,

Μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ νέα
[*Γυνή*],

alterum vero ita scribit,

Δμώς ἐστιν, ὅστις οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ·
Δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

Ingeniose quidem Vir Summus *δμὼς* excogitavit, verbum proximo versui *δέσποινα γὰρ* oppositum, sed fallitur tamen et satis audacter ex uno loco facit duos, quorum prior ille vel per se nemini, sat scio, placebit. Plane infeliciter Porsonus Tracts p. 227

Μοχθ. ἐστὶν ἀ. πρ. τέκνα
κἂν δμωσὶν ὅστις οὐκέθ' ὡρ. γαμεῖ:

neque enim malum seni sunt liberi, sed maximum potius malorum putantur esse solatium. Sed cur, quaeso, tam multa hic moliuntur? Valckenario absurdum videtur *τέκνα δίδωσιν ὅστις*, quod loquendi genus de patre nuptum locante filiam centies usurpatum est. Nos orationem male haerentem vinximus leni mutatione, *οὐκέθ' ὡραίῳ γαμεῖν* (et *γαμεῖν* pro *γαμεῖ* duo habent codices Gaisfordi), quae correctio nuper a Boissonadio, V. Cl., praeoccupata est. Hoc dicit Euripideus Amyntor, sive quis alius, *Mendosum est, si quis viro seni filiam in matrimonio locat, non jam nuptiis maturo: domina est enim seni sponso uxor.* Itaque apud Euripidem patres puellarum reprehenduntur, quod importunis nuptiis male in senem consulant; contra apud Aristophanem sibimet ipsi jam cavent senes et frementibus licet mulieribus uno isto tragici senario, ne matrimonium ineant, facile deterreantur. Ceterum in Stobaeo mox sequitur consimilis locus *Εὐριπίδου Φοίνικι.*

Πικρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ,

quocum conferri debet (et contulit Valckenarius) Aristophanis trimeter (Fr. p. 205 ed. G. D.)

Αἰσχρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ.,

hinc manifesto expressus. Denique Berglerus geminum Danaae fragmentum recordatus est (p. 146 Matth.)

γύναικί τ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνήρ.

Ita scilicet saepenumero Euripides domesticis exemplis edoctus percommode de nuptiis philosophatur.

V. 410. *τοῦπος*] Scholiasta Rav. *ἀντὶ τοῦ διὰ τὸν ἴαμβον τοῖτον. πᾶν γὰρ μέτρον οἱ παλαιοὶ ἔπος ἐκάλουν.*

V. 412—415. Hic sola cogitatione tragoediam ab Aristophane derisam tam certo invenire licet, ut nullus dubitationi locus relinqua-

σφραγῖδας ἐπιβάλλουσιν ἤδη καὶ μοχλούς,
τηροῦντες ἡμᾶς· καὶ προσέτι Μολοττικοὺς
τρέφουσι, μορμολυκεῖα τοῖς μοιχοῖς, κύνας. 415
καὶ ταῦτα μὲν ξύγγνωσθ'· ἃ δ' ἦν ἡμῖν πρὸ τοῦ

---

tur. Nam tota re Berglerus erravit, quum mulieri nostrae locum Andromachae v. 950

πρὸς τάδ' εὖ φυλάσσετε
κλῆθροισι καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας,

observatum esse diceret, tum quod de feminis diligenter asservandis loquatur Hermione, tum quia ibi paullo post sequatur v. 955 ξυγγνωστὰ μέν νυν σοι τάδ', sicuti hic in Comico v. 416 καὶ ταῦτα μὲν ξύγγνωσθ'. Et haec quidem similitudo non solum perexigua atque fortuita est, sed ne pertinet quidem ad eos Comici versus, de quorum fonte dubitamus: contra illud, quod rem maxime continet, sigilla dico σφραγῖδας, in Andromache omnino non legitur. Berglerum vero nihil vidisse eo magis miramur, quum ipse haec quoque scripserit „Quemadmodum Acrisius Danaen filiam inclusit, ut ait Euripides in Danae v. 58 πατὴρ δέ μιν κλῄσας ἐν παρθενῶσι, σφραγῖσι δέμας φυλάσσει." Quamvis enim Jacobsius aliique prologum istum ab homine satis imperito confictum atque recentem ab Euripide merito abjudicarint, tamen iste scriptor aut legerat Danaen Euripidis ipsius, quam scilicet exprimeret, aut certe fabulam illam Graecorum accurate noverat. Huc accedit, quod nullus unquam maritus quamlibet suspiciosus tanta cura uxorem suam custodivit, quanta Acrisius oraculo territus Danaen filiam; accedit consimile fragmentum Danaes sive dubio Euripideae ap. Stob. T. 74 (72) p. 440 (V. III p. 72 G.)

Οὐκ ἔστιν οὔτε τεῖχος, οὔτε χρήματα,
οὔτ' ἄλλο δυσφύλακτον οὐδέν, ὡς γυνή,

quod paullo ante p. 58 G. Alexidi tribuitur, nullo ne hic quidem Stobaei errore, verum Alexis tum quoque, ut alibi, Euripidem sequutus erat; accedunt Molossi canes, terror adulterorum, mire illi ad Danaes casum adcommodati: quis enim nescit illud Horatî Od. III, 16 init.

Inclusam Danaën turris aënea
Robustaeque fores *et vigilum canum*
Tristes excubiae munierant satis
Nocturnis ab adulteris:
Si non — .

Haec si quis omnia satis animo perpenderit, ingenue fatebitur, Aristophanis locum ad Danaëm Euripideam referri debere. Sed facete Kusterus ex h. l. conclusit, interiorem aedium partem, quae gynaeconitis dicebatur, ab Atheniensibus primum obserari, deinde vero etiam obsignari solitam esse. Claudebatur fortasse; obsignata quidem vix usquam est, nisi in Danaë et ea ipsa Euripidea, mirante id etiam et cachinnum tollente hic Aristophane. Pauca addamus de singulis qui-

αὐταῖς ταμιεῦσαι, καὶ προαιρούσαις λαβεῖν ἄλφιτον, ἔλαιον, οἶνον, οὐδὲ ταῦτ' ἔτι

---

busdam. Versu 412 *διὰ τοῦτον* tuentur libri Aug. et Rav., editio enim Princeps *διὰ τοῦτο*. Versu 413 *ἐπιβάλλουσιν* tuentur cod. Rav., ed. Lugd. Batav. anni 1624, ed. Kusteri, et ut opinor etiam reliqui libri editionesque; *ἐμβάλλουσιν* una exhibet Brunckii editio, per errorem, ut videtur. Versu 415 vulgo edebatur *μορμολύκεια*, sed accentum in novissima ed. correxit Dindorfius. Etymologus p. 590, 52 *Μορμολυκεῖον: προπερισπᾶται. ἔστι προσωπεῖον ἐπίφοβον. Ἀριστοφάνης Γήρᾳ. δηλοῖ δὲ καὶ φόβητρον ἁπλῶς, ἐν Θεσμοφοριαζούσαις*, hoc videlicet loco. Fragmentum Senectae legitur p. 106 ed. Dind., cui adde aliud ex Amphiareo p. 76. Propria vocabuli vis ea est, quam Schol. Rav. attulit, *φόβον ἀπὸ τῶν προσωπείων*, quod monuit exemplisque munivit Ruhnkenius ad Timaeum p. 130 ed. I.; neque vero Comicorum tantum larvae, deformes sane ac paene terribiles hoc nomen invenerunt, verum etiam, ut recte contendunt Schol. Pacis v. 466 (473), Photius 275, 10., Etymologus l. l., personae tragicae, quae quam non pulchrae fuerint, cum quodam partium studio disputat Lucianus De Saltat. c. 27. Denique pro *τοῖς μοιχοῖς* Ravennas et Juntina suggerunt *τοῖς μυχοῖς*, errore solemni.

V. 416—421.

V. 417. Libri, *αὐταῖς ταμιεύεσθαι, προαιρούσαις λαβεῖν*, in quo neque asyndeton ferri ullo modo potest, neque medium verbum *ταμιεύεσθαι* satis commodum videtur. Nam *ταμιεύεσθαι* est prudenter et cum parsimonia res domesticas dispensare, ut Eccles. v. 600, *ταμιεύειν* vero aut esse dispensatorem, aut cibos recondere, Eqq. 943, 954, Vesp. 964, Avv. 1538, 1542, Lysistr. 493, 494, 495. Utraque notio in h. l. convenit, altera dispensandi, quia communis est, altera autem condendi verbis *προαιρούσαις λαβεῖν* belle opponitur, ut promam condam agnoscas. Quapropter recepi lenem Reiskii conjecturam, *αὐταῖς ταμιεῦσαι καὶ πρ. λαβ.*, quae certe reliquis inventis multum praestat. Infeliciter sane Dobraeus ap. G. Dindorf. VII, 2 p. 94 *αὐταῖς ταμιενούσαις, προαιρούσας* (sic) *λαθεῖν*, neque melius olim, ut Berglerum taceam, rarum conjectorem, qui asyndeton esse statuit, Kusterus, *αὐταῖσι ταμιείου προαιρούσαις λαβεῖν*. Hunc ita sequitur Brunckius, ut praeterea etiam *λαβεῖν* duce Scaligero in *λαθεῖν* mutatum velit. Hotibius Bothiusque relicto asyndeto *λαθεῖν* tantum substituit. At Scaligerus, quum *λαθεῖν* requireret, mulieris sententiam parum assequutus erat. Mulier enim de legitimo jure disputat, non de fraude clandestina. Antea, inquit, nostro jure licebat vel condere cibos; vel depromere; nunc vero ne id quidem facere nos sinunt mariti clavibus ademtis. Postea demum jam amissa hac praerogativa v. 422 clam aperiunt fores, nunc contra de pristino illo jure disserunt, quod eis in Eccles. quoque v. 211

ἔξεστιν. οἱ γὰρ ἄνδρες ἤδη κλειδία
αὐτοὶ φοροῦσι κρυπτά, κακοηθέστατα,
Λακωνικὰ ἅττα, τρεῖς ἔχοντα γομφίους.

καὶ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις
ταύταις ἐπιτρόποις καὶ ταμίαισι χρώμεθα.

aperte conceditur. Ceterum λαβεῖν etiam Schol. Rav. tuetur his verbis, ἐκ τοῦ ταμείου λαβεῖν, qui hoc videlicet indicat, ad v. προαιρούσαις e praegresso ταμιεύεσθαι tacita mente ἐκ τοῦ ταμείου adscisci debere. Vicissim in Eccles. v. 26

ἢ θαλμάτια τἀνδρεῖα κλεψάσαις λαθεῖν
ἦν χαλεπὸν αὐταῖς;

non video, cur Brunckius Dindorfiusque λαβεῖν subrogarint.

V. 418 ἅλφιτον] Attici plerumque numero multitudinis usi sunt τὰ ἅλφιτα, perraro autem Singulari τὸ ἅλφιτον. Docte igitur Schol. Rav. ad h. l. adnotavit, ὅτι ἐνικῶς τὸ ἅλφιτον.

V. 419—421. Hic locus semper pro classico habitus est de clavi Laconica, quam alii etiam scriptores, uti Plautus atque Menander, minus tamen, quam Aristophanes dilucide, commemorarunt. Et ex Plautino quidem illo, Mostellar. II, 1, 57

clavem mihi harunce aedium Laconicam
Jam jube efferri intus: hasce ego aedes occludam hinc foris,

nihil aliud discimus, quam fores aedium hac clavi extrinsecus clausas apertasque esse. Confirmant id schol. Rav. indeque Suidas s. Λακωνικαὶ κλεῖδες, adduntque, vectem aut simile quiddam apponi solitum, ne intus versantibus aperiundi facultas esset. Iidem multum tribuisse veteres Laconicae clavi. Misumeno ostendunt Menandri, qui dixerat,

Λακωνικὴ κλείς ἐστιν, ὡς ἔοικ', ἐμοὶ
περιοιστέα.

Falli puto Meineckium et p. 120 et alio modo p. 570 Fr. Syll., siquidem Olympiodori scriptura Λακανικὴ κλείς ἐστι καὶ οὐ (sive κού) περιοιστέα pro nihilo ducenda est. Aristophanes primum docet, Laconicam clavem tribus dentibus instructam fuisse: antiquissimae enim, ut placet Scholiastae ac Suidae, unum tantummodo hujusmodi uncum habebant. Maxime vero illud quaeritur, quam ob causam poëta κλειδία illa κρυπτὰ nominaverit. Salmasius igitur ad Solinum p. 932 (sive p. 651 ed. Ultraj.), ubi doctius quam apertius de clave nostra exposuit, adjectivum κρυπτὸς eo refert, quod annulo excepto totae intra claustrum absconditae mergantur. Sic etiam Scaligero ad Plautum l. l. ideo sic appellatae videntur, quod impactae claustris vix apparerent. At si paene certum est, nemini id in mentem venisse, ut hujusmodi clavem tam non solum obscure, verum etiam perverse absconditam vocaret, aliam potius interpretationis viam ingrediemur, quam addita vox κακοηθέστατα haud parum commendat. Proficiscar

πρὸ τοῦ μὲν οὖν ἦν ἀλλ' ὑποῖξαι τὴν θύραν,
ποιησαμέναισι δακτύλιον τριωβόλου·

---

autem ab Homeri loco, ex quo primum apparet, *κρυπτὰ* haud sane depravatum esse, quemadmodum nonnemini videbatur *κυπτὰ* conjicienti, hoc est, opinor, clavis non recta, sed pectine incurvo, et viro eximio, qui *γλυπτὰ κακοηθέστατα* proposuit. Est igitur in XIV Iliadis v. 168

Βῆ δ' ἴμεν ἐς θάλαμον, τόν οἱ φίλος υἱὸς ἔτευξεν,
Ἥφαιστος, πυκινὰς δὲ θύρας σταθμοῖσιν ἐπῆρσεν
Κληῖδι κρυπτῇ, τὴν δ' οὐ θεὸς ἄλλος ἀνῷγεν.

Sed hic ipse locus plurimum negotii facessivit tum nostris interpretibus, inprimis Heynio, tum vero jam olim grammaticis Alexandrinis. Praeterquam enim quod pro *τὴν δ'* major pars Codicum, auctore Eustathio, *τὸν δ'* (scilicet *θάλαμον*) exhibuerat, correctionem haud dubiam, hanc quoque lectionem novimus a scholiastis proditam *τῇ* casu tertio, quam mihi olim nequaquam displicuisse profiteor. Putabam scilicet, *κληῖδι κρυπτῇ* clavem significari tam affabre factam, qua nisi qui rationem non modo claustri, sed ipsius etiam clavis percepisset, nemo quisquam fores aperire posset, in eaque opinione me Aristophaneum illud *κακοηθέστατα*, aptum sane ad ejusmodi fabricam, confirmabat. Nunc vereor, ne scripturam *τῇ δ'* non minus, quam *τὸν δ'* emendationi grammaticorum acceptam referamus. Operae pretium est, hic Eustathium audire p. 974, 35. *Ἰστέον δέ, ὡς κληῖδα κρυπτὴν λέγει ἢ τὴν ἔνδοθεν κλείουσαν τὰς θύρας καὶ οὕτω κρυπτομένην τοῖς ἔξωθεν, ἢ τὴν δυσεπιχείρητον τοῖς ἐπιβουλεύουσιν, ὁποῖα καὶ τὰ παρὰ τῷ κωμικῷ κακοηθέστατα κλειδία. διὸ καὶ ἐπήγαγε τὸ, τὴν δ' οὐ θεὸς ἄλλος ἀνῷγεν, ἵνα λέγῃ κρυπτὴν κλεῖδα, ἣν οὐ δύναταί τις ἄλλος ἀνοίγειν.* Supra vidimus, clavem Laconicam, *κλειδία — κρυπτὰ* Aristophanis, foris, non intus claustro insertam esse, ita ut prior Eustathii explicatio facile concidat, quacum caeteroqui Theon apud Scaligerum l.l. consentire videtur, *οὐχ, ὡς νῦν, ἐκτὸς ἦσαν αἱ κλεῖδες, ἀλλ' ἔνδον τὸ παλαιὸν παρ' Αἰγυπτίοις καὶ Λάκωσιν.* Quo magis alteram Eustathii sententiam amplector, secundum quam haec clavis sive ligno, sive alia materie obducta erat, qua artificiose demum, ut per ferrum resiliens, denudata clavem ipsam manifesto teneres. Ita primum nihil aptius fingi potest nomine occultae clavis; deinde vero non est quod vulgatam in Homero lectionem, *κληῖδι κρυπτῇ, τὴν δ' οὐ θεὸς ἄλλος ἀνῷγεν* temere immutemus; postremo apte in rem congruet etiam Aristophanis vox *κακοηθέστατα*. Minus etiam de veritate hujus inventi dubitarem, si plane constaret hanc clavem *καλυπτὴν* quoque et *clausam* appellari, eique *ὀπτὴν κλεῖδα* opponi solitam esse, id quod Scaligerus Salmasiusque ponunt verius quam demonstrant.

νῦν δ' οὗτος αὐτοὺς ᾧ' κότριψ Εὐριπίδης

V. 422. Per fraudem aperiuntur fores a mulieribus, etiam in Eccles. 15

στούς τε καρποῦ βακχίου τε νάματος
πλήρεις ὑποιγνύσαισι συμπαραστατεῖς —.

Ceterum quomodo haec omnis narratio animis informanda sit, propter accusativum maxime *δακτύλιον* v. 423, valde dubitatur. Namque et Berglerus, qui clavem annulatam convertit, et Salmasius l. l., qui ferreum digitulum, sive adulterinam clavem, qua fures utuntur, interpretatus est, quam vim apud Graecos *δακτύλιος* habuerit, non satis perpenderunt. Video equidem, quid doctissimi homines senserint: putabant, non sane annulo fores clam aperiri potuisse, sed opus fuisse aut clavi, aut alio simili instrumento: in quo eos tamen vera hujus loci ratio fugit. Etenim *δακτύλιος* annulum etiam eum significat, quo cellae obsignandae causa mulieres utebantur, ut apud Clement. Alex. Paedag. L. III p. 180 ed. Sylb. *δίδωσιν οὖν αὐταῖς δακτύλιον ἐκ χρυσίου, οὐδὲ τοῦτον εἰς κόσμον, ἀλλ' εἰς τὸ ἀποσημαίνεσθαι τὰ οἴκοι φυλακῆς ἄξια —*, et in suavi illa narratiuncula ap. Diog. Laërt. IV, 59., ubi compara Menagium T. II p. 183. Aristophanes vero, quonam modo fores clanculum apertae sint, hic non magis, quam in Ecclesiazusis, definit; sed jure suo ponit, januam clavi Laconica clausam praeterea etiam annulo obsignasse maritos, qui mos fuit non solum graecarum feminarum, sed latinarum quoque, ut plurimis exemplis docuit Lipsius in Excursu ad Tacit. Annal. L. II c. 2. B.; tantumque abest, ut *δακτύλιος* verbo *ὑποῖξαι* v. 422 respondeat, ut vocabulo *σφραγίδια* v. 425 manifesto oppositus sit. Ex his sequitur, mentem Aristophanis a Brunckio commode perspectam esse, cujus summa disputationis fere huc redit. Mariti veriti, ne fores clave Laconica ob rudem ejus fabricam parum munitae recluderentur, cellae ostium obsignabant cera (*ῥύπῳ*) imposito impressoque cerae signo annuli (Lysistr. 1199). Tum mulieres parvo emebant annulum eodem insculptum signo, quod cellam penariam fraude ingressae sedulo reponere solebant. At enimvero Euripides ceram obsignare non ut antea, annulo viros docuit, sed ligno a teredine perforato, idque appensum gestare. Hoc jam novum sigillum uxor foraminum ejus formaeque ignara imitari nullo modo poterat, nisi quae forte eodem ligni frusto potita esset. Post Brunckium nuper etiam Vossius *δακτύλιον* annulum declarare signatorium intellexit. Sed jam dudum hanc rem dispexerat Schol. Rav., sic ille v. *δακτύλιον* interpretatus, *σφραγίδιον παραπλήσιον ᾧ ἐσφράγιζεν ὁ ἀνήρ.*

V. 424. *ᾧ κότριψ Εὐριπίδης*] Longe hic a Comici sententia aberrarunt interpretes, ex quibus Berglerus *ᾧ κότριψ pernicies domuum* transtulit, neque alio sensu Brunckius, *familiarum illa pernicies*, Vossiusque der Hausverderb Euripides, similiter autem vel

ἐδίδαξε θριπηδέσται᾽ ἔχειν σφραγίδια 425

---

pejus etiam Kusterus, *perditissimus ille Euripides*. Hae explicationes juxta languidae tamque ab ipsius verbi, quam ab hujus loci indole alienae sunt. Nemo fere melius, quam verna, quomodo res domesticae administrari debeant, cognitum habet. Ita vero etiam Euripides, tanquam aliquis verna, in tragoediis suis regendae domus artem viris monstravit. Hoc nomine ipse se laudat tragicus itaque de se gloriatur in Ranis v. 974

— τά τ᾽ ἄλλα καὶ τὰς οἰκίας
οἰκεῖν ἄμεινον, ἢ πρὸ τοῦ,
κἀνασκοπεῖν, πῶς τοῦτ᾽ ἔχει;
ποῦ μοι τοδί; τίς προὔλαβεν;

cujus generis Bacchus deinceps jocosa quaedam exempla protulit. Quocirca Euripides ab invidiosa muliere non asperius, quam facetius ὠκότριψ nuncupatur, id est cellae iste culinaeque scrutator, cujusmodi virum nos vernacule einen Topfgucker dicere solemus.

V. 425. *θριπηδέστατα — σφραγίδια*] Antiquissimo tempore ligna a vermibus adesa certi sigilli, quod vermiculatum dicunt, usum praestitisse, satis constat. Hic autem, quum de lectionibus θριπήδεσ᾽ et θριπηδέσται᾽ certum nobis judicium ferendum est, tum etiam de tragoedia Euripidis fonteque muliebris querelae v. 425, cl. 419 sqq. suspicio nescio quam felix periclitanda. Nos quidem vulgatae omnium Codd. lectioni θριπήδεσ᾽ (nisi quod Rav. θριπήδεστα legit nulla elisione, uti solet) sine dubio anteposuimus alteram multo doctiorem θριπηδέσται᾽, cujus auctorem se haberi Suidas voluit tum in κακοηθέστατα, ubi Cod. Oxon. θριπηδέστατα, ed. Med. θηπιδέστατα et Kusterus demum θριπήδεστα, tum in Λακων. κλεῖδες, ubi θριπηδέστατα cod. Ox., θριπηδέσται᾽ autem ed. Med. et Kusteri (tertius locus in Θριπηδέστατον nihil ad Aristophanem). Tametsi enim θριπήδεστος nulli dubitationi obnoxium est atque etiam voce θριπόβρωτος ap. Lycophr. v. 508 aliosque corroboratur: tameu θριπηδέστατος quoque Superlativus, i. e. fortasse totus a verme corrosus, haud contemnendos habet auctores. Ut enim Suidam omittamus, in quo utraque glossa legitur, et Θριπηδέστατον et Θριπήδεστον, longiorem formam diserte confirmat Pausanias ap. Eustathium p. 1403, 38 ὁ δ᾽ αὐτὸς λέγει καὶ ὅτι θριπήδεστα ξυλήφια τὰ ὑπὸ θριπῶν βερρωμένα, ὡς ἀπὸ τοῦ ἔδω, οἷς ἐχρῶντο, φησὶν, οἱ σφόδρα οἰκονομικοὶ ἀντὶ γλυπτῶν σφραγίδων. τινὲς δὲ αὐτὰ πεντεσυλλόβως θριπηδέστατα εἶπον. Huc adde scriptorem in tali causa gravissimum, Theophrastum Hist. Plant. V, 1. τὰ δὲ μετὰ τὴν πέπανσιν τῶν καρπῶν ἄβρωτα διαμένει, κἂν ἀλόπιστα ᾖ· πλὴν ὑπὸ τὸν φλοιὸν ὑποδυόμενοι σκώληκες ἐπιπολῆς ἐγγράφουσι τὸ στέλεχος· οἷς καὶ σφραγῖσι χρῶνταί τινες. Ὡραῖον δὲ τμηθὲν τὸ δρῖμυον ἀσαπές τε καὶ ἀθριπηδέστατον γίνεται —, adde Synesium Epist. 104 τόξα θριπηδέστα-

et in Epist. ad Olymp. *τεκμαίρομαι δὲ τὴν ἐπιστολὴν εἶναι παμπάλαιον, τῷ τε θριπηδέστατον γεγονέναι, καὶ τῷ συγκεχύσθαι τὰ πλείονα τῶν γραμμάτων*; adde doctas istas epulas Lexiphanis Lucianei c. 13. *φυλάττω δ' αὐτὰς ὑπὸ σφραγῖσι θριπηδεστάτοις*, quod etiam Codd. Florentinus et Gorlicensis tuentur; male enim Wittianus habet *θρειπηδέτοις*, h. e. *θριπηδέστοις*. Taceo nonnullos grammaticorum locos. Ob verbum *σφραγίδια* contendas licet Aeschyleum illud Agam. 592

καὶ ταῦλ' ὁμοίαν πάντα, σημαντήριον
οὐδὲν διαφθείρασαν ἐν μήκει χρόνου,

ubi alia in Glossario collegit Blomfieldus. Jam vero Brunckius tantum monet, alludi ad Euripidis drama, quod hodie non exstet, Schneidero autem ad Theophrastum l. l. Aristophanis locum interpretari Hesychius videbatur hac in glossa, *Θριπόβρωτος: οἱ Λάκωνες σφραγῖσιν ἐχρῶντο, ξύλοις ὑπὸ σητῶν βεβρωμένοις, κατασημαινόμενοι, ὁπότε βούλοιντο. Φιλοστέφανος δέ φησι, πρῶτον Ἡρακλέα χρήσασθαι.* Quomodo Aristophanem interpretetur Hesychius, ignoro equidem; illud tamen concedo, fieri posse, ut Hesychii ope drama Euripideum indagemus. Magnum enim momentum facit, tum quod Hesychius sigilli illius originem a Laconibus potissimum derivat, tum vero etiam quod Philostephanus ibidem primum hujus consuetudinis auctorem tradidit Herculem. Quid igitur, si Aristophanes Sylei, fabulae satyricae, rationem habuit, in qua quum lagenas resignaret biberetque Hercules, auctore ap. Matthiam p. 336 Philone Jud. (*πολὺν δ' οἶνον ἐμφορήσας ἄθρουν εἰ μάλα κατακλιθεὶς ἠκρατίζετο.* Post ita loquitur heros, *Κλίθητι καὶ πίωμεν—*), *θριπηδέστατος* ad corticem (*τὸν φελλὸν*) spectare potuit. Quumque signum vermiculatum ab Laconibus inventum esse dicatur, nihil impedit, in satyrico dramate etiam Laconicae clavis mentionem factam existimare. Quod si posteriorem hujus orationis partem celeriter animo percurrimus, magnam Comici sollertiam profecto admirabimur, qui diversissimas Euripidis tragoedias accusationi plenae indignationis et stomachi intexuerit. Namque v. 402 e Stheneboea petitus est, v. 404 ex Aeolo, v. 407 autem ex Oedipo ductos censemus, v. 411 e Phoenice sumtum apparet, porro e Danaë v. 413 sqq. haud absimile vero est, denique etiam de Syleo v. 425 nonnihil suspicamur. Et quoniam Sylei meminimus, cumuli loco addam, me et Bachmannum e Syleo repetere versus poëtae incerti in Scholiis Lips. ad Iliad. B, v. 269

Ὡς αἰσχρόν ἐστι καὶ καλῶν ἀπ' ὀμμάτων
κλαῖον πρόσωπον καὶ δακρυρροοῦν ὁρᾶν.

Certe primum quidem in Syleo puella cubitum itura lacrimabat, cui Hercules, laetus maritus,

Βαυβῶμεν εἰσελθόντες· ἀπόμορξαι σέθεν
τὰ δάκρυα.

deinde vero oppositio illa, *αἰσχρὸν — καλῶν ἀπ' ὀμμάτων* colorem habet Euripideum, qui dixit in Hecuba v. 443 —

ἐξαψαμένους· νῦν οὖν ἐμοὶ τούτῳ δοκεῖ
ὄλεθρόν τιν' ἡμᾶς κυρκανᾶν ἀμωσγέπως,
ἢ φαρμάκοισιν, ἢ μιᾷ γέ τῳ τέχνῃ,

διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων
αἴσχιστα Τροίαν εἶλε τὴν εὐδαίμονα.

Porro scite monuit Bachmannus meus, pulchre tum Herculem, rusticitate paullisper deposita, juvenilis amoris luxurie diffluere.

V. 426. *ἐμοὶ τούτῳ δοκεῖ*] Pro *τούτῳ* vulgo *τοῦτο* legitur et in ed. Junt. et apud Suidam s. *Κυρκανᾶν*, ubi *τούτω* substituit cod. Oxon. Sed *τούτῳ* testantur libri Aug. et Rav. idque defendit Brunckius post Reiskium et, qui praeterea *τουτὶ* conjecerat, Bentlejum. Perperam *τοῦτό γε δοκεῖ* ed. Kusteri. Nos tametsi Dativum transponere ob Codd. auctoritatem veriti sumus, miramur tamen, si poëta duo tam dissimiles Dativos cum v. *δοκεῖ* conjungere maluit, quam hoc vitium levi opera corrigere, ita scribendo,

νῦν οὖν ὄλεθρον ἐμοὶ δοκεῖ
τούτῳ τίν' ἡμᾶς κυρκανᾶν ἀμωσγέπως.

Cf. supra ad v. 250.

V. 427. *κυρκανᾶν*] Olim vulgabatur *κυκανᾶν*, verum *κυρκανᾶν* legit Suidas in voce, probante ob metrum Kustero. Et *κυρκανᾶν* habent etiam codd. Aug. Rav. atque ed. Junt. Recte autem monuit Berglerus, ipse quoque probans *κυρκανᾶν*, apte *κυρκανᾶν* congruere cum voce insequente *φαρμάκοισιν*; venena enim misceri, ut in Pluto v. 302 *τὴν τὰ φάρμακ' ἀνακυκῶσαν*. Idem adjecit auctoritatem Epinici comici ap. Athen. X, 432, c., qui de potu mixto voce *συγκυρκανήσας* usus est. Vicissim infra v. 852 *τί αὖ σὺ κυρκανᾷς; ἢ τί κοικύλλεις ἔχων;* probabilis est Kusteri emendatio, *κυκανᾷς*. De formis *κυρκανᾶν* et *κυκανᾶν*, quae e verbo *κυκᾶν* producto enatae sunt, vide grammaticos, Etymologum p. 543, 53 *Κυκυνᾷ* (sic): *ἀπὸ τοῦ κυκῶ τὸ ταράσσω· ἐὰν δὲ κυρκυνᾷ, πλεονασμῷ τοῦ ρ̄.*, eundem p. 548. 43. *κυρκάνη*: *ἡ ταραχὴ καὶ ὁ θόρυβος. εἴρηται παρὰ τοῖς παλαιοῖς παρὰ τὸ κυκῶ τὸ ταράσσω κυκάνη, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ̄.* Comicis formationem *κυρκανᾶν* proprie adsignavit Eustathius p. 1213, 50 *λέγεται δέ ποτε καὶ ἐπὶ ταράχου πραγμάτων ἡ κύκησις, ἀπ' αὐτοῦ δὲ καὶ παρὰ τῇ κωμῳδίᾳ τὸ κυρκανᾶν.*, male tamen pergens, *αὐτὸ δὲ ἴσως καὶ ὠνοματοπεποίηται, ὡς καὶ ἡ κορκορυγή.*, Hesychium adde *Κυρκανᾷ*: *κυκᾷ, ταράσσει.*, postremo Erotianum p. 230. *κυρκανᾶται: ταράττεται.*, ubi Hippocratem afferunt editores. Cf. Foebsium p. 366.

V. 428. *ἢ φαρμάκοισιν*] In ipsum Euripidem faba cuditur domestica, quippe qui sic loquatur in Cressis p. 130 M.

Γαμεῖτε νῦν, γαμεῖτε, κἄτα θνήσκετε
ἢ φαρμάκοισιν ἐκ γυναικὸς ἢ δόλοις.

ὅπως ἀπολεῖται· ταῦτ' ἐγὼ φανερῶς λέγω·
τὰ δ' ἄλλα μετὰ τῆς γραμματέως συγγράψομαι. 430

Praeterea cf. Hecubam 878

πότερα φάσγανον χερὶ
λαβοῦσα γραΐᾳ φῶτα βάρβαρον κτενεῖς,
ἢ φαρμάκοισιν, ἢ 'πικουρίᾳ τίνι;

Ibidem. *ἢ μιᾷ γέ τῳ τέχνῃ*] Vulgo et in Juntina *γέ τη* (vel *τῃ*) *τέχνῃ*, quod vitium, ne id forte nescias, correxit Berglerus. Recte scriptum *γέ τῳ τέχνῃ* in codd. Aug. et Rav. Ceterum *ἀμωσγέπως*, sive ut nonnulli scribunt *ἅμωσγέπως*, *ἀμῃγέπῃ* designat *ἑνί γέ τῳ τρόπῳ*, id quod differt a formula *μιᾷ γέ τῳ τέχνῃ*, quae hic recte alteri subjungitur. Cum verbis *ἢ μιᾷ γέ τῳ τέχνῃ* compone hos locos, Luc. Philops. c. 29 *ἢ ἄλλῳ γέ τῳ τρόπῳ τοιούτῳ*, D. Meretr. 12, 2 *ἢ ἕνα γέ τινα πρόπον* —. Thucyd. VI, 34 *ἢ* — *ἢ ἐξ ἑνός γέ του τρόπου*., Lexiph. c. 18 *ἑνί γέ τῳ τρόπῳ*, ubi male cod. Gorl. *ἑνί γε τρόπῳ*., Plat. Menone p. 129 Stallb. *ἑνί γέ τῳ τρόπῳ*. Cf. Heindorfium ad Phaedr. p. 242 B. *ἑνί γέ τῳ τρόπῳ* et Buttmannum ad Plat. Dial. p. 217, 218. Nusquam dixerunt Attici *ἤ γε*, saepissime vero *ἦ-γέ*, una et altera voce in medio posita, veluti Luc. Jov. Trag. c. 8, Abdicat. c. 18, Pro Lapsu in Salut. c. 18, Adv. Indoct. c. 27, Thucyd. III, 45, VI, 18, VIII, 27. Demosth. De Falsa Legat. 46, 2 B, Xenoph. Hellen. IV, 8, 12, Arist. Pac. v. 273. Alia contuli ad Luc. Dialogos p. 359.

V. 430. *μετὰ τῆς γραμματέως*] Male Dindorfius et in prima editione, et in secunda et in postrema substituit *μετὰ τοῦ γραμματέως*, ab Invernizio deceptus. *Τῆς* non solum libri omnes tuentur, verum etiam grammatici, Pollux IV, 19. *Ἀριστοφάνης δὲ παίζει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, λέγων ἡ γραμματεύς:* secundum Cod. Falckenburgianum, vulgo est enim *ἠγραμμάτους*, atque Eustathius p. 1484, 51., ubi similia quaedam collegit, *καὶ Ἀριστοφάνης· μετὰ τῆς γραμματέως συγγράψομαι.* Cum talibus locis, ut Eurip. Helen. 280 *φονεύς*. Aesch. Eumen. 659 *τοκεύς*, jocum comoediae proprium *ἡ γραμματεὺς* parum recte comparaveris. Paullo melius afferas *κηρύκαινα* Eccl. 713. *ἀλεκτρύαινα* Nub. 656, 657, 841, 842., nisi quod *ἀλεκτρύαινα* non in rei potius, quam in formae lusu versatur. Omnium maxime convenit *ἡ στρατηγὶς* in Eccles. 863, 898. Etenim nostro in loco scribae munere fungebatur falsus Lysicles, *ἡ γραμματεύς*, quo de supra dictum est v. 372 *Λύσιλλ' ἐγραμμάτευεν.*

Ibidem. *συγγράψομαι*] Brunckius more suo edidit *ξυγγρ.* . Monet post alios Schoemannus De Comit. p. 118, latorem in Comitiis plerumque scribendo adfuisse, et plebiscitum una cum scriba publico composuisse, his potissimum locis allatis Andocid. De Myster. 96, 3 B. *τάδε Δημόφαντος συνέγραψεν.* Platon. in Gorgia p. 12 Bekk. ubi v. scholiastam et Heindorfium, et in Phaedro p. 62 Bekk. Jam recte

ΧΟΡΟΣ.

οὐπώποτε ταύτης ἤκουσα

observat Bothius, secreta quaedam mulierem una conscripturam videri de modo, quo interficiendus sit Euripides. Ceterum de acerbo hujus loci joco supra tractatum est ad v. 372.

V. 431—441. Finita oratione Chorus, uti par erat, mulierem dicendi peritissimam eximie collaudat. Ceterum hoc carmen fortiter vitiarunt Hotibius atque G. Burgessius, ille etiam proximum v. 459 sqq. Scilicet Hotibius, stropham hic recte quaeri opinatus, antistropham in altero abhinc carmine reperire sibi visus est. Hotibii refellendi necessitate nuper Bothius nos liberavit, qui ultro opinionem istam retractaverit. Dindorfius autem in tribus edd. suis carmen nostrum pro stropha illius Chori habuit, qui infra sequitur inde a. v. 520, non sine magno errore. Principio si carmini nostro quamcunque demum antistropham respondere censueris, de emendatione horum versuum, qui certe sunt monostrophici, desperandum est. Deinde Chorus aliter hic sentit, aliter infra animi affecti sunt. Hic enim admirabilem mulieris sapientiam deamat valdeque amplectitur, postea autem Mnesilocho, Euripidis defensori vehementissime iratus est. Nec illud quidem omittendum, infra jambos tetrametros subsequi, quos hic nullos adjecit. Ac si quis animum attendere voluerit, cito intelliget, paucissimas omnino hac in fabula antistrophas inveniri. Adhuc nullam plane vidimus antistropham, quas in posteriore Comoediae parte infrequentes sane suo quamque loco illustrabo. Cujus rei causa non in veteris comoediae flore jam senescente ponenda, verum altius paullo videtur arcessenda esse. Nam chorus mulierum in prima hujus fabulae parte inde a. v. 295 non totus orchestram occupavit, sed in duo hemichoria divisus est, quorum alterum more pervulgato cantat saltatque, alterum vero propter concionem, Mnesilochum et Thesmophoria diu in proscenio retinetur. Atqui stropha et antistropha non unius sunt hemichorii, sed omnem chorum desiderant. Sero comperi, Hermannum quoque v. 431 sqq. et v. 518 sqq. pro stropha et antistropha habere, atque stropham tali maxime modo correctam velle:

Οὔπω ταύτης
ἤκουσα πολυπλοκωτέρας
γυναικὸς, οὐδὲ δεινότερα λεγούσης.
πάντα γὰρ λέγει δίκαια,
πᾶσαν ἰδέαν ἐξετάζει,
βαστάσασα φρενὶ, κυκνῶς τε
ποικίλους λόγους ἀνεῦρεν,
εὖ διεζητημένους.
ὥστ' ἂν εἰ λέγοι παρ' αὐτὴν
Ξενοκλέης ὁ Καρκίνου δο-
κεῖν ἂν αὐτόν,

πολυπλοκωτέρας γυναικός,
οὐδὲ δεινότερον λεγούσης.
πάντα γὰρ λέγει δίκαια·
πάσας δ' ἰδέας ἐξετάζει, 435
πάντα δ' ἐβάστασεν φρενί,

ὡς ἐγῷμαι, πᾶσιν ὑμῖν
ἄντικρυς μηδὲν λέγειν.

Sed veniamus ad singula.

V. 431. *Οὐπώποτε ταύτης ἤκουσα*] Dindorfius suo arbitratu edidit, *οὔπω ταύτης ἤκουσα*, ratus nimirum, metra hic et v. 520 *τουτὶ μέντοι θαυμαστὸν* exaequanda esse. At servanda erat librorum scriptura, *οὐπώποτε ταύτης ἤκουσα*, quod metri genus plus semel in Sophocle inveniri recte ait Bothius. Evolve inprimis Oed. Tyr. 1086, 1097

– ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑̄
εἴπερ ἐγὼ μόντις εἰμί,
τίς σε, τέκνον, τίς σ' ἔτικτε,

et compara Hermanni Elem. D. M. p. 433 sqq. Similiter etiam hic versus

– – ⏑ ⏑ – – ⏑̄ – ⏑̄
Οὐπώποτε ταύτης ἤκουσα,
πάσας δ' ἰδέας ἐξετάζει

choriambici sunt, praemissa basi, sequentibus trochaeis vel spondeis. Apte vero Berglerus meminit loci Vesp. v. 631

οὐπώποθ' οὕτω καθαρῶς
οὐδενὸς ἠκούσαμεν οὐ-
δὲ ξυνετῶς λέγοντος.

cl. v. 636

ὡς δ' ἐπὶ πάντ' ἐλήλυθεν
κοὐδὲν παρῆλθεν —.

V. 433. *οὐδὲ δεινότερον λεγούσης*] Ergo muliebris fuit Demosthenes ante Demosthenem virum, in quo omnis antiquitas *τὴν δεινότητα τῶν λόγων* laudibus extulit.

V. 435. Vulgo legitur *εἰδέας*, soloece et contra metrum. Verum *ἰδέας* Suidas propagavit in *Ἐβάστασεν*. Verissime G. Dindorfius, „*εἰδέαν* pro *ἰδέαν* poëtice dici Henrico Stephano praeeunte tradunt lexicographi. Potuerant eidem ut prosaico ex Hippocrate et aliunde speciem conciliare. Sed vereor ego, ut aut poëticum aut prosaicum sit." Illud non liquet, quid sit, quod Dindorfius se in dimetros redigere hunc et sequentem versum nolle magis, quam non posse affirmarit. Equidem huic versui justum metrum ita reddidi, ut *ἐξήτασεν*, quod e proximo aoristo *ἐβάστασεν* ortum videtur, in *ἐξετάζει* mutarem scriberemque *πάσας δ' ἰδέας ἐξετάζει*.

V. 436. Monet post alios Berglerus, *βαστάζειν* interdum sic

πυκνῶς τε ποικίλους λόγους ἀνεῦρεν,
εὖ διεζητημένους,
ὥστ' ἄν, εἰ λέγοι παῤ αὐτῆς

---

dici, ut sit animo ponderare, explorare, examinare, similitudine ab eis ducta, qui sublatum pondus explorent, apteque contulit Aeschylum Prometh. v. 912

Ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς ἦν, ὃς
πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε
καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν —.

Nemini tamen auctor sim, ut cum G. Burgessio praepositionem ex Aeschylo transferat in Aristophanem, scribendo, *πάντα δ' ἐβάστασ' ἐν φρενί.*

V. 437. Multo aliter haec legerat Suidas in *Ἐβάστασεν, πυκνῶς τε καὶ* (*καὶ* om. Cod. Ox.) *ποικίλως τοὺς λόγους.* Unde si quis dimetrum efficere voluerit, vel *ποικίλως*, vel mehercule *πυκνῶς* pro glossemate habeat, me non probante, conjiciatque aut *ποικίλως λόγους τ' ἀνεῦρεν*, aut *τοὺς λόγους πυκνῶς τ' ἀνεῦρεν.* Ego satis habui, nulla mutatione trimetrum catalecticum redintegrare,

πυκνῶς τε ποικίλους λόγους ἀνεῦρεν.

Nam vel particula *τὲ* impedit, quominus *πυκνῶς* ad praegressa verbumque *φρενὶ* trahatur, licet alibi vocabula *πυκνὴ φρὴν* conjuncta sint, ut Acharn. 445, Eccles. 571. Fuit, quum legi cuperem,

Πυκνός τε ποικίλους λόγους ἀνεῦρεν

forique astutas orationes invenit: profecto enim jam in concione orationes habentur, quo spectant etiam *δεινότερον* v. 436 et *ῥήτωρ* v. 532. Et articulum quidem hic non magis requiro, quam in Eccles. 243 *ἐν ταῖς φυγαῖς μετὰ τἀνδρὸς ᾤκησ' ἐν Πυκνί*, sed emendatio ista haud necessaria videtur. Verius est enim, *πυκνῶς* hic origine ac sono ita ad concionem (*Πύκνα*) alludere, ut declaret ***sapientia forensi.*** In eadem ambiguitate illud versatur Eqq. 1128

εἴ σοι πυκνότης ἔνεστ'
ἐν τῷ τρόπῳ:

Chorus enim ibi et Populum alloquitur *Δῆμον Πυκνίτην* v. 42, et statim pergit, *τρέφεις ἐν τῇ Πυκνί.*

V. 439. *ὥστ' ἄν εἰ λέγοι παῤ αὐτῆς*] Libri omnes, *παῤ αὐτῆς.* Non ausus sum recipere *παῤ αὐτήν*, repositum illud a Zanetto, Scaligero, Kustero, Berglero, Brunckio, Bothio, Dindorfio. Quamvis enim *παρὰ* in comparatione accusativum regat, tamen qui dixerit *λέγειν παρά τινα dicendo cum aliquo contendere*, scio neminem. Ac fieri potest, ut aliud hic ulcus lateat; interim conjicio, *παῤ αὐτῇ*, si dicat juxta eam, quomodo convertit Vossius et ipse Brunckius, tametsi etiam *παρά τινος* interdum, licet raro, juxta aliquem designat, de quo vide, ut alios taceam, Matthiam Gr. Gr. p. 1172 ed. II.

Ξενοκλέης ὁ Καρκίνου δο- 440

V. 440. *Ξενοκλέης ὁ Καρκίνου*] Libri *Ξενοκλῆς*, quod emendarunt Bentlejus et Brunckius. Xenoclis autem mentio irrisioque h. l. offendere quempiam possit. Primum audiamus Schol. Rav. *διὰ τὸ εὐμήχανον ἐν τοῖς δράμασι λέγεσθαι τὸν Ξενοκλέα, πρὸς τὰς τῆς γυναικὸς μηχανὰς παρελήφθη. χλευάζων δὲ λέγει οὐκ ἀπὸ σπουδῆς, ὡς ἐπὶ συμμέτρου. Ἄλλως. ὁ τραγῳδοποιός. ἤτοι δὲ* (F. *ἐν ἤθει δέ*) *διαβάλλει αὐτὸν ὡς ἀγυᾶ.* Is igitur machinas poëtae atque mulieris inter se putat comparari. Probabilius hic quidem Xenoclis cognomina, *ὁ εὐμήχανος, ὁ δωδεκαμήχανος, ὁ μηχανοδίφης*, ad doctas artes hominis dolosque refert, quam Schol. ad Pac. 769 theatri machinas intelligi vult; sed vel sic tamen haereo in comparatione oratoris et poëtae tragici, quantumvis hunc, ut Euripidem, *ποιητὴν ῥημάτιων δικανικῶν* (Pac. 526) fuisse statuas. Quamobrem sic censeo, Xenoclem tragicum haud raro in concione ad dicendum surrexisse, ibique verba fecisse cum risu populi majore, quam admiratione. Et in republica Xenoclem quendam versatum esse concedit, sed hunc a tragico Xenocle diversum facit Schol. ad Ran. 86 *τρίτος δέ ἐστι* (*Ξενοκλῆς*) *τούτοις ὁμώνυμος, πολιτικός* —. Copiosius de Xenocle supra disputatum est ad v. 169, ubi etiam de Carcino nonnihil adjeci. Hic autem facere non possum, quin ingeniosam Dobraei conjecturam de patre Carcini in medium proferam. Is enim in Adversar. p. 50 suspicatur, Carcinum eum, de quo retulit Thucydides II, 23. *ἐστρατήγει δὲ Καρκῖνός τε ὁ Ξενοτίμου* —, pro ipso illo poëta habendum esse, quem risit Aristophanes: ideirco quod hic sine dubio filium habuit Xenotimum. Quocirca patrem Carcino attribuit Xenotimum, fallique Harpocrationem censet, qui in v. *Καρκῖνος* Carcinum imperatorem a tragico distinguit, atque hunc Xenocle patre natum affirmat. Atque illud quidem perspicuum est, lusisse Pherecratem in *Ἀγρίοις* (schol. Vesp. 1509 [1500]), quum Carcinum poëtam in filium Thorycii nescio cujus mutaret. Tum leve est, quod Xenocles Carcini filius natu maximus videtur fuisse, quia hunc primum ante fratres enumerant Schol. ad Nub. 1263 et ad Pac. 761 (778); neque enim semper primum genitus filius nomen tulit avitum. Contra antiquum est veteribus grammaticis, unum eundemque hominem in duo vel etiam in plures discerpere, cujus generis illustre exemplum de Phormionibus exstat in Venet. Schol. ad Pac. 348 (347), puto ne diversos male confudisse videantur. Quae quum ita sint, equidem assensus Dobraeo non minus Thucydideum illud *Καρκῖνος ὁ Ξενοτίμου* de homine eodem tragico valere arbitror quam hoc valet Isocratis Trapezit. p. 52, 8 B. *Ξενοτίμῳ τῷ Καρκίνου* omninoque ad Xenotimos et Carcinos nobilem versum adcommodamus, (Ar. Avv. 283) *Ἱππόνικος Καλλίου, κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας.*

V. 443 sqq. Ego ut non solum primam feminae orationem, sed magis etiam Mnesilochi ultimam cum voluptate et plausu legere soleo,

κεῖν ἂν αὐτὸν, ὡς ἐγῷμαι,
πᾶσιν ὑμῖν
ἄντικρυς μηδὲν λέγειν.

ΓΥΝΗ Β.

ὀλίγων ἕνεκα καὐτὴ παρῆλθον ῥημάτων.
τὰ μὲν γὰρ ἄλλ' αὕτη κατηγόρηκεν εὖ·
ἃ δ' ἐγὼ πέπονθα, ταῦτα λέξαι βούλομαι.
ἐμοὶ γὰρ ἀνὴρ ἀπέθανεν μὲν ἐν Κύπρῳ,
παιδάρια πέντε καταλιπών· ἀγὼ μόλις

---

ita hanc mediam alterius feminae excusare fortasse possum, dilaudare quidem nullo modo. Vix enim quidquam frigidius cogitari potest, quam id quod dicit haec mulier, se jam aegerrime coronis nectendis vitam sustentare, ex quo Euripides tragicus hominibus non putare deos temere persuaserit. Quamobrem sic mihi de tota re videri profiteor. Pulchre intellexerat Aristophanes, fieri non posse, ut primam eminae orationem dissimillima Mnesilochi statim ex improviso sequatur; imo alteram, novae plenam accusationis necessario interponi debere. Sed quum omnia prope accusationis lumina in priorem locum contulisset, aspereque dicendi ornamenta tantum non absumsisset, coactus est alteri mulieri oratiunculam scribere in singulis quibusdam satis laudabilem, in summa rei tamen haud probandam, Chori denique mirifica ista praedicatione indignam.

V. 443. *καὐτὴ παρῆλθον*] Cod. Aug. et Juntina, *ἕνεκ' αὐτῆς*, Ravennas *ἕνεκ' αὐτή*, itaque edidit Zanettus. Tandem aliquando *ἕνεκα καὐτὴ* emendavit Porsonus. Id in ed. II et III. recepit Dindorfius, quum antea edidisset *ἕνεκά γ' αὐτή*. Bothiana, *ἕνεκεν αὐτή*. Ceterum et haec, et praeterea conjecturas Kusteri, Reiskii, Bentleji, Bergleri tacere praestat.

V. 445. *πέπονθα*[Schol. Rav. *ὑπὸ Εὐριπίδου*, si quem forte haec quoque tam minuta delectant.

V. 446. *ἄνὴρ*] Rav. *ἀνὴρ* ut solet.

Ibidem. *ἀπέθανεν μὲν ἐν Κύπρῳ*] Quiescunt interpretes Bothio excepto, qui maritum hujus feminae remigem fuisse conjecit. Aut hoc voluit poëta, hominem forte in Cypro nautam mortuum esse, aut cecidisse in Cypro militem, quum expeditio quaedam illuc suscepta esset. Sed nullam memini expeditionem, quae huc satis conveniat. Nam Cimon quidem CC navibus Cyprum petiit et oppugnavit Citium (v. Thucyd. I, 112 ibique Wassium), sed quadraginta paene annis ante, quam nostra fabula data est.

V. 447. *μόλις*] Brunckius *μόγις* requirit cum quibusdam Atticistis. At vero Attici haud dubie utraque forma, et *μόλις* et *μόγις* usi sunt.

στεφανηπλοκοῦσ᾽ ἐβοσκον ἐν ταῖς μυρρίναις.
τέως μὲν οὖν, ἀλλ᾽ ἡμικάκως ἐβοσκόμην·

V. 448. *στεφανηπλοκοῦσ᾽*] Doctissime Lobeckius ad Phrynichum p. 650 demonstravit, Atticos unice formas *στεφανηφόρος, στεφανηφορεῖν* usurpasse, vocibus autem *στεφανοφόρος, στεφανοφορεῖν* penitus abstinuisse, in quibus nimia brevium syllabarum multitudo aures offendebat.

Ibidem. *ἐν ταῖς μυρρίναις*] Mire fallitur Schol. Rav., si quidem haec verba ita interpretatur, *διὰ μυρρίνων στεφάνους ποιοῦσα.* Nam voces *ἐν ταῖς μυρρίναις* significant *in foro, ubi myrteae coronae venduntur*, usu notissimo, quem praeter alios illustravit Brunckius ad Lysistr. v. 557.

V. 449. *Τέως μὲν οὖν, ἀλλ᾽ ἡμικάκως ἐβοσκόμην*] *Τέως*, quod *aliquamdiu* significat, visum est antiquis grammaticis *πρότερον* vel *πρὸ τοῦ* denotare, particula *νῦν* v. 450 fortasse inductis. Sic enim male interpretantur Schol. Rav. *ἀντὶ τοῦ πρότερον*, Suidas v. *Τέως*, ubi vulgo quidem exstat, *τέως μὲν οὖν ἀλλ᾽ ἡμικάκως*, sed in cod. Oxon. *τέως μὲν οὖν ἀλλ᾽ εἰ κακῶς —*, denique Schol. Platonis p. 334 B., qui incipit *τέως*] *δηλοῖ τὸ πρὸ τοῦ*, deinde etiam hunc l. sic affert, *ἃ γὰρ μόλις — μυρρίναις, τέως μὲν οὔκ ἂν:* quod erunt, qui in *τέως μὲν οὖν κἂν ἦ.* mutatum velint, collatis Ar. Acharn. 985, Luc. D. Mort. XIII, 6. et Hermanno ad Viger. p. 836. Tum vero Lobeckius p. 336 ad illud Phrynichi praeceptum, *Ἡμίκακον: οὐχ οὕτως. ἀλλ᾽ ἡμιμόχθηρον φάθι.* cavendum esse dicit, ne hic *ἡμικάκως* pro *τέως μὲν οὖν ἀλλ᾽ ἢ κακῶς* temere illatum sit. Quae conjectura licet varia apud Suidam lectione *ἀλλ᾽ εἰ κακῶς* quodammodo adjuvetur, graeco tamen sermoni videtur repugnare. Nusquam enim *ἀλλ᾽ ἢ* ***at certe*** declarat, quam vim *ἀλλὰ* solum habet saepissime. Exempla e tragicis collegit Elmslejus ad Heraclid. v. 565, ex Aristophane idem ad Acharn. v. 1033, alia dedit Valckenarius ad Roever. p. LIII, qui fallitur ad Eurip. Phoeniss. v. 1681. Neque rectius existimat Hemsterhusius de loco Luc. D. Marin. VI, 2. *σὺ δὲ ἀλλὰ —*. His adde Eurip. Hecub. 391, Lucian. Vitar. Auct. c. 12, Philopseud. c. 37, Saturnal. c. 5. Alio sensu — *δὲ ἀλλὰ* dicere solet Eustathius; v. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 441. Deinde quum editores Comici, tum etiam Lobeck. fugit Pollucis memoria, haud dubie illa ad nostrum versum referenda, VI, 161. *Ἀριστοφάνης δὲ καὶ ἡμικάκως* (*λέγει*). Quid, quod ipsa hujus loci ratio flagitat, ut *ἡμικάκως* mordicus retineatur: vide enim, quid deinceps oppositum sit, *τέως μὲν οὖν ἀλλ᾽ ἡμικάκως ἐβοσκόμην· νῦν δ᾽ — ὥστ᾽ οὐκέτ᾽ ἐμπολῶμεν οὐδ᾽ εἷς ἥμισυ.* Nemo dixerit, hoc uno loco Phrynichi sententiam non labefactari; ludere enim Aristophanem. Imo vero Phrynichus jure quidem suo commendat *ἡμιμόχθηρος*, quo usum esse scimus Platonem, ceterum *ἡμίκακος* Atticista nullo pacto debebat improbare. Neque enim haec vox

νῦν δ' οὗτος ἐν ταῖσιν τραγῳδίαις ποιῶν, 450
τοὺς ἄνδρας ἀναπέπεικεν οὐκ εἶναι θεούς·
ὥστ' οὐκέτ' ἐμπολῶμεν οὐδ' εἰς ἥμισυ.
νῦν οὖν ἅπάσαισιν παραινῶ καὶ λέγω,
τοῦτον κολάσαι τὸν ἄνδρα πολλῶν οὕνεκα.

---

ad Cyrillos ableganda est, sed fatente ipso Lobeckio, Sophoclis, *Euclidis* (v. Meineckium Qu. Sc. II p. 75) et Alexidis nititur consensu.

V. 450. 451. *Ταῖσιν τρ.*] Ante Brunckium *ταῖσι τρ.*. Ravennas et hic *ταῖσι*, et mox v. 453 *ἁπάσαισι*. Nunc autem Euripides in tragoediis suis viris persuasit, deos non credere. Respexit hujusmodi locos, ut Hecub. v. 484

Ὦ Ζεῦ, τί λέξω; πότερά σ' ἀνθρώπους ὁρᾶν;
ἢ δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην
ψευδῆ, δοκοῦντας δαιμόνων εἶναι γένος,
τύχην δὲ πάντα τἀν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν;

Cf. ibid. v. 958 — 960. Bellerophont. p. 112 ed. M.

Φησίν τις εἶναι δῆτ' ἐν οὐρανῷ θεούς;
οὐκ εἰσίν, οὐκ εἰσ'· —.

Melanipp. p. 213, ubi primum scripsit,

Ζεὺς, ὅστις ὁ Ζεύς· οὐ γὰρ οἶδα, πλὴν λόγῳ
κλύων —,

deinde vero explosus reposuit,

Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο,
Ἕλλην' ἔτικτε.

Gravissime vero in deos invectus est Sisyphi tragoediae poëta, qui tamen vix fuit Euripides, in longissimo fragmento p. 323. 324 M., ubi inter alia legas:

Οὕτω δὲ πρῶτον οἶομαι πεῖσαί τινα,
θνητοὺς νομίζειν δαιμόνων εἶναι γένος.

Speciose quidem nonnulli, ut Barnesius, contendunt, decorum in personis ab Euripide multo aliter sentiente observari debuisse. Incaute tamen tragicus, quem ita sensisse tuto negaveris, talia saepius repetiit. Sed ego quoque, ut Brunckius, posito pignore confirmem, si Euripides capitis, uti Socrates, accusatus esset, futurum fuisse otiosum quendam fabulatorem, qui traderet, Aristophanem pretio corruptum maligne Euripidem in scena crimine impietatis arcessivisse.

V. 453 — 456. Hos quatuor versus apponit Gellius N. A. XV, 20. Ejus odii in mulieres Aristophanes quoque meminit *ἐν ταῖς προτέραις Θεσμοφοριαζούσαις*, in his versibus: *Νῦν οὖν — αὐτὸς τραφείς*. Codices latini apud Gronovium mire, ut solent, *ἄγρια γάρ τινα* (aut *τινας*) *ὦ*, porro *ΔPaKaλλaTE* vel *aPaKaΔamTE* (Scioppius, *δρᾶ κα ἅπαγ' ἐν*); omnes tamen libri Gelliani v. 456 exhibent, *ἀγρίοις τοῖς λαχάνοις*. Praeterea v. 455, 456 affert et re-

ἄγρια γὰρ ἡμᾶς, ὦ γυναῖκες, δρᾷ κακά, 455
ἅτ' ἐν ἀγρίοισι τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς.

---

prehendit Pseudoplutarch. Comparat. Aristoph. et Menandri ab initio, ubi ita scriptum est,

Ἄγρια γὰρ ἡμᾶς, ὦ γυναῖκες, ἆρα κακά,
ἅτε ἐν ἀγρίοις τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς.

V. 455. 456. Quaeritur primum de lectione versus posterioris, tum de totius loci sententia. Nam Codices quidem poëtae contra metrum scribunt, *ἐν ἀγρίοισι λαχάνοις*, Plutarchus autem et Gellius, *ἐν ἀγρίοις τοῖς λαχάνοις* cum articulo. Posteriorem scripturam Bentlejus e conjectura occupaverat, *ἅτ' ἐν ἀγρίοισι τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς*, Bruncknius articulum hic inutilem importunumque esse ratus, emendari mavult, *ἅτ' ἐν ἀγρίοισι δὴ λαχάνοις αὐτὸς τραφείς*, Porsonus denique voces transponit, hic, ut saepe alias, infelicissime, *ἅτ' αὐτὸς ἐν ἀγρίοισι λαχάνοισιν τραφείς*. Articulum *τοῖς* h. l. necessarium esse, nullo negotio demonstraveris. Tria enim numerabant, olerum genera, *συγκεκομμένα* sive *κνιστά*, tum *ἄγρια*, postremo *ἰσχνὰ* sive *λεπτά*. Pollux VI, 62. *τὰ δὲ συγκεκομμένα λάχανα, κνιστὰ ἐκάλουν, ὡς τὰ ἄγρια κιχόρεια, καὶ τὰ ἰσχνὰ λάχανα, λεπτὰ λάχανα.* Antiatticista Bekkeri p. 105, 21. *Κιχορία: τὸ ὄγριον λάχανον. Ἀριστοφάνης Δράμασιν.* Scr. *Κιχόρεια* cl. Horat. Od. I, 31, 16. Me cichorea levesque malvae. Hujus generis a Comico mentio fit etiam in Pluto v. 298 *πήραν ἔχοντα λάχανά τ' ἄγρια δροσερά* —. Jam vero quum *ἄγρια λάχανα* aliis generibus opposita sint, profecto scribere Aristophanes debebat, *ἐν ἀγρίοισι τοῖς λαχάνοις*, hoc est *ἐν ἀγρίοις οὖσι τοῖς λαχάνοις*, sive *ἐν τούτοις τοῖς λαχάνοις, ἃ ἄγριά ἐστιν.* Neque vero in eo mentitur vehemens femina, quod Euripidem in agrestibus potissimum oleribus eductum dicit atque nutritum. Ut enim Gellii verba l. l. omittam, Euripidi poëtae matrem Theopompus *agrestia olera* vendentem victum quaesisse dicit. Ipse Comicus iterum iterumque Euripidi agrestia olera exprobravit, infra v. 910 *ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων*, Ach. 453 *σκάνδικά μοι δός, μητρόθεν δεδεγμένος.*, Eqq. v. 19 *μὴ διασκανδικίσῃς.* Nimirum et *σκάνδιξ* et *ἴφνα* fuerunt *ἄγρια λάχανα*. Et quis nescit acerbissimum versum Ran. 839 *ἆληθες, ὦ παῖ, τῆς ἀρουραίας θεοῦ;* sumtum ex Euripide, qui pro *ἀρουραίας* dixerat *θαλασσίας*. Aliter vero *ἄγρια κακὰ* explicanda esse, aliter *ἄγρια λάχανα*, vix est, quod moneam. Nam *ἄγρια κακὰ* ferocia sunt atque ingentia mala, eo fere sensu, quo *ἄγριον κνβευτὴν* Menander conjunxerat in Bekk. Anecd. p. 332, 28. Patet igitur, Aristophanem hic facetissime in ambiguitate nominis *ἄγριος* lusisse. Nam Plutarchus non verus, ut puto, sed personatus, quod l. l. hunc lusum inter vitia Aristophanis recenset, dignus est, qui rideatur. Neque tamen nasutus homo sine bona gratia a nobis dimittendus est, ut qui tria Comici fragmenta, eaque nondum in ordinem relata, con-

ἀλλ' εἰς ἀγορὰν ἄπειμι· δεῖ γὰρ ἀνδράσιν
πλέξαι στεφάνους συνθηματιαίους εἴκοσι.

---

servaverit. Sed ordine expediam de singulis. *Ἐπαινεῖται γάρ, φησὶν (Ἀριστοφάνης), ὅτι τοὺς ταμίας ἐβάπτισεν, οὐχὶ ταμίας, ἀλλὰ Λαμίας ὄντας.* Nisi forte Aristophanes Subjectum verbi *ἐπαινεῖται* est, referri haec propter *ἐβάπτισεν* ad Baptas Eupolidis possunt. ***Et hic etiam laudatur***, inquit, ***quod promos condos in Baptis traduxit, quum non ταμίαι potius essent, quam Λαμίαι.*** Mox pergit *καὶ Ὑπὸ γέλωτος εἰς τὸ γελᾶν ἀφίξομαι.* Certa est Meziriaci et jam ante Xylandri emendatio *εἰς Γέλαν*, scribendumque, *ὑπὸ τοῦ γέλωτος εἰς Γέλαν ἀφίξομαι*, qui versus e Babyloniis vel e Cocalo sumtus esse videtur. Simillimum jocum vide in Acharn. v. 582 *τοὺς δ' ἐν Καμαρίνῃ, κἂν Γέλᾳ κἂν Καταγέλᾳ.* Rectiore autem judicio Athenaeus VII, 314, f. posteriorem locum in suam rem convertit, *τίς οὕτως τακτικὸς ἀκριβής, ἢ τίς οὕτως κριτὴς ὕψων, ὡς ὁ ἐκ Γέλας, μᾶλλον δὲ Καταγέλας, οὗτος ποιητής*, quam Pseudoplutarchus iste priorem exagitat. Restat tertius locus, *καὶ, τί δέ σοι δράσω κακόδαιμον ἀμφορεὺς ἐξοστρακισθείς;* cujus sententia clara est, lectio autem et metrum sic dubia, ut tamen asynartetum versum agnoscos. Imo legendum est cum Hermanno,

Τί δή σ' ἔδρασεν ὁ κακοδαίμων ἀμφορεὺς
Ἐξοστρακισθείς;

Ceterum iniquus scriptor ibi antitheta, homocoptota, paronymias tam acriter est insectatus, non ut Aristophanis, qui Agathonem irrisit, sed ipsius Agathonis imaginem exhibitam putares. Enimvero quid vult sibi mediis in paronomasiis hic locus, *καὶ, Γαστρὶ ζῇ καὶ τοῖς ἐντέροις, καὶ τοῖς κώλοις*? Ineptus Epitomator pro *γαστρίζε* posuit *γαστρὶ ζῇ*, quum prius locum Eqq. 455, foede mutilasset,

παῖ' αὐτὸν ἀνδρικωτάτως,
γάστριζε καὶ τοῖς ἐντέροις,
καὶ τοῖς κόλοις,
χὤπως κολᾷ τὸν ἄνδρα.

Hic in Aristophane pro *αὐτὸς τραφεὶς* Juntina habet *αὐτοστραφείς*.

V. 457. 458. *Στέφανοι συνθηματιαῖοι* opus sunt redemtum, sive ejusmodi coronae, de quarum pretio venditorem inter et, qui sibi faciendas locaverit, emtorem conveniat. Ita enim bene interpretantur jam ipsi veteres, Athenaeus, XV, 680, c. *Συνθηματιαῖοι στέφανοι. ἠργολαβημένοι καὶ ἐκδόσιμοι. Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις· Πλέξαι στεφάνους συνθηματιαίους εἴκοσιν.* Ubi duo praestantissimi Codd. habent *συνθηματαῖοι* ac deinde *στεφάνους πλέξαι*. Causam nominis *συνθηματιαῖος* explicavit Casaubonus. Pollux VII, 200 *συνθηματιαίους δὲ στεφάνους εἴρηκεν Ἀριστοφάνης τοὺς ἠργολαβημένους, οὓς οἱ νῦν ἐκδοσίμους λέγουσι.* Vide interpretes, inprimis Hemsterhusium. Eodem fere modo Hesychius *Συνθηματιαῖοι: οἱ*

ΧΟΡΟΣ.

ἕτερον αὖ τι λῆμα τοῦτο
κομψότερον ἔτ', ἢ τὸ πρότερον, ἀναπέφηνεν. 460
οἷα κἀστωμύλατο
οὐκ ἄκαιρα, φρένας ἔχουσα;
καί [τι] πολύπλοκον νόημ', οὐδ' ἀσύνετ', ἀλλὰ

ἠργολαβημένοι καὶ ἐκδεδομένοι, ἐκδόσιμοι. Suidas, Συνθηματιαίους: οὓς ἡμεῖς λέγομεν ἐκδοτικούς. Ἀριστοφάνης, Δεῖ γὰρ — εἴκοσι. Schol. Rav. ad h. l. οὓς ἡμεῖς συνεκδοτικοὺς (imo ἐκδοτικοὺς) λέγομεν. Ceterum Schweighaeuserus ad Athen. T. IX, p. 55, quum animadvertisset, sexies ab Athenaeo posteriores, semel tantum priores commemorari Thesmophoriazusas, statuit, Athenaeum secunda tantum hujus fabulae editione usum esse, versum autem XV, 680 c. allatum, πλέξαι στεφάνους συνθηματιαίους εἴκοσιν e prima editione in altera servatum esse. At iste trimeter cum reliquis scenae nostrae partibus tam arcte cohaeret, ut eum cum δευτέραις communicare, esse videatur, longissimam scenam in δευτέρας conferre, quam non editionem potius, quam diversam fuisse fabulam, alibi docuimus. Imo Athenaeus et προτέραις et δευτέραις usus est, sed tamen his nescio quo casu multo saepius. Fortasse auctores, quos sequi Athenaeus consuevit, raro in manus sumserant Thesmophoriazusas priores.

V. 459—465. Quo minus haec oratio placere auditoribus poterat, eo jam a Choro impensius laudatur. Sed hoc etiam carmen ineptis conjecturis vitiarunt G. Burgessius et Hotibius, non item Bothius. Verba Ἕτερον αὖ τι — ἀναπέφηνε recepit Suidas s. Λῆμα.

V. 461. οἷα κἀστωμύλατο] Hanc emendationem, ob metrum necessariam, invenerunt G. Dindorfius et Dobraeus Vol. VII P. 2 p. 94. Libri οἷα κατεστωμύλατο. Per se quidem bonum esse verbum καταστωμύλλεσθαι, evincunt Ar. Ran. 1158

ὦ κατεστωμυλμένε
ἄνθρωπε,

indeque Phrynichus Bekkeri p. 45, 25. κατεστωμυλμένος: ὁ πολλῇ τῇ στωμυλίᾳ χρώμενος., alia.

V. 462. οὐκ ἄκαιρα] οὐκ ἄκερα Rav. et Juntina. Temere lusi adolescens et projeci, οὐκ ἄκυρα.

V. 463. καί [τι] πολύπλοκον νόημ'] Libri, καὶ πολύπλοκον νόημ' (νόημ' August. νόημα vulgo et Rav.), in quo non haesit nisi Dobraeus l. l., scribens ille „Tum qu. καί τι πολύπλοκον νόημ', Οὐδ' ἀσύνετον οὐδέν, ἀλλὰ —." Taceamus caetera, sed τι suo jure inseruit Dobraeus. Neque enim fieri potest, ut atticus poëta vocis πολύπλοκον secundam produxerit. Porro nihil ad h. l. adcommodatius est pronomine τί, quod litera sequens absorbuit. Quamvis enim Chorus de priore etiam femina, vafra quadam versutaque ita locutus sit,

πιθανὰ πάντα· δεῖ δὲ ταύτης
τῆς ὕβρεως ἡμῖν τὸν ἄνδρα περιφανῶς δοῦναι δίκην. 465

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τὸ μέν, ὦ γυναῖκες, ὀξυθυμεῖσθαι σφόδρα

Οὐπώποτε ταύτης ἥκουσα
πολυπλοκωτέρας γυναικός,

hic tamen dubitandum non est, quin digitum intendat simul ad verbum πλέκειν, secundae mulieris vel maxime proprium (cf. v. 448 στεφανηπλοκοῦσ' et v. 458 πλέξαι στεφάνους); hoc enim lusus genere vel nimium oblectatur Aristophanes. Jam vero Graecos, ubi similitudines comparant, pronomine τὶς uti solere, copiose olim in Qu. Lucc. p. 16 sq. ostensum est.

V. 465. τῆς ὕβρεως] Ὕβρεως libri omnes habent, puto etiam Ravennatem, cui τῆς ὕβρεος tribuit Invernizius, Bekkerus contra vulgatam, tacite uterque. Brunckius ὕβρεως cum attica contractione retinet, Dindorfius in ed. II et III τῆς ὕβρεος scribit. Non minus hic ego τῆς ὕβρεως defendo, quam Hermannus in Nubib. 1076 τῆς φύσεως tuetur. Et hic quidem vir egregius φύσεος similiaque carmini melico relinquit, ut Vesp. 1282 atque 1458, suspectum vero habet trimetrum Plut. 1944 τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος ἧς ὑβρίζομαι. Et certum est, epica forma in diverbiis abstinuisse Comicos, nisi forte praesens necessitas urgeret.

Ibidem. περιφανῶς] Mirum est, quod Lucianus neque ipse utitur hoc adverbio (sciens enim omitto Charidem. 15 οὕτω — περιφανῶς) et utentem eo facit Lexiphanem c. 19 Μὴ ἐμὲ, Σώπολι ἀλλὰ τουτονὶ Μυκῖνον, ὃς περιφανῶς μακκοᾷ —. Atqui sic iterum iterumque flos Atticorum, Comicus noster, Avv. 1290 ὠρνιθομάνουν δ' οὕτω περιφανῶς, ὥστε καὶ —. Plut. 948 διὰ καταλύει περιφανῶς εἷς ὢν μόνος —, κἀνταῦθα, ut cum scholiastis loquar. Cf. Eqq. 206. Demosth. Adv. Callicl. 28, 2 B. περιφανέστερον συκοφαντοῦντες. In Thucydide VIII, 87 aliquando conjeci, περιφανῶς δήπου, οὐκ ἐνδοιαστῶς. Compares praeterea Thucyd. II, 65 χρημάτων τε διαφανῶς ἀδωρότατος γενόμενος —. atque Ar. Equit. v. 938 καταφανῶς

V. 466 sqq. Sequitur Mnesilochi oratio Euripidem defendentis, plena facetiarum ac paene divina, quam accusationi prioris feminae, quamvis laudabili, anteponere non dubito. Et de argumento quidem post paullo ad singulos locos nonnulla dicentur; hic tantum significo, ultima narratione inde a v. 502 nihil melius aut in suo genere praestantius ne optari quidem posse. Adde senem Mnesilochum, adde muliebrem vestem, eamque pretiosam, ut prolatam ex domo Agathonis, adde vanissimum conatum feminae simulandae et varias illecebras, in

Εὐριπίδῃ, τοιαῦτ' ἀκουούσας κακά,
οὐ θαυμάσιόν ἐστ', οὐδ' ἐπιζεῖν τὴν χολήν.
καὐτὴ γὰρ ἔγωγ', οὕτως ὀναίμην τῶν τέκνων,
μισῶ τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον, εἰ μὴ μαίνομαι. 470
ὅμως δ' ἐν ἀλλήλαισι χρὴ δοῦναι λόγον.
αἱταὶ γὰρ ἐσμέν, κοὐδεμί' ἔκφορος λόγου.

---

his acutam vocem mireque extenuatam. Prudenter etiam Schol. Rav. ad v. 469 *ἐπίτηδες ὁ κηδεστὴς ὑπὲρ τὰς ἄλλας γυναῖκας γυναικίζεται, ἵνα διὰ τοίτου λάθῃ.*

V. 467. *ἀκουούσας*] *ἀκουούσαις* Ravennas.

V. 469. 470. *καὐτὴ γὰρ ἔγωγ'*] Inepte Elmslejus ad Acharn. v. 127 „Malim *καὐτὴ γὰρ οὖν.*"

ὀναίμην] Rav. Aug. Junt. *ἐνοίμην*, sed *ὀναίμην* Suidas in voce affert, ubi idem legit *ἐγὼ οὕτως.* Suidae lectionem merito probarunt Toupius, Brunckius, Lobeckius ad Phryn. p. 13 aliique.

V. 470. Hunc versum propinat Suidas s. *Μαινάδας.* Ceterum hi duo versus altiorem habent intellectum, quam videntur. *Ipsa quoque*, inquit, *per amorem juro liberorum, odi illum virum; nam alioqui desiperem.* Haec scilicet Mnesilochus e sua dicit persona, neque hic quidem feminam ementitur. Vidimus enim supra, Choerinen, filiam senis, post infelix matrimonium ab Euripide repudiatam esse.

V. 471. *ἐν ἀλλήλαισι*] Rav. Aug. Junt. *ἐν ἀλλήλοισι.* Ed. Kusteri aliaeque vetustiores *ἐν ἀλλήλῃσι.* Correxit Brunckius.

V. 472. *κοὐδεμί' ἔκφορος λόγου*] Quum Valckenarius ad Hippolytum v. 294 vitiosissime hic scribi *ἔκφορος* dixisset, et omnino corrigendum esse, *κοὐδεμί' ἐκφορὰ λόγου*, non solum Brunckius perpetuum suum ducem sequutus est, quod *ἔκφορος* sensu careat, *ἐκφορὰ* vero haud dubium sit, verum etiam Dindorfius Bothiusque *ἐκφορὰ* susceperunt, quod hodie quasi pro legitimo obtinere solet. At certa est, si quidquam, lectio *ἔκφορος*, quam et libri ad unum omnes tuentur, et legerat eandem Schol. Rav. *οὐδεμία ἐκφέρουσα τοὺς λόγους πρὸς τοὺς ἄνδρας.* Gravius est, quod sententia *ἔκφορος* poscit, *ἐκφορὰ* autem respuere videtur. Manifesto enim Mnesilochus, quo magis animos mulierum in errore confirmet, hoc declarat: *nam solae sumus, neque ulla nostrum sermonem effert:* atqui homo nequam ipse effert, sed efferre vult insciis mulieribus. Qui si dixisset, nullo modo licere sermonem efferre (*ἐκφορά*), exspectationem audientium minime expleret; saepe enim quae facere non licet, facta sunt tamen et fiunt quotidie. Apparet vero quam ob causam *ἔκφορος* VV. DD. nugis plenum sensuique contrarium habuerint. Vulgo enim hoc adjectivum vim habet passivam, ut in ipso Hippolyto, *Εἰ δ' ἔκφορός σοι συμφορὰ πρὸς ἄρσενας*, cui opponuntur *τὰ ἀπόῤῥητα κακά.* Sed

τί ταῦτ' ἔχουσαι κεῖνον αἰτιώμεθα,
βαρέως τε φέρομεν, εἰ δύ' ἡμῶν ἢ τρία
κακὰ ξυνειδὼς εἶπε δρώσας μυρία; 475

---

notionem ei activam, licet in dispari sensu, Aeschylus tribuit in Eumen. v. 910 *τῶν δυσσεβούντων δ' ἐκφορωτέρα πέλοις*. Quocirca vox *κοὐδεμί' ἔκφορος λόγου* nihil distat a locutione, *κοὐδεμί' ἐκφέρει λόγον*, qua Comicus utitur in Ecclesiaz. 443

κοὔτε ταπόρρητ' ἔφη
ἐκ Θεσμοφόροιν ἑκάστοτ' αὐτὰς ἐκφέρειν.

Neque vero Plato in Lachete extremo p. 201. a. scripsit, uti Valckenario placebat, *οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγος*, sed emendandum est, *οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγον*, haec enim non efferentur, uti bene convertit Ficinus. Ex his satis, quemadmodum spero, intelligitur, de formula *οὐκ ἔστιν ἐκφορὰ* h. l. omnino non cogitandum esse. Haec usu recepta erat in uno et item altero sacrificiorum genere, de quibus domo efferre quidquam atque aliis donare nefas putabatur. Aristophanes in Pluto v. 1138

ΕΡ. *εἴ μοι πορίσας ἄρτον τίν' εἶ πεπεμμένον*
δοίης καταφαγεῖν, καὶ κρέας νεανικόν,
ὧν θύεθ' ὑμεῖς ἔνδον. *ΚΑ.* *ἀλλ' οὐκ ἐκφορά.*

Jure enim hanc scripturam probavit scholiastes, addito Theopompi versu, *Α.* *εἴσω δραμὼν αἴτησον.* *Β.* *ἀλλ' οὐκ ἐκφορά.* Euphron. Athenaei in Adelphis IX, 380, a.

πέμπτην ἔθυον ἡμέραν οἱ Τήνιοι,
πολιοὶ γέροντες, πλοῦν πολὺν πεπλευκότες,
λεπτὸν ἔριφον καὶ μικρόν. οὐκ ἦν ἐκφορὰ
Λύκῳ κρεῶν τότ' οὐδὲ τῷ διδασκάλῳ.

Ac nescio, an haec eadem genera sacrificiorum Aristophanes Gerytade in animo habuerit, quum ita diceret, *Αὐτοὶ θύομεν*, i. e. ut opinor, nullam cedimus sacrificiorum portionem, soli sacra facimus: quanquam Hesychius multo aliter hanc glossam explicavit.

V. 473. *τί ταῦτ' ἔχουσαι —;*] Participium *ἔχων*, ubi prorsus abundare dicitur, semper cum aliqua reprehensione conjunctum est. Vide exempla hic a Brunckio composita et Vigerum p. 251. Ceterum verba *Τί ταῦτ' — φέρομεν* affert Suidas s. *Τί ταῦτα*, ubi vulgo *βαρέως τε —*, in Cod. Oxon. autem *βαρέως δὲ —* legitur.

V. 474. 475. *εἰ δύ'*] *ἢ δύ'* Rav. et Juntina.

Ibidem. *δρώσας*] Sic Ravennas et Juntina; vulgo enim *δράσας* legitur. Correxerunt Kusterus, Berglerus, Brunckius, alii. Permira est Reiskii conjectura, *εἶπ' ἐάσας μυρία*, neque illud necessarium, quod volebat Bentlejus, casus *ἡμῶν — δρώσας* exaequari, sive *ἡμῖν — δρώσαις*, sive *ἡμᾶς — δρώσας* legendo. Plenius enim ita loqueretur senex, *εἰ δύ' ἡμῶν ἢ τρία κακὰ ξυνειδὼς εἶπεν* (*ἡμᾶς δύ' ἢ τρία κακά*), *δρώσας μυρία*. Si quid utique mutari placet conjiciam

ἐγὼ γὰρ αὐτὴ πρῶτον, ἵνα μἄλλην λέγω,
ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πολλὰ δείν'· ἐκεῖνο δ' οὖν
δεινότατον, ὅτε νύμφη μὲν ἦν τρεῖς ἡμέρας,
ὁ δ' ἀνὴρ παρ' ἐμοὶ καθεῦδεν· ἦν δ' ἐμοὶ φίλος,
ὅσπερ με διεκόρησεν οὖσαν ἑπτέτιν. 480

ἡμῖν, quod a v. ξυνειδὼς pendeat; sed nimirum haec quoque conjectura inutilis est.

V. 477. In vulgata scriptura librorum πόλλ' ἐκεῖνο δ' οὖν — unus pes huic versui deest. Hunc feliciter Comico restituit Dawesius p. 317 (564 Kidd.)

πολλὰ δείν'· ἐκεῖνο δ' οὖν
δεινότατον.

Praestat hic verborum ordo, ut in oppositione, alteri, quem commendavit Bentlejus, δεινὰ πόλλ'; nam alia ejusdem Dawesii conjectura, ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πολλὰ δρῶσ'· ἐκεῖνο δ' οὖν in sententiam peccat. Merito autem πολλὰ δείν' Brunckius Dindorfiusque adoptarunt. Simillimus locus Sophoclis est in Antigone v. 332

Πολλὰ τὰ δεινά, κοὐδὲν ἀν-
θρώπου δεινότερον πέλει.

Nihil attinet reliquas conjecturas proferre, in quibus mire eminet Bothiana, πολλὰ πόλλ'.

V. 478. ἦν] Libri omnes, etiam Ravennas. Ἦ Dindorfius et Bothius.

V. 479. παρ' ἐμοὶ καθεῦδεν] Libri παρ' ἐμοὶ καθεύδειν. Zanettus, Kusterus et Berglerus, κάθευδεν. Scripsi καθεῦδεν cum Bentlejo, Brunckio, Dindorfio ed. III, J. Bekkero; nam Scaligeri καθηῦδεν non magis probo, quam ηὗδον. Mendose Porsonus cum duplici augmento, καθεῦδεν (sic). Quod ex una editione profertur, παρ' ἔμ' ἐκάθευδεν, minime violat leges grammaticae. Nam vel attico homini oratio Scythae convenit infra v. 1193 τί οὐ κατεύδει παρ' ἐμέ; casu accusativo. In Acharnensibus v. 725 παρ' ἁμὲ πολυτίματος, ὅπερ τοὶ θεοὶ perperam Elmslejus παρ' ἁμὶ conjecit. Minorem persuadendi vim habet Avv. 846 οἰμωζε παρ' ἐμί, quia ridentur antegressa, κἀκεῖθεν αὖθις παρ' ἐμέ. Priscianus Vol. II. p. 241 ed. Krehl. Attici παρὰ σὲ pro παρὰ σοί, quomodo et nos *apud te*. Aristophanes Ποιήσει,

Γυναῖκα δὲ ζητοῦντες ἐνθάδ' ἥκομεν,
ἣν φασὶν εἶναι παρὰ σέ.

Antiatticista Bekkeri p. III, 12. Παρ' ἡμᾶς οἰκεῖ: ἀντὶ τοῦ παρ' ἡμῖν. Ἀλέξις Φιλαθηναίῳ.

V. 480. Libri διεκόρευσεν. Ego διακορεῖν atticam esse formam, διακορεύειν vero communem ratus non dubitavi διεκόρησεν mutuari a Polluce III, 42. τὸ δὲ τῆς παρθενίας ἀφελέσθαι διακορῆσαι λέγουσιν, ὡς Ἀριστοφάνης, Οὗτός με διεκόρησεν οὖσαν ἑπτέτιν. Ubi

οὗτος πόθῳ μοὔκνυεν ἐλθὼν τὴν θύραν·

Jungermannus quoque ex Polluce scribendum esse ait, *ὅσπερ με διεκόρησεν οὖσαν ἑπτέτιν. Οὗτος* pro *ὅσπερ* aperte sumsit Pollux ex initio v. 481. Formae *διακορεῖν, ἐκκορεῖν* haec exempla sufficiant, infra v. 760 *ἐξεκόρησε*, Pac. 59 *μὴ 'κκόρει τὴν Ἑλλάδα*. Menandri Fr. p. 279 ed. M. *ἐκκορηθείης σύ γε*. Lucian. D. Marin. XIII, 1. *διεκόρησας τὴν παῖδα*. ibid. §. 2 *οἰομένη ὑπὸ σοῦ διακεκορῆσθαι*. Toxar. c. 25 *καὶ μετ' ὀλίγον προῆλθε, διακορήσας αὐτήν*. Alia dedit Hermannus Opusc. T. II p. 327 sq. Deterior est, ut diximus, forma *διακορεύειν*, neque cum attico *διαπαρθενεύειν* contendi potest. Haesit tamen vel in Luciano D. Meretr. XI, 2 *τὴν ἄρτι διακεκορευμένην*.

Ibidem. *οὖσαν ἑπτέτιν*] Rav. Aug. Junt. *ἑπτέτιν οὖσαν*. Correctum e Polluce a Biseto, Kustero et caeteris. Quod autem narrat Mnesilochus femina, olim sibi amicum fuisse, qui se jam septuennem puellam vitiasset, periculum est, ne ab imprudente ad nugas, non ad urbanos jocos referatur. At nimirum deformi feminae eadem aetate vis ab amico illata erat, qua a Theseo Helenae, omnium, quotquot fuerunt, pulcherrimae mulieri. Helenae enim etiamtum septennis virginitatem a Theseo laesam esse, Tzetzes prodidit, vel potius dicam Duris Samius, a quo Tzetzes haec omnia videtur accepisse, ad Lycophron. v. 103 (p. 383 ed. Mueller.) *Δυοῖν πελειαῖν ὠρφανισμένην γονῆς*] *ὀρφανὴν καὶ ἔρημον οὖσαν τῆς γονῆς τῶν δύο περιστερῶν, ἤτοι Ἰφιγενείας, ἣν ἔσχεν ἐκ Θησέως, ὥς φησι Δοῦρις ὁ Σάμιος, καὶ Ἑρμιόνης, ἣν ἐκ Μενελάου γεννᾷ. ἑπταετῆ γὰρ ταύτην Θησεὺς πρῶτον ἁρπάσας, μετὰ τὸ τεκεῖν ἐξ αὐτῆς Ἰφιγένειαν ἀφῃρέθη αὐτήν* et quae sequuntur. Septem annos natam non diserte tradunt reliqui ejusdem fabulae auctores, Hyginus, Apollodorus, Pausanias, veruntamen tenellam Helenae aetatem Theseo crimini dedit etiam Plutarchus Comp. Thesei c. Rom. c. 6. *ἐπὶ πάσαις δὲ τὴν Ἑλένην παρηκμακὼς οὐκ ἀκμάζουσαν, ἀλλὰ νηπίαν καὶ ἄωρον, αὐτὸς ὥραν ἔχων ἤδη γάμων πεπαῦσθαι καὶ νομίμων.*

V. 481. *μοὔκνυεν*] Juntina *μ' οἴκνυεν* i. e. *μοὔκνυεν*. De verbo *κνύειν*, unde ductum est illud Eccles. 36 *τὸ κνῦμά σου τῶν δακτύλων*, docte exposuit Herodianus Eustathii p. 1746, 3. *ἐπικρίνει δὲ (Ἡρωδιανὸς) ἄμεινον εἶναι, Φιλοξένῳ πείθεσθαι εἰπόντι ὡς παρὰ τὸ κνίω γίνεται, ὃ δηλοῖ τὸ ξύω, δωρικὸν μὲν ὄν, προφερόμενον δὲ καὶ παρὰ ἀττικοῖς καὶ ἴωσιν· οὗ χρῆσις καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις. οὗτος πόθῳ μοὔκνυεν ἕλκων* (sic) *τὴν θύραν. ἤγουν διὰ τὸν πόθον μου ἕξυε τὴν θύραν*. Philoxenus igitur et Herodianus (at quanti grammatici) docent, verbum *κνύω* origine doricum fuisse, deinceps tamen etiam ad Atticos et Jones transferri coeptum esse. Quod autem Eustathius apud Comicum pro *ἐλθὼν* legit *ἕλκων*, fallitur fallitque. Namque *ἕλκειν* vehementem impetum

κᾆτ' εὐθὺς ἔγνων· εἶτα καταβαίνω λάθρᾳ.
ὁ δ' ἀνὴρ ἐρωτᾷ· Ποῖ σὺ καταβαίνεις; — Ὅποι;
στρόφος μ' ἔχει τὴν γαστέρ', ὦνερ, κἀδύνη·
ἐς τὸν κοπρῶν' οὖν ἔρχομαι. — Βάδιζέ νυν. 485
κᾆθ' ὁ μὲν ἔτριβε κεδρίδας, ἄννηθον, σφάκον·

---

significaret, *κνέιν* denotat lenem sonum digito januam scalpentis, qua una via amator noctu domum mulieris, propter cubante marito, ingredi potest. Recte praeter alios scholiasta Rav. *ἔξνεν ἠρέμα, παρὰ τὸ κνᾶν.* Neque praetermitto Zonaram (et grammaticum MS. in catalogo codd. Naniānorum p. 493.) T. I p. 669. *Ἔκνυεν. ἔξυεν ἠρέμα. παρὰ τὸ κνᾶν. Ἀριστοφάνης· οὗτος πόθῳ μ' ἔκνυεν ἐλθὼν τὴν θύραν.* Hic cod. Augustanus *κινῶν* pro *ἐλθὼν* substituit, quod vix dubites pro glossemate falsae lectionis *ἕλκων* habere: nisi tamen accusativus *μ'* hoc vitium traxit.

V. 482. *κᾆτ' εὐθὺς*] Cod. August. *κατευθύς*, Juntina aliaeque veteres *κατ' εὐθύς*. Ravennati *κᾆτ' εὐθὺς* assignant et Invernizius et Bekkerus.

V. 483. Subito, ut in celeri narratione, alia persona interjicitur, *ὅποι; — βάδιζέ νυν.* (Juntina errore solemni, *βάδιζε νῦν*). Tormina ventris, inquit astuta uxor, me cruciant; in latrinam igitur abeo. Comparare licet hos locos, Pac. 175 *ἤδη στροφεῖ τι πνεῦμα περὶ τὸν ὀμφαλόν.*, Proagonem p. 70 ed. Dindf.

Οἴμοι τάλας, τί μου στρέφει τὴν γαστέρα;
Βάλλ' ἐς κόρακας. πόθεν ἂν λάσανα γένοιτό μοι;

In Pluto v. 1131 jam alibi monitum est, ita rescribi debere, *ὀδύνη σε περὶ τὰ σπλάγχν' ἔοικέ τις στρέφειν.*

V. 486. Credulus maritus ejusmodi medicamenta terit, quibus tormina ventris sedari solent. Schol Rav. *σφάκον*] *ἐλελίσφακον. ὡς ἐπιτήδεια παῦσαι στρόφον.* Eadem habet Suidas in *Σφάκον*, ipso etiam versu apposito, in quo *κεδρίδας* exhibet MS. A., *κερκίδας* Editt., *κεκρίδας* cod. Oxon. Kiddius subesse vitium animadvertit, sed versum procudit turpissimum, (ad Dawes. Miscell. p. 356) *κἄπειθ' ὁ μὲν ἔτριβε κ. ἄ. σφ.* Emendandum erat *ἄννηθον* pro *ἄνηθον*, id quod fecerunt Dindorfius atque Dobraeus. Et ille quidem tametsi calidius dixit scripturam *ἄννηθον* in Atticorum libris ubique restituendam esse, bene tamen in Nub. v. 982 veterrimorum Codd. ductu reposuit,

οὐδ' ἄννηθον τῶν πρεσβυτέρων ἁρπάζειν, οὐδὲ σέλινον·

Idem commemoravit Nicandrum Theriac. v. 650 *σὺν δὲ καὶ ἀννήσοιο τὸ διπλόον ἄχθος ἀείρας*, ibique scholiastam, *διὰ δύο ν̄ Ἀττικῶς. ἤγουν ἀνήσου.*, et grammaticum Bekkeri Anecd. p. 403, 3. *Ἄννηττον: τὸ ἄννηττον ἐν τοῖς δύο ν̄ν̄ καὶ δύο τ̄τ̄.* Neque illud praeteriit, *ἄνητον* correpta syllaba prima dixisse Alcaeum ap. Athen. XV, p. 674, d.

ἐγὼ δὲ καταχέασα τοῦ στροφέως ὕδωρ,
ἐξῆλθον ὡς τὸν μοιχόν· εἶτ' ἠρειδόμην
παρὰ τὸν Ἀγυιᾶ, κύβδ' ἐχομένη τῆς δάφνης.

ἀλλ' ἀνήτῳ μὲν περὶ ταῖς δέραισι
περθέτω πλεκτὰς ὑποθυμίδας τις.

Dobraeus autem (l. l.) ipse etiam attulit Schol. Nicandri atque grammaticum Seguer., cujus auctoritate in Nicandro legit *ἀννήσσοιο*, in Aristophane *ἄνηττον*, partim vere, partim secus. *Θ* enim litera nescio, cur moroso grammatico displicuerit. Quod vero idem Dobraeus in Alexide Athenaei IV, 179, b., Pollucis VI, 66 scripturam comprobat *ἐρίγανον γήτειον, ἄννησον, θύμον.*, prius ab eo remotum oportebat versu 5 *μάραθρον, ἄνηθον, νᾶπυ, καυλὸν, σίλφιον.*

V. 487. Cur perfida conjux cardini aquulam suffuderit, apparet, ne lubricus cardo faceret strepitum, *ἵνα ὀλισθηρὸς γενόμενος μὴ ψοφῇ*, ut recte Schol. Rav. Bene etiam Brunckius comparavit amantium verba in Plaut. Curcul. I, 3, 1.

Placide egredere, et sonitum prohibe forum et crepitum cardinum,
Ne quod hic agimus, herus percipiat fieri, mea Planesium.
Mane, suffundam aquulam.

V. 488. *εἶτ' ἠρειδόμην*] Ravennas et Juntina, *εἶτ' ἐρειδόμην*. Hinc videtur scribendum esse, *εἶτ' ἐρείδομαι*, quemadmodum antecedit v. 482 *εἶτα καταβαίνω λάθρᾳ*. Venustius est in ejusmodi narratione Praesens, quam Imperfectum. Ceterum *ἐρείδειν γυναῖκα* est cum impetu feminam inire. Ita jam olim explicavi p. 26 illud Fr. Babyloniorum, *Μέσην ἔρειδε πρὸς τὸ σιμόν*, allatis praeter h. l. Aristoph. ap. Athen. II, 48. atque Eccles. v. 616.

V. 489. *παρὰ τὸν Ἀγυιᾶ*] Huc spectavit Stephanus Byzantius s. *Ἀγυιά — Λέγεται καὶ κίων Ἀγυιεύς, εἰς ὀξὺ ἀπολήγων, ἢ (ἤγουν?) πρὸ τῶν θυρῶν ἱστάμενος. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις.* Schol. Rav. *ἀγυιεὺς οὕτω καλούμενος Ἀπόλλων τετράγωνος.* De Apolline Agyieo, re admodum pervulgata, verbum non addam.

Ibidem. *κύβδ'*] Ita Codd. Rav. et August., *κύνδ'* Ed. Juntina. Vix credibile, Bisetum *κύνδ'* pro *κυηδὸν* accepisse, Toupium vero derivasse a *κυνεῖν*. Correxerunt Berglerus, prolatis Eqq. 364 *κύβδα, κρύβδα* Hom. Il. 18, 168, indeque Hesych. T. II p. 357, *φύγδα* Aesch. Eumen. v. 256., et Piersonus ad Moerin p. 6, qui alia quaedam adjecit. Brunckius monuit, *κύβδα* statum et habitum mulieris exprimere ita se componentis, ut ab amatore iniri possit, idem schema innui Lysistr. 231, de quo dubites, eundem denique opilionis statum fuisse, cui sic caprarius apud Theocritum,

Ἦ οὐ μέμναισ', ὅτ' ἐγὼν τὺ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρὼς
εὖ ποτεκιγκλίσδεν, καὶ τᾶς δρυὸς εἶχεο τήνας.

ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ', ὁρᾶτ', Εὐριπίδης· 490
οὐδ' ὡς ὑπὸ τῶν δούλων τε κὠρεωκόμων

V. 490. εἶφ', ὁρᾶτ',] Vulgo ἐφωρᾶτ', Juntina ἐφ' ὁρᾶτ', Codd. Aug. et Rav. εἶφ', ὁρᾶτ',. Hoc restituendum esse jam Bentlejus monuit, cl. v. 496

ταῦθ', ὁρᾷς,
οὐπώποτ' εἶπεν

(adde v. 556 ἐπεὶ τάδ' οὐκ εἴρηχ', ὁρᾷς —). Ita ediderunt Brunckius, Dindorfius, Bothius. Prope verum Dawesius (p. 319 sive 565 K.) conjecerat, εἶφ', ὁρᾷς,. Dici poterat utrumque, et ὁρᾷς et ὁρᾶτε, prouti vel proxime adstantem feminam alloqueretur, vel totam concionem. De usu verbi ὁρᾷς in argumentatione exposui Qu. Luc. p. 96.

V. 491. κὠρεωκόμων] Vereor, ne Lobeckius noster ad Phryn. p. 695 sqq., ubi cursum ad ὀρεοκόμος direxit, tanquam ad scopulum aliquem adhaeserit. Quum enim semel ὀρεοκόμος pro attica formatione, ὀρεωκόμος pro vulgari habuisset, hunc versum duplici tentavit conjectura, altera satis tolerabili, Οὐδ' ὡς ὑπὸ τῶν δούλων τέως κὠρεοκόμων —, altera non jam ferenda, sed admodum infelici, quam paullo reconditiorem neque in triviis repertam narrat, δούλων τε κὠρεακόμων. Id quidem sine dubio est illud Μεῖζον προσῆψεν τῆς νόσου τὸ φάρμακον. Nam etsi scite Lobeckius ἀμφορεαφόρος, atticam vocem comparavit, tamen ὀρεακόμος verbum est in tota Graecia inauditum. Mihi exploratum est, Atticos ὀρεωκόμος, quam ὀρεοκόμος dicere maluisse. Neque vero me tuebor sola auctoritate Hemsterhusii ad Polluc. VII, 183, Piersoni ad Moerin p. 449, Heindorfii ad Plat. Lys. p. 16, quo loco etiam Bekkerus p. 117, 21 e Codd. τῷ ὀρεωκόμῳ edidit: causa potius cum causa, ratio cum ratione contendet. Et analogiae quidem ὀρεωκ. potius, quam ὀρεοκ. convenire, non fugit Buttmannum Gr. T. II p. 349, hoc ordine progredientem, ὀρεὺς Gen. ὀρῆος, hinc ὀρηο —, attice ὀρέως, inde ὀρεω —; κρέας, κρεαοπώλης, κρεωπώλης. Neque vero tam duri sumus, ut ὀρεοκόμος pedestri quoque orationi ereptum velimus: quando et litera ō duas voces frequentissime in unam conjungit, neque quidquam Atticos vetuit duplicem formam effingere: hoc dicimus, a poëtis unice ὀρεωκόμος probatum esse. Saepenumero enim ὀρεωκόμος metro longe commodius fuit, quam ὀρεοκόμος, cujus quinque syllabae breves, in poëta praesertim, atticas aures jure offendebant. Communis enim ratio poëtas ad στεφανηπλοκεῖν (vide ad v. 448) et ὀρεωκόμος adduxit, a verbis autem στεφανοφορεῖν et ὀρεοκόμος revocavit. Quapropter Aristophanes formam ὀρεωκόμος non solum hic, verum etiam in Fragmentis p. 213 ed. GD. Ἑστῶτας, ὥσπερ τοὺς ὀρεωκόμους, ἅθρους sapienter elegit, ubi editor ὀρεωκόμος neutrubique mutandum esse affirmat. Quid, quod ὀρεωκόμος multo majorem, quam alterum, antiquitatis habet commendationem. Ac mittam scriptores ipsos, quos appellavit Lobeckius, cum varietate lectionis diligenter conferendos;

σποδούμεθ', ἢν μὴ 'χωμεν ἕτερον, οὐ λέγει·
οὐδ' ὡς, ὅταν μάλισθ' ὑπό του ληκώμεθα

---

grammatici veteres fere ω̄, non ō solent defendere. Veluti *ὀρεωκόμος* clare et perspicue scribunt Photius p. 345, 22 et mox l. 25, Herodianus Piersoni p. 449, grammaticus in Bekk. Anecd. p. 248, 20. Tum Hesychius recepit ille quidem *Ὀρεοκόμος*, sed idem suo loco reposuit etiam *Ὀρειοκόμος*, quo quidem *ειω̄*, non *εω̄* corroboratur. Deinde Pollux, assiduus lector poetarum, VII, 183 scripsisse videtur, *ὀρεωκόμος, ὀρεωκομεῖν* (libri *εο* bis) *ὀρεῖς, ὀρεοζεύκτης*. Denique Suidas non diceret tam ridicule, *Ὀρεοκόμος, ὁ τοῦ ὄρους ἐπιμελούμενος. Ὀρεωκόμος δὲ, ὁ ἐπιμελητὴς τῶν ἡμιόνων.*, nisi vel ipse, vel dux ejus antiquior utrumque et invenisset in exemplaribus, et ratum habuisset. Ejusdem Suidae glossam *Ὀρεωπώλης: ὁ τοὺς ἡμιόνους πωλῶν.* tantum abest, ut Lobeckio ex *ὡραιοπώλης* ortam esse adsentiar, ut *ὀρεωπώλης* alia glossa proxime antegressa defendendum suscipiam, *Ὀρεοπολῶ. περὶ τὰ ὄρη ἀναστρέφομαι. Ὀρεωπολῶ δὲ, τὸ περὶ τοὺς ὄνους ἀναστρέφομαι. ἐκ τοῦ ὀρέως, ὃ σημαίνει τὸν ἡμίονον.* Non magis enim *ὀρεοπωλεῖν, ὀρεοπώλης* animum meum offendit, quam *ταριχοπωλεῖν, ταριχοπώλης*. Quod si ita est, eosdem Atticos, qui *ὀρεωκόμος* alteri praeferebant, *ὀρεοπωλεῖν*, neque vero *ὀρεωπωλεῖν* lubentius dixisse censeo. Schol. Rav. ad h. l. adscripsit, *τῶν νῦν καλουμένων σταβλιτῶν ἢ βουρδωναρίων, τῶν τοὺς ὀρῆας κομούντων.*

V. 493. *ληκώμεθα*] *κινώμεθα* Cod. Aug. et Juntina, *βινώμεθα* ed. Kusteri aliaeque vetustiores. Ravennas *ληκώμεθα* a m. prima, *κινώμεθα* a correctore. Gravis est Suidae glossa, *Ληκώμεθα, κινώμεθα. Ἀριστοφάνης, Μάλισθ' ὅταν ἀπό του ληκώμεθα τὴν νύχθ' ὅλην.* Sic editio Kusteri. Cod. Oxon. *μάλισθ' ὅταν ὑπό του ληκ.*, et tum fortasse *νικώμεθα* pro *κινώμεθα*. *Τὴν νύχθ' ὅλην* temere mutuatus est Suidas a Pherecrate ap. Photium 219, 18 *Ληκῆσαι: παῖσαι. καὶ ἐπὶ τοῦ πλησιάσαι τίθεται. οὕτως Φερεκράτης.* Deinde *Ληκούμεσθ' ὅλην τὴν νύκτα: τουτέστι διαπαιζόμεθα. οὕτως Φερεκράτης.* Male enim Dobraeus in Indice p. 737 deleri vult *οὕτως Φερεκράτης* loco posteriore, glossa *ληκούμεσθ' ὅλην τὴν νύκτα* ad h. l. revocata, quod credi nullo modo licet ob interpretationem grammatici *διαπαιζόμεθα*. Potius igitur *Ληκούμεθ' ὅλην τὴν νύκτα*, vel

ἐληκούμεσθ' ὅλην
τὴν νύκτα

ita Pherecrati relinquo, ut paullo ante scribi pervelim, *οὕτως Ἀριστοφάνης*, nostro videlicet versu, quae opinio explicatione ista *πλησιάσαι* haud parum adjuvatur. Hic *ληκώμεθα* Comico Suidae ope primum reddiderunt Bentlejus et Piersonus ad Moerin p. 6. Deinde vero Suidae lectionem *μάλισθ' ὅταν* minime negligendam esse censeo, praesertim quum de vi particularum *ὅταν μάλισθ'* dubitari posse

τὴν νύχθ', ἔωθεν σκόροδα διαμασώμεθα,
ἵν' ὀσφρόμενος ἀνὴρ ἀπὸ τείχους εἰσιὼν 495

---

videam. Vitiosa enim emphasi laborare videtur versio Kusteri, Brunckii, Vossii, *si vel maxime* (vehementissime) *ab aliquo subagitatae simus.* Imo Mnesilochus hoc exprimit: tum maxime primo mane allia mandimus, ubi ab aliquo noctu compressae simus. Ita enimvero videri potest grammatici scriptura vulgatae praestare, quum per se, tum hos locos conferenti, Avv. 1116 *ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκὴν, τότε μάλισθ'* —. et Vesp. 263 *φιλεῖ δ', ὅταν τοῦτ' ᾖ, ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα.* Haud scio tamen, an lectio Codd. *ὅταν μάλισθ'* retinenda et per Attractionem quandam exponenda sit, quum praesertim Graeci similiter *ὅταν τάχιστα, ἐὰν τάχιστα* dicere consueverint.

V. 494. *σκόροδα διαμασώμεθα*] Libri *σκορόδια μασώμεθα.* Correxerunt Bentlejus, Dawesius p. 320, Brunckius, Hotibius II. Quum Kusterus temere *τὴν νύχθ' ἔωθεν* sociasset vertissetque *nocte usque ad mane*, comma ante *ἔωθεν* ponendum esse vidit Brunckius. Idem commode affert Eccles. 544 sqq., ubi v. 548 praeclare Reiskius emendavit, *οὐ δῆτα, τάλαν, ἔγωγε.* Postremo bene observavit, *σκορόδια* non ut *σκόροδα* alliorum capita significare, quae manduntur, sed caulem et folia. Verbum *διαμασᾶσθαι* Dobraeus l. l. tuetur auctoritate Antiphanis ap. Athen. III, 75, c. Deinceps non praetereo Etymologum p. 769, 1 in *Τρόπηλις — ἐν δὲ τοῖς καιροῖς τῆς ἑορτῆς ἤσθιον σκόροδα, ἕνεκα τοῦ ἀπέχεσθαι Ἀφροδισίων, ὡς μὴ μύρων πνέοιεν.* Pulchra observatio, nisi suspicio esset, eam ex h. l. secus intellecto et partim ex Eccles. 546 fluxisse. Similiter de comeso aut non comeso porro jocatur Alexis sive Antiphanes ap. Athen. XIII, 572, c.

Διὰ ταῦθ' ὁ πόρνος οὗτος οὐδὲ τῶν πράσων
ἑκάστοτ' ἐπιδειπνεῖ μεθ' ἡμῶν· τοῦτο δ' ἦν,
ἵνα μή τι λυπήσειε τὸν ἐραστὴν φιλῶν.

Aliquanto propius accedit, monente etiam Berglero, Xenoph. Conviv. IV, 8 *καὶ ὁ Χαρμίδης εἶπεν· ὦ ἄνδρες, ὁ Νικήρατος κρομμύων ὄζων ἐπιθυμεῖ οἰκαδε ἐλθεῖν, ἵν' ἡ γυνὴ αὐτοῦ πιστεύῃ, μὴ διανοηθῆναι μηδένα ἂν φιλῆσαι αὐτόν.* Neque latuit Berglerum Horat. Epod. III, 19

At si quid unquam tale (allium) concupiveris,
Jocose Maecenas, precor,
Manum puella suavio opponat tuo,
Extrema et in sponda cubet.

V. 495. Libri omnes, *ἵν' ὀσφραινόμενος ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ τείχους εἰσιὼν*, qui non versus Criticos certatim ad suspiciones provocavit. Nos sine ulla dubitatione sequuti Bentlejum, Reiskium, Elmslejum ad Ach. v. 179, Bothium reposuimus, *ἵν' ὀσφρόμενος ἀνὴρ ἀπὸ τείχους εἰσιών.* Principio atfice dicitur etiam *ὀσφραινόμενος*, sicuti in Ran.

μηδὲν κακὸν δρᾶν ὑποτοπῆται. ταῦθ', ὁρᾷς,
οὐπώποτ' εἶπεν. εἰ δὲ Φαίδραν λοιδορεῖ,
ἡμῖν τί τοῦτ' ἔστ'; οὐδ' ἐκεῖν' εἴρηκέ πω,

---

490 et ὀσφραίνομαι ibid. v. 653, sed Aoristum hic res ipsa postulat; prius enim maritum olfacere oportebat, quam plane esse securus posset. Praeterea librarii ὀσφραίνεσθαι, formam sibi notiorem, Aoristo ὀσφρέσθαι saepe substituerunt. Ut in Vespis v. 792 κἄτα βδελυχθεὶς ὀσφρόμενος ἐξέπτυσα. inepte legit Ravennas ὀσφραινόμενος. In Capris Eupolideis p. 89 Runk. προσένεγκε μοὐγγὺς τὸ στόμ' ὀσφρέσθαι τὸ σὸν pro ὀσφραίνεσθαι restituit Elmslejus. Neque vero Thomas Magister, allatus a Kustero, qui et ipse conjecit ὀσφρόμενος, plaudente, ut videtur, Berglero, p. 660 reprehenderet ὀσφραίνομαι, nisi hanc formam apud Hellenistas et Alexandrinos crebro invenisset. Jam nemo erit posthac, qui εἰσιὼν potius loco moveat, quod verbum stabilitur versu 395 ὥστ' εὐθὺς εἰσιόντες ἀπὸ τῶν ἱκρίων., quam articulum ἀπὸ τοῦ τείχους deleat, insertum illum a correctore, attici usus parum gnaro. Evolve tantummodo Avv. 497, Plat. Phaedr. p. 9 Bekk. ἔξω τείχους et Thucyd. VIII, 69 οἱ μὲν ἐπὶ τείχει. Quocirca non omnino recte emendavit Dawesius, ἵν' ὀσφρόμενος ωνὴρ ἀπὸ τοῦ τείχους ἰών. Pessime Brunckius versum prorsus novum fabricatur, ἵν' εὐθὺς εἰσιὼν ἀπὸ τοῦ τείχους ἀνήρ. Temere quaerit Brunckius, cui bono sit inutile isthuc olfaciendi verbum, quo temere ejecto omnis narratio hiabit. Quî enim, nisi prius allium olfecerit, putaveritque, neminem foetidae uxori alliatum osculum et olidum tulisse, suspicione liberari potest? Remittimus Brunckio ineptum εὐθὺς et defectum articuli in v. ἀνήρ. Pessime etiam, nec sine magna audacia, Reisigius Conj. p. 244 ἵν' εἰσιὼν ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ τείχους πάλιν. Nempe et necessarium est et testatum ὀσφρόμενος, πάλιν neque testatum, nec sane necessarium. Pessime etiam nuper G. Dindorfius edidit

τὴν νύχθ' ἕωθεν σκορόδια μασώμεσθ', ἵνα
ὀσφραινόμενος ἀνὴρ ἀπὸ τείχους εἰσιὼν —.

Nam in hac tam leni correctione ὀσφραινόμενος sententiae repugnat, σκορόδια autem usui, totus denique versus prior turpibus nimiumque gracilibus incedit pedibus. Enimvero quid tandem est, quod hic civis atticus a muris potissimum reversus domum suam redit? Scholiasta Rav. non falso, sed parum tamen distincte, haec tradit, διὰ γὰρ τὸν πρὸς Πελοποννησίους πόλεμον ἐφύλαττον Ἀθηναῖοι τὰ τείχη. Contra Vossius huic loco aptissime adhibuit Thucydidem VIII, 69 ἦσαν δ' Ἀθηναῖοι πάντες ἀεὶ οἱ μὲν ἐπὶ τείχει, οἱ δ' ἐν τάξει, τῶν ἐν Δεκελείᾳ πολεμίων ἕνεκα, ἐφ' ὅπλοις. Haec enim incidunt in Ol. 92, 1, annum fere proximum superiorem ante actam hanc fabulam.

V. 498. ἡμῖν τί τοῦτ' ἔστ';] Reisigius hic ἔστ' duplici nomine reprehendit (in Commentar. ad Vespas p. 483 sqq.), primum idcirco, quod Aristophanes in fine verae, non rhetoricae interrogationis nun-

ὡς ἡ γυνὴ δεικνῦσα τἀνδρὶ τοὔγκυκλον
ὁποῖον ὑπ' αὐγάς ἐστιν, ἐγκεκαλυμμένον 500

---

quam scripserit ἔστ' cum apostropho, verum semper plene ἐστί, ἐστίν: tum vero etiam quia in similibus locis verbum plane omiserit, Lysistr. 514 *τί δέ σοι ταῦτ'; ἢ δ' ὃς ἂν ἀνήρ.* Eqq. 1194 *τί δέ σοι τοῦτ'; οὐκ ἐάσεις τοὺς ξένους;* Eccles. 520

τί δ' ὦ μέλε
σοὶ τοῦθ';

Quare legendum esse suspicatur, *ἡμῖν τί τοῦτ'; ἐπεὶ οὐδ' ἐκεῖν' εἰρηκέ πω.* Verum enim in Comico etiam *τί εἶφ'; τί ἔσθ'* (vel ἔστ'); aequo animo ferenda esse, ad illum ipsum Vesparum locum demonstrabitur: altera vero objectio mirum, quî Reisigio in opinionem venire potuerit. Nimis enim astute silentio praetermisit sequentia in Ecclesiazusis verba Blepyri, *ὅ, τι μοι τοῦτ' ἔστιν; ὡς εὐηθικῶς.* Minime igitur nostrum ἔστ' vituperare possum.

V. 499. *ἡ γυνὴ*] Brunckius in Supplem. articulo offensus *ὡς καὶ γυνὴ* requirit. At *ἡ γυνὴ* non est mulier quaedam, sed nota illa mulier. Ibidem Schol. Rav. ad *τοὔγκυκλον* adscripsit *στολῆς εἶδος.* Eo verbo exteriorem vestem, sive pallium significari, supra ad v. 261 ostendimus.

V. 500. *ὁποῖον ὑπ' αὐγάς*] Libri omnes *ὑπ' αὐγὰς οἷόν ἐστιν,* quod diserte tuetur scholiasta Rav., *ὅτι καὶ συστολαῖς βιαίοις χρῶνται καὶ ἐκτάσεσι. Καὶ ἄνω* —. Attamen quum Dores, non etiam Attici, hunc accusativum corripuerint, vitium quoddam latere certum est. Miratur Dindorfius, ego autem plane rejicio *αὐγὰς* altera syllaba more Dorico correpta: de sola enim nunc quaeritur emendatione. Hotibius antiquum vitium sanavit novo, *ὕπανγον,* Bothius edidit *ὑπανγές, ὑπανγὲς* jam antea conjecerant Bentlejus et Ahlwardtus, qui cumuli loco proposuit, *διανγὲς* vel *πανανγὲς οἷόν ἐστιν* —. Hi omnes non reputarunt, *ὑπ' αὐγὰς* de pallio ad solem expanso tam eleganter dictum esse, ut mutari sine temeritate nequeat. Exempla Atticorum longe plurima in medium attulerunt ad h. l. Kusterus, tum vero Ruhnkenius et Hemsterhusius ad Timaeum p. 188, 189 ed. I, quorum ille observat, elegantem esse loquendi formulam, *ἰδεῖν τι ὑπ' αὐγάς,* ductam ab emtoribus, qui latens panni vitium *ad solem* explorent. Satis est, pauca de multis delibasse, Eurip. Hecub. 1154 *ἤνουν θ', ὑπ' αὐγὰς τούσδε λεύσσουσαι πέπλους.* Plat. in Phaedro p. 83 B. *ταῦτα δὲ ὑπ' αὐγὰς μᾶλλον ἴδωμεν, τίνα καί ποτ' ἔχει τὴν τῆς τέχνης δύναμιν.* ibid. p. 85 *καὶ ὅσα ἄλλα διελθόντες ὑπ' αὐγὰς ἐφαμεν εἶναι σκεπτέα.* Plutarch. Sympos. L. I Qu. 5 p. 623 C. *εἰ βούλοιο καθορᾶν ὑπ' αὐγὰς διαπτύξας τὸν ἔρωτα, καὶ καταμανθάνειν.* Idem De Ira Cohib. p. 462 D. *ἀλλ' ὑπ' αὐγὰς θεῶ, καὶ πολύ σοι βέλτιον φανεῖται.* Haud facile credet quisquam, Aristophanem dixisse *ὑπ' αὔγος,* quia dixit Etymologus p. 571, 21 *παρὰ τὸ*

τὸν μοιχὸν ἐξέπεμψεν, οὐκ εἴρηκέ πω.
ἑτέραν δ' ἐγῷδ', ἣ φασκεν ὠδίνειν γυνὴ
δέχ' ἡμέρας, ἕως ἐπρίατο παιδίον·

λύειν τὸ αὖγος, vel me hercule *ὑπ' αὖγας* a nominativo inusitato *αὖγες* pro *αὐγαί*. Relinquitur scilicet illud, ut transpositione verborum huic vitio medeamur, id quod feci, verbis *ὑπ' αὐγὰς οἷόν ἐστιν* leniter et ut spero satis probabiliter hoc pacto mutatis, *ὁποῖον ὑπ' αὐγάς ἐστιν*.

V. 501. *τὸν μοιχὸν*] Cod. Aug. *τὸν μϊχὸν*, Rav. et Juntina *τὸν μυχόν*. Primo Frobenium emendasse *μοιχὸν* auctor est Brunckius.

Ibidem. *οὐκ εἴρηκέ πω*] Vulgo *οὐδ' εἴρηκέ πω*. *Οὐκ* sufficiunt Rav. et Juntina. Vulgo *οὐδ' ἐκεῖν' εἴρηκέ πω — οὐδ' εἴρηκέ πω* inepte nimiumque loquaciter eadem verba repeti, vidit Hotibius et Bothius, sed perperam loco priore conjecit, *εὕρηκέ πω* frustra comparato v. 546, quod ne in intellectum quidem cadit. *Οὐκ* nuper a Dindorfio susceptum est. Haud majori offensioni est structura, *οὐδ' ἐκεῖν' εἰρ. πω* et post longam enuntiationem iterum *οὐκ εἴρηκέ πω*, quam superius illud, v. 491, 492 *οὐδ' ὡς — οὐ λέγει*. Plurima ab Euripide mulieribus condonata esse, ita potissimum docet Mnesilochus, ut identidem iteret verba, *οὐκ εἴρηκέ πω* vel similia. Legimus antea, *Ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ', ὁρᾶτ', Εὐριπίδης*, et nonnullis in medio positis,

ταῦθ', ὁρᾷς,
οὐπώποτ' εἶπεν:

his jam alia opponuntur, *οὐδ' ἐκεῖν' εἴρηκέ πω — οὐκ εἴρηκέ πω*. Talia mutari vetat oratoris propositum.

V. 502 sqq. Mnesilochus ita se speravit aculeos in animis audientium esse relicturum, si gravissimam eandemque suavissimam partem orationis ultimo loco reservasset. Et quum omnia hic mire splendeant, tum nemo facile erit, quin cum ingenuo risu plaudat inter legendum, *Λέων, λέων σοι γέγονεν, αὐτέκμαγμα σόν* et quae sequuntur. Verum ne quis forte criminetur, esse hunc pannum de alieno adsutum vel longius repetitum, penitus in ipsam causam ita descendit senex mulier, ut primae feminae opprobrium quoddam, plenum invidiae, egregie refutaret v. 407

εἶεν, γυνή τις ὑποβαλέσθαι βούλεται,
ἀποροῦσα παίδων, οὐδὲ τοῦτ' ἔστιν λαθεῖν.
ἄνδρες γὰρ ἤδη παρακάθηνται πλησίον.

V. 502. *ἐγῷδ'*] Ita Codd. Aug. et Rav. Vulgo *ἐγ' ᾠδ'*. Misere Juntina, *δέ γ' ᾠδ' ἠφασκενὠδύνειν*.

V. 503. *δέχ' ἡμέρας*] Decem dies se mulier simulavit uterum ferre, quo probabilius suum redderet mendacium. Etenim naturae

ὁ δ' ἀνὴρ περιήρχετ', ὠκυτόκι' ὠνούμενος·
τὸ δ' εἰσέφερε γραῦς ἐν χύτρᾳ, τὸ παιδίον, 505
ἵνα μὴ βοᾷ, κηρίῳ βεβυσμένον·

---

ordo et usus loquendi postulabant *δέκα μῆνας*, de qua re infra disputabo ad v. 742. Juntina *ἕως'* pro *ἕως*.

V. 504. *περιήρχετ'*] *Περιῆεν*, vel potius *περιῆρρεν* legendum suspicatur Elmslejus ad Heraclid. v. 210, qui Atticis parum usitatas fuisse *ἠρχόμην* similesque formas rectissime observat. Sed quemadmodum *ἦα*, *ἦεν*, de quo Elmslejus Commentar. in A. T. VI p. 581 sqq., plane rejicio, ita Imperfectum verbi *ἔρρω ἤρρον* nusquam legisse videor, quod jam ne conveniret quidem. Hic vero sententia retineri jubet *περιήρχετ'*, quod tuetur etiam Buttmannus Gr. Gr. T. II p. 137. Exemplis ab Elmslejo occupatis addi haec possunt, Xenoph. Anab. I, 8, 17 *προήρχοντο*. Athenaeus VI, 108 *προήρχοντο*. Lucian. Jud. Vocal. c. 4 *ἤρχετο*.

Ibidem. *ὠκυτόκι'*] Puerperae difficulter enitenti *ὠκυτόκια*, medicamenta accelerando partui apta dari solebant. Sed in libris falsa legitur forma *ὠκυτόκει'* sive ut Rav. *ὠκυτόκεια*, quod emendavit Schaeferus ad Bosii Ellipses p. 512 contulitque *ὀξυτόκιον*, *ἀτόκιον*. Phrynichus Bekkeri p. 74, 5 haud dubie ex h. l. sumsit glossam, *Ὠκυτόκιον: φάρμακόν τι, ᾧ περιάπτουσι ταῖς κυϊσκομέναις ὑπὲρ τοῦ ταχέως τεκεῖν καὶ μὴ ἐν ταῖς ὠδῖσι διατρίβειν καὶ κάμνειν.* Pollux II, 7 — *ἢ τικτικός. — ἀτόκιον φάρμακον ἢ ὠκυτόκιον, ὡς Ἀριστοφάνης.* Idem IV, 208 *ἀμβλωθρίδιον φάρμακον, τικτικὸν, ὠκυτόκιον, ἀτόκιον.* Mox addit Pollux, *διδοῦσι φαρμάκια αἱ μαῖαι ταῖς δυστοκούσαις, ὁ Πλάτων λέγει.* De loco Platonis in Theaeteto consule Jungermannum. Ipsum verbum *ὠκυτόκιον* reperitur etiam in Plutarcho T. IV P. II p. 912 W. — *οὐ μὴν δοτέον, ὥσπερ δυστοκούσαις γυναιξὶ, περιάψασθαι τοῖς φιλοσόφοις ὠκυτόκιον, ἵνα ῥᾳδίως καὶ ἀταλαιπώρως τὸ δίκαιον ἡμῖν ἀποτέκωσιν. Τικτικόν*, quo et ipso supra utitur Pollux, olim legisses in Triphalete, de eodem positum medicamento. Neque enim dubium est, quin huic fabulae rectissime adscribamus illud Photii p. 589, 1 *Τικτικόν: τὸ ταῖς τικτούσαις διδόμενον φάρμακον. Ἀριστοφάνης.* Nempe ibidem mulier, quae Triphaletem, id est Alcibiadem pariebat, hunc versum locuta est, *Λάβεσθε· καὶ γάρ ἐστι τοῦ τίκτειν ὁμοῦ.*, moxque ibi alia persona dixerat, *Ἥτις κύουσ' ἐφάνη κύος τοσουτονί.*

V. 505. Consentaneum est eosdem infantes, quum in olla exponi (*ἐγχυτρίζεσθαι*) ab obstetricibus (*ἐγχυτριστρίαις*) solerent, item in olla domum inferri ac tum mulieri alienae subjici. Notus est Comici versus de Oedipo Ran. 1188 *χειμῶνος ὄντος ἐξέθεσαν ἐν ὀστράκῳ.* Commode igitur Schol. Rav. *ὅτι ἐν χύτρᾳ τὰ παιδία ἐξετίθεσαν.*

V. 506. *βοᾷ*] Juntina, *βοᾷν*.

Ibidem. *κηρίῳ βεβυσμένον*] Ex h. l. suspensi sunt et Hesy-

εἶθ', ὡς ἐνευσεν ἡ φέρουσ', εὐθὺς βοᾷ·
Ἄπελθ', ἄπελθ', ἤδη γάρ, ὦνερ, μοι δοκῶ
τέξειν. τὸ γὰρ ἧτρον τῆς χύτρας ἐλάκτισεν.

---

chius *κηρίῳ βύσασα*: *εἰς τὸ στόμα τῶν παίδων ἐτίθεσαν κηρίον, ὑπὲρ τοῦ μὴ βοᾶν, ὁπότε ὑποβάλλοιεν.* et Photius p. 162, 7 *κηρίῳ βῦσαι*: *αἱ ὑποβαλλόμεναι κηρίον ἐπετίθεσαν τοῖς παιδίοις, ἵνα μὴ βοᾷ.* Hi grammatici maximeque Hesychius, pervulgato vitio, rem unico in loco fictam, et fictam magis quam traditam, in consuetudinem traxerunt. Fuerunt, qui *κηρίον* hic potius mel, quam ceram valere putarent, me vehementer repugnante. Veluti Berglerus affert Callimach. Hymn. I v. 49

σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν
αἰγὸς Ἀμαλθείης, ἐπὶ δὲ γλυκὺ κηρίον ἕβρως.

De melle et lacte, primo infantium cibo, egregia quaedam notavit Is. Vossius ad Barnabae Epist. p. 313, quem vide. Idem, quod Berglero, videtur placuisse Schol. Rav. *τὸ στόμα πεπληρωμένον. καὶ ἄλλως οὐ γάλα πρότερον τοῖς βρέφεσιν ἐδίδοσαν, ἀλλὰ μέλι ἀπολείχειν. Μένανδρος δὲ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖ τὰ ἀρτίτοκα γάλακτος δεόμενα.* Immerito reprehenduntur Menandrea, quae spectare possunt ad Andriam vel etiam Adelphos, quibus in fabulis puellae post scenam pariebant. V. Meinekii Syllogen p. 6 et p. 20. Exclamabant autem illae inter pariendum (v. Terent. Andr. III, 1, 15 et Adelph. III, 4, 41.) Juno Lucina, fer opem, serva me, obsecro, id est, si ludere placet, *Ὦ πότνι' Ἄρτεμι, σῶζέ με, συγγνώμην ἔχε.*

V. 508. *ἄπελθ', ἤδη*] *ἄπελθε ἤδη* Rav.

V. 509. *τὸ γὰρ ἧτρον τῆς χύτρας ἐλάκτισεν.*] Ordiamur a Suida s. *Ἧτρον*: *τὸ ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν μέρος. καὶ τὸ κάλυμμα τῆς μήτρας, ὃ καλοῦσιν ἔλυτρον. Ἀριστοφάνης· τὸ γὰρ — ἐλάκτισεν. Ἐν χύτραις γὰρ τὰ παιδία ἐξετίθεσαν. Ἧτρον* unquam idem, quod *ἔλυτρον*, matricis integumentum denotasse, nondum credo, etiamsi cum Suida consentit Schol. Rav. *δέον εἰπεῖν „τὸ βρέφος τὸ ἧτρον τῆς μήτρας ἐλάκτισεν" εἶπε τῆς χύτρας, ἐπειδὴ ἐν χύτρᾳ εἰσῆλθε τὸ παιδίον.* Neque enim matrici olla, sed ipsi matri lepide substituta est (*τῆς χύτρας* pro *τῆς μητρὸς*), *uterum enim matris, imo ollae calcibus ferierat.* Interpretes tamen Scholiastae ac Suidae adstipulantur. Nam Scaligerus quoque, quum pro *χύτρας* alios habere *μήτρας* simularet, idem videtur sensisse ac Kusterus, *χύτρας* hic pro *μήτρας* locari praeter exspectationem. Naekius ad Choerilum p. 98, ubi *τὸ ἧτρον τῆς χύτρας* ab Aristophane non sine acumine dictum esse putat, quomodo h. l. intellexerit, haud facile statuas. Tirones advertant hoc exemplo discrimen Aoristi et temporis Perfecti. Si enim *λελάκτικεν* scriptum esset, malitiosa mulier porro loqueretur immisceretque ollam, tanquam sui oblita; nunc autem *ἐλάκτισεν ferierat* docet, haec esse Mnesilochi verba, rem jocose exponentis.

χὠ μὲν γεγηθὼς ἔτρεχεν· ἡ δ' ἐξέσπασεν 510
ἐκ τοῦ στόματος τοῦ παιδίου· τὸ δ' ἀνέκραγεν.
εἶθ' ἡ μιαρὰ γραῦς, ἣ 'φερεν τὸ παιδίον,
θεῖ μειδιῶσα πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ λέγει·
Λέων, λέων σοι γέγονεν, αὐτέκμαγμα σόν·

V. 512. ἣ 'φερεν] Vulgo ἣ ἔφερε, et sic Rav. Junt. Bentlejus aut ἣ 'σέφερε, aut ἣ 'φερεν, comparato v. 1231 τὴν γραῦν ἐρωτᾶς, ἣ 'φερεν τὰς πηκτίδας; Ἣ 'φερεν Brunckius quoque restituit.

V. 514. αὐτέκμαγμα σόν] Ed. Princeps, αὖτ' εἴγμα σὸν, cod. Aug. αὖτ' ἔκμαγμα σὸν, Ravennas αὐτέκμαγμα σόν. Ἔκμαγμα Bisetus Kusterusque reposuerunt e grammaticis vetustis, Suida s. *Λέων*, ubi citat *Λέων σοι γέγονεν ἔκμαγμα σὸν*, et s. *Πόσθιον* ubi eadem repetivit, Polluce IX, 131 *Ἀριστοφάνης δὲ ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις καὶ ἔκμαγμα· Λέων, λέων σοι γέγονεν, αὐτὸ ἔκμαγμα σόν.* Vulgatam in Polluce nescio, sed ita locum restituit Hemsterhusius. Praeterea αὖτ' ἔκμαγμα σὸν e Polluce scribunt et Salmasius et Jungermannus. Adde Eustathium p. 1857, 16 — *ἐκμαγεῖον — τὸ δ' αὐτὸ, καὶ ἔκμαγμα· ὡς ὁ κωμικὸς, λέων λέων αὖτ' ἔκμαγμα σόν.*, et eundem p. 462 infra. *καὶ ὅτι τὸ εἰρημένον ἐκμαγεῖον, ἔκμαγμα λέγει ὁ κωμικός.* Porsonus observat, αὖτ' ἔκμαγμα citasse D. Heinsium ad Horat. p. 176 ed. Elzev. atque Cod. Suidae Oxoniensem in *Πόσθιον* legere, *ἐκμάσσοντά τ' ἄλλα σπαράξαντα* cum aliis vitiis. Genuino verbo ἔκμαγμα invento aliae suspiciones jam sponte concidunt. Illud non modo librarios, verum etiam grammaticos, Suidam, Pollucem, Eustathium fugit, composito verbo ἔκμαγμα usum esse Comicum, quod jure suo commendarunt olim Reiskius, nuper Reisigius Conj. p. 147, susceperunt I. Bekkerus, Dindorfius III, Bothius. Cum vocabulo αὐτέκμαγμα componere juvat Lucianea, *αὐτοάνθρωπος*, *αὐτοβορέας*, *αὐτοθαῖς* aliaque apud Hemsterhusium ad Timonem c. 54. Etiam Schaeferum de hoc genere saepius disputare memini. Quantopere vero censes falsum patrem gavisum esse, quum a vetula accepisset, natum sibi esse leonem, plane leonem, expressam fortissimi parentis imaginem? Primo similitudinem infantis patrisque tantam fuisse, quanta cogitari maxima potest, e vv. 515, 516 satis elucet. Deinde etsi portenti loco habebatur, si mulier aut peperisset leonem, aut peperisse visa esset, ut est apud Tullium in libris De Divinatione: tamen probe sciebat maritus, *fortes* creari *fortibus* et bonis. Finem versus, αὐτέκμαγμα σόν, plus, credo, ridebis adhibita solemni imprecationis formula ap. Aeschin. in Ctesiph. p. 111, 1 B. (69 HSt.) *καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς, μήτε γῆν καρποὺς φέρειν, μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα —.* Addesis duo locos Aeschyli, Agam. 737 — *μετὰ μὲν πλείονα τίκτει, σφετέρῳ δ' εἰκότα γέννᾳ*, et mox *εἰδομέναν τοκεῦσιν.* atque Suppl. 283

τά τ' ἄλλ' ἀπαξάπαντα, καὶ τὸ πόσθιον 515

Κύπριος χαρακτὴρ τ' ἐν γυναικείοις τύποις
εἰκὼς πέπληκται τεκτόνων πρὸς ἀρσένων.

V. 516. *στρεβλὸν, ὥσπερ κυτάριον.*] Ante nos scribebatur *στρεβλὸν, ὥσπερ κύτταρον*, puto e recensione Aristophanis grammatici. Nihil enim habet admirationis, in ejusmodi loco, ubi paullo post grammatici veteres tantopere desudarunt, jam Criticos cum quadam licentia grassatos esse. Ac de grammaticorum quidem variis explicationibus postea videro; nunc illud ostendam, Codicum lectionem *κύτταρον* diutius tolerari non posse. Existat fortasse, qui *κύτταρον* hic accusativum esse interpretetur, a v. *αὐτέκμαγμα σὸν* eadem ratione suspensum, qua ille accusativus *τά τ' ἄλλ' ἀπαξάπαντα*, *expressa tui imago, et in caeteris ad unum omnibus, et in mentula tuae simili, tortuosa, ut est nucamentum pineum.* At enimvero *κύτταρον* duas ob causas Nominativi locum explere debet, tum quod illa explicatio non simplex est, sed tortuosa, tum etiam quod Graeci post *τά τ' ἄλλ' ἀπαξάπαντα καὶ* similesque formulas non tam priorem structuram continuant, quam ad novam solent transire (veluti hic *προσόμοιον* declarat *προσόμοιόν ἐστιν*). Magis hanc rem illustrabit aliorum locorum similitudo, Aristoph. in Lysistr. v. 953

ἀπολῶλεκέν με κἀπιτέτριφεν ἡ γυνή,
τά τ' ἄλλα πάντα, κἀποδείραὸ οἰχεται.

Semel minus usitate loquitur Aechylus Prometh. v. 638

σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖσδ' ὑπουργῆσαι χάριν,
ἄλλως τε πάντως καὶ κασιγνήταις πατρός,

qui idem more dixit consueto in Pers. 675

ἐστὶ δ' οὐκ εὐέξοδον·
ἄλλως τε πάντως χοἱ κατὰ χθονὸς θεοὶ
λαβεῖν ἀμείνους εἰσὶν ἢ μεθιέναι.

atque in Eumen. v. 696

οὔκουν δίκαιον τὸν σέβοντ' εὐεργετεῖν,
ἄλλως τε πάντως, χὥτε δεόμενος τύχοι;

Sequitur ex his, non accusativum *κύτταρον* hic legi, sed nominativum, qui *κύτταρος* genere masculo esse debebat, ut in Pace v. 199 *ὑπ' αὐτὸν ἀτεχνῶς τοὐρανοῦ τὸν κύτταρον*. Itaque quum neutrum genus *τὸ κύτταρον*, quod jam Schneiderus in Lexico mirari videtur, certe ferri non possit, scribendum judicavi, *καὶ τὸ πόσθιον τῷ σῷ προσόμοιον, στρεβλὸν, ὥσπερ κυτάριον*, ita ut Deminutivum *κυτάριον* Deminutivo *πόσθιον* comice respondeat. Et profecto facile antiquus quidam criticus *κύτταρον* subrogare formae *κυτάριον* poterat, simplicem τ literam miratus, in qua vel propter *κύτος*, originem vocis *κύτταρος*, vel ob varias lectiones *κύταρος, κυτάριον* nemo haerebit. Ceterum et Glossaria habent, *Κυτάρια, nucamenta*, et Lexicographi magno consensu Deminutivum *κυττάριον* ex Aristotele re-

τῷ σῷ προσόμοιον, στρεβλὸν, ὥσπερ κυτάριον.

---

ceperunt. Illud restat scilicet, ut ipsius verbi sive κύτταρον, sive κυτάριον vim exponamus, ab Alexandrinorum opinionibus profecti. De verbo κύτταρος multi disseruerunt grammatici, Schol. Rav. ad h. l., Schol. ad Vesp. 1106 (ubi in extremo loco exstat, ὁ αὐτὸς Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις „πόσθιον τῷ σῷ προσόμοιον στρεβλὸν ὥσπερ κύτταροι"), Schol. Venet. ad Pac. 199, Suidas in Κύτταρος, qui pendet a Schol. Vesp. et affert etiam Πόσθιον — κύτταρον., Photius p. 192, 19 sqq., Pollux I, 254 et VII, 147, Hesychius in Κύπαρος et Κύτταροι. Schol. Rav. ita exorditur, Θεόφραστος πῖν φησὶ τῆς πίτυος καὶ τῆς πεύκης. Theophrasti locum exhibent Schol. Ven. ad Pac., Schol. ad Vesp., Suidas l. l., Hesychius priore loco, ubi depravate scribit κύπαρον, omnium vero optime Photius p. 193, 7 Θεόφραστος δὲ προάνθησίν τινα τῆς πεύκης καὶ τῆς πίτυος κύτταρον προσαγορεύει· τοῦτο δέ ἐστιν ὥσπερ στάχυς μικρὸς ἐκ μεγάλων πυρήνων· ξηραινόμενος δὲ θυλακοῦται καὶ ἀποπίπτει. Theophrasti locus hic esse putatur, Hist. Pl. III, 3, 8 — καὶ τὸν κύτταρον τὸν πιτύϊνον ὅμοιά καὶ ἀνάλογον εἶναι τοῖς προπτώτοις ἐρίνοις. Pergit Schol. Rav. Ἐρατοσθένης ἀγγεῖον τουσφ ν τῆς μελίσσης, ὅπου οἱ σκώληκες σιν. ἀλλ' οὐδὲ οὕτως πάνυ σώζεται ἡ ἀκολουθία. Omnino κύτταρος non semel apum cellulas denotat, ut in Aeliano Nat. Anim. V, 11, 5 καὶ οἱ μὲν κηφῆνες ἀγαπητῶς ἐν τοῖς ἑαυτῶν κυττάροις ἡσυχάζουσιν., sed haec verbi potestas a nostro l. procul abhorret. Vellem igitur Eratosthenes non hunc potius versum ita exposuisset, quam Vesp. 1111 ὥσπερ οἱ σκώληκες, ἐν τοῖς κυττάροις κινούμενοι. Sed profecto nostrum l. ab Eratosthene secus intellectum esse, docet scholiasta Venetus ad Pac. 199, ubi quae leguntur, e vetustis ad Thesmophoriazusas scholiis fluxisse, audacter contendo: sunt enim tam ab illo l. aliena, quam ad nostrum unice adcommodata, Λυκόφρονά φησιν Ἐρατοσθένης τὸ κύτταρον λέγειν, ἐν ᾧ αἱ φηγοὶ ἐγκάθηνται, οὐκ ὀρθῶς. κυττάρους γὰρ καλοῦσι τὰς τῶν κηρίων καὶ σφηκίων κατατρήσεις, ὡς καὶ ἐν τοῖς Σφηξὶν εἴρηκεν „ὥσπερ — κινούμενοι." Apparet, sententiam hujus l. aliquanto melius a Lycophrone, quam ab Eratosthene perspectam esse. Deinceps alius grammaticus correcturus scilicet Eratosthenem, hujus viri opinionem magis etiam infuscavit, Schol. Rav. porro δεῖ οὖν χωρίζειν ἑκάτερον οὕτως, καὶ ὡς στρεβλὸν, καὶ ὥσπερ κύτταρον, προσόμοιον κυττάρῳ πλήρει καὶ ἔχοντι τὸν σκώληκα. Retinet enim apum cellam, ac praeterea voces tam arcte connexas, στρεβλὸν ὥσπερ κύτταρον ineptissime divellit. Melius quam caeteri, ultimus scholiasta, ΑΛΛΩΣ. κύτταρος καλεῖται τὰ κοιλώματα τῶν μελικηρίδων· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ σῶμα (πῶμα ut Suidas in λέων et πόσθιον) τῆς βαλάνου. ὅπου ἐγκάθηται ἡ βάλανος, ὅπερ νῦν ἀκουστέον· περὶ γὰρ αἰδοίου λέγει. Hic demum grammaticus Lyco-

ταῦτ' οὐ ποιοῦμεν τὰ κακά; νὴ τὴν Ἄρτεμιν,
ἡμεῖς γε. κἄτ' Εὐριπίδῃ θυμούμεθα,
οὐδὲν πάθοῦσαι μεῖζον, ἢ δεδράκαμεν;

---

phronis vestigia pressit. Equidem plane adsensus Lycophroni, *κιτάριον* ad conchulas revoco, cavas illas et, quod rem continet, plerumque rotundas, in quibus *glandes* insident. Vix enim arbitror defendi posse vulgatam interpretationem Brunckii, Vossii, Schneideri in Lexico, qui *κύτταρον* hic nucamentum pineum valere censent, repugnante non solum v. *στρεβλόν*, sed ipsa etiam forma illius nucamenti.

V. 517. *νὴ τὴν Ἄρτεμιν*] Aptissimum hic jusjurandum. Dianam enim Mnesilochus dicit obstetricem (v. Meinekium ad Menandr. p. 20.), quae optime has res pessimosque mulierum dolos scire debebat. Quum non promiscue juraverint Graeci, sed in certis causis ubique etiam per deos certos, operae pretium faciet, si quis hanc rem paullo subtilius persequi voluerit. Is haud negliget Plut. v 1050 *ὦ Ποντοπόσειδον, καὶ θεοὶ πρεσβυτικοί.* similesque locos. Veluti per Cererem senes ut plurimum jurasse reperio, Acharn. v. 674, Lysistr. v. 271, Vesp. 629. Veruntamen est, ubi idem fortis viri sit jusjurandum, Eqq. v. 812, Nub. v. 455 et Demosth. Olynth. III, 32, 5 B.

V. 518. 519. *κἄτ'*] Ed. Princeps, *κατ'*. Eximie vero monet Scholiasta Rav. *παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου, „εἰ δὴ θυμούμεθα παθόντες οὐδὲν μᾶλλον ἢ δεδρακότες."* Bene correxit Matthiaeus Fr. p. 342 *εἶτα δὴ θυμούμεθα*, quocum conferes Eurip. Hecub. v. 623 *εἶτα δῆτ' ὀγκούμεθα* —. Comparanti autem Aristophanea, *οὐδὲν παθοῦσαι* — Euripides non *παθόντες οὐδέν*, verum *οὐδὲν παθόντες*, quod vel per se altero gravius est, scripsisse videbitur, hoc modo,

εἶτα δὴ θυμούμεθα
οὐδὲν παθόντες μᾶλλον ἢ δεδρακότες;

Sine dubio laudabile est, Mnesilochi orationem, qui Euripidem defenderat, versu concludi Euripideo; sed ego faciam, ut Aristophanem prorsus admirari debeas. Falso enim l. l. suspicatur Matthiaeus, apud tragicum haec esse verba videri unius e Graecorum ducibus Telepho patrocinantis. Nobilissima apud Euripidem fuit Telephi oratio, quam in Acharnensibus identidem ad risum jocumque deflecti videmus. Jam ex hac Telephi oratione eaque item extrema, quippe quum generali sententia concluderetur, Euripidis versum manasse, propter incredibilem quandam Telephi illius nostrique Mnesilochi similitudinem dubitari posse nego. Telephus enim habitu mendici, nomineque ementitio, publice Achivorum duces in concione objurgarat itaque finiverat, *Deinde etiam irascimur, non atrociora passi, quam fecimus:* Mnesilochus feminae vestitu, celatoque nomine, publice genus mulie-

ΧΟΡΟΣ.

τουτὶ μέντοι θαυμαστὸν, 520
ὁπόθεν εὑρέθη τὸ χρῆμα,
χ᾽ ἥτις ἐξέθρεψε χώρα
τήνδε τὴν θρασεῖαν οὕτω.
τάδε γὰρ ἐλπεῖν τὴν πανοῦργον
κατὰ τὸ φανερὸν ὧδ᾽ ἀναιδῶς, 525
οὐκ ἂν ᾠόμην ἐν ἡμῖν
οὐδὲ τολμῆσαί ποτ᾽ ἄν.
ἀλλ᾽ ἅπαν γένοιτ᾽ ἂν ἤδη.

---

rum in concione insectatur, itaque finit, *Tum etiam Euripidi irascimur, non graviora passae, quam fecimus.*

V. 520—532. Etiam in hoc carmine vires suas exercuerunt Hotibius et G. Burgessius Critici singulares, multaque turpiter depravarunt: etsi nuper Bothius ad meliorem frugem reversus est. Ceterum ii, qui hoc carmen pro antistropha primi Chori v. 433 sqq. habuerunt, forsitan dixerint, primam atque ultimam orationem multo et longiorem esse, et magis expolitam secunda, quare et ab initio et in fine Hemichoria canere, post mediam vero orationem paucas tantummodo Chori personas. Sed mihi multas ob causas certum deliberatumque est, nullam tribus in Choris antistropham quaeri debere, omnique responsionis lege haec carmina soluta esse. Nunc ad singula veniamus.

V. 526. ᾠόμην] Juntina ὠώμην.

Ibid. ἐν ἡμῖν] ἐν ὑμῖν Ravennas. Male.

V. 528. ἀλλ᾽ ἅπαν γένοιτ᾽ ἂν ἤδη] Homines repentina re perculsi minimeque exspectata hodieque ita loqui solent, nil jam admirandum esse, si tale quidquam accidat neque idcirco tamen ruerit coelum. Nonnulla in hanc sententiam dicta de eventu insperato jam Berglerus recordatus est. Is praeter Ovidianum, *Omnia jam fient, fieri quae posse negabam,* evolvi jubet Xenophontem Anabas. VII, 6, 11 Ἀλλὰ πάντα μὲν ἄρα ἄνθρωπον ὄντα προσδοκᾶν δεῖ, ὁπότε καὶ ἐγὼ νυνὶ μὲν ὑφ᾽ ὑμῶν αἰτίας ἔχω, ἐν ᾧ πλείστην προθυμίαν ἐμαυτῷ γε δοκῶ συνειδέναι περὶ ὑμᾶς παρεσχημένος. Denique Berglerus commode evolvi jubet Machonem ap. Athen. VI, 246, c. ὃ δ᾽ αὐτὸς (Μάχων) παράσιτον ἀκούσας ὑπὸ γραίας τρεφόμενον συγγινόμενόν τε αὐτῇ ἑκάστης ἡμέρας·

Νῦν πάντα, φησὶ, γίγνεθ᾽· ἢ μὲν οὐ κύει,
ἐν γαστρί δ᾽ οὗτος λαμβάνει καθ᾽ ἡμέραν.

Nam φησὶ minime Athenaei verbum est, sed Machonis proverbium indicantis: *nunc omnia fiunt, ut est in proverbio;* eodemque pertinet lectio Codicum φασί. Quo non intellecto jam antiquitus ali-

τὴν παροιμίαν δ' ἐπαινῶ
τὴν παλαιάν· ὑπὸ λίθῳ γὰρ 530
παντί που χρὴ

---

quis locum interpolavit, voce *καινὰ* paullo liberalius inserta, *Νῦν πάντα (φησὶ) καινὰ γίγνεθ'* —, quam Epitomes scripturam Schweighaeusero Dindorfioque probatam esse miramur. Similiter Graeci de homine vel iracundia commoto, vel in subitum conjecto stuporem loquuntur. Lucianus in Charonte c. 17 *ἢ τί γὰρ οὐκ ἂν ποιήσειεν ἐκεῖνος ὁ τὴν οἰκίαν σπουδῇ οἰκοδομούμενος, καὶ τοὺς ἐργάτας ἐπισπέρχων, εἰ μάθοι* —; Eo in loco Jacobitzius nuper meam quandam conjecturam non probare debebat, sed condemnare. Negandi particulam his exemplis tuemur, Luc. D. Meretr. IX, 3 *νῦν δὲ τί οὐκ ἂν ἐκεῖνος ποιήσειεν;* Fugitiv. c. 32 *εἶτα τί οὐκ ἂν γένοιτο;* Demosth. in Phormionem 29, 2 Bekk. *καίτοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τί οὐκ ἂν πράξειεν ὁ τοιοῦτος, ὅστις γράμματα λαβὼν μὴ ἀποδέδωκεν ὀρθῶς καὶ δικαίως;* De Corona p. 294, 4 B. *ὃς γὰρ ἐμοῦ φιλιππισμὸν, ὦ γῆ καὶ θεοί, κατηγορεῖ. τί οὗτος οὐκ ἂν εἴποι;*

V. 529—532. Vetus fuit proverbium, sub quovis lapide scorpionem occultari posse. Eo sic utitur poëta, primum ut verbo *λίθῳ* ad illum Pnycis suggestum alludat, in quem oratores escendebant (*λίθος οὖν τῇ Πυκνί*). Bene hoc percepit G. Burgessius memoravitque Ach. 653, Pac. 663, Eccles. 87. Deinde pro scorpione proverbii ipsius necessario rhetor nominandus erat, idcirco quoniam hic unice oratores et demagogi telis petuntur. Monuerunt Kusterus atque etiam Berglerus, qui aptissime contulit Plut. v. 885 *ἀλλ' οὐκ ἐνεστι· συκοφάντου δίγματος.* Scolium, quod huic proverbio originem dederat, reliquum nobis fecit Athenaeus XV, 695, d.

Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος ὢν ταῖρ' ὑποδύεται·
φράζευ μή σε βάλῃ· τῷ δ' ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος.

Quum *ὑπὸ* metro repugnare videatur, scribam e Sophocle, *Ἔν τοι π.λ.*, sed *τοι*, ut in primo auctore, dubitanter. Tum Suidas in *Ἀλλ' ἅπαν* profert verba *Ἀλλ' ἅπαν — ῥήτωρ ἀθρεῖν*, ita ut *δ'* ante *ἐπαινῶ* omittat, et in fine addit, *ἡ δὲ παροιμία· Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος εὖδει· φυλάσσεο.* Idem haec prodidit, *Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος: ἐλλείπει, ὕπεστι. λέγεται ἐπὶ τῶν κακοήθων καὶ ἐπὶ ἐριστικῶν. παραινεῖ μὴ προπετῶς λαλεῖν, τοῦ μὴ δηχθῆναι. Σοφοκλῆς Ἀϊχμαλώτοις* (sic)· *Ἔν παντὶ γάρ τε* (sic) *σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ.* Sententia proverbii, non esse temere loquendum, ne quis mordeatur, tametsi a Suida glossae ab initio positae adcommodatur, tamen etiam ad Sophocleum locum bene attemperata est. Facetissime vero Burgessius in Sophocle conjecit, *Ἔν παντί που χρὴ σκορπίον φρουρεῖν λίθῳ*, quo vim potestatemque dicti funditus perdidisse censendus est. Pejus etiam Aristophanes et Scolii auctor a Burgessio

μὴ δάκῃ ῥήτωρ, ἀθρεῖν.
ἀλλ' οὐ γάρ ἐστι τῶν ἀναισχύντων φύσει γυναικῶν

---

accepti sunt; verum haec omitto. Versum *Αἰχμαλωτίδων*, quem Brunckius in Fragmm. p. 9 recte sic exhibet, *Ἐν παντὶ γάρ τοι σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ*, apposuit etiam Scholiastes ad Theriaca Nicandri v. 17, 18

Αὐτὰρ ὅγε στιβαροῖο κατὰ σφυρὸν ἴλασεν ἴχνευς
σκορπίος ἀπροϊδής, ὀλίγῳ ὑπὸ λᾶϊ λοχήσας.

Τὸ δὲ ὑπὸ λᾶϊ, inquit, *ἀντὶ τοῦ ὑπὸ λίθῳ, παρόσον ὑποκάτω τῶν λίθων οἱ σκορπίοι κρύπτονται· ὡς Σοφοκλῆς ἐν Αἰχμαλώτοις· ἐν παντὶ γάρ τε σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ.* Eodem digitum intendit Aelianus Nat. Anim. XV, 26 *εἰ γὰρ τοῦτο μὴ γένοιτο, ὁ χῶρος ἄβατός ἐστιν· ὑπὸ παντὶ γὰρ λίθῳ καὶ βώλῳ πάσῃ σκορπίος ἐστί.* Ubi Jacobsius conferri jubet suas Animm. ad Anth. Gr. I, 1, p. 304. Sed praeclare hic iterum versatur Schol. Rav. *ἐκ τῶν εἰς Πράξιλλαν ἀναφερομένων „ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίον ὦ ταῖρε φυλάσσεο.“ καὶ ἑτέρα, πάντα λίθον κίνει.* Forsitan aliquis e scholiasta concluserit, fuisse, qui priorem versum ita legerent, *Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίον, ὦ ταῖρε, φυλάσσεο:* Scolia enim fere omnia jam antiquitus variabant plurimum. Vereor tamen ne huic opinioni Suidae lectio in *Ἀλλ' ἅπαν* obstet, *Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος εὕδει· φυλάσσεο*, quae sic comparata est, ut *φυλάσσεο* non possis non pro glossemate verbi *φράζεν* contemnere. Sed maximi ponderis censenda sunt illa verba, *ἐκ τῶν εἰς Πράξιλλαν ἀναφερομένων*, quibus quum caeteri omnes careant auctores, antiquitatis fidem vel unicum verbum conciliat *ἀναφερομένων*. Olim enim scolia exstiterant, quae alii male Alcaeo, alii non melius Sappho, alii recte atque ordine Praxillae Sicyoniae tribuerent. Disputavimus ipsi ad Pelargos (Fr. II.) de notissimo scolio *Ἀδμήτου λόγον*. Sive autem haec duo scolia ipsa inter sese comparaveris, alterum

Ἀδμήτου λόγον, ὦ ταῖρε, μαθὼν τοὶς ἀγαθοὺς σέβον,
τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνοὺς, ὅτι δειλοῖς ὀλίγη χάρις.

alterum

Ἔν τοι παντὶ λίθῳ σκορπίος ὦ ταῖρ', ὑποδύεται·
φράζεν, μή σε βάλῃ· τῷ δ' ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος.

videbis, non solum haec scolia duobus versibus absolvi, verum etiam et metrum utrobique prorsus congruere, et convenire etiam ὦ ταῖρε, constantem, ut puto, illis in scoliis formulam: sive tu de iis judicia Alexandrinorum exploraveris, alterum a Schol. Rav. dubiis Praxillae scoliis inseritur, alterum vero a Pausania Eustathii vel Alcaeo, vel Sappho, vel denique Praxillae Sicyoniae tribuitur, a scholiasta ad Vespas v. 1240 (1232) autem rejectis Alcaeo Sapphoque sine ulla dubitatione Praxillae Paroeniis adsignatum est. Accedit eodem, ut Athenaeus XV, 694, a. hujus Praxillae scolia mire collaudaverit.

οὐδὲν κάκιον εἰς ἅπαντα, πλὴν ἆρ' εἰ γυνή τις.

Quid quaeris? Nego punctum temporis dubitari posse, quin et hoc nostrum de scorpione, et alterum illud scolium e Paroeniis Praxillae Sicyoniae derivatum sit. Jam vero Brunckii ad h. l. verba infra posui „Allusio ad vetus scolion, quod exstat in minori nostra Anacreontis editione p. 88.“ Hunc librum non possideo, sed videntur quidam vana suspicione ducti male id scolium Anacreonti donasse, quem caeteroquin et ipsum edidisse scolia constat vel e Daetalensibus Aristophaneis Ἄισον δή μοι σκόλιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἀνακρέοντος. Finem huic loco imponam, si ultima Schol. Rav. verba examinavero, καὶ ἕτερα „πάντα λίθον κίνει.“ Hoc proverbium haud longe abest a scorpione; sed minime confundi debet cum alio, *πάντα κάλων κινεῖν:* illud est enim prudentiae, hoc maximi laboris. De locutione *πάντα κάλων κινεῖν* pauca addam corollarii loco. In Eqq. 756 repudiata lectione pristina, *Νῦν δεῖ σε πάντα δὴ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ*, legendum esse existimo, *Νῦν δή σὲ πάντα δεῖ κάλων ἐ. σ.* Codd. Ven. et *Γ* habent, *νῦν δή σε πάντα δεῖ* — Ravennas, *νῦν δή σε πάντα δὴ κ.* —. Recte dictum *σὲ* cum accentu ut in oppositione; sequitur enim *ὅτοισι τόνδ' ὑπερβαλεῖ*. Conferri merentur Ecclesiaz. 571 *νῦν δὴ δεῖ σε πυκνὴν* —, et, ubi item *νῦν δὴ* e Codice B. restituendum est, Vesp. 526

νῦν δὴ τὸν ἐκ θημιτέρου
γυμνασίου λέγειν τι δεῖ —.

Scholiastae ad Eqq. l. l. si fides adjungenda sit, proverbium *πάντα λίθον κίνει* similius evadet dicto, *πάντα κάλων κινεῖν*, quam huic nostro *ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος*. Falso tamen scholiastes iste sic incipit, *παροιμία, πάντα δὴ κάλων κινεῖν*. Neque ullo modo vulgatae favet Eurip. Medea v. 273 *ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι πάντα δὴ κάλων*. Nam *δὴ* nihil attinet ad ipsum proverbium, sed est adseverantis, ut in Medea, quod ab Equitum loco abhorret. At fortassis ex Medea *πάντα δὴ κάλων* in Equites transtulerunt Alexandrini. Certe apud alios scriptores hujus particulae nullum est vestigium, ut apud Lucian. Alexandr. 57 *καὶ πάντα κάλων ἐκίνουν*., Scytha c. 11 *ἀλλὰ χρὴ πάντα μὲν κάλων κινεῖν πάντα δὲ* —. Non vacat mendo tertius locus De Morte Peregrini c. 12 — *πάντα ἐκίνουν, ἐξαρπάσαι πειρώμενοι αὐτόν*, ubi plane scribendum est, *πάντα κάλων ἐκίνουν.*

V. 533. Schol. Rav. ad h. l. *τοῦτο ἰαμβικὸν τετράμετρον καταληκτικὸν λέγον.* Fueruntne antiquitus, qui duo coryphaei tetrametros pro ultima parte systematis ipsius turpiter acciperent? In Edd. hic quidem recte distinguitur; at paullo ante apud Kusterum Brunckiumque legitur uno versu, *παντί που χρὴ, μὴ δάκῃ ῥήτωρ, ἀθρεῖν*, quod correxit Gaisfordus ad Hephaest. p. 262.

V. 534. *πλὴν ἆρ' εἰ γυνή τις*] Vulgo legebatur frigidissime, imo etiam absurde, *πλὴν ἆρ' ἢ γυναῖκες*. Namque additamentum

ΓΥΝΗ Γ.

οὔ τοι μὰ τὴν Ἄγλαυρον, ὦ γυναῖκες, εὖ φρονεῖτε,

πλὴν ἆρ᾽ ἢ γυναῖκες inanis quaedam repetitio foret genitivi antegressi *τῶν — γυναικῶν*. Jam enim dixerat, nihil pejus esse impudentibus natura mulieribus, ita ut easdem mulieres ex ipsis mulieribus excipere nullo modo posset: voculae enim *πλὴν ἤ* sunt revera et sine controversia aliquid eximentis. Quidnam voluerit Aristophanes, perspicuum est. Declarare voluit, mulieres semet ipsas impudentia vincere, porro autem id declarare non vulgari modo, sed comico quodam minimeque exspectato. Quare addidit, *πλὴν ἆρ᾽ εἰ γυνή τις*, nisi forte una quaedam mulier inaudita sua impudentia caeteras omnes exsuperat. Neque tamen emendatio nostra, *πλὴν ἆρ᾽ εἰ γυνή τις* domo petita est, sed ex antiquissimo fonte derivata. Qui hos duo versus *Ἀλλ᾽ οὐ γὰρ — γυναῖκες* transscripsit Suidas in voce, ad extremum legit *πλὴν ἄλλαι γυναῖκες*, addiditque explicationis loco, *τουτέστιν, εἰ μὴ ἄλλη γυνή*, quam explicationem e Schol. Rav. petiit. Male vero G. Burgessius partim e Suida legi voluit, *πλὴν γυναῖκες ἄλλαι*, quae oratio plane nihil Veneris haberet aut leporis. Tametsi expositio ista, *εἰ μὴ ἄλλη γυνὴ* ejusmodi est, ut Singularem numerum hic olim, non Pluralem repertum esse censeas. Ac profecto Ravennatem librum, cui I. Bekkerus *πλὴν ἆρ᾽ εἰ γυναῖκες*, versu sequente autem *ὦ γυνή τις* temere assignavit, certissimum est hic legere, *πλὴν ἆρ᾽ εἰ γυνή τις*, mox vero *ὦ γυναῖκες*, ut vulgo exstat. Plane scribi debet, ut habet Ravennas, *πλὴν ἆρ᾽ εἰ γυνή τις*: pluralis enim *γυναῖκες* ex insequente versu natus est. Vide hos potissimum locos, Ar. Avv. 601 *οὐδεὶς οἶδεν τὸν θησαυρὸν τὸν ἐμὸν, πλὴν εἴ τις ἆρ᾽ ὄρνις*. Euripides in Danaë VI. p. 148 M.

κρείσσων γὰρ οὔτις χρημάτων πέφυκ᾽ ἀνὴρ,
πλὴν εἴ τις· ὅστις δ᾽ οὗτός ἐστιν, οὐχ ὁρῶ.

Ubi futilis est tantoque viro indigna Porsoni conjectura, *πλὴν εἷς τις*. Simili orationis forma jocatus est Menander p. 230 ed. M.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀθλιώτερον πατρὸς,
πλὴν ἕτερος, ἂν ᾖ πλειόνων παίδων πατήρ.

et alio loco p. 177 M.

Οὐκ ἂν γένοιτ᾽ ἐρῶντος ἀθλιώτερον
οὐδὲν γέροντος, πλὴν ἕτερος γέρων ἐρῶν.

Particulae *πλὴν εἰ, εἰ μὴ εἰ* etiam alibi observatae sunt, ut in Thucydide I, 17 *ἐπράχθη τε ἀπ᾽ αὐτῶν οὐδὲν ἔργον ἀξιόλογον, εἰ μὴ εἴ τι πρὸς περιοίκους τοὺς αὑτῶν ἑκάστοις*. et Xenoph. Hellen. IV, 2, 21 *ὥστε οὐκ ἀπέθανον αὐτῶν πλὴν εἴ τις ἐν τῇ ξυμβολῇ ὑπὸ Τεγεατῶν*. Scilicet cum exceptione (*πλὴν* sive *εἰ μὴ*) conditio (*εἰ*) apte copulatur, quo fit, ut exceptio haud multum habeat verisimilitudinis, „außer etwa, es möchte denn etwa (bei der geweſen ſeyn)." Plane

ἀλλ' ἢ πεφάρμαχθ', ἢ κακόν τι μέγα πεπόνθατ' ἄλλο,

---

eodem modo Latini dicere *nisi si* consuerunt; evolve Plaut. Curcul. I, 1, 52. Terent. Andr. IV, 3, 2. Cic. Or. II, 58. ad Famil. XIV, 2. Postremo non rectius hic vulgo scribitur *πλὴν ἤ*, quam si in Nubib. v. 360 correctum iret aliquis, *πλὴν εἰ Προδίκῳ*. Nempe contrariam vim habent *πλὴν ἤ* (Nub. 733 al., confer *ἀλλ' ἤ* Pac. v. 468 et saepissime) atque *πλὴν εἰ*; illud certissime excipit, hoc satis dubitanter. Postremo in verbis *οὐδὲν κάκιον εἰς ἅπαντα* praepositio omitti poterat, sed rectissime tamen addita est, quemadmodum in similibus locis, Theocrit. XXII, 58 *Ἄγριος εἶ, πρὸς πάντα παλίγκοτος*. Ar. Acharn. v. 922 *πρὸς πάντα συκοφάντην*. Ran. 969 *δεινὸς εἰς τὰ πάντα*. Plut. v. 273 *τοιοῦτον ἐς τὰ πάντα*. Lucian. Pseudolog. c. 16 *βδελυροὶ ἐς τὰ ἤθη*, si lectio vera est. Eupol. in Demis p. 36 R. *πονλύπους ἐς τοὺς τρόπους*, ubi Raspius meus p. 70 opportune meminit locorum Aeschyl. Pers. v. 332 *πρῶτος εἰς εὐψυχίαν*. et Antiphan. ap. Athen. III, 108 e. *ἄνθρωπος ἀννπέρβλητος εἰς πονηρίαν*.

533. *μὰ τὴν Ἄγλαυρον*] Rav. Aug. Junt. *Ἄγραυλον*. Cum dubitatione recepimus Brunckii emendationem, *Ἄγλαυρον*, qui observat, per Aglauron, Cecropis et Agrauli filiam, neque vero per ejus matrem, jurasse atticas mulieres. Mater quidem *Ἄγραυλος* nominata est ab Apollodoro III, 14, 2 *Κέκροψ δὲ γήμας τὴν Ἀκταίου κόρην, Ἄγραυλον* —, filia autem praeter Hersen et Pandrosun tertia saepe *Ἄγλαυρος*, veluti jam ab Herodoto VIII, 53 *κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου* —, ubi cfr. Wesseling., saepius etiam eodem quo mater nomine *Ἄγραυλος* dicta est. De scriptura filiae *Ἄγραυλος* videndi sunt Jungermannus et Hemsterhusius ad Pollucem VIII, 105. Durum fuerit, cum Brunckio dicere, Agraulon cum filia Aglauro temere confundi, tot locis contra nitentibus. Neque vero illud dicere licebit, commune matri et filiae nomen fuisse Agrauli, propterea quod isto modo alterius lectionis *Ἄγλαυρος* nulla plane ratio habetur. Quamobrem duplicem memoriam per manus traditam discerno, alteram, ex qua Agrauli filia censebatur *Ἄγλαυρος*, nomine ad sententiam sororibus *Ἔρσῃ* et *Πάνδροσος* valde consentaneo. Altera vero memoria, commutatis inter se matris filiaeque nominibus matrem dici *Ἄγλαυρον*, filiam *Ἄγραυλον* jussit. Qui error si antiquior fuit Aristophane, nihil hic impediet libros sequi atque *μὰ τὴν Ἄγραυλον* retinere. Aliis rationibus formam *Ἄγραυλος* de filia Cecropis egregie defendit Siebelisius ad Pausaniam I, 2, 5 p. 12. Cavendum est autem, ne quis forte propter verba *οὗτοι — εὖ φρονεῖτε* v. *μὰ τὴν Ἄγλαυρον per Minervam* explicet, nixus Harpocratione *Ἄγλαυρος — ἔστι δὲ καὶ ἐπώνυμον Ἀθηνᾶς*, quae descripserunt Suidas in *Ἄγλαυρος* et grammaticus Bekkeri p. 329, 25. Ne enim dicam, parum verisimilem hanc esse doctrinam, inde fortas-

ταύτην ἐῶσαι τὴν φθόρον τοιαῦτα περιυβρίζειν 535

---

sis ortam, quod Aglauron Minervae sacerdotem fuisse constaret (Hesychius, Ἄγλαυρος — παρὰ δὲ Ἀττικοῖς καὶ ὀμνύουσι κατ' αὐτῆς. ἦν δὲ ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς.): non si maxime vera retulissent grammatici, continuo sequeretur, Atticos per Minervam, τὴν Ἄγλαυρον, jurare solitos. Quin id palam negatur ab Hesychio, et a Schol. Rav. ad h. l., κατὰ τῆς Ἀγραύλου (sic) ὤμνυον, κατὰ δὲ τῆς Πανδρόσου σπανιώτερον· κατὰ δὲ Ἕρσης οὐχ εὑρήκαμεν. Docta observatio, nusquam per Hersen, raro per Pandrosen, crebro autem per Agraulon juratum esse. (Hersen minus, quam sorores, cultam esse, patet etiam ex Athenagora Legg. c. 1 Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς καὶ μυστήρια ἄγουσι καὶ Πανδρόσῳ.) Confirmantur haec partim versu Lysistr. 439 εἰ τἄρα νὴ τὴν Πάνδροσον —, ubi scholiastes ea refert, quae Minervae Aglauro magnopere faveant, — ἐκ τῆς Πανδρόσου δὲ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ Πάνδροσος καλεῖται. Scilicet hoc saepius fit in religionibus Graecorum, ut ministrantium nomina temere cum ipso deo praeside eorum communicentur. Philochorus apud Harpocrationem in Κοβαλεία — ἔοικε δὲ συνώνυμον τῷ βωμολόχῳ· Φιλόχορος ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος· Κόβαλοι δαίμονές εἰσί τινες σκληροὶ περὶ τὸν Διόνυσον. οὐ γὰρ ὥσπερ ἔνιοι λέγουσι, βωμολόχον τινὰ καὶ κόβαλον γενέσθαι νομιστέον τὸν Διόνυσον. Cobali satellites sunt Dionysi, non ipse deus κόβαλος existimandus. Sic enim haec correxit et exposuit Lobeckius Aglaopham. p. 1313, cujus posterior explicatio vera est, monentis etiam Satyri nomen Baccho alicubi tributum esse. Multo saepius contraria ratio observata est, cujus unicum exemplum sufficiet Pausan. III, 16, 1 πλησίον δὲ Ἱλαείρας καὶ Φοίβης ἐστὶν ἱερόν· — κόραι δὲ ἱερῶνται σφισιν παρθένοι, καλούμεναι κατὰ ταὐτὰ ταῖς θεαῖς καὶ αὗται Λευκιππίδες.

V. 534. πεφάρμαχθ'] Menander in Heroibus p. 73 ed. M. Ἐπεφαρμάκευσ', ὦ γλυκύτατ', ἀναλυθεὶς μόλις. Ita enim partim cum Lobeckio (Aglaoph. p. 644 not.) scribendum est.

V. 535. τὴν φθόρον] Hunc dicendi usum egregie illustravit Hermannus ad Viger. p. 930. 931. ed. IV, ubi tamen unus locus (Eqq. 2) falso allatus est.

Ibidem. περιυβρίζειν ἡμᾶς ἁπάσας] Mire expressit poëta ingenium muliebre addita voce ἁπάσας, sicuti etiam paullo inferius loquitur v. 551

ἀκούετ' ὦ γυναῖκες, οἷ' εἴρηκεν ἡ πανοῦργος
ἡμᾶς ἁπάσας αὖθις αὖ.

Singulas enim foeminas in circulis carpi absentes et maligno dente arrodi, aequo animo ferunt mulieres, atque adeo interdum dicto gaudent: ubi vero in universum genus earum invectus sis, cunctas, sat scio, offendes subiratas et paratas ad resistendum. Praeterea ver-

ἡμᾶς ἁπάσας. εἰ μὲν οὖν τις ἐστιν, εἰ δὲ μὴ, ἡμεῖς,

---

bum *περιυβρίζειν* declarat, omnes quasi ordine conviciis laedere, et *περιυβρίζεσθαι* ab omnibus laedi maledicto. Evolve Vesp. 1319 *τοιαῦτα περιύβριζεν αὐτοὺς ἐν μέρει.* Idem verbum optime restituit Elmslejus in Equit. v. 734 *ἔξελθ', ἵν' εἰδῇς, οἷα περιυβρίζομαι.*

V. 536. *εἰ μὲν οὖν τις ἔστιν*] Profertur hic locus a Scholiaste Veneto ad Iliad. *Α.* 137 pro exemplo attici *ἀνανταποδότου*, hoc ordine *ἔστι τις*, quocum consentit codex Townlejanus. Post priorem sententiam conditionalem *εἰ μὲν* — deest apodosis, schemate notissimo. Sed in sensu horum verborum laboramus haud mediocriter, dubitantes de eo, quid maxime haec mulier additura fuerit. Jam primum Schol. Rav. hiantem sententiam ita explet, *συντιμωρεῖσθαι αὐτὸν βουλόμεναι* (*βουλομένη*), *ἐπειδὴ ἐπὶ σκηνῆς εἰσίν.* Simillima ratione hunc versum converterunt Brunckius Vossiusque. Id vero probare est vim inferre sententiae: nam praeter cives atticas earumque servas (*ἡμεῖς, αὐταί τε καὶ τὰ δουλάρια*), nulla alia femina, ad quam illud *τις* spectare posset, in propinquo aderat. Ex his consequitur, *τὶς* necessario ad Mnesilochum feminam revocari debere. Porro quidnam hic requiratur, oppositio docet, *εἰ μὲν οὖν τίς ἐστιν*, (videlicet, *οὐκ ἀποψιλώσομεν τὸν χοῖρον*), *εἰ δὲ μὴ, — ταύτης ἀποψιλώσομεν τὸν χοῖρον.* Quare ejusmodi quiddam verbis abruptis inesse debet, quo isthuc poenae genus impediatur. Suspicari autem videtur, Mnesilochum omnino non mulierem fuisse, quum praesertim cum magna quadam vi *γυνὴ — οὖσα* proximo adjecerit. Quae si Mnesilochum pro viro habuisset, indecore res aliquanto post animadversa ac deprehensa justo citius occupari videretur. Imo illa ingeniose conjicit, importunam istam virorum patronam androgynem sive hermaphroditum rectissime putari, cujusmodi monstrum ipsa naturae iniquitas a tali poena facile vindicabat. Bachmannus noster aut mutat accentum, *εἰ μὲν οὖν τις ἐστὶν, quodsi est nobilis femina*, aut potius ita hunc locum interpretatur, *quodsi est civis attica.* Horum utrumque meae explicationi longe antepono. Ceterum hac re iterum iterumque perpensa in vulgata explicatione Scholiastae, Brunckii, Vossii acquieverim. Nam hoc potissimum mulier, credo, sensit: *si quis adest ultor injuriae nostrae, bene habet* (valde enim nobis incommodum est in scena versantibus de nostrum una vindictam in propatulo sumere); *sin vero minus, nos quum ipsae, tum etiam servulae* —. Mox in libris scriptum est, *αὐταί γε καὶ τὰ δουλάρια.* Malo consilio, non calami errore, ut videtur, R. Porsonus Addend. ad Hecub. p. 102 tacite scripsit

εἰ δὲ μὴ, αὐταὶ
Ἡμεῖς γε καὶ τὰ δουλάρια —,

improbante etiam Reisigio Syntagm. Cr. p. 33, ubi synizesin vocum *μὴ ἡμεῖς* defendit, et jam antea in Conjectan. p. 309, ubi recte cor-

αὐταί τε καὶ τὰ δουλάρια, τέφραν ποθὲν λαβοῦσαι,
ταύτης ἀποψιλώσομεν τὸν χοῖρον, ἵνα διδαχθῇ
γυνὴ γυναῖκας οὖσα μὴ κακῶς λέγειν τὸ λοιπόν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μὴ δῆτα τόν γε χοῖρον, ὦ γυναῖκες. εἰ γὰρ, οὗσης
παῤῥησίας, κἄξὸν λέγειν, ὅσαιπερ ἐσμὲν ἀσταὶ,
εἶτ' εἶπον ἃ 'γίγνωσκον ὑπὲρ Εὐριπίδου δίκαια,
διὰ τοῦτο τιλλομένην με δεῖ δοῦναι δίκην ὑφ' ὑμῶν;

ΓΥΝΗ Γ.

οὐ γάρ σε δεῖ δοῦναι δίκην; ἥτις μόνη τέτληκας
ὑπὲρ ἀνδρὸς ἀντειπεῖν, ὃς ἡμᾶς πολλὰ κακὰ δέδρακεν,

---

rigit, *αὐταί τε καὶ τὰ δουλάρια*, similibus locis allatis, quibus Eurip. Suppl. v. 217, Andromach. v. 1185, aliique centeni licet addantur. *Τὲ* pro *γὲ* hic posuit etiam Reiskius. Mire Ravennas, *αὐτοί γε* pro *αὐταί γε*.

V. 537. 538. „*τέφραν ποθὲν λαβοῦσαι*· Ad vulsuram utuntur cinere ut pili firmius prehendi possint; in Nubibus v. 1082 *τι δ' ἦν ῥαφανιδωθῇ γε πιθόμενος, τέφρᾳ τε τιλθῇ; — ταύτης ἀποψιλώσομεν τὸν χοῖρον*. In Ecclesiaz. v. 722 *τὸν χοῖρον ἀποτετιλμένας*." ***Berglerus.***

V. 540. Joci plena sunt et festivitatis haec Mnesilochi verba, *μὴ δῆτα τόν γε χοῖρον, ὦ γυναῖκες*. Tantundem est enim, ac si dicat: in me ipsam saevite, mulieres; at parcite, quaeso vos, certe quidem cunno meo!

V. 541. *ὅσαιπερ ἐσμὲν ἀσταὶ*] Vulgo, *ὅσαι πάρεσμεν αὐταί*. Quum Kusterus *αὐταὶ* solae, nullis viris praesentibus inepte explicasset, recte docuit Brunckius, *αὐτὸς* ita tantum de cive usurpari, si inquilinus, socius, peregrinus denique opponatur; hic autem nihil quidquam additum esse, unde *αὐταὶ* cives significare pateat. Sublato igitur vitio perquam vulgari, e Cod. Aug., quocum Ravennas congruit, *ἀσταὶ* recepit, neque ideo tamen omnem persanavit locum. Scripserat enim Aristophanes, *ὅσαιπερ ἐσμὲν ἀσταί*. Cur enim adsumus cives, ac non potius simpliciter, sumus cives atticae? Postremo necessaria est particula — *περ*, quae alias feminas a civibus distinguat, *et quum dicere liceat omnibus, quae quidem cives sumus atticae.*

V. 545. *ὃς — δέδρακεν*] *ὡς — δέδρακας* Ed. Princeps, et *ὡς* etiam Rav. *Δέδρακας* e v. *τέτληκας* ortum esse apparet.

ἐπίτηδες εὑρίσκων λόγους, ὅπου γυνὴ πονηρὰ
ἐγένετο, Μελανίππας ποιῶν, Φαίδρας τε· Πηνελόπην δὲ

V. 546. *ἐπίτηδες εὑρίσκων*] Libri, etiam Rav., *ἐξεπίτηδες* habent, *ἐπίτηδες* dederunt Kusterus, Bentlejus, Brunckius. Scribere equidem nolim, *ἐπίτηδες ἐξευρὼν λ.* Ceterum v. *εὑρίσκων λόγους* designant, *inveniens tragoediam*, ne forte censeas, v. *εὑρίσκων* invidiose dici in Euripidem, qui omnino fidem mythorum antiquitus traditam saepe violavit.

V. 547. Scholiastes Rav. *τοῦτο μόνον τὸ τετράμετρον ἰαμβεῖον ἀνάπαιστον ἔχει τὸν καταλήγοντα· ἄξιον οὖν αὐτὸν τηρῆσαι.* Addere potuerat, hunc anapaestum, ut in Nomine Proprio, minus offendere. Longe graviora sunt illa verba, *Μελανίππας ποιῶν Φαίδρας τε*, quae mihi occasionem dabunt Phaedrae Euripidi tragico in integrum restituendae. Namque Phaedram Euripidis, quam agnoverat Barnesius, unquam exstitisse negarunt plerique, ut Valckenarius ad Hippol. v. 447, et Matthiaeus ad Fragmenta p. 1, ita ut Phaedrae substituere Hippolytum non dubitarent. Sed omnino Euripidem singularem tragoediam, Phaedrae nomine inscriptam, dedisse primum hic locus ostendit, ubi Phaedra cum Melanippis, tragoediis admodum notis, copulatur. Disertior etiam locus in Ranis legitur v. 1041 *ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ Φαίδρας ἐποίουν πόρνας, οὐδὲ Σθενεβοίας.* Vides, hic iterum Phaedram cum Stheneboea, tragoedia Euripidis minime dubia, conjunctam esse. Deinde ad Ranas etiam scholiasta testimonium dicit luculentum, *Φαίδρας*] *δρᾶμα Εὐριπίδου.* Huc accedunt alia etiam documenta. Veluti unum fragmentum ab Stobaeo LXIII, 25 Sophocleae Phaedrae tribuitur, contra a Clement. Alex. Strom. VI. p. 745 simpliciter ad Euripidem refertur auctorem. Praeterea evolvamus Eustathium p. 690, 41 *Ἰστέον δέ, ὅτι γῆν λέγει ἀπείρονα, ἀντὶ τοῦ ἄπειρον, ὡς Εὐριπίδης ἐν Φαίδρᾳ φησί.* Quae nemo vel jocans ad Hippol. v. 763 revocaverit. Vide Bachmannum nostrum ad Schol. Lips. Iliad. *η'*, 446, qui et ipse Phaedram, uti par erat, agnovit. Sed quid multa? Phaedra, pro qua jamdiu pugno, manifesto fuit ille Hippolytus prior, de quo disputavit Matthiaeus Fr. p. 182 sqq. Scio, utrumque Hippolytum a summis viris pro duabus tantum ejusdem fabulae recensionibus habitum esse (cf. Valckenarius ad Hippol. Praef. p. XVII sqq.). Sed hanc opinionem multitudo fragmentorum suspectam reddit, interior autem indoles eorum vehementer refutat. Ut enim in superstite Hippolyto pura sunt omnia et ab initio usque ad finem castissima: sic in priore tragoedia Phaedra in omnes libidines effusa amoresque ejus foedae nequitiae pleni cum offensione optimi cujusque ostensi erant. Ibi Phaedra Hippolytum ipsa, non per interpretem, de incesto stupro compellaverat, ibi mulier Lunam, furtivi testem amoris, invocarat, ibi etiam Theseus ex ipso Orco excitatus erat, non qui compesceret lascivae uxoris petulantiam, sed cui Phaedra

οὐπώποτ' ἐποίησ', ὅτι γυνὴ σώφρων ἔδοξεν εἶναι.

---

vel mortuo errata adolescentiae insanosque amores ultro exprobraret. Deinde in plerisque fragmentis, quae numero sunt circiter viginti, illiciti amores ad nauseam pertractantur. Quamobrem Aristophanes quoque Phaedrae istius spurcitiem ex animo aversatur, ne dicam, abominari se prorsus significat, quippe in quam mirum quantum caderet illa vox Comici supra v. 153 *οὐκοῦν κελητίζεις, ὅταν Φαίδραν ποιῇς;* Plenus deperditae perditaeque tragoediae index hic fuerat, *Φαίδρα, ἢ Ἱππόλυτος Καλυπτόμενος* (rubore enim suffusus caput obvolvebat). Aliquanto post Euripides nostram scripsit tragoediam, *Ἱππόλυτον Στεφανηφόρον*, in qua honestati operam dedit poenitentia ictus, ac temeritatem suam mulierum osor studuit corrigere. Necesse est igitur, Hippolytum utrumque non solum dramata fuisse penitus diversa, verum etiam, si tu consilium spectaveris, toto coelo inter se disjuncta esse. Recte jam didascaliae scriptor, quem nemo audivit, *ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἱππόλυτος δεύτερος, καὶ Στεφανίας προσαγορευόμενος· ἐμφαίνεται δὲ ὕστερος γεγραμμένος, τὸ γὰρ ἁπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι. τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πρώτων.* Postremo cum titulis *Ἱππόλυτος Καλυπτόμενος* atque *Ἱππόλυτος Στεφανηφόρος* contendere licet *Ἀλκμαίωνα τὸν διὰ Ψωφῖδος*, et *Ἀλκμαίωνα τὸν διὰ Κορίνθου*. Tum de verbo *Μελανίππας* unus exposuit Bothius, quem si audiemus, non ipsa Melanippe fingebatur improba in Euripidis fabula cognomini, sed Theano, uxor Metaponti, regis Icariae, quae Melanippae filios, quos a pastoribus inventos pro suis supposuisset, postea, quum ipsa peperisset, occidi juberet (Hygin. fab. 186). Speciose haec disputantur, sed non vere, evertitque hanc explicationem ipse Aristophanes, quippe qui Melanippen cum Phaedra consociet, ac tum utramque Penelopae opponat. Nihil autem fidei propius, quam Melanippem, Aeoli filiam, quae et pulchritudine fuit eximia, et a Neptuno compressa est, Euripide auctore mulierem vel maxime lascivam fuisse. Neque vero haec ad *Μελανίππην τὴν Δεσμώτιδα* referuntur, in qua tragoedia Melanippe excaecata et in carcerem conjecta dudum resipuerat, sed ad priorem fabulam, *Μελανίππην τὴν Σοφήν*, in qua quidem formosa mulier amissam pudicitiam admissumque dedecus philosophando, ut fit, consolabatur. Ceterum *Μελανίππας — Φαίδρας τε* mulieres sunt ingenio suo Melanippae Phaedraeque similes, quemadmodum v. 550 *Φαίδρας δ' ἀπαξαπάσας*. Adjice Ecclesiaz. 1042 *Οἰδιπόδων*. Avv. 1703 *Φιλίππων*. In Avibus v. 1527

οὐ γάρ εἰσι βάρβαροι,
ὅθεν ὁ πατρῷός ἐστιν Ἐξηκεστίδῃ,

libri Ravennas Venetusque male sufficiunt *Ἐξηκεστίδης*, hoc est *Ἐξηκεστίδαις*: majores sunt enim numeri singularis facetiae. Mox Penelope suo merito *γυνὴ σώφρων* nuncupata est. Hanc enim matro-

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἐγὼ γὰρ οἶδα ταὔτιον. μίαν γὰρ οὐκ ἂν εἴποις
τῶν νῦν γυναικῶν Πηνελόπην, Φαίδρας δ' ἀπαξαπάσας. 550

ΓΥΝΗ Γ.

ἀκούετ', ὦ γυναῖκες, οἷ' εἵρηκεν ἡ πανοῦργος
ἡμᾶς ἁπάσας αὖθις αὖ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

καὶ νὴ Δί' οὐδέπω γε
εἴρηχ', ὅσα ξύνοιδ'· ἐπεὶ βούλεσθε πλεῖον εἴπω;

---

nam, *difficilem procis* (Horat. Od. III, 10, 11.) omnis antiquitas summae castitatis exemplum nobis proposuit. Vide, ut hoc utar, Catullum LIX (LXI.), 223

Talis illius a bona
Matre laus genus approbet,
Qualis unica ab optima
Matre Telemacho manet
Fama Penelopeo.

Quod autem Euripides Penelopem omnino nullam composuisse narratur, refellit id eorum opinionem, qui jam antiquitus ad Penelopem Euripidis hoc fragmentum p. 219 Matth. revocarunt,

Οὐκ ἔστι πράττοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν·
ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

Alioqui potuerat haec honesta matrona alicui procorum, qui amorem suum minime honestum fassus esset, demonstrare. Ceterum v. 548. libri, etiam Rav., ἐποίησεν exhibent, pro quo ἐποίησ' Bentlejus, Porsonus aliique emendarunt.

V. 549. Juntina οὐκ ἄρ' εἴποις, sed οὐκ ἂν εἴποις Codd. Aug. et Rav., quomodo e conjectura rescripserunt Bentlejus, Brunckius, Porsonus.

V. 550. *Φαίδρας δ' ἀπαξαπάσας*] Male Juntina, *Φαίδρας ἁπαξαπάσας*.

V. 554. Libri omnes, etiam Rav., ἀλλ' οὐκ ἂν ἔτ' ἔχοις, numeris vix ferendis. Brunckius tacite edidit, ἀλλ' οὐκέτ' ἂν ἔχοις, temere sub ictu collocata ἂν particula. Reisigius in Conjectan. p. 126 argute, sed justo audacius correxit, ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις —. Complura hic in mentem venire possunt, sed tamen potissimum conjicio, ἀλλ' οὐκ ἔχοις ἂν — scripsisse Aristophanem.

Ibidem. ᾔδεις libri omnes. Brunckius e puriore Atticismo, ut ait, rescribendum esse contendit, ᾔδῃς, de qua forma exposuit acu-

ΓΥΝΗ Γ.

ἀλλ' οὐκ ἂν ἔτ' ἔχοις· ὅσα γὰρ ᾔδεις ἐξέχεας ἅπαντα.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μὰ Δί' οὐδέπω τὴν μυριοστὴν μοῖραν, ὧν ποιοῦμεν. 555

---

tissimus vir Piersonus ad Moerin p. 173. Ἤιδεις in universum damnare non ausim; sed profecto longe frequentius Attici vel ᾔδης dixerunt, vel ᾔδεισθα. Lobeckii copiis ad Ajacem p. 312 ed. 1 atque ad Phryn. p. 149, 236 haec exempla accedant, e Luciano depromta, (nam hic quoque modum excessit Lobeckius vulgarem dialectum accusando) D. Mort. 28, 1 ἦσθα bis, ibidem c. 2 semel. Ibid. 16, 5, Amorr. c. 53, Catapl. 13, D. Mort. 13, 1. De Mercede Cond. c. 24, Gall. 24 ἦσθα bis et statim ἔφησθα. συνῆσθα D. Mar. 13, 2. D. Mort. 7, 1 οἶσθα· παρῆς γὰρ —. D. Deor. 14, 2 ᾔδεις. ἦσθα Timon. 38, Catapl. 13, Gall. c. 13. Gall. 19 συνῆσθα, ibidem mox ἦς. ᾔδεις Pseudolog. 16. ᾔδεις D. Deor. 25, 1. In Vitarr. Auct. c. 24 ἔφης corruptum est. Recte Seagerus ἐχρῆν. Jup. Confut. c. 4 lege ἔφησθα (vid. ibi Lehmannum). Fugitiv. c. 29 εἶ ἔφης. Recte cod. Gorlic. εἶ φῄς. D. Mar. 13, 2 ἔφης γὰρ — ἦσθα. ἔφησθα De Merc. Cond. c. 21, Timon. 38, Vitarr. Auct. 27, Pro Lapsu c. 12, Icaromen. 2, bis. varr. lectt. Gall. 25. ἔφης D. Mortt. 18, 2, Catapl. c. 2 ibique Struvius in Lectt. Cf. De Merc. Cond. 39, Pro Merc. Cond. c. 15 Lexiphan. c. 15 ἔφησθα. Pseudolog. 16 ᾔδεις (sic etiam cod. Gorlic.), et Gall. c. 20. D. cum Hesiod. c. 9 lege ᾔδεισθα. Pseudosoph. c. 2 ὀρθῶς ἔφης· οὐ γὰρ οἶσθα —. Sic etiam Gorlicensis, quod miror: nam quidni potius, ὀρθῶς φῄς? Nec saepe peccavit Lucianus, neque librariorum vitia hodienum eruere non licitum est. Cf. Quaestt. meas p. 293. Nec tamen si ᾔδεις hic et Nub. 328 dubitanter probo, ideo etiam Lobeckium nostrum ex Lysistr. 376 οἶδας proferentem laudare possum. Satis jam exemplorum est: nam alia quaedam occupavit Lobeckius. Restat, ut locum jam antiquitus varie interpolatum a criticorum temeritate defendamus, Acharn. 744, ubi ita interpungendum est, οὐ χρῆσθα; σιγῆς, ὦ κάκιστ' ἀπολουμένα; Non vis? taces tu, perditissima?

V. 555. Versus leviter corruptus. Libri enim habent contra metrum, μὰ Δί' [vel μὰ Δία] οὐδὲ τὴν —. Brunckius edidit, μὰ τὸν Δί' οὐ τὴν μυρ., in quo male sustulit illud *ne — quidem*. Porro contra sententiam Bentlejus et Porsonus scripserunt, μὰ Δί' οὐδὲ τήν γε μυρ. tanquam scilicet in certo definitoque numero, ac non potius in rotundo. Quanquam Porsonus, quum Lysistratae versum 355 conferret, καὶ μὴν μέρος γ' ἡμῶν ὁρᾶτ' οὔπω τὸ μυριο-

ἐπεὶ τάδ' οὐκ εἴρηχ', ὁρᾷς, ὡς στλεγγίδας λαβοῦσαι, ἔπειτα σιφωνίζομεν τὸν οἶνον.

στόν, haud dubie ita potius legi voluit, quo nihil certius est, *μὰ Δί' οὐδέπω τὴν μυρ.* Hanc emendationem nuper merito suscepit G. Dindorfius, a Ludovico fratre inventam, qui eam ante hos quattuordecim annos in societate graeca, me praesente, in medium attulit. Dobraei notula inchoata necdum absoluta haec est: „Vide an legendum, *μὰ Δί' οὐδέπω τὴν μυρ.* — Qu. *μὰ Δί' οὐδὲ τὴν τρισμυρ.* — *μὰ τὸν Δί' οὐ τὴν* Br. e conjectura. Sed melius *οὐδὲ* quam *οὐ*." Cum illa locutione, *ἡ μυριοστὴ μοῖρα* compares Lucian. D. Deor. I, 1 *Οὐδὲ πολλοστημόριον τοῦτο, ὧν σε δεῖ παθεῖν.* et Plaut. Mil. Glorios. III, 1, 169

haut centesimam
Partem dixi, atque otium rei si sit, possim expromere.

V. 556. Per totum hunc locum est quaedam in libris antiquis personarum confusio. Namque vv. 544, 551, 554, 557, 559 et ubique mulieris notam *Γ* om. Rav., Juntina autem ed. v. 540—543, 549 et 550, 552 et 555 sqq. pro Mnesilocho habet personam praeconis.

Ibidem. *ἐπεὶ τάδ' οὐκ εἴρηχ'*] Libri *ἔπειτά γ' οὐκ* (vel *οὐχ*, sicuti Juntina). Kusterus emendavit, *ἐπεὶ τόδ'* et sic Brunckius Bothiusque dederunt. G. Dindorfius bene olim correxit, *ἐπεὶ τάδ'*, nuper autem non bene restituit *ἔπειτά γ'*, vitium natum e vs. sequente, quemadmodum et sententia declarat, et docet Ravennas, unde notatur, *ἔπειτά γ' οὐχ*, deinde vero apm. *ἐπεὶ σιφωνίζομεν τὸν σιτον.*

Ibidem. Perdifficiles explicatus habet locus,

ὡς στλεγγίδας λαβοῦσαι
ἔπειτα σιφωνίζομεν τὸν σῖτον.

De postremis verbis primum breviter expediam. De his bene meritus Kusterus *σιφωνίζομεν τὸν οἶνον* feliciter restituit: neque enim de frumenti furto loqui Aristophanem, sed de vini, tum quod *σιφωνίζειν* de vino aliisque liquoribus proprie dicatur, tum etiam quia bibacitatem mulierum saepe insectatus sit. Sententiam igitur redire huc, mulieres clam maritis vinum per siphones ex doliis vel amphoris haurire. Haec conjectura claro plausu excepta est a Reiskio, Berglero, Brunckio, Bothio, Dindorfio aliisque passim, neque injuria. Fatendum est tamen, *τὸν σῖτον* non solum in libris omnibus inveniri, etiam in Ravennate, qui tamen sine accentu scribit *τὸν σιτον* (et omissus accentus fere certum est contracti vitii indicium): verum etiam, non sine justa tamen admiratione agnosci a Schol. Rav. ejusque pedisequo Suida s. *σιφωνίζειν*: *κατεχρήσατο εἰποῦσα, σιφωνίζομεν σῖτον. κυρίως γὰρ σιφωνίζειν τὸ τὸ ὑγρὰ ἀποσπᾶν.* Eadem

ΓΥΝΗ Γ.

ἐπιτριβείης.

---

ferme Suidas habet, nisi quod legit, *σιφωνίζομεν τὸν σῖτον*. Enimvero Pollucem, quem hic *σιφων. τὸν οἶνον* legisse necesse est, a Kustero miror praetermissum, VI, 19 *ὅτῳ μὲν οὖν ὁ οἶνος ἀρύεται, ἀρυστὴρ, ἀρύστιχος, ἔφηβος, οἰνήρυσις, κοτύλη, λεπαστὴ, οἰνοχόη, κύαθος. ὅτῳ δὲ διηθεῖται, ὑλιστὴρ καὶ τρύγοπος. καὶ σίφωνα μὲν, ὅτῳ ἐγεύοντο, Ἱππῶναξ εἴρηκε· Σίφωνι λεπτῷ τοὐπίθημα τέτρηνας. σιφωνίζειν δὲ, Ἀριστοφάνης* (male codd. Voss. et Jungerm. *σιφωνίζεται*). Restat verbum vel maxime obscurum, *στλεγγίδας*, quod et libri habent universi (in Juntina quidem est, *ὡς τλεγγίδας*) et schol. Rav. glossa sua *ξύστρας* tuetur. Reiskius igitur pro *στλεγγίδας* aliam vocem culmumque straminis requirit, quo in dolia vinaria inserto vinum exhauriatur. Kusterus in v. *στλεγγίδας* ideo laborat, quod communis significatio *strigilis* ad illud *σιφωνίζειν* nihil attinere videatur. Schneiderus in Lexico s. v. *στελγὶς* pessime scribit „zum Ausheben des Weins aus dem Faſſe brauchen es die Frauen bei Ariſtoph. Thesm. 556. Darzu diente flexa tubulatio ligulae, ut sudor ex ea rivulo laberetur, wie Apulejus in der Beſchreibung der strigil ſagt." Hi omnes mire narrant, strigilem hoc loco siphoni plane substitutum esse. At enim id minime dicit Aristophanes, sed mulieres et strigili et vero etiam siphone facit utentes, ita quidem, ut vinum per siphones e doliis exhaustum tanquam in vasa quaedam, sic in strigiles defluat. Primum enim mulieres poculi inopia strigiles in manum sumunt (*στλεγγίδας λαβοῦσαι*) tum siphone vinum exhauriunt (*ἔπειτα σιφωνίζομεν τὸν οἶνον*). Ego nuper ipse in Museo Berolinensi strigiles vidi numero plures, quae quum siphonis usum praestare nullo modo possint, liquoris tamen aliquantum capiunt; cavae sunt enim ad unam omnes. Quam rem confirmare licet auctoritate Schol. ad Eqq. v. 577 *ἡ δὲ στλεγγὶς τῶν πρὸς ἄλλο τι· οὐ γὰρ πρὸς τὸ περιξύεσθαι ἄν τις αὐτῇ χρήσαιτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ὕδωρ ἀρύσασθαι*. Simillima habet Suidas s. *Στλεγγίς*. Attulit haec scholia jam Brunckius, neque ideo tamen videre rem apertam potuit. Is tradit, partem instrumenti stringentem manubrio satis longo et cavo aptatam fuisse, quo facile mulieres loco siphonis uti potuisse. Praeterea quoddam muliebre capitis ornamentum *στλεγγὶς* appellari, quo, tanquam fistula, mulieres vinum traxisse videri. Ceterum utra explicatio magis ridicula sit, vix statuere possum. Denique tertiae explicationis fundamentum substerni ait scholio illo, quod supra posui. Omitto Biseti atque Bourdini nugas, quas superavit etiam Palmerius in Exercitt. Crit. p. 759, refutatus ille a Kustero. Ceterum Palmerius quoque *στλεγγίδα* interpretatur siphonem idemque *τὸν σῖτον* frumentum.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ὥς τ' αὖ τὰ κρέ' ἐξ Ἀπατουρίων ταῖς μαστροποῖς διδοῦσαι,
ἔπειτα τὴν γαλῆν φαμὲν —

ΓΥΝΗ Γ.

τάλαιν' ἐγώ, φλυαρεῖς.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

οὐδ' ὡς τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει γυνὴ κατεσπόδησεν, 560

V. 558. *ὥς τ' αὖ τὰ κρέ' ἐξ*] ita Ravennas apud Invern. et I. Bekkerum. *ὡς ταῦτα κρέ' ἐξ* Aug. *ὥστ' αὐτὰ κρέξ'* ἀπ. Juntina, quae hic personam habet praeconis. Eadem mox *διδοῦσιν* pro *διδοῦσαι*. *Αὖ τὰ* pro *αὐτὰ* certatim Kusterus, Berglerus, Reiskius, et qui plane scribit, *ὥς τ' αὖ τὰ κρέ' ἐξ*, Bentlejus.

Ibidem. *τὰ κρέ' ἐξ Ἀπατουρίων*] Jam Brunckius J. Meursium Graec. Fer. in *Ἀπατούρια* consuli jubet, quem non expilabo. Berglerus Acharn. v. 146 *ἦρα φαγεῖν ἀλλᾶντας ἐξ Ἀπατουρίων* comparavit.

V. 559. *ἔπειτα τὴν γαλῆν φαμὲν*] Interpellatur oratio, quam Berglerus explet verbo *ἐξενεγκεῖν* sive *κλέψαι* tacite adjecto. Confert autem Pac. 1117 *εἴ τι μὴ ξήνεγκεν αὐτῶν ἡ γαλῆ τῆς ἑσπέρας*. et Vesp. 363 *ὥσπερ με γαλῆν κρέα κλέψασαν* —. Miror scholiastas hic tacere ac potius infra ad v. 565 *τὸ σὸν δὲ θυγάτριον παρῆκας αὐτῇ*. loco satis alieno haec observare, *ἐπιτετήδευκεν ὑφαρπάζουσαν τὴν ἑτέραν ποιῆσαι τὸν λόγον, ἐπεὶ ἔλειπε* [imo *ἐλλείπει*] *τὸ λαβεῖν*. Haud scio, an hoc scholion potius ad v. 559 referri debeat.

560. Ad facinus Clytaemnestrae haec jam retulit scholiasta Ravennas *κατέκοψεν*. *τοῦτο δὲ διὰ τὴν Κλυταιμνήστραν, οὐκ ἀπὸ ἱστορίας*. Plenius paullo Suidas, *κατεσπόδησε: κατέκοψεν. Ἑταίρα τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει κατεσπόδησε. καὶ κατεσπόδωσεν ὁμοίως*. Codex Oxon. non habet locum Aristophanis. Praeclare monuit Porsonus, Comicos in quarto et septimo pede jambi tetrametri anapaestis, nisi in Nomine Proprio, locum non dedisse. Corrigit autem vir incomparabilis in Supplem. ad Praefat. Hecub. p. XLI. nostrum versum hoc modo, *Οὐδ' ὡς ἑτέρα τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει κατεσπόδησεν*. At primum Suidae lectioni, quo fundamento haec conjectura nititur, omnino nihil tribuendum est, quum Suidas *ἑταίρα* (h. e. *ἑτέρα*) *τὸν ἄνδρα* e proximo versu *ἑτέρα τὸν ἄνδρ' ἔμηνεν* arripuerit. Deinde jam Reisigius Conject. p. 89 sq. bene observavit, vulgatam scripturam *τὸν ἄνδρα — γυνὴ — ἑτέρα τὸν ἄνδρα* convenire cum loco 499 sqq. *ἡ γυνὴ — τἀνδρὶ — ἑτέραν δ' — ὁ δ' ἀνήρ*. Porsoni

οὐκ εἶπον· οὐδ' ὡς φαρμάκοις ἑτέρα τὸν ἄνδρ' ἔμηνεν,

---

autem conjecturae ordinem sententiarum officere. Quum enim antea omnino de mulierum flagitiis sermo fuerit, Mnesilochum non posse ita pergere: neque ut *alia* quaedam mulier maritum securi percusserit. Nam ἑτέρα, quod de una dicitur separatim, nisi cum oppositione quadam poni non posse, quam neque sequi ullam, neque vero praecessisse. Certum tamen habeo, hunc locum vitio affectum esse, quod et articulus τῷ inutilis est, neque inelegans placet anapaestus. Hermannus aliquando, non optimis tamen numeris, conjiciebat οὐδ' ὡς πελέκει τὸν ἄνδρα ποτὲ γυνὴ κατεσπόδησεν. Fortassis οὐδ' ὡς τὸν ἄνδρα πελεκίῳ γυνὴ κατεσπόδησεν. Utinam deminutio vocis πελέκιον testem haberet antiquum; nunc illud vix legitur nisi apud infimae aetatis scriptores, ut Hesychium s. Ἀμφιπελέκη et Σάγαρις. Vide H. Stephani Thesaur. p. 7421 ed Lond. Unus ex auditoribus meis scribebat οὐδ' ὡς τὸν ἄνδρα παλλακὶς γυνὴ κατεσπόδησεν, nimium confisus Suidae lectione ἑταίρα nec bene deleto verbo πελέκει. Alios locos, qui Porsoni praecepto adversantur, emendatos infra posui. Lege igitur cum R. Porsono in Eqq. 421 ὦ δεξιώτατον κρέας σοφῶς γε προὐνοήσω. Nub. 1363 οὐ γὰρ τότ' εὐθὺς χρῆν σε τύπτεσθαί τε καὶ πατεῖσθαι. apud Cratinum alterum Eustathii p. 768, 14 ὁ δ' ἠλίθιος, ὡς προβάτιον, βῆ βῆ λέγων βαδίζει. Praeterea mendosi sunt hi loci, Nub. 1064 πολλοῖς. ὁ γοῦν Πηλεὺς ἔλαβεν (vel ἔλαβε) διὰ τοῦτο τὴν μάχαιραν. Sumo, orationem interpellari atque conjicio, λαβὼν διὰ τοῦτο τὴν μάχαιραν, scilicet τὴν Θέτιν ἔγημε v. 1068. Ἔλαβεν natum videtur e versu sequente, ἔλαβεν ὁ κακοδαίμων. Ran. 928 ἃ ξυμβαλεῖν οὐ ῥᾴδιον ἦν. Διο. νὴ τοὺς θεοὺς ἐγὼ γοῦν —. Porsonus ῥᾴδι' ἦν cum Vatic. Rav. Ven. Sed longe malim, ἃ ξυμβαλεῖν οὐ ῥᾷον ἦν. De notissimo Atticorum usu οὐ ῥᾷον, οὐ χεῖρον vide Matthiaeum Gr. Gr. p. 854 ed. II. et Lobeck. ad Phryn. p. 403. Nub. 1431. σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας, καὶ τἄλλα τὰ βοτὰ ταυτί. At Phidippides Socraticus dixerat, σκέψαι δὲ τοὺς ἀλέκτορας, id quod concluditur e v. 850. Ran. 942 ex Aeschylo, τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρύονα ζητῶν, τίς ἔστιν ὄρνις. Imo τὸν ξουθὸν ἱππαλέκτορα ζητῶν τίς ἔστιν ὄρνις. Tragicus enim in Myrmidonibus utraque forma videtur usus esse, et ἱππαλεκτρυὼν (Schol. Ven. ad Pac. 1143 sive 1177.) et vero etiam ἱππαλέκτωρ: certe ἀλέκτωρ verbum est Aeschyleum (Agam. 1661, Eumen. 825). Restant pauculi versus Aristoph. ap. Athen. IX, 372, c. ὑρισοὺς δ' ἰδοὺς ἂν νιφομένους σύκων ὁμοῦ τε μύρτων. et turpissimus iste tetrameter Ran. 968 Οὐχ ἱππαλεκτρυόνας μὰ Δί' οὐδὲ τραγελάφους, ἅπερ σύ. Fortasse Οὐχ ἱππαλέκτορας μὰ Δί' οὐδὲ τραγελάφους, ἅπερ σύ, cujusmodi versum ferri posse, suus quemque sensus docebit. Sed qua ratione et quando hujusmodi anapaestus locum habere possit, id est judicii.

V. 561. οὐδ' ὡς — ἔμηνεν] Scholiasta Rav. οὐκ ἀπὸ ἱστο-

οὐδ' ὡς ὑπὸ τῇ πυέλῳ κατώρυξέν ποτ' —

ΓΥΝΗ Γ.

ἐξόλοιο.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

Ἀχαρνικὴ τὸν πατέρα.

ΓΥΝΗ Γ.

ταυτὶ δῆτ' ἀνέκτ' ἀκούειν;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

οὐδ' ὡς σὺ, τῆς δούλης τεκούσης ἄῤῥεν, εἶτα σαυτῇ τοῦθ' ὑπεβάλου· τὸ σὸν δ' ἐκείνῃ θυγάτριον παρῆκας. 565

ρίας παλαιᾶς εἴληφεν, ἀλλ' ὡς ἐν τῇ Ἀττικῇ τούτου γενομένου. Recte, ut arbitror. Vide quae proxime sequuntur.

V. 563. Ἀχαρνικὴ] Nihil opus est Dobraei emendatione Ἀχαρνική. Neque cur Bentlejus ταυτὶ δῆτ' in ταῦτα δῆτ' mutari velit, intelligo.

V. 564. ἄῤῥεν] Legebatur ἄῤῥεν', quod emendavit Dobraeus. Sequitur in genere neutro, τοῦθ' ὑπεβάλου. Sed non opus est conjectura, quum ἄῤῥεν perspicue legatur in Juntina, quae eadem v. 562 etiam ἐξόλοιο continuat praeconi. Ac praeconem Mnesilocho substituit Juntina etiam v. 564. Ut in re pervulgata satis est afferre unicum illud Luciani Timone c. 52 καὶ τὸ γεννηθησόμενον (ἄῤῥεν γὰρ ἔσται) Τίμωνα ἤδη καλῶ. Scholiasta bis scribit, ὡς καὶ τούτου πάλιν γενομένου, scilicet primum ad v. 562, tum ad v. 564. Video, Mnesilochum undecunque crimina, quae mulieribus objiciat, coacervare: veruntamen praeter unum Clytaemnestrae facinus v. 560 reliqua omnia inde a v. 556 — 565 ad atticas mulierculas palam revocantur. Quare nescio, an attica quaedam mulier Clytaemnestram aliquando imitata sit. Nam in his rebus historia ac fabula mirabiliter consentiunt. Plures jam feminae, sat scio, aliae maritum securi percusserunt, aliae philtra dederunt misero, aliae denique infantes sibi dolo malo subjecerunt. Graviter Admetus Euripideus Alcest. 637 οὐδ' ἡ τεκεῖν φάσκουσα, inquit, καὶ κεκλημένη
μήτηρ μ' ἔτικτε· δουλίου δ' ἀφ' αἵματος
μαστῷ γυναικὸς σῆς ὑπεβλήθην λάθρα.
Cf. supra ad v. 405 — 407.

V. 565. Versus haud dubie vitiosus. Primum enim pro αὐτῇ sententia, ut in oppositione, requirit ἐκείνῃ (tu, inquit, servae puerum marem tibi supposuisti, illi autem tuam concessisti filiolam), deinde

ΓΥΝΗ Γ.

οὔ τοι, μὰ τὼ θεώ, σὺ καταπροίξει λέγουσα ταυτὶ, ἀλλ' ἐκποκιῶ σου τὰς ποκάδας.

Aristophanes neque caesuram negiexisse videtur, neque duo versus tam simili modo terminasse *εἶτα σαυτῇ παρῆκας αὐτῇ*. Vidit errorem Reisigius, non sustulit Conjectan. p. 120. Horrida est enim conjectura ipsius,

τοῦθ' ὑπεβάλου· ταύτῃ τὸ σὸν δὲ θυγάτριον παρῆκας.

et ob malam collocationem *ταύτῃ τὸ σὸν δὲ* ab Atticorum usu longe disjuncta. Neque enim si voculam *δὲ* tribus quatuorve verbis postponere licet, ideo ullus scriptor ita loqui potuit pro, *τὸ σὸν δὲ θυγάτριον ταύτῃ παρῆκας*. Deterior etiam Bothii correctio est, *τοῦθ' ὑπεβάλου, τὸ θυγάτριον δὲ τὸ σὸν παρῆκας αὐτῇ*. Aristophanes dixerat,

τοῦθ' ὑπεβάλου· τὸ σὸν δ' ἐκείνῃ | θυγάτριον παρῆκας.

Hoc igitur reposui pro,

τοῦθ' ὑπεβάλου· τὸ σὸν δὲ θυγάτριον παρῆκας αὐτῇ·

Nam *αὐτῇ* natum videtur e pronomine antegresso *σαυτῇ*. Caesura autem hujus tetrametri est ithyphallica, de qua vide Reisigium Conj. p. 118 meque ipsum De trimetro comico p. 10.

V. 566. *μὰ τὼ θεώ*] Satis mire Schol. Rav. *ὡς τὼ χεῖρε. οὐκέτι δὲ μὰ τοῖν θεοῖν, ἀλλὰ μὰ ταῖν θεαῖν.* Dixisset saltem *οὐκέτι δὲ πρὸς τοῖν θεοῖν, ἀλλὰ ταῖν θεαῖν*, neque enim *μὰ* genitivum aut dativum, sed accusativum regit. Sed omnem istam boni grammatici doctrinam scito esse commentitiam. Andocides De Myster. 31, 6 B. *μεμύησθε καὶ ἑωράκατε τοῖν θεοῖν τὰ ἱερά.* Ibid. 32, 5 *ὥστ' ἐγὼ ὑμῖν πολὺ μᾶλλον τῶν κατηγόρων πρὸς τοῖν θεοῖν ἐπισκήπτω —.* Ibid. 33, 6 *οὐκ ἔξεστιν αὐτῷ εἰς τὸ ἱερὸν τοῖν θεοῖν εἰσιέναι —.* Rectius de hac re alii grammatici statuerunt, ut Schol. ad Lucian. De Saltat. c. 5. — *Νῦν δὲ ἡ Ἀττικὴ συνήθεια δοτικῇ κέχρηται παραλόγως, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ ἄμφω τὼ χεῖρε καὶ τοῖν χεροῖν, θηλυκοῖς ὀνόμασιν ἀρσενικὰ ἄρθρα προσνέμουσα.* Ceterum apte mulier nostra in ipso Thesmophorio per Cererem et Proserpinam jurat.

V. 567. *τὰς ποκάδας*] Vox hoc uno in loco inventa. Huc enim, non alio respiciunt grammatici, Suidas *ποκάδες: αἱ διεκτενισμέναι τρίχες.* et Hesychius, *ποκάδες: τρίχες. ἀπὸ τοῦ πέκεσθαι. ὅθεν καὶ πόκος.* H. Stephanus in Thesauro sine ulla dubitatione haec ponit „Unde *ποκὰς, άδος, ἡ* coma pexa, crines comti, depexi.“ Contra male Musgravius ad Bacch. v. 112 „Grammatici quidem *ποκάδες, τρίχες* interpretantur, sed per errorem, credo, pro *πλοκάδες*, ut scribit Photius Lex. MS. *ποκάδες* autem sunt *oves*.“ At Photius p. 437,

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

οὐ δῆ μὰ Δία σύ γ' ἄψει.

---

21 non πλοκάδες: τρίχες. sed ποκάδες: scripsisse videtur; omnes enim in vicinia glossae a literis πο— incipiunt. Sed omnino usitatum fuisse πλοκάδες Pollux testatur II, 28 Φερεκράτης δὲ τοὺς γυναικείους πλοκάμους πλοκάδας καλεῖ. Nostro autem loco πλοκάδας vel propterea scribere non licet, quod ἐκποκιῶ cognatam vocem requirit. Si Aristophanicum illud πόκας Ran. 188 recte a πόκη derivatur (Suidas in Ἀνάπαυλαν — habet αἱ τοῦ ὄνου πόκαι, Scholiasta vero αἱ τοῦ ὄνου πόκες, quod non probo), conjicere licebit ἀλλ' ἐκποκιῶ σου τὰς πόκας, ut tribrachys parum hic elegans removeatur. Nisi forte Comicus αἱ ποκάδες dixit, similitudinem verbi αἱ πλοκάδες sequutus. Scholiasta quidem Ravennas hic manifesto halucinatur, ὅτι [adde ἐπὶ] γυναικείων τριχῶν ὡς τὸ πολὺ, καὶ ὅτι παρετυμολογεῖ τὸν πόκον οὐ κακῶς. Ανκόφρων δὲ ἁπλῶς τὰς τρίχας. ἐμπλοκὴ δέ τις φαίνεται καὶ πλοκαμῖδες· σπανίως ποτὲ ἐπὶ ἀνδρὸς λέγεται. Quum ἡ ποκὰς et hoc uno in versu legatur, et proprie *lanigeram*, minime vero *crines* significet, grammatici neque de hoc verbo ut pervulgato loqui, neque de eo dubitare possunt, utrum id mulieris tantum, an etiam viri crinem designet. Ceterum et haec ipsa dubitatio, et verba ἐμπλοκὴ δέ τις φαίνεται καὶ πλοκαμῖδες certissime produnt, grammaticos de vocibus πλόκαμος, πλοκὰς unice disseruisse. Quocirca plerique grammatici ita praecipiebant, πλόκαμος praecipue mulieris cincinnum denotare. Contra vetusto illi Lycophroni placuerat, omnes crines hoc verbo simpliciter exprimi. Sed quomodo tandem scholiastae, quem hic τὰς ποκάδας, ut nos legisse apparet (dicit enim, καὶ ὅτι παρετυμολογεῖ τὸν πόκον οὐ κακῶς), in mentem venit, doctrinam istam tam alieno loco expromere? Scilicet non plane somniabat, sed pro varia lectione τὰς πλοκάδας inveniebat; grammatici enim hic olim τὰς πλοκάδας, male illud quidem, comprobarant. Lycophron autem, fortasse primus auctor scripturae τὰς πλοκάδας, in Aristophane quidem obscurae eruditionis osore, nihil vidit omnino, sed talpa, ut ajunt, fuit caecior. Hunc multis in locis praeclare refutavit Eratosthenes. Cum Ravennate scholiasta hic iterum Suidas paene ad verbum consentit, Ἐκποκιῶ: τὰς τρίχας ἐκσπάσω. Ἀριστοφάνης· ἐκποκιῶ σου τὰς ποκάδας. ἐπὶ γυναικείων τριχῶν ὡς τὸ πολὺ κτλ.. Lysistratam v. 449 ἐκκοκκιῶ σου τὰς στενοκωκύτους τρίχας comparat Berglerus.

Ibidem. οὐ δῆ] Libri οὐδὲ μὰ Δία —. Sic etiam Juntina, quae haec quoque tribuit praeconi. Οὐ δῆ emendarunt Dindorfius ed. II, III, atque Bothius. Male Brunckius, οὔποτε μὰ Δία σύ γ' ἄψει. Paullo melius, ἀλλ' οὐ μὰ Δία σύ γ' ἄψει Reisigius Conj. p. 126 et Porsonus. De alio Reisigii errato vide Quaestt. Aristoph. T. I. p. 176.

ΓΥΝΗ Γ.

καὶ μὴν ἰδού.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

καὶ μὴν ἰδού.

ΓΥΝΗ Γ.

λαβὲ θοἰμάτιον, Φιλίστη.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

πρόσθες μόνον, κἀγώ σε, νὴ τὴν Ἄρτεμιν —

V. 568. *καὶ μὴν ἰδού.. καὶ μὴν ἰδού.. λαβὲ θοἰμάτιον Φιλίστη.* Anapaestum ante ultimam dipodiam fuit, qui immerito reprehenderet. Tu vide Ran. 915 *οὐχ ἧττον ἢ νῦν οἱ λαλοῦντες.. ἠλίθιος γὰρ ἦσθα.* Nub. 1048 *εἵληφε διὰ πονηρίαν ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ μάχαιραν.* ibid. 1058 *εἶεν· πάρειμ' ἐντεῦθεν ἐς τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας.* Eqq. 906, 907

ἰδοὺ δέχου κέρκον λαγὼ τωφθαλμιδίω περιψῆν.
ἀπομυξάμενος ὦ Δῆμ' ἐμοῦ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀποψῶ.

Anagyro p. 95 G. D. *καὶ δεῖ σκάφης. B. δός νυν τοδί μοι τὸ πτίλον, ὦν ἐμοῦμεν,* ita enim hunc versum olim correximus. Saepius etiam in illa sede invenias tribrachyn.

Ibidem. *Φιλίστη*] Sic Aug. Rav. et Bentlejus. *Φιλήστη* vulgo et Juntina, quae totum versum mulieri tribuit.

V. 569. 570. *πρόσθες* et quae sequuntur in Juntina sunt praeconis. Athenaeus XIV, 646, f. *Σησαμίδες ἐκ μέλιτος καὶ σησάμων πεφρυγμένων καὶ ἐλαίου σφαιροειδῆ πέμματα. Εὔπολις Κόλαξιν·*

ὃς χαρίτων μὲν ὄζει,
καλλαβίδας δὲ βαίνει,
σησαμίδας δὲ κέζει,
μῆλα δὲ κρέμπτεται.

Aristoph. Lysistr. 440 *ἐπιχεσεῖ πατούμενος.* Plautus Curcul. II, 3, 15

eos ego si offendero,
ex unoquoque eorum excutiam crepitum polentarium.

Tum pro *τοῦτον χεσεῖν* Brunckius *τοῦτόν σε χεσεῖν* ineptissime requisivit. Quasi vero constructio non haec sit, *κἀγὼ ποιήσω σε χεσεῖν τὸν σησαμοῦντα* —. Recte igitur judicat Elmslejus ad Acharn. v. 127 *σε* praeter necessitatem addidisse Brunckium. De aoristo autem secundo *χεσεῖν* ita habendum est. Quanquam plurimis in locis non *χεσεῖν* potius, quam *χέσαι* invenitur, male tamen hic Dobraeus *χέσαι* scribendum esse conjecit, allatis Eccles. 320 *χέσας.* ib. v. 808

ΓΥΝΗ Γ.

τί δράσεις;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τὸν σησαμοῦνθ', ὃν κατέφαγες, τοῦτον χεσεῖν ποιήσω. 570

ΧΟΡΟΣ.

παύσασθε λοιδορούμεναι. καὶ γὰρ γυνή τις ἡμῖν
ἐσπουδακυῖα προστρέχει. πρὶν οὖν ὁμοῦ γενέσθαι,
σιγᾶθ', ἵν αὐτῆς κοσμίως πυθώμεθ' ἅττα λέξει

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

φίλαι γυναῖκες, ξυγγενεῖς τοὐμοῦ τρόπου,

χέσαι. Strattide Athenaei IV, 169, b. *χέσαι*. Recte vero Buttmannus Gr. T. II. p. 254 utrique aoristo locum dedit, comparans verba *εἶπον, ἤνεγκον, ἔπεσον*. Cf. infra ad v. 743. Deinde Choeroboscus Bekkeri ap. Buttmannum Gr. I. p. 417 aoristum *ἔχεσον* ex Alcaei comici Ganymede protulit, quem dixisse, *κατέχεσον τῆς Νηρῄδος*. Nempe senarius fuit ejusmodi, *ἐγὼ δὲ τῆς Νηρῄδος ὑμῶν κατέχεσον*. Praeterea perbona est Bergkii mei emendatio in Avibus v. 89 *σὺ δὲ τὴν κορώνην οὐκ ἀφῆκας καταχεσὼν* pro *καταπεσών*, quam mire commendat versus ejusdem fabulae 68, neque evertit forma *καταχέσαντι* Nub. 175. Neque vero inter se pugnant Lysistr. 440, 441 *ἐπιχεσεῖ*. Vesp. 941 *χεσεῖσθαι* et contra *καταχέσονται* in Aristophane Pollucis VI, 111. Capitalis error istorum est, qui duplices verborum formas ex Atticis expellere solent, nullo alio loco magis ille grassatas, quam in Futuris, de quibus proprius mihi constitutus est dicendi locus. De aoristo *ἔχεσον* vide etiam Herodianum *περὶ Μον. λέξ.* p. 24, 10 et Bergkium in Actis Soc. Graec. Fasc. I. p. 201, cui non concedo, Alcaeum sine articulo scripsisse, *Κατέχεσον Νηρῄδος*.

V. 571. *παύσασθε*] *παύσασθαι* Rav. et Juntina, qui paullo ante habent *ποήσω* (Juntina v. 570 praeconi tribuit).

Ibidem. *καὶ γὰρ γυνή τις ἡμῖν*] ita Ravennas et G. Dindorfius. Brunckius ex Aug. ediderat *γυνή τις ὑμῖν*. Vulgo *γυνή τις ὑμᾶς*. Ceterum acerbo joco mulier Clisthenes appellatur, homo effoeminatus, qui nunc proditorem agit Mnesilochi. De Clisthene alio loco exposui, quum personas Aristophanis describerem. Vide Acta Soc. Graec. Fasc. I. p. 142. sqq.

V. 572. *πρὶν οὖν ὁμοῦ γενέσθαι*] Schol. Rav. *ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς καὶ Μένανδρος ἔστι δ' ὁμοῦ τὸ χρῆμα*. De hoc usu dixi ad Fragmenta Aristophanis, quum Comici versum e Triphalete, *Λάβεσθε· καὶ γάρ ἐστι τοῦ τίκτειν ὁμοῦ* a Menandreo p. 254 Mein. *Ὁμοῦ τι τῷ τίκτειν γὰρ ἐγένεθ' ἡ κόρη* discerni debere ostenderem. Vide Euphrosynem nostram Fasc. I. p. 27, b.

V. 574. *ξυγγενεῖς τοὐμοῦ τρόπου*] Praeclare Vossius, See-

ὅτι μὲν φίλος εἰμ' ὑμῖν, ἐπίδηλος ταῖς γνάθοις.
γυναικομανῶ γὰρ, προξενῶ θ' ὑμῶν ἀεί.
καὶ νῦν ἀκούσας πρᾶγμα περὶ ὑμῶν μέγα
ὀλίγῳ τι πρότερον κατ' ἀγορὰν λαλούμενον,

---

lenanverwandte mir. Parum accurate Schol. Rav. τὰα ὑτά μοι πράττουσα (πράττουσαι).

V. 575. Numeri erunt meliores, ubi correxeris, ὅτι μὲν φίλος ὑμῖν, εἰμὶ ἐπίδηλος ταῖς γνάθοις. Recte autem Schol. Rav. ἐψίλωτο γὰρ ὁ Κλεισθένης τὰς γνάθους γυναικ. (γυναικείως).

V. 576. προξενῶ θ' ὑμῶν] Suidas, προξενῶ θ' ὑμᾶς ἀεί: ἀντὶ τοῦ, προΐσταμαι. Ἀριστοφάνης. Pendet Suidas a scholiasta, qui ad hunc versum habet προΐσταμαι. Loquendi consuetudo genitivum poscit, προξενεῖν τινός. Lucianus in Scytha c. 7 προξενήσεις αὐτοῦ. Demosth. De Coron. 82, 3, B. καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν. In Calippum 5, 10 ἐγὼ δὲ προξενῶν τυγχάνω τῶν Ἡρακλεωτῶν. Xenoph. Hellen. VI, 4, 24 διὰ τὸ προξενεῖν ὑμῶν. Clisthenes autem quum se palam muliebris sexus ferret patronum, apte v. 602 a Choro mulierum ita invocatus est, ὦ πρόξενε. Πρόξενοι vero Graecorum, i. e. patroni iidemque hospites alia in civitate publice constituti, qui civibus ad se profectis lautia dare et omni ratione eos defendere solebant, mirifice congruunt cum legatis nostris (Gefandte an einem fremden Hofe).

V. 577. Pulchre componuntur verba προξενῶ θ' ὑμῶν ἀεί. καὶ νῦν —, quum semper vestrum agam patronum, tum nunc quoque indicium ad vos defero. Particulae enim καὶ νῦν significant, rem vulgarem ac fieri solitam nunc iterum accidere. Vide unum de multis Eurip. Helen. 408

χὤταν ἐγγὺς ᾖ πάτρας,
πάλιν μ' ἀπωθεῖ πνεῦμα, κοὔποτ' οὔριον
εἰσῆλθε λαῖφος, ὥστε μ' ἐς πάτραν μολεῖν.
καὶ νῦν τάλας ναυαγὸς ἀπολέσας φίλους
ἐξέπεσον ἐς γῆν τήνδε.

et confer ibid. v. 736.

V. 578. ὀλίγῳ τι πρότερον] Bentlejus ὀλίγον legendum esse existimavit, Hermannus vero non dubitat, quin ὀλίγῳ τι pro ὀλίγῳ τινὶ sive ὀλίγῳ τῷ dici recte potuerit. Nos adhuc exspectamus, dum quis alterum hujus formulae exemplum attulerit; (nisi forte Herodotum conferre licet VIII, 13 τοῖσι δὲ ταχθεῖσι αὐτέων περιπλώειν Εὔβοιαν, ἡ αὐτὴ περ ἐοῦσα νῆξ, πολλὸν ἦν ἔτι ἀγριωτέρη, τοσούτῳ ὅσῳ ἐν πελάγεϊ φερομένοισι ἐπέπιπτε.) atque interim haec verba sic construimus, καὶ νῦν ἀκούσας μέγα τι πρᾶγμα, ὀλίγῳ πρότερον περὶ ὑμῶν κατ' ἀγορὰν λαλούμενον. Et ita quidem mihi olim videbatur; nunc autem recte Hermannum statuisse facile nobis persuadet Herodotus VIII, 95 τοῦ καὶ ὀλίγῳ τι πρότερον τον-

ἥκω φράσων τοῦτ', ἀγγελῶν θ' ὑμῖν, ἵνα
σκοπῆτε, καὶ τηρῆτε, μὴ καὶ προσπέσῃ
ὑμῖν ἀφράκτοις πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα.

ΧΟΡΟΣ.

τί δ' ἐστὶν, ὦ παῖ; παῖδα γάρ σ' εἰκὸς καλεῖν,
ἕως ἂν οὕτως τὰς γνάθους ψιλὰς ἔχῃς.

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

Εὐριπίδην φάσ' ἄνδρα κηδεστήν τινα

τέων ἐπεμνήσθην —. Alibi dicit Herodotus ὀλίγῳ πρότερον ut VII, 113, sed ὀλίγῳ πρότερον praeterea nusquam.

V. 580. Rav. Aug. Junt. σκοπεῖτε καὶ τηρεῖτε καὶ μὴ προσπέσῃ. Μή τι προσπέσῃ pro καὶ μὴ προσπέσῃ scripserunt Kusterus, Brunckius et Dorvillius ad Chariton. p.36. Recte vero μὴ καὶ προσπέσῃ emendatum est a Porsono, Bothio, Dindorfio. Μὴ καὶ significat *ne forte*, daß nicht etwa gar. Aeschyl. Suppl. v. 399

εἶπον δὲ καὶ πρὶν, οὐκ ἄνευ δήμου τάδε
πράξαιμ' ἄν, οὐδέ περ κρατῶν, μὴ καί ποτε
εἴπῃ λεώς —.

Hic quoque καὶ μή ποτε legebatur ante Porsonum.

V. 581. ὑμῖν] Sic Aug. ἡμῖν vulgo. Ravennas Bekkeri habet ἡμῖν, Invernizzii ὑμῖν. Huc non ad v. 579 pertinet Bentleji vox „Lege ὑμῖν."

Ibidem. προσπέσῃ ὑμῖν ἀφράκτοις] Vox militaris ἄφρακτος, quam tragoedia quoque suscepit. Simillimus huic nostro locus est Thucyd. I, 117 — οἱ Σάμιοι ἐξαπιναίως ἔκπλουν ποιησάμενοι, ἀφράκτῳ τῷ στρατοπέδῳ ἐπιπεσόντες —. Ναύφρακτος exstat in Acharn. 95, et Eqq. 565. Grammatici quidam graeci scribunt ἄφαρκτος, ναύφαρκτος, forma parum attica.

V. 582. Miror, et ad hunc locum, et ad Vesp. 1297

τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ; παῖδα γὰρ, κἂν ᾖ γέρων
καλεῖν δίκαιον, ὅστις ἂν πληγὰς λάβῃ.

penitus tacere scholiastas. Namque et numeri et verba et gravitas orationis et dicti illius ὦ παῖ, παῖδα γὰρ acumen manifesto demonstrant, Euripidei cujusdam loci parodiam hic inveniri, quum praesertim Aristophanes bis sibi eadem scribenda putaverit. Tenendum est autem, in utroque loco Chorum potissimum haec dicere. Itaque Chorus in Euripidis tragoedia nescio qua ita fere loquutus erat,

τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ; παῖδα γὰρ, κἂν ᾖ γέρων,
καλεῖν δίκαιον, ὅστις ἂν [δακρυῤῥοῇ].

V. 584. φάσ'] ἔφασ' Rav. Juntina (quae statim αὐτοῦ pro αὖτοῦ), ed. Lugdun. Bat. φάσ' primum reperio apud Kusterum.

αὐτοῦ, γέροντα, δεῦρ' ἀναπέμψαι τήμερον. 585

ΧΟΡΟΣ.

πρὸς ποῖον ἔργον, ἢ τίνος γνώμης χάριν;

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

ἵν' ἅττα βουλεύοισθε καὶ μέλλοιτε δρᾶν,
ἐκεῖνος εἴη τῶν λόγων κατάσκοπος.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ πῶς λέληθεν ἐν γυναιξὶν ὢν ἀνήρ;

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

ἄφευσεν αὐτὸν καπέτιλ' Εὐριπίδης, 590
καὶ τἄλλ' ἅπανθ' ὥσπερ γυναῖκ' ἐσκεύασεν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

πείθεσθε τούτῳ ταῦτα; τίς δ' οὕτως ἀνὴρ
ἠλίθιος, ὅστις τιλλόμενος ἠνείχετο;

V. 585. ἀναπέμψαι] Schol. Rav. ὅτι ἀναπέμψαι κυρίως. διὸ καὶ Ἄνοδος ἡ πρώτη λέγεται παρ' ἐνίοις καὶ Κάθοδος διὰ τὴν θέσιν τῶν Θεσμοφορίων: — [aliud jam scholion sequitur] ἐπεὶ καὶ ἄνοδον τὴν εἰς τὸ Θεσμοφόριον ἄφιξιν λέγουσιν· ἐπὶ ὑψηλοῦ γὰρ κεῖται τὸ Θεσμοφόριον. Cf. me de Thesmophor. secundis p. 7. Illa autem verba, διὰ τὴν θέσιν τῶν Θεσμοφορίων, in quibus male haesit R. Hanovius (Ephemerr. Scholast. a 1833. Pars II. N. 17) denotant *propter situm thesmophoriorum templorum*. Accuratius dixisset διὰ τὴν θέσιν τοῦ Θεσμοφορίου, quoniam Athenis Thesmophorium in edito loco prope acropolin situm erat.

V. 586. Etsi haec non videntur ad verbum aliunde sumta esse, tamen ipse versus talis est, ut eo et Aeschylus et Sophocles et maxime Euripides uti rectissime potuerint. Adeo haec *πρὸς ποῖον ἔργον, ἢ τίνος γνώμης χάριν;* spirant tragoediam.

V. 590. καπέτιλ'] Emendatio est I. Bekkeri, jam a Dindorfio suscepta. Vulgo κἀπέτιλλ'. Ravennas καπέτιλλ'.

V. 593. ἠνείχετο] Male Brunckius et post eum alii ἠνείχετ' ἄν. Brunckius quidem confirmat, sensum esse hunc *qui sibi pilos evelli pateretur*, neque vero hunc, *qui sibi pilos evelli passus est*. At scribere certe debebat ἠνέσχετ' ἄν Aoristo tempore, quemadmodum praecedit κἀπέτιλ'. Recte vero habet ἠνείχετο e Clisthenis illud sententia dictum, *qui sibi pilos evelli sinebat* (ut quidem ait Clisthenes).

οὐκ οἴομαι ᾽γωγ᾽, ὦ πολυτιμήτω Θεώ.

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

ληρεῖς. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν ἦλθον ἀγγελῶν, 595
εἰ μὴ ᾽πεπύσμην ταῦτα τῶν σάφ᾽ εἰδότων.

ΧΟΡΟΣ.

τὸ πρᾶγμα τουτὶ δεινὸν εἰσαγγέλλεται.
ἀλλ᾽, ὦ γυναῖκες, οὐκ ἐλινύειν ἐχρῆν,
ἀλλὰ σκοπεῖν τὸν ἄνδρα, καὶ ζητεῖν, ὅπου

V. 594. *οὐκ οἴομαι ᾽γωγ᾽*] Ita certatim Bentlejus, Porsonus, Reiskius, Brunckius, alii. *οὐκ οἶμ᾽ ἔγωγ᾽* Aug. Junt. Rav. Ceterum Mnesilochus, qui credi a mulieribus Clistheni nolit, ne semet ipse prodidisse videatur, callide jurat, *ὦ πολυτιμήτω Θεώ*, ut mulier videlicet.

V. 596. *᾽πεπύσμην ταῦτα*] *πεπύσμην ταυτὶ* Rav. Junt. Aug. *πεπύσμην* Berglerus. *τοῦτο* pro *ταυτὶ* male Reiskius. *ταῦτα* Brunckius, Porsonus, alii. *᾽πεπύσμην ταῖτα* Bentlejus. *ταυτὶ* ortum est e sequentibus verbis, *τὸ πρᾶγμα τουτί.*

V. 597. *τὸ πρᾶγμα τουτὶ δεινὸν εἰσαγγέλλεται*] Similis versus est Acharnensium 135 *ἕτερος ἁλαζὼν οὗτος εἰσκηρύττεται*, ubi insulsa est conjectura Elmsleji, *οὑτοσὶ κηρύττεται.*

V. 598. *ἐλινύειν*] Sic Rav. Aug. Junt. *ἐλιννύειν* Scaligeri Excerpta et Reiskius. Hodie satis constat, *ἐλινύειν*, *᾽Ερινύες*, quae verba inter se cognata sunt, neque vero *ἐλιννύειν*, *᾽Ερινύες* scribi debere.

V. 600. *λέληθεν ἡμᾶς*] *λ. ὑμᾶς* Rav. Junt. *ἡμᾶς* Aug. Bentlejus, Brunckius.

Ibidem. *κρυπτὸς*] Scholiasta Rav. *ἀντὶ τοῦ κεκρυμμένος. καλοῦνται μὲν γὰρ καὶ κρύπται* (immo *κρυπτεῖαι*) *παρὰ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ καὶ παρ᾽ Εὐριπίδῃ καὶ ἐν ταῖς τῶν Λακεδαιμονίων πολιτείαις. καὶ ἐν Θάσῳ ἀρχή τις κρύπτεται* (imo *κρυπτεῖαι*): — *ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ κεκρυμμένος.* Notissimus est Platonis locus De Legg. I, p. 633. P. III. V. II. p. 196 Bekk. *ἔτι δὲ καὶ κρύπτειά τις ὀνομάζεται θαυμαστῶς πολύπονος πρὸς τὰς καρτερήσεις, χειμώνων τε ἀνυποδησίαι, καὶ ἀστρωσίαι καὶ ἄνευ θεραπόντων αὐτοῖς ἑαυτῶν διακονήσεις, νύκτωρ τε πλανωμένων διὰ πάσης τῆς χώρας καὶ μεθ᾽ ἡμέραν.* De cryptia autem Lacedaemoniorum acutissime disputatum est ab O. Muellero, Wachsmuthio, aliis. Nuperrime de miro hoc instituto elegantem commentationem scripsit Arminius Koechly, Lipsiensis. Sed quidnam hae cryptiae ad Aristophanem? Turpiter profecto alter erravit grammaticus, qui sibi hic cryptias commemorandas esse putaret. Melius alii, *ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ κεκρυμμένος.* At

λέληθεν ἡμᾶς κρυπτὸς ἐγκαθήμενος. 600
καὶ σὺ ξυνέξευρ᾽ αὐτὸν, ὡς ἂν τὴν χάριν
ταύτην τε κἀκείνην ἔχῃς, ὦ πρόξενε.

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

φέρ᾽ ἴδω· τίς ἡ πρώτη σύ;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ποῖ τις τρέψεται;

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

ζητητέαι γὰρ ἐστέ.

---

tum nihil significat κρυπτὸς satisque erat dici, ὅπου λέληθεν ἡμᾶς ἐγκαθήμενος. Equidem κρυπτὸς hic speculatorem insidiatoremque designare contendo, usu tragoediae proprio: omnino enim Chorus nunc tragoediam imitatur. Principio idem Mnesilochus supra v. 188 nuncupatur τῶν λόγων κατάσκοπος. Tum vide mihi Eurip. Helen. 541

οὔτι που κρυπτεύομαι
Πρωτέως ἀσέπτου παιδὸς ἐκ βουλευμάτων;

an mihi insidiae struuntur? Quo spectat Hesychius κρυπτεύομαι: ἐνεδρεύομαι. Proxime ad nostra verba κρυπτὸς ἐγκαθήμενος accedit Euripideum Andromach. 1064 κρυπτὸς καταστὰς, ἢ καὶ ὄμμ᾽ ἐλθὼν μάχῃ; ubi iterum κρυπτὸς explico de insidiatore, qui omnia agere solent in occulto. Quin etiam suspicor, idem voluisse grammaticum male contractum mutilatumque a scholiastis, quum cryptiam Lacedaemoniorum non ob rei similitudinem sed propter significationem verborum κρυπτὸς κρυπτεία compararet; nam ut quidem nunc est scholiasta Rav. misere balbutit. Ut alia omittam, verba καὶ παρ᾽ Εὐριπίδῃ minime ad cryptiam, sed ad Euripidea κρυπτὸς, κρυπτεύομαι, quae supra posui, apud antiquiorem grammaticum pertinebant.

V. 601. καὶ σὺ ξυνέξευρ᾽] Ita Bentlejus, Brunckius, Porsonus. Vulgo καὶ σὺ συνέξευρ᾽ (Ravennas συνεξεῦρ᾽). Apud Suidam in Πρόξενος vulgo est, καὶ συνέξευρ᾽ αὐτόν —, in codice autem Oxon. καὶ σὺ ξυνέξευρ᾽. Toupius ad Suidam T. II. p. 107 καὶ σὺ συνανέξευρ᾽ αὐτὸν et Koppiersius Observatt. Philol. p. 85 καὶ σύ γε συνέξευρ᾽ conjecerant. Miror equidem in Aristophane agrestem sonum ξυνέξευρ᾽: multum abest enim, ut formam σὺν cum Brunckio tum demum Aristophani relinquam, ubi praegressa vocalis metri causa corripienda sit. Malim igitur cum Koppiersio, καὶ σύ γε συνέξευρ᾽ αὐτόν —.

V. 602. ταύτην] αὐτὴν Suidas l. l.

V. 603. τίς ἡ] ita Brunckius ex Aug. τίς εἶ Rav. et Junt. Verba ποῖ τις τρέψεται; et mox κακοδαίμων ἐγὼ secum ipse murmurat Mnesilochus, timens de salute.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

κακοδαίμων ἐγώ.

ΓΥΝΗ Δ.

ἔμ', ἥτις, ἤρου; τοῦ Κλεωνύμου γυνή. 605

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

γιγνώσκεθ' ὑμεῖς, ἥτις ἔσθ' ἡδὶ γυνή.

ΧΟΡΟΣ.

γιγνώσκομεν δῆτ'. ἀλλὰ τὰς ἄλλας ἄθρει.

V. 605. *εἴ τις* pro *ἥτις* exhibent Rav. Aug. Junt. iidemque contra metrum scribunt deinde, *ἤρου; Κλεωνύμου* —. Non debebant Bentlejus, Tyrwhittus, Porsonus ita corrigere, *ἔμ' ἥτις εἰμ' ἤρου;* Etenim librorum scriptura *ἐμ' ἥτις ἤρου;* ipso loquendi usu Atticorum egregie confirmatur. Eurip. Helen. 414

ὄνομα δὲ χώρας, ἥτις ἥδε καὶ λεὼς
οὐκ οἶδ'.

Plat. Gorg. p. 134, 16 B. *ὁ δὲ δὴ ἐμὸς ὅστις, πολλάκις μὲν ἤδη εἴρηται.* Thucyd. I, 87 *οὐκ ἔφη διαγιγνώσκειν τὴν βοὴν, ὁποτέρα μείζων.* Plurima hujus generis e Luciano collegi emendavique ad Dialogos Deorum p. 48. Jam vero Brunckius haec ita interpolavit, *Γ. Δ. ἔμ' ἥτις ἤρου; ΚΛ. ναί. Γ. Δ. Κλεωνύμου γυνή.* Tantum abest, ut vocula *ναὶ* huic loco quidquam addat leporis, ut nihil ea languidius cogitari possit. Neque conjecturam istam adjuvat Cod. Aug. in quo post *ἔμ' εἴτις ἤρου* male picta est lineola, mutatae index personae. Namque haec verba, *ἔμ' ἥτις ἤρου; Κλεωνύμου γυνή* ab una eademque femina proferri, argumento est simillima sententiarum conformatio v. 619, 620. Nos sine ulla dubitatione cum eodem illo Bentlejo articulum inseruimus, *τοῦ Κλεωνύμου γυνή,* qui quidem deesse vix poterat ut in homine omnibus notissimo. Cleonymum alio loco inter personas Aristophanis clare descripsi. Is ignaviae infamia usque eo flagravit, ut palam *Κλεωνύμη* in Nubibus v. 670 appelletur. Facetissime autem Comicus primum Cleonymi uxorem pro aliquo viro haberi finxit. Nimirum hi conjuges personas inter se commutaverant; uxorque viri fortis, maritus autem ignavae mulieris simillimus esse videbatur.

V. 606. *ἡδὶ*] Rav. (Aug.) Junt. *ἥδε γυνή.* Brubachiana *ἥδι.* Edd. Porti, Kusteri, Brunckii *ἥδ' ἡ.* Scaliger, *ἥτις ἥδ' ἐστὶ (ἐστὶν) γυνή.* Bentlejus *ἡδὶ γυνὴ* vel *ἥδ' ἡ γυνή.* Recte vero Reisigius C. p. 179 comprobat *ἡδὶ γυνή,* qui tamen male reliquit in Nubibus v. 530 *ἥδ' ἡ κωμῳδία* pro *ἡδὶ κωμῳδία.*

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

ἦδὶ· δὲ δὴ τίς ἐστιν, ἣ τὸ παιδίον
ἔχουσα;

ΓΥΝΗ Δ.

τίτθη, νὴ Δί', ἐμή.

V. 609. *τίτθη, νὴ Δί', ἐμή*] *τίτθην ἦδὶ ἐμὴ* Juntina. *τίτθη* paroxytonon scribunt etiam Rav. editionesque omnes praeter tertiam Dindorfii, quae *τιτθὴ* exhibet. Accentum fluctuari constat, attamen Codices plerisque in locis *τίτθη* testantur. Cf. Lobeckium ad Phryn. p. 134. Quum *τίτθη, τιτθὶς* eodem vinculo, quo *κλίνη, κλινὶς* cohaereant, recte, puto, veteres grammatici *τίτθη* non *τιτθὴ* dicere nos jubent. Porro verissime Brunckius verba *τίτθη, νὴ Δί', ἐμὴ* eidem mulieri (Δ) assignat, quae supra v. 605 loquuta est i. e. uxori Cleonymi. In quo Augustanum Juntinamque videtur sequutus esse, praesertim quum etiam in Ravennate Invernizzii atque Bekkeri bis eadem mulier Δ sermocinetur. Ceterum Bekkero auctore Ravennas v. 605 *Μία* (sic) ut opinor, non *γυνὴ μία* exhibet. Scio *γυνὴ μία, ἄλλη γυνὴ* passim in Codd. inveniri, sed hic ut *Μίκα* pro *Μία* scribendum esse censeam, gravi causa permoveor. Nam si ignota mulier nutricem suam a suspicione defendisset, Clisthenes in hoc quidem indicio acquiescere non potuisset, sed porro ex hac muliere, quaenam esset ipsa, quaesivisset. Manifestum est igitur, verba *τίτθη νὴ Δί' ἐμὴ* cum Brunckio aliisque in Cleonymi uxorem conferri debere, quae quum jam ipsa a Choro universo rite agnita esset (v. 607 *γιγνώσκομεν δῆτ'*), etiam de aliis feminis justum dicere testimonium poterat. Sed haec res, minuta ad speciem, opinione serpit latius. Cleonymi uxor cum nutrice advenerat, quae infantem illius ulnis sublatum gestaret. Enimvero nos praefracte contendimus, hunc ipsum Cleonymi infantem (quem falso dicebant) infra v. 689 sqq. raptum esse a Mnesilocho. Alioquin enim bis peccasset Aristophanes; primum eo, quod Cleonymi uxorem hic temere ac sine ulla causa cum infante nutriceque progredi jussisset, deinde etiam hoc nomine, quod vinosam matrem infantis alterius, quae fuisset, plane nesciremus. Neque enim incerta mulier, id quod abhorret ab indole veteris comoediae, sed femina omnibus nota ut merobiba atque multibiba a Comico vexari debet. Ex his manifesto sequitur, Micam, infantis matrem v. 760 ipsam fuisse Cleonymi uxorem, quam vino deditam fuisse oportet, praetereaque nutricem nostram nomen habuisse servile Maniae v. 728, 740, 754. Ita egregia illa scena v. 689—764 nova quasi luce perfunditur. Praeclare enim a Comico res ita instituta est, non ut ignota mulier nescio quae, sed Mica, uxor Cleonymi, cujus tum nota erat vinolentia, falsum sibi infantem, i. e. utrem vini subornaret.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

διοίχομαι.

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

αὕτη σὺ, ποῖ στρέφει; μέν' αὐτοῦ. τί τὸ κακόν; 610

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἔασον οὐρῆσαί μ'.

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

ἀναίσχυντός τις εἶ.

Ibidem. *διοίχομαι*] Perii! sive Interii! Hoc secum ipse dixit Mnesilochus, quum appropinquare Clisthenem et ad se venire animadvertisset. Sed consilio e re capto fuga se subducere e Thesmophorio cogitat, simulans se in morbum aliquem subito incidisse. Similiter infra v. 618 ita dicit, *τί δῆτά μ' ἕλκεις ἀσθενοῦσαν;* Huic jam Clisthenes, *αὕτη σὺ, ποῖ στρέφει; μέν' αὐτοῦ. τί τὸ κακόν;* Quidnam tibi, inquit, subito mali accidit? Tunc iterum Mnesilochus, ut est inconstans mendacium scelerisque conscientia, se fingit micturire his verbis, *ἔασον οὐρῆσαί μ'*, quo facilius scilicet aufugiat. Inepte autem Brunckius verba *τί τὸ κακόν* Mnesilocho tribuenda esse censet, hoc modo

ΜΝ. τί τὸ κακόν;
ἔασον οὐρῆσαί μ'.

At Mnesilochus, non Clisthenes simulat, se in magnum aliquod malum incidisse. Quare haec interrogatio debet esse Clisthenis.

V. 611. Libri omnes *ἀναίσχυντος εἶ*. Falso Bentlejus voculam *μὲν* interponit. Contra recte Kusterus, Brunckius, Porsonus, Erfurdtius, alii correxerunt *ἀναίσχυντός τις εἶ*. Infra v. 752 *φιλότεκνός τις εἶ φύσει*. Lucian. in Piscator. c. 25 *καὶ τὸ σκῶμμα μέρος τι ἐδόκει τῆς ἑορτῆς· καὶ ὁ θεὸς ἴσως χαίρει, φιλόγελώς τις ὤν*. Nempe Lucianus sive Menandrum sive alium Comicum nescio quem imitatur, qui dixerat, *Ὁ θεὸς δ' ἴσως ἔχαιρε, φιλόγελώς τις ὤν*. (D. Deor. III, 1 *Τεράστιον τοῦτο· τῷ τρόπῳ δ' ἐνηλλάγη*, Dixi olim, adsentiente Seidlero, verba *τῷ τρόπῳ δ' ἐνήλλάγη*; alicujus poëtae videri, comparavique Soph. Electr. 670 *τῷ τρόπῳ διόλλυται;* Quae res non eo valet, ut cum Lobeckio Aglaoph. p. 1231 senarium totum ita restitui liceat, *Τέρας τι τοῦτο· τῷ τρόπῳ δ' ἐνηλλάγη*; Falso enim mutaveris verba prorsus Lucianea, *Τεράστιον τοῦτο*). Ceterum in ejusmodi locis, qui sunt plurimi, pronomen *τὶς* significat, unum aliquem de numero plurium eximi: tu es una de multis impudentibus, liberorum amantibus, jocorum cupidis et sic porro. Quocirca de Jove Optimo Maximo dicere non licet *Ὁ Ζεὺς πάντων κράτιστός τίς ἐστιν.*

σὺ δ' οὖν ποίει τοῦτ'. ἀναμένω γὰρ ἐνθάδε.

ΧΟΡΟΣ.

ἀνάμενε δῆτα, καὶ σκόπει γ' αὐτὴν σφόδρα.
μόνην γὰρ αὐτὴν, ὦνερ, οὐ γιγνώσκομεν.

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

πολύν γε χρόνον οὐρεῖς σύ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

νὴ Δί', ὦ μέλε. 615
στραγγουριῶ γάρ· ἐχθὲς ἔφαγον κάρδαμα.

V. 612. Nefas habetur a mulieribus de mingendi cacandive consuetudine, necessaria magis, quam alioquin eleganti verba facere. Egregie igitur Clisthenes, certissima mulier, verbis tegit absconditque rem minus honestam, *σὺ δ' οὖν ποίει τοῦτ'*. Schol. Rav. *ἀντὶ τοῦ οὐρει*. Postea tamen prae ira sui oblita est v. 615. Voculae *δ' οὖν* cum Imperativo conjunctae sunt concedentis, usu notissimo: tu igitur fac *sane*; ita enim latine dicendum est. Aristoph. Vesp. 6 *σὺ δ' οὖν παρακινδύνευ'*. ibid. 765 *σὺ δ' οὖν — ἐκεῖσε μὲν μηκέτι βάδιζ'*. Ach. 186 *οἱ δ' οὖν βοώντων*. Lysistr. 491 *οἱ δ' οὖν τοῦδ' οὕνεκα δρώντων ὅ, τι βούλονται*. Aesch. Prometh. 935 *ὁ δ' οὖν ποιείτω*. Eumenid. v. 226 *σὺ δ' οὖν δίωκε*. Ceterum Edd. Lugduno-Batava minor atque Kusteri propinant *ἀναμενῶ* tempore futuro, non fide librorum, sed ex mala interpolatione. Recte jam Brunckius *ἀναμένω* restituit tacite. Lucian. D. Deor. XX, 11 *Παρ. ἄπιτε οὖν αἱ δύο· σὺ δὲ ὦ Ἥρα περίμενε. Ἥρα. περιμένω*. Falso marg. Ald. 1 Wech. *περιμενῶ*.

V. 615. *πολύν γε*] *πολύ γε* Rav. Junt. Compara Vesp. 840 *ἀλλ' ἔτι σύ γ' οὐρεῖς*.

V. 616. Hunc versum citat Suidas in *στραγγουριῶ*, ubi Codex Oxon. pro *γάρ, ἐχθὲς* perperam exhibet, *χθὲς γάρ*. Pro *στραγγουρία, στραγγουριῶ* perraro in Codd. invenies *στραγουρία, στραγουριῶ*, quae jam significatio est, usum dicendi admodum variare. Aliam enim fortunam subiit aliud verbum ejusdem originis, *στραγγεύομαι*. Hoc paene ubivis corruptum est in *στρατεύομαι*, vocem librariis notiorem. Nimirum *στρατεύομαι* facillime nascebatur e *στραγεύομαι*, $\bar{\tau}$ et $\overline{\gamma}$ permutatis, ut millies in *τὲ* et *γέ*. In Acharn. v. 126 pro *στραγεύομαι* Rav. praebet *στραγεύγομαι* reliqui autem Codd. et Aldus *στρατεύομαι*. Nub. v. 132 vulgo est *στραγγεύομαι*, sed *στραγεύομαι* in Rav. et Veneto. *Στραγεύει* codex Photii p. 541, 10 *στραγία* i. e. *στραγεία* MS. Jung. Polluc. IV, 137 et sic porro. Equidem utrumque Atticis probatum esse judico, et *στραγγεύομαι* a *στραγξ* et *στραγεύομαι* a *στραξ* illud derivandum. Ita enim Attici praeter *τὴν φάρυγγα* etiam *τὴν φάρυγα* dicebant, de quo exposuerunt Lobeck. ad Phryn. p. 65 et Do-

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

τί καρδαμίζεις; οὐ βαδιεῖ δεῦρ' ὡς ἐμέ;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τί δῆτά μ' ἕλκεις ἀσθενοῦσαν;

---

braeus ad Eqq. 523. Ne vero στραγεύομαι unice probem, quum illud impedit, quod in vetustis membranis simplex consona saepe ponitur pro duabus, tum maxime, quod sic nimis multa verba mutanda sunt, veluti etiam στραγγουρία, στραγγουριᾶν. Tantum vero jam nemini erit dubium, quin στραγ(γ)εύομαι a στράγξ derivatum sit, de quo male dubitat Schneiderus in Lexico (in Στράγγω — Wenn die Verwandtſchaft mit στράγξ gegründet und das Wort nicht vielmehr mit στρέφω verwandt iſt —.). Non recuso interim, quin Mnesilochus recte atque ex vero et micturire se dixerit prae metu scilicet, et stranguriam pati vitio senectutis. Apposite Philocleo senex Vesp. 810

σοφόν γε τοντὶ καὶ γέροντι πρόσφορον
ἐξεῦρες ἀτεχνῶς φάρμακον στραγγουρίας.

At falsa mulier aliam stranguriae causam praetendit, mentiens, se heri edisse nasturtium. Bene Schol. Rav. ἐπισχετικὰ γάρ ἐστιν οὖρου τὰ κάρδαμα καὶ πτύσματος. καὶ διὰ τοῦτό φασι τοὺς Πέρσας αὐτοῖς χρῆσθαι. ὅτι μὲν γὰρ χρῶνται καὶ Ξενοφῶν φησί „φυλάττονται πολλὰ οὐρεῖν, ὥσπερ καὶ πτύειν καὶ ἀπομύττεσθαι.“ Sic falso edidit I. Bekkerus, quasi scilicet verba illa φυλάττονται — ἀπομύττεσθα ipsa apud Xenophontem legantur. At non liberius citatur illud Xenophonteum Cyrop. I, 2, 16 αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστι Πέρσαις καὶ τὸ ἀποπτύειν καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι κτλ. sed omnia illa verba sunt grammatici. Nam quum Suidas in στραγγουριῶ Xenophontis testimonio omisso post verba χρῆσθαι αὐτοῖς ita perrexerit, φυλάττονται γὰρ πολλὰ πτύειν καὶ οὐρεῖν καὶ ἀπομύττεσθαι, manifestum est, scholiastam ita loquutum esse, ὅτι μὲν γὰρ χρῶνται, καὶ Ξενοφῶν φησί. φυλάττονται γὰρ —. Nempe Persas nasturtio vesci solitos esse, iterum iterumque monuit Xenophon in Cyropaedia I, 2, 8, ibid. §. 11 bis etc. Si autem falsa mulier stranguriam hesterno esu nasturtii excusat, non ideo atticae matronae secundo Thesmophoriorum edere nasturtium solebant, ut quidam ob hunc unum locum arbitratur. Stranguriam enim suam infelix mulier, non festi caerimonias explicare vult. Similis error est J. Meursii (Gronov. Thes. VII, p. 796.) „Etiam allia edebant (mulieres Thesmophoria agentes) castitatis studio. Etymologici Auctor Ἐν τοῖς τῆς ἑορτῆς ἤσθιον σκόροδα, ἕνεκα τοῦ ἀπέχεσθαι Ἀφροδισίων. *In diebus festi edebant allia ad abstinendum Venereis.*“ Experiamur, quale sit hoc testimonium. Etymologus p. 769, 1 in Τρόπηλις — ἐν δὲ τοῖς καιροῖς τῆς ἑορτῆς ἤσθιον σκόροδα, ἕνεκα τοῦ ἀπέχεσθαι Ἀφροδισίων, ὡς μὴ μύρων πνέοιεν. Prior pars istius glossae sumta est e Schol. ad

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

εἰπέ μοι,
τίς ἔστ' ἀνήρ σοι;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τὸν ἐμὸν ἄνδρα πυνθάνει;
τὸν δεῖνα γιγνώσκεις, τὸν ἐκ Κοθωκιδῶν; 620

Acharn. 778 altera vero eaque longior hausta est e deperditis scholiis ad Thesmoph. 494 sqq. Omnino verba ἐν τοῖς καιροῖς τῆς ἑορτῆς tempus declarant Thesmophoriorum, sed Aristophanes aperte non de hoc tempore, verum de perpetua quadam mulierum consuetudine loquitur. Quare scholiastam ita loqui oportebat, αἱ γυναῖκες ἤσθιον σκόροδα, ἕνεκα τοῦ ἀποσχέσθαι δοκεῖν Ἀφροδισίων, ὡς μὴ μύρων πνέοιεν. Apte caeteroquin hoc postremum adjungitur de unguentis, Ecclesiaz. 525

Πρα. οὗτοι παρὰ τοῦ μοιχοῦ γε φήσεις.
Βλε. οὐκ ἴσως ἑνός γε.
Πρα. καὶ μὴν βασανίσαι τοντί γε σοι ἔξεστι.
Βλε. πῶς;
Πρα. εἰ τῆς κεφαλῆς ὄζω μύρου.
Βλε. τί δ' οὐχὶ βινεῖται γυνὴ κἄνευ μύρου;
Πρα. Οὐ δῆτα, τάλαν, ἔγωγε.

Ita enim h. l. corrigendus est.

V. 617. τί καρδαμίζεις;] Καρδαμίζειν est κάρδαμα (nasturtium) loqui. Atque ut hic κάρδαμα... τί καρδαμίζεις; sic in Vespis v. 652 haec conjunguntur, Ἀλλ' ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη — Φι. παῦσαι καὶ μὴ πατέριζε. Evolve Quaestt. Aristoph. T. I. p. 200 adnot. 30. Rectissime ibi Comico Nub. 553. e scholiasta reddidi, ἐπώλησεν. Nam emendatio nostra ἐπώλησεν et interpretatio verbi βάπτες extra dubitationem ponitur hoc loco Ar. Eqq. 520

ψάλλων καὶ πτερυγίζων
καὶ λυδίζων καὶ ψηνίζων καὶ βαπτόμενος βατραχείοις:

significantur Magnetis comoediae hae, Βαρβιτισταὶ, Ὄρνιθες, Λυδοὶ, Ψῆνες, Βάτραχοι. Ineptissime hic Bothius, τί σκαρδαμύττεις; quid nictas.

V. 620. τὸν ἐκ Κοθωκιδῶν;] Schol. Rav. Κοθωκίδαι δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. Photius p. 176, 10 Κοθωκίδαι: δῆμος Οἰνηΐδος. Hesychius, Κοθωκίδαι: δῆμος. Mire Suidas, Κοθωκίδης: ὄνομα κύριον. idemque postea, Κωθωνίδης: ὄνομα κύριον. Psephisma ap. Demosth. De Coron. p. 29, 13 B. Αἰσχίνης Κοθωκίδης — Κλέων κοθωκίδης. Non hic Cothocidenses, ut Bergkio meo vi-

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

τὸν δεῖνα; ποῖον;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἔσθ' ὁ δεῖν', ὃς καί ποτε
τὸν δεῖνα, τὸν τοῦ δεῖνα.

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

ληρεῖν μοι δοκεῖς.
ἀνῆλθες ἤδη δεῦρο πρότερον;

---

debatur, crimina nescio quo arcessuntur, sed tantummodo certus nominatur pagus mendacii occultandi causa. Sin cui tamen plus suspicari libet, credat sane, ipsum Mnesilochum fuisse Cothocidensem. Nam Euripides quidem fuit Phlyensis quemadmodum constat ex Harpocratione et Suida in *Φλυεία* vel *Φλυᾶ*.

V. 621. 622. Libri male distinguunt hoc modo, *Κλ. τὸν δεῖνα; ποῖον; ἔσθ' ὁ δεῖν', ὃς καί ποτε. Μνη. τὸν δεῖνα τὸν τοῦ δεῖνα.* Primum John Seager, vir de Luciano bene meritus, monuit scribendum esse *ΚΛ. τὸν δεῖνα; ποῖον;*

ΜΝ. ἔσθ' ὁ δεῖν', ὃς καί ποτε
τὸν δεῖνα, τὸν τοῦ δεῖνα.

Quem Dindorfius Bothiusque recte sequuti sunt. Valde autem aqua haeret Mnesilocho, ut per intervalla vix tandem haec pronuntiet, *ἔσθ' ὁ δεῖν' — ὃς καί ποτε ... τὸν δεῖνα — τὸν τοῦ δεῖνα.* Bene Schol. *οἱ μὴ δυνάμενοί τι λέγειν τοιαῦτα λέγουσιν.*

V. 623. *ἀνῆλθες*] Vide quae dixi ad Thesmoph. secundas p. 7.

Ibidem. *ΜΝ. νὴ Δία,*
ὅσ' ἔτη γε.] ita distinguunt Rav. Aug. Vulgo et ante Brunckium *ὅσ' ἔτη γε* loquitur Clisthenes. *Ὅσέτη* conjunctim scripsi cum Schaefero ad Gregor. Cor. p. 65.

V. 624. *καὶ τίς σοὐστὶ συσκηνήτρια;*] *σοῦ 'στιν* Rav. et statim *ἔμοιγε* pro *ἔμοιγ'*. Tum e verbo *συσκηνήτρια* (contubernalis) dilucide apparet, thesmophoriazusas ante templum tabernacula statuisse, ita quidem, ut plures mulierculae sub uno eodemque tabernaculo versari solerent. Atque id partim confirmatur a Scholiasta, *φίλη συνδίαιτος. — σκηνὰς γὰρ ἑαυταῖς ἐποίουν πρὸς τὸ ἱερόν.* Quae causa horum fuerit tabernaculorum quive usus, haud satis liquet: sed forsitan frigoris depellendi causa quae sub dio agebant, tabernaculis utebantur, quando Thesmophoria in auctumnum mensemque Pyanepsionem incidebant. Nunc vide mihi Scholiastam Rav. ad v. 658 *καὶ γὰρ πρὸς τῇ σκηνῇ πυκναὶ ἦσαν, ὡς καὶ αὐτὸς Ἀριστοφάνης μέμνηται τούτου.* Ridicula oratio, *πρὸς τῇ σκηνῇ πυκναὶ ἦσαν*, sed

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

νὴ Δία,

ἐσέτη γε.

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

καὶ τίς σοὐστὶ συσκηνήτρια;

---

emenda, sodes, πρὸς τῇ πυκνὶ σκηναὶ ἦσαν —, e verbis Comici ipsius τὴν πύκνα πᾶσαν καὶ τὰς σκηνάς —. Hic itaque perperam ea intelligit tentoria, quae in Pnycis vicinia fuerunt. Quod vero haec tentoria haud procul a Pnyce Aristophanem dicit alibi commemorasse, id fieri vix potest, quin ad fabulam Σκηνὰς Καταλαμβάνουσαι referamus. Atque id ipsum ante nos jam Dindorfius perbene suspicatus est ad Aristoph. Fragm. p. 172 quem miror foedum isthuc vitium πρὸς τῇ σκηνῇ πυκναὶ ἦσαν non correxisse. Gravissima vero haec conjectura est, quippe qua totius comoediae argumentum aperiri queat. Scilicet tentoria Athenis in foro fuisse, intelligitur et e Demosthene De Coron. p. 169, 3. B. — τούς τ' ἐκ τῶν σκηνῶν τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐξεῖργον καὶ τὰ γέρρα ἐνεπίμπρασαν. et ex Harpocratione, Photio p. 518, 23, Suidaque, Σκηνίτης: — τὸν σκηνίτην — μήποτε δὲ ὡσεὶ ἀγοραῖον λεγόμενον· ἐπειδὴ ἐν σκηναῖς ἐπιπράσκετο πολλὰ τῶν ὠνίων. (Similiter apud Romanos, Liv. 39, 46 — coëgit plerosque tabernacula statuere in foro. Eadem paullo post, quum undique disserenasset, sublata. defunctosque vulgo ferebant, quod inter fatalia vates cecinissent, necesse esse, tabernacula in foro statui.) Quodsi haec fori tabernacula in dramate nostro memorata sunt, nomen fabulae ipsum Σκηνὰς Καταλαμβάνουσαι eas feminas significare videbitur, quae haec Pnycis tabernacula occuparint tenuerintque occupata. Quapropter mulieres, ut in hac ipsa fabula diem agunt festum, alias vero conciones habent instar virorum; sic in Tentoria Occupantibus prope totae rebus emundis vendundis erant deditae, licebitque adeo Σκ. Κατ. transferre der Weibermarkt, quemadmodum Ἐκκλησιάζουσαι die Weiberherrschaft. Nego equidem, titulum illum alia ratione explicari posse, de qua re postea videro; nunc quidem satis est, nostram explicationem omnibus, quotquot exstant, fragmentis mire corroborari. Haud longe a vero abfuit magnus Casaubonus in Animadv. ad Athenaeum p. 301, ratus eas dici mulieres, quae in foro et viis publicis commodo loco a se occupato umbracula sua destituant; ita enim mercatores in celebranda aliqua panegyri facere solitos esse secundum Schol. Theocr. XV, 16 ἐν ταῖς πανηγύρεσι σκηνὰς ἐποίουν οἱ πωλοῦντες. In his adsentientem habet Valckenarium ad Adoniaz. p. 309. Qui tametsi σκηνὰς recte ad umbracula mercantium feminarum retulerunt, tamen illud quoque addere debebant, ea intelligi tentoria, quae Athenis ipsis erant ad Pny-

ΜΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἦ δεῖν' ἔμοιγ'. οἴ μοι τάλας!

---

cem: neque enim vetus Atheniensium comoedia alibi, nisi in patrio solo haerebat. Idem vero Casaubonus, quum scite monuisset, loquutionem *σκηνὴν — καταλαμβάνω* in Pace v. 845 inveniri, pessime tamen haec scripsit ad extremum: *Videtur Aristophanes descripsisse eo dramate mulierum tentoria sua commodis locis figere cupientium jurgia et ἀχροχειρισμούς.* Quasi vero id dignum sit vetere comoedia argumentum, ac non potius millenae res, quas in hujusmodi mercatu partim a mulieribus partim ab emtoribus fieri consentaneum erat, ab Aristophane descriptae fuerint. Verum enim Kuehnio auctore ad Polluc. VII, 157 eas hoc dramate pupugit Aristophanes, quae in ludis publicis ante alios occupassent tuguria, tabernacula theatrique sedes: cui adsentiens Hemsterhusius *Σκηνὰς Καταλαμβάνουσαι* convertit, *quae cellas scenicas occupant primae*, idemque ad X, 106 nitidam exosculatur loquendi formulam, *Σκηνὴν καταλαμβάνειν, θέαν καταλαμβάνειν, προκαταλαμβάνειν, praeoccupare commodum videndi locum.* Non objiciam, isto pacto *Σκηνὴν Καταλαμβάνουσαι* potius dicendum fuisse de scena theatri (puto enim numerum multitudinis ferri posse, siquidem Pac. 715 *περὶ τὰς σκηνὰς* omnino designat *circa scenam theatri*). Quid multa? Doctissimi viri, qui mulieres ire ludos spectatum voluissent, *σκηνὴν* cum *θεάτρῳ*, proscenium cum sedibus spectatorum turpiter confuderunt. Neque Dindorfius profiteri debebat, plura esse in fragmentis, quae nos ad theatrum potius, quam ad forum cogitatione ducant. Nam paene in omnibus de foro mercatuque agitur neque ullam vim habent Fr. 3 *συνθεάτριαν* (multa enim etiam in foro spectare licebat), vel Fr. 7 *τοῦ διδασκάλου*, si modo hic, ut Acharn. 628, Eqq. 507 scenicus poëta intelligitur. Aliud vero fragmentum, quod me paullo movet vehementius, fortassis ne est quidem Aristophanis. Illud dicimus Hesychii, *Τριτοστάτης: Ἀριστοφάνης ἐν Σκηναῖς.* Recte G. Dindorfius *Τριτοστάτις* e Polluce IV, 106. Nunc comparet mihi aliquis Athenaeum XIV, 628, e. *διὸ καὶ Ἀριστοφάνης ἢ Πλάτων ἐν ταῖς Σκευαῖς, ὡς Χαμαιλέων φησὶν, εἴρηκεν οὕτως —.* Hic *Σκευαῖς* exhibent Codd. Venetus Florentinusque, contra Palatinus ac caeteri praebent *Σκηναῖς*, quod admodum memorabile. Quomodo igitur factum est, ut *Σκευαί*, notissima fabula Platonis, (v. Meinekium Qu. scen. II. p. 24.) male ab aliis tribueretur Aristophani? Nihil dubitamus, quin duplex titulus *Σκευαὶ Πλάτωνος*, atque *Σκηναὶ Ἀριστοφάνους* fallente nominis similitudine jam antiquitus commixtus fuerit. Atqui *Ἀριστοφάνης ἐν Σκηναῖς* non solum in Hesychio, verum etiam pro varia lectione aliquoties apud Pollucem reperitur. Jam grammatici diligentiores ita loquuntur, *Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανού-*

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

οὐδὲν λέγεις. 625

ΓΥΝΗ Ε.

ἄπελθ'. ἐγὼ γὰρ βασανιῶ ταύτην καλῶς
ἐκ τῶν ἱερῶν τῶν πέρυσι· σὺ δ' ἀπόστηθί μοι,
ἵνα μὴ 'πακούσῃς ὧν ἀνήρ. σὺ δ' εἰπέ μοι,
ὅ τι πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐδείκνυτο.

σαις et vicissim *Πλάτων ἐν Σκεναῖς*. Qui autem sicut Hesychius ita dicunt, *Ἀριστοφάνης ἐν Σκηναῖς*, ei in ambiguo relinquunt, utrum Aristophanis fabulam contraxerint, an potius *Σκευὰς* a nonnullis Aristophani tributam designarint. Tum qui proferunt *Ἀριστοφάνης ἢ Πλάτων ἐν Σκεναῖς*, quemadmodum Athenaeus, ei itidem de utravis comoedia cogitandi nobis optionem faciunt. Certissimum est itaque Platonem *Σκευὰς* edidisse, sicut Aristophanis sunt *Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι*. De caetero codicum ille in Athenaeo dissensus *Σκεναῖς* atque *Σκηναῖς* alius praeterea conjecturae nobis facultatem praebet, scribendi videlicet, *διὸ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Σκηναῖς, ἢ Πλάτων ἐν Σκεναῖς* — .

V. 625. Editt. Kusteri Brunckiique, *Μν. ἦ δεῖν' ἔμοιγ'. Κλ. οἴμοι τάλας, οὐδὲν λέγεις. Γυν. ε. ἄπελθ'*. Quae videtur hominis male seduli correctio esse. Certe in Batava minore legitur perspicue, *Μν. ἦ δεῖν' ἔμοιγε. οἴμοι τάλας. Κλ. οὐδὲν λέγεις. Γυν. ἄπελθ'* · — . Eodemque modo personas dividit Ravennas Bekkeri. Et jam Schaeferus ad Greg. Cor. p. 65 sic distinguebat, *Μν. ἦ δεῖν' ἔμοιγ'. οἴμοι τάλας. Κλ. οὐδὲν λέγεις.* recte ille quidem affirmans, Mnesilochi esse *τὸ οἰμώζειν*, non Clisthenis. Typothetae errore, ut suspicor, in tribus editionibus suis G. Dindorfius, *Μν. ἦ δεῖν' ἔμοιγ'. Κλ. οἴμοι τάλας. Γυν. ε. οὐδὲν λέγεις. ἄπελθ'*. Nam sicut *οἴμοι τάλας* Mnesilocho, ita *οὐδὲν λέγεις* unice convenit exploratori Clistheni, cujus verba sunt v. 622 *ληρεῖν μοι δοκεῖς*. et vero novam mulieris personam incipere patet a v. *ἄπελθ'*, quo abire jubetur Clisthenes, cujus partes ipsa jam mulier susceptura est. Quare hic Clisthenes, infra autem v. 634 mulier, quae jam Clistheni successerat, dicere debent ad alumnum male respondentem, *οὐδὲν λέγεις*.

V. 627. *σὺ δ' — ὧν ἀνήρ.*] Berglerus, *σὺ δὲ* ad Clisthenem idemque confert infra v. 1150.

V. 629. *ὅ τι πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐδείκνυτο.*] Lobeckius in Aglaophamo T. I. p. 54 sic existimat, alias res primum ad Eleusinia adeuntibus, alias initiatis et jam ad summa venturis sive iisdem solemnibus, sive post intervallum ostensas esse; porro autem illas *τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν* a Graecis dici solitas. Tum id etiam nostro loco confirmat, in quo scribit *ἐπεδείκνυτο*, per calami scilicet errorem.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

φέρ' ἴδω, τί μέντοι πρῶτον ἦν; ἐπίνομεν. 630

At enim non ut Eleusinia, sic Thesmophoriorum etiam mysteria gradatim discentibus aperta esse, ullus auctorum prodidit. Quin contraria hic ipse locus docet, in quo ἡμῖν omnes ad unam mulieres complectitur. Sed ex his elucet, τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν non primum veluti gradum, sed initia sacrorum exprimere, feminamque nostram hac uti interrogatione, *Quodnam fuit Thesmophoriorum anni superioris initium?* Quam explicationem etiam caeteri loci adjuvant, primum Vesp. 831

ἄνευ δρυφάκτου τὴν δίκην μέλλεις καλεῖν,
ὃ πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐφαίνετο;

Ubi vulgo legitur κατεφαίνετο, sed verissima est Codicum Rav. et Ven. ἐφαίνετο scriptura. In Juntina quidem secunda, quam in Vespis praeclaram esse constat, hic mireris κατεφαίνετο resedisse. Videlicet ἐφαίνετο sustentatur loco parallelo, ubi legas ἐδείκνυτο. Jam Lobeckius comparat ille quidem post Berglerum hosce Vesparum versus, sed ut dixerit tantummodo, ipsis tribunalium septis hoc nomen conferri; de quo genere translationum alium sibi esse constitutum dicendi locum. Equidem id primum referebam inter illa *jam nunc debentia dici*, de quibus ipse Lobeckius Praef. ad Phryn. p. LXXVII; deinde in omni ista translatione nihil video inusitati. Nam, ut recte Berglerus, Philocleo, perditus judex, antiquos istos fori cancellos (τὸ δρύφακτον) haud minus, quam mysteria Eleusinia veneratur, ac proinde cancellos ex omnibus sacris primum judici dicit ostensos esse, nempe hoc sentiens, fora attica jam a principio rudes informesque habuisse cancellos. Videmus igitur, hic iterum formula τὸ πρῶτον τῶν ἱερῶν judiciorum mysteriorumque initia, non gradus eorum diversos significari. Male vero Scholiastes ad Vespas, quem hic de more compilavit Florens Christianus, formulam τὸ πρῶτον τῶν ἱερῶν a sacrificiis narrat translatam esse, ἀπὸ τῶν θυόντων· inquit, ἐκεῖνοι γὰρ πρῶτον τὸ ἧπαρ ἐπισκοποῦνται, εἶτα σπλῆνα καὶ τὰ λοιπά, ambiguitate verbi τὰ ἱερὰ deceptus. Qui ne illud quidem vidit, Philocleonem de dryphacto cancellisque suis tanquam de re sacrosancta loqui, quam apte cum Eleusiniis, absurde autem cum vulgari sacrificio nescio quo sit comparaturus. Immo rectissime vidit Lobeckius, similitudinem illam τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν a mysteriis ductam esse. Et Aristophanes quidem in altero loco plane de Thesmophoriis verba facit, in utroque autem voce utitur in mysteriis solemni, ἐδείκνυτο atque ἐφαίνετο. Tum commode addit Lobeckius testimonium Aristidis De Concord. T. I. p. 520 τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν ὑπὸ τῷ τελεωτάτῳ διαδούχῳ καὶ μυσταγωγῷ τελεσθείς. Idemque Libanio utitur Or. in Julian. T. I. p. 375, ubi τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν prima litera-

rum elementa vocantur. Quae quum ita sint, dictio a sacris Eleusiniis repetita τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν rei cujusque majoris primordia significavit.

V. 630. Vulgo adhuc mulier interrogat, φέρ᾽ ἴδω, τί πρῶτον ἦν; deinde respondet *Mν.* ἐπίνομεν. Ita enim in Juntina exstat editionibusque caeteris. In Ravennate Bekkeri haec omnia loquitur Mnesilochus, φέρ᾽ ἴδω, τί πρῶτον ἦν; ἐπίνομεν. Qui φέρ᾽ — ἦν; mulieri continuarunt, inducti sunt verbis sequentibus, τί δαὶ μετὰ τοῦτο δεύτερον; — τί δ᾽ ἦν τρίτον; quasi vero non jam dixisset haec ipsa mulier, σὺ δ᾽ εἰπέ μοι, ὅ τι πρῶτον — ἐδείκνυτο. Recte igitur Porsonus, Reisigius C. p. 231, alii totum versum dederunt Mnesilocho. Etenim, ut bene Dobraeus, formula φέρ᾽ ἴδω fere est semet ipsum interrogantis et aliquid sibi in memoriam revocantis. Porro deficientem pedem ut restituerent, R. Bentlejus male correxit, φέρ᾽ ἴδω, τί πρῶτον ἦν; *Mν.* τὰ πρῶτ᾽ ἐπίνομεν, idemque perquam languide, φέρ᾽ ἴδω, τί ἦν; τί πρῶτον ἦν; ἐπίνομεν. Duplici cum vitio Brunckius, φέρ᾽ ἴδω, τί πρῶτον ἦν; *Mν.* τί πρῶτον; ἐπίνομεν. quando et serius loqui incipit Mnesilochus et in hypophora ὅ τι πρῶτον necessarium est. Bothius edidit satis inepte, φέρ᾽ ἴδω, τί ἦν; *Mν.* ὅ τι πρῶτον ἦν; ἐπίνομεν. Speciosa est sine dubio atque egregia Porsoni emendatio, *Mν.* φέρ᾽ ἴδω, τί μέντοι πρῶτον ἦν; ἐπίνομεν. Utitur autem Porsonus primum auctoritate loci jam a Berglero Brunckioque designati Nub. v. 777

Στρ. φέρ᾽ ἴδω, τί μέντοι πρῶτον ἦν; τί πρῶτον ἦν;
τίς ἦν, ἐν ᾗ ᾽ματτόμεθα μέντοι τἄλφιτα;

Verum accedit longe gravior Suidae auctoritas haec ita citantis, in προπίνει: — καὶ Ἀριστοφάνης

φέρ᾽ ἴδω, τί μέντοι (sic vulgo et in cod. Oxon.) πρῶτον ἦν; ἐπίνομεν
τί δὲ μετὰ τοῦτο δεύτερον; προὐπίνομεν

(Oxon. προπίνομεν). Porsono suffragantur Reisigius l. l., Dobraeus atque Dindorfius. Nos tametsi μέντοι propter illud testimonium Suidae recepimus, ipsum tamen Aristophanem *Mν.* φέρ᾽ ἴδω, τί δ᾽ ἡμῖν πρῶτον ἦν; ἐπίνομεν scripsisse arbitramur. Neque ante nos aut Meinekius Cur. Crit. p. 24 istuc μέντοι approbavit (tametsi hunc Invernizzio Brunckii interpolationes, ut solet, repetenti male fidem habuisse, nunc docet collatio Bekkeri), nec denique Bothius, qui non male demiratur, vocabulum μέντοι in omnibus libris omitti potuisse. Respondebit, credo, Dindorfius, μέν τι (ut crebro scriptum est pro μέντοι) post τί facillime intercidisse. Verum omnino cur μέντοι hic placet inserere? Certe non ob versus Nubium; alia enim apta sunt aliis in locis, illic obliviosus Strepsiades nihil recordatur, hic Mnesilochus cito verum invenit. Suidae autem testimonium eo tantum valet, ut lacunam omnibus in libris inventam jam alexandrinus quispiam Criticus voce μέντοι adjecta expleverit. Quare quum Suidae lectio Codicum nostrorum fide elevetur, opinio cum opinione cum ratione ratio sane contendat. Quis est igitur, quin videat, egregie Mnesilo

ΓΥΝΗ Ε.

τί δὲ μετὰ τοῦτο δεύτερον;

---

chum dicturum esse, *φέρ' ἴδω, τί δ' ἡμῖν πρῶτον ἦν;* nimirum ut ipse etiam aliqua mulier esse videatur; aut non fateatur, haec admodum concinne proximo versui, *ὅ τι πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐδείκνυτο* responsura; aut negare ausit, *ἡμῖν* ob id ipsum, quia modo praecessit, longe longeque facilius quam *μέντοι* in Codd. atque Edd. evanescere potuisse? Ceterum possis etiam, *φέρ' ἴδω, τί πρῶτον ἡμὶν* (brevi ultima) *ἦν; ἐπίνομεν*, quod haud scio an praestet. Quid intersit inter *φέρ' ἴδω τί ἔστι* atque — *τί δ' ἔστι* olim declaravi ad Acharnenses his ipsis verbis: v. 4 *φέρ' ἴδω, τί δ' ἥσθην*] Sic libri, nisi quod Gregorius l. l. *φέρε δ' ἴδω τί δ' ἥσθην*. Elmslejus *φέρ' ἴδω, τί ἥσθην* suffecit perverse, deceptus loco Nub. v. 21 *φέρ' ἴδω τί ὀφείλω*. At vero neque illic *τί δ' ὀφείλω*, neque hic *τί ἥσθην* ferri ullo modo potest. Etenim *φέρ' ἴδω, τί ἥσθην* ***Agedum, videbo, quid mihi laetitiae fuerit***, etiam is recte dicit, qui gaudio elatus fuerit, contra *φέρ' ἴδω, τί δ' ἥσθην* ***Agedum, videbo, quid tandem mihi laetitiae fuerit***, non cadit nisi in eum, cui haud ita multum gaudendi fuerit locus: qualis hic Dicaeopolis, qui vix quatuor res expertus paullo jucundiores has ipsas sibi in mentem revocare studet. At Strepsiades jam dixit, multis se multa debere, quae tum singula ad rationes refert. Nempe Elmslejo tum forte non in promtu fuerunt exempla hujusmodi, ut Epicharm. ap. Diog. Laërt. III, 12 *φέρ' ἴδω, τί δ' αὐλητάς; τίς εἰμέν τοι δοκεῖ;* Noster Thesmophor. 630 *φέρ' ἴδω, τί μέντοι πρῶτον ἦν; ἐπίνομεν.* Nub. 787. Neque e loco Avv. 812 *φέρ' ἴδω, τί δ' ἡμῖν τοὔνομ' ἔσται τῇ πόλει;* particula evelli debebat. Epops enim animi pendens de urbis nomine inopiam consilii suam declarat. Non magis autem *δὲ* in interrogando post formulam *φέρ' ἴδω* offendit, quam post similes alias, verbi causa post *εἰπέ μοι*, quomodo et Aristophanes loquutus est Vesp. v. 524, et saepissime Lucianus (vide Lehmannum T. III. p. 26.). Atque huc pertinet illud Aeschyli Pers. v. 334

> *ἀτὰρ φράσον μοι τοῦτ' ἀναστρέψας πάλιν,*
> *πόσον δὲ πλῆθος ἦν νεῶν Ἑλληνίδων.*

Ubi pessime scribunt alii, *πόσον τι πλῆθος*. Quanquam alterum dicendi genus et est frequentius et debet esse, veluti Luc. Timone c. 45 *φέρ' ἴδω, τίς ὁ πρῶτος αὐτῶν οὗτός ἐστι;*

Ibidem. *ἐπίνομεν*] Monent Schol. Rav. atque Berglerus, vinolentiam hic iterum mulieribus objici. Divinando enim Mnesilochus assequitur, primum mysterium hoc fuisse, ut matronae vinum biberent sibique invicem propinarent, id quod mulier vere dictum agnoscit. Et ultimo quidem Thesmophoriorum die qui Calligenia dicebatur, inter festas epulas etiam vina bibisse feminas certo novimus; ceterum hic de primo die festo deque initio sacrorum agitur.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

προὐπίνομεν.

ΓΥΝΗ Ε.

ταυτὶ μὲν ἤκουσάς τινος· τί δ' ἦν τρίτον;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

σκάφιον Ξένυλλ' ἔπεσεν· οὐ γὰρ ἦν ἀμίς.

V. 631. *τί δὲ μετὰ τοῦτο*] Juntina *τί δέ με τοῦτο.*

V. 632. *τί δ' ἦν τρίτον;*] Libri contra metrum *τί δὲ τρίτον;* Jam Brunckius et olim Porsonus articulum interponunt, *τί δὲ τὸ τρίτον;* At poëta, qui orationem laudat concinnam, bis dixerat sine articulo, *τί — πρῶτον ἦν; — τί δὲ μετὰ τοῦτο δεύτερον.* Sensit hoc quum ipse Brunckius, tum etiam Porsonus, ut qui postea *τί δὲ τρίτατον;* conjecerit. At epicum istud et rarum *τρίτατος* nisi certo consilio Aristophanes usurpare non potuit. Dixit ille quidem in Vesp. 1501

υἱὸς Καρκίνου

ὁ μέσατος,

ubi Rav. alteram subrogat superlativi formam *μεσαίτατος,* verum dixit hominis illudendi causa. Et in Vespis quidem haud dubie probamus vulgatam lectionem, ὁ *Μέσατος.* Plane enim unus e filiis Carcini, ipse etiam tragicus, sed non Xenocles, qui a nostro v. 1510 distinguitur cognomine ὁ *πιττοτήρης,* Athenis ludibrii causa cognomen videtur habuisse, ὁ *Μέσατος.* Nam in Epp. Euripideis locus exstat multum jactatus, *ὧν νῦν Ἀγάθων ἡ Μέσατος λέγει.*, i. e. unus e filiis Carcini. Fallitur enim praeter alios R. Bentlejus quoque in Opusc. p. 62 ed. Lips. Pessime vero Elmslejus ad Acharn. v. 105 *τί δαὶ τρίτον;* Quasi duo membra, *ταυτὶ μὲν — τί δέ —* non sibi invicem respondeant. Male etiam Bentlejus aut *τί δαὶ* legit, aut *τί δ' αὖ τρίτον;* At particulae δ' αὖ in duarum rerum oppositione, non in plurium usurpantur. Putide Bothius, *τί δὲ δὴ τρίτοι;* Dindorfium miror in secunda tertiaque edd. *τί δαὶ τρίτον* cum Elmslejo scripsisse. Nam in ed. Teubneriana optime emendarat ipse, *τί δ' ἦν τρίτον;* Recte supra ἦν deest in verbis, *τί δὲ μετὰ τοῦτο δεύτερον;* ibi enim proxime antecedebat, *τί μέντοι πρῶτον ἦν;* Contra hic post longum intervallum verbo ἦν repetito plane opus est, *τί δ' ἦν τρίτον;* Quomodo autem ἦν exciderit, patet versus proximi finem intuenti, *οὐ γὰρ ἦν ἀμίς.* Porro mulier tota in explorando defixa, dum casum et divinationem causatur, prae cupiditate non videt, quantum Mnesilocho concesserit, acu eum rem tetigisse, quum supra diceret *ἐπίνομεν — προὐπίνομεν.* Ergo sui oblita rem secretam eloquitur (ἐξαγορεύει sive ἐξορχεῖται *τὰ μυστήρια*) quum ita dicat, *ταυτὶ μὲν ἤκουσάς τινος.* Hoc optime instituit Aristophanes.

V. 633. Ne ingeniosis quidem mendacia satis recte procedere

solent. Feliciter sane illa prima finxerat Mnesilochus, *ἐπίνομεν — προὐπίνομεν*; ecce enim biberant mulierculae. Nunc autem in eo ipso deprehenditur, unde magnam se laudem sperabat reportaturum esse. Xenylla, inquit, matulae inopia poposcit catillum. Num potuit ingeniosius, quum multum ac diu bibisse mulieres constaret? Quid enim habuit admirationis, eas mingere, quae bibissent? Certe enim in conviviis saepenumero opus erat matula: nota loquor. Ut omittam illud Eupolidis ap. Athen. I, p. 17, e. *εἶεν· τίς εἶπεν ἀμίδα παῖ, πρῶτος μεταξὺ πίνων*; porro Aeschyli Sophoclisque locos, qui ibidem praecedunt, atque Epicratis locum ap. Athen. VI, 262, d.

τί γὰρ
ἔχθιον, ἢ παῖ, παῖ καλεῖσθαι παρὰ πότον,
— ἢ τὴν ἀμίδα φέρειν —.

vide, quam urbane matulam poscat ebrius Callidamates ap. Plautum in Mostellar. II, 1, 39 Jam hercle ego vos pro matula habebo, nisi mihi matulam datis. Sed a matula ad divam Criticam veniamus. In Juntina caeterisque edd. vett. legitur, *σκάφιον ξένη μ' ᾔτησεν —*. Caeterum jam Bisetus *σκάφιον Ξένυλλ' ᾔτησεν* correxit e Polluce X, 45 — *ἐν Πολυείδῳ Ἀριστοφάνης· Σκάφιον ξενύλλ' ᾔτησεν· οὐ γὰρ ἦν ἀμίς*. Bisetum merito sequuntur Kusterus, Brunckius et reliqui. Accedit cod. Aug. lectio *ξένυλλ' ᾔτησεν* cum lineola, notissimo signo Nominis Proprii, porro Ravennatis scriptura *ξένυλλ'* et Scholia Rav. *μὴ εὑρίσκων τί εἴπῃ ὁ κηδεστὴς, φησὶν ὅτι ἀντὶ ἀμίδος σκάφιον ᾔτησεν ἡ Ξένυλλα. ἀμὶς δέ ἐστιν οὐροδόχον ἀγγεῖον.* ut jam de nomine *Ξένυλλα* nulla esse possit dubitatio. Verum quidnam Polluci in mentem venit, ut pro Thesmophoriazusis Polyidum Aristophanis nominaret? Raro in fabularum nominibus errat Pollux, qui Aristophanem naviter perlegerat; semel X, 72 Acharnenses nominat pro Ecclesiazusis v. 1119. Iterum vero errat de Acharnensibus X, 91 *Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀχαρνεῦσι κάνητος*. At ibi bis est *κανοῦν* v. 244 et 253, nusquam *κάνητος*, quod ex alio Aristophanis dramate protulisse Pollucem cum Jungermanno arbitror. Alium locum X, 173 jam olim, probante Hermanno Marburgensi sic emendavimus *καὶ [ὡς ἐν Ἀχαρνεῦσιν] πτωχικοῦ βακτηρίου, καὶ ὡς ἐν Γήρᾳ· Βακτηρία δὲ Περσὶς ἀντὶ καμπύλης*. Hic autem Brunckius, fortasse hominem memoria lapsum esse, vel eundem versum in duabus fabulis exstare potuisse. Paullo tamen prudentius ad Polyidum p. 171 Dindorfius, memoriae errore versum nostrum ex Polyido afferri ac fieri posse, ut aliud verbi *σκάφιον* exemplum in Polyido exstiterit. Verum haec res paullo est reconditior; Pollux enim totum illud caput ex antiquo scriptore nescimus quo cum summa negligentia descripsit. Percussit illico animum non solum falsus Polyidus, verum etiam ementitius Autolycus, postremo gravissimum illud vitium *ἄμφω δὲ παράλληλα*; Verba dicit *σκάφιον* atque *ἀμίς*, quorum hoc posterius multo ante in ipsoque capitis initio memoratur. Quare ut recte habeant ista *ἄμφω δὲ παράλληλα*, necesse est, paullulo tantum *ἀμίδα* antecessisse. Nimirum in antiquo scriptore, cujus miserum

habemus Excerptum, ordo rerum fuerat hic: *Τοῖς δὲ δεσπόταις, τῷ μὲν ἀνδρὶ καὶ λάσανα ἀναγκαῖα καὶ ἀμίς.* Sequebantur omnia exempla primum λασάνων h. m. *ὅτι δὲ οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἀκινήτου ἀποπάτου — — — — τὰ λάσανα εὐφημότερον καὶ διαρρίσκον.* deinde vero exempla ἀμίδος h. m. *τὴν δὲ ἀμίδα Σοφοκλῆς ἐν Παν-δώρᾳ ἐνορῆσθαι καλεῖ. καὶ Αἰσχύλος οὐράνην.* Jam corrige quaeso, *καὶ ἐν Αὐτολύκῳ Εὔπολις· [εἶεν· τίς εἶπεν, ἀμίδα παῖ, πρῶτος μεταξὺ πίνων;]* et perge porro in hunc modum, *τῇ δὲ γυναικὶ σκάφιον, ὡς ἐν Πολυείδῳ Ἀριστοφάνης· τί δῆτ' ἂν, εἰ μὴ τὸ σκάφιον αὐτῇ παρῆν; ἄμφω δὲ παράλληλα ὁ αὐτὸς Ἀριστοφάνης·* (vel si mavis *ἐν Θεσμοφοριαζούσαις*) *Σκάφιον Ξένυλλ' ᾔτησεν· οὐ γὰρ ἦν ἀμίς.* Dedi ex magna confusione ordinem justum, quem res ipsa desiderat; nunc autem ad singula venio. Igitur ex Autolyco versum Eupolidis, qui nunc in Polluce omnino deest, *εἶεν — πίνων* afferri, multis patet argumentis, maxime quidem ex eo, quod tum et Polyido Aristophanico et Thesmophoriazusis sua constabit ratio certa; deinde vero etiam ex Athenaeo I, 17, c. d, qui post Aeschyli illud *τὴν κάκοσμον οὐράνην* hos ipsos Eupolidis versus tanquam in suo genere singulares protulit. Quum itaque et Pollux dixerit, *καὶ Αἰσχύλος οὐράνην*, et postea *ὡς ἐν Αὐτολύκῳ Εὔπολις*, et versus Eupolidis de voce *ἀμὶς* ab Athenaeo pro classico quodam habeatur, eoque in Pollucem transfuso etiam caeterae difficultates expeditae sint: manet id, quod supra dixi, lemma Pollucis *ὡς ἐν Αὐτολύκῳ Εὔπολις*, ad illos Athenaei versus pertinere, planeque intelligitur, sex tetrametros Eupolidis apud Athenaeum *Μισῶ λακωνίζειν — καὶ σοφόν σου* Autolyco potissimum tribui debere. Tum Aristophanes in Polyido dixerat, *τί δῆτ' ἂν, εἰ μὴ τὸ σκάφιον αὐτῇ παρῆν;* Saepenumero habet Aristophanes *τί δῆτ' ἂν εἰ*, ut in Nub. v. 155, ubi v. 1449 scribendum est:

τί δῆτ' ἂν ἦν τὸν Ἥττω
ἔχων σε νικήσω, λέγων
τὴν μητέρ' ὡς τύπτειν χρεών;

Male autem Hemsterhusius mulierem aliquam se conspurcasse opinatur, quam ab aliquo his verbis defendi: *Quid fecerit equidem, si scaphium ipsi non adesset?* At plane contra verba *εἰ μὴ — παρῆν* docent, scaphium adfuisse. Hoc dicit interlocutor, *Quid facere posset aut quomodo mingere, nisi catillus ei adesset!* Denique Aristophanis versum ita legunt Codd. Voss. et Jungermanni, *σκαφίον ξένυλλα ᾔτησεν γὰρ οὐ γὰρ ἦν ἀμίς.* Quam bene autem Pollucis distinctio comparata sit, qui viros tantum *ἀμίδα* et contra *σκάφιον* mulieres ait usurpasse, non disputo. Omnino et hic et in Polyido *σκαφίῳ* ad mingendum utuntur mulieres, attamen utrobique *ἀμίδι* potius videntur usurae fuisse, dummodo ea suppeditasset.

Ibid. *οὐ γὰρ ἦν ἀμίς*] Neque enim erat matula, denn eine ἀμίς gab es nicht. Aliter in Polyido, — *εἰ μὴ τὸ σκάφιον αὐτῇ παρῆν*, nisi scaphium ei adesset. Non magis *ἐστὶ* significat *πάρεστι* supra v. 251 *καὶ στρόφιον· οὐ γὰρ ταῦτά γ' ὡς οὐκ ἔστ' ἐρεῖς.* Intel-

ΓΥΝΗ Ε.

οὐδὲν λέγεις. δεῦρ' ἐλθέ, δεῦρ', ὦ Κλείσθενες·
ὅδ' ἐστὶν ἀνὴρ, ὃν λέγεις.

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

τί οὖν ποιῶ;

ΓΥΝΗ Ε.

ἀπόδυσον αὐτόν· οὐδὲν ὑγιὲς γὰρ λέγει.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

κἄπειτ' ἀποδύσετ' ἐννέα παίδων μητέρα;

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

χάλα ταχέως τὸ στρόφιον, ὦ 'ναίσχυντε σύ.

ΓΥΝΗ Ε.

ὡς καὶ στιβαρά τις φαίνεται καὶ καρτερά·
καὶ νὴ Δία τιτθούς γ', ὥσπερ ἡμεῖς, οὐκ ἔχει.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

στεριφὴ γάρ εἰμι, κοὐκ ἐκύησα πώποτε.

ΓΥΝΗ Ε.

νῦν· τότε δὲ μήτηρ ἦσθα παίδων ἐννέα.

---

ge, ὡς οὐκ ἔστι ταῦτά σοι, neque enim dices, te ne haec quidem habere. Hujusmodi locis parum perceptis olim Dorvillius aliique dicere solebant, εἶναι etiam pro παρεῖναι poni posse.

V. 634. δεῦρ' ὦ Κλείσθενες] Ravennas δεῦρο ὦ Κλεισύσθενες. Ran. 301 δεῦρο δεῦρ' ὦ δέσποτα. Nub. 690 δεῦρο, δεῦρ' Ἀμυνία. Hic ὦ Ἀμυνία dici per sententiam potuisse negamus.

V. 635. ἀνὴρ] Libri ἀνήρ. Brunckius atque Bentleius ὦνήρ.

V. 642. Vulgo νῦν· τότε δὴ μήτηρ et sic Rav. Reiskius νῦν οὖν· τότε δὲ — partim vere, partim secus. Νῦν· τότε δὲ μήτηρ Cod. Aug. probante Brunckio, qui male dedit νῦν; cum interrogatione. Recte Porsonus, νῦν· τότε δὲ μήτηρ —. Scaligeri Excerpta, quae in Thesmophoriazusis plerumque nullius sunt momenti, νῦν δέ· τότε δὲ vel νῦν δή· τότε δὴ μ.. Olim tamen conjeci νῦν· πότε δὲ μήτηρ ἦσθα παίδων ἐννέα; Namque et voculam τότε mirabar in re quinque ante versibus narrata 637 κἄπειτ' ἀποδύσετ' ἐννέα παίδων μητέρα; et putabam, aptissime πότε ad versum proximum superiorem referri στεριφὴ γάρ εἰμι, κοὐκ ἐκύησα πώποτε. Si tu, inquit, nunquam concepisti uterumve tulisti, quando tum mater eras novem liberorum?

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

ἀνίστασ' ὀρθός. ποῖ τὸ πέος ὠθεῖς κάτω;

ΓΥΝΗ Ε.

τοδὶ διέκυψε· καὶ μάλ' εὔχρων, ὦ τάλαν.

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

καὶ ποῦ 'στιν;

ΓΥΝΗ Ε.

αὖθις ἐς τὸ πρόσθεν οἴχεται. 645

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

οὐκ ἔν γε ταυθί.

V. 643. Ridicule Juntina et caeterae Edd. ante Brunckium, *Γν.* — *ἀνίστασ'* (Juntina *ἀνίστας*) — *κάτω*. *Μν. τοδὶ δή*. *Γν. ἔκυψε* — *τάλαν*. Recte Brunckius versum 643 Clistheni, sequentem tribuit mulieri, auctoritate Cod. Aug., quocum consentit Rav. Jussus erat Clisthenes explorator, Mnesilochum veste exuere v. 636, quod mulierem facere pudor vetabat. Quum igitur Mnesilochus jam nudus deorsum inclinasset naturamque viri occultare coepisset, tum Clisthenes *ἀνίστασ' ὀρθός*, inquit. Attamen lasciva mulier teneri non potuit, quin Clistheni in omni hoc negotio quasi esset secundarum.

V. 644. Libri *τοδὶ δὴ ἔκυψε*. Vitiose Brunckius, *τόδ', ἰδού, ἔκυψε*. Melius paullo Bentlejus, *Γν. τοδὶ δ' ἔκυψε*. Recte G. Dindorfius atque Dobraeus, *τοδὶ διέκυψε*. Eidem vero post *διέκυψε* ponere interductum debebant, *τοδὶ διέκυψε· καὶ μάλ' εὔχρων* (scilicet *ἐστὶν*), *ὦ τάλαν*. Idem membrum dicitur in Nub. 535 *ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου παχὺ, τοῖς παιδίοις ἵν' ἦν γέλως*. Ubi facete scholiastae, *ἢ ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου ἢ ἐξ ἄκρου παχύ*.

V. 645. *ἐς τὸ πρόσθεν*] Brunckius satis miro errore legi mavult *ἐς τὸ νέρθεν*, quod rem ipsam flagitare videri. Ante Mnesilochum stat Clisthenes, post tergum illius mulier. Jam prior femina penem videt absconditum v. 644; tunc Clisthenes spectandi cupidus ad mulierem accurrit. Ecce vero interim astutus penis jam eo redierat, unde venisset, *αὖθις ἐς τὸ πρόσθεν ᾤχετο*. Ergo nimium stulte Clisthenes a tergo curriculo currit ad frontem. nec eo magis tamen viri quidquam oculis cernit suis, *οὐκ ἔν γε ταυθί*, inquit. Quippe: nam iterum retro aufugerat periculus iste, *μᾶλλὰ δεῦρ ἥκει πάλιν*. Tandem Clisthenes quaerendi labore defessus, *ἰσθμόν τιν' ἔχεις, ὦνθρωπ'* inquit et quae sequuntur.

V. 646. *ἔν γε ταυθί*] Hanc vocem VV. DD. olim mirati sunt. Scaligeri Excerpta, *Οὐκ οἶν γε*. Alii *οὐκ ἦν γε*. Kusterus

ΓΥΝΗ Ε.

μᾶλλὰ δεῦρ᾽ ἥκει πάλιν.

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

ἰσθμόν τιν᾽ ἔχεις, ὦνθρωπ᾽· ἄνω τε καὶ κάτω

---

legit, *οὐκοῦν γε τουτί*, satis illud quidem absurde. Perdocte de violenta tmesi disputat Lobeckius ad Phryn. p. 414, cui tamen hoc Aristophaneum Ennianis simile dicenti adsentire nequeo; multo enim audacius est illud Q. Ennii, *saxo cere comminuit brum.* Aptius profecto Elmslejus ad Ach. v. 108 hoc nostrum *ἐγγεταν θὶ* composuit cum voce comica *ταυταγὶ* et *τουτογί*, cum *νυμενὶ* Avv. 448, cum hoc Metagenis ap. Athen. VI, 269, f. *ἐνμεντευθενί*. Porro certissima est emendatio nostra in Avv. 11 *ἐγετεῦθεν*, quam supra p. 77 attuli. Hic scholiasta Rav. *οὐκ ἐνταῦθα γάρ* (immo *οὐκ ἐνταῦθά γε*). *παρατετήρηται καὶ πρότερον.* Quo potissimum spectet, incertum est: scholiastae enim multo plura, quam undecim Aristophanis dramata, quum ipsa, tum vero scholia eorum legebant. Interea confer Schol. ad Avv. 448 *τὸ δὲ νυνμενὶ ἀντὶ τοῦ νυνὶ μέν· πολλαχοῦ δὲ τούτῳ χρῶνται.*

Ibidem. *μᾶλλὰ*] Libri *ἀλλὰ*, hiatu non ferendo. Recte *μὴ ἀλλὰ* sive potius *μᾶλλὰ* correxit R. Bentlejus, quem nemo sequutus est praeter Dindorfium, et qui bona mixta habet malis Dobraeum, quum conjecerit, *μὴ ᾽λλα νῦν* (sic). Vide Avv. 109

μῶν ἡλιαστά; .. μᾶλλὰ θατέρου τρόπου,
ἀπηλιαστά.

Ran. 103 *σὲ δὲ ταῦτ᾽ ἀρέσκει; .. μᾶλλὰ πλεῖν ἢ μαίνομαι.*
Ibid. 625

εἶτ᾽ οὐχὶ δεινὰ ταῦτα, τύπτειν τουτονὶ
κλέπτοντα προσέτ᾽ ἀλλότρια (ita scribendum) *.. μᾶλλ᾽ ὑπερφυᾶ,*

ubi optime scholiastes. Ibid. 753

χαίρεις, ἱκετεύω; .. μᾶλλ᾽ ἐποπτεύειν δοκῶ,

ubi scholiasta fortiter ineptit. Ita saepenumero Aristophanes. Rationem harum vocum *μὴ ἀλλὰ* mihi ab Hermanno subjici cupio; multa enim in mentem veniunt, ut tamen nihil satisfaciat. Maxime placet, *μὴ ἀλλὰ* gravius dictum esse, quam *οὔκ, ἀλλὰ* (Avv. 105 *πότερον ὑπὸ νόσου τινός; .. οὔκ, ἀλλὰ —.*) ita quidem, ut *μὴ* notionem vetantis retineat. *Οὔκ, ἀλλὰ* simpliciter valet *non, sed; μὴ ἀλλὰ* est, *noli haec dicere, sed*, sive aliis verbis, *minime, immo —.* Caeterum verba *ἀλλὰ δεῦρ᾽ ἥκει πάλιν* itemque v. 645 *αὖθις — οἴχεται* Juntina tribuit Musilocho.

V. 647. 648. Prior versus in Juntina caeterisque edd. vetustis deest. Habet eum Aug. in margine a. p. m. adscriptum, legitque *ἄνθρωπ᾽*. Rav., cui a rec. m. adscriptus est, melius *ὦνθρωπ᾽* (sic),

τὸ πέος διέλκεις πυκνότερον Κορινθίων.

---

quod cum Porsono Dindorfioque adscivimus. Primus omnium Bisetus hunc versum inserendum esse monuerat e Suida in Ἰσθμός: —Ἀριστοφάνης·

Ἰσθμόν τιν' ἔχεις ἄνθρωπ'· ἄνω τε καὶ κάτω
τ. π. δ. π. Κ.

Ἐπεὶ τὰς ναῦς διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ εἵλκον οἱ Κορίνθιοι, ὥστε μὴ περιέρχεσθαι. τοῦτο δὲ διϊσθμονίσαι ἐκάλουν. Sumsit haec Suidas e Rav. Schol., apud quem male legitur εἶλκον Κορίνθιοι et postea διισμωνίσαι. Idem Suidas, Διϊσθμονίσαι: τὸ διὰ τοῦ ἰσθμοῦ ἕλκειν τὴν ναῦν. ὅπερ ἐποίουν ἐν τῷ Ἰσθμῷ οἱ Κορίνθιοι. Nescio, e quonam gurgustio Suidas formam analogiae ususque repugnantem arripuerit διϊσθμονίζω, de qua recte dubitat in Lexico Schneiderus, non item hic Brunckius, qui eam secure repetivit. Scilicet corruptum est isthuc διϊσθμονίζω e διϊσθμίζω, forma non minus legitima, quam notius verbum διϊσθμεῖν, eodemque modo formas ὑπεριισθμεῖν, ὑπερισθμίζειν variare constat. Solebant autem Corinthii, ne Peloponnesum supra Maleam circumnavigare cogerentur, utique per compendium ex Jonio mari in Aegaeum et contra pervenirent, per Isthmum naves remulio trahere atque retrahere. Hujus consuetudinis primum mentio fit ab Herodoto, VII, 24 Παρεὸν γὰρ, μηδένα πόνον λαβόντας, τὸν ἰσθμὸν τὰς νέας διειρύσαι —, ubi Valckenarius similes locos e Thucydide, Diodoro, aliis collegit. Proprie autem dixit Aristophanes, τὸ πέος διέλκεις, quando usitata fuerunt in hoc genere verba ναῦν διερύειν, διέλκειν, atque adeo pars ipsa Isthmi naviumque quasi via nomen habuit ὁ δίολκος. Quare Clisthenes hoc sentit: *tu quidem quasi aliquem Isthmum habes; sursum deorsum trahis penem, saepius, quam per Isthmum naves trahunt Corinthii.* Jam Kusterus etsi versum 647, uncis tamen inclusum, bene adjecit, tamen quod factum est saepissime, ut Corinthii naves per Isthmum trajicerent, perperam negavit, ridiculo utens argumento, Isthmum Corinthiacum non esse perfossum, sed tantum inito conatu perfossionem illam, a Xerxe videlicet et a Nerone, tentatam. Hunc certatim refutarunt Berglerus, Reiskius, Brunckius, ostenderuntque naves terrestri via per Isthmum a Corinthiis machinarum ope traductas esse. Tum Reiskius, sine dubio magnus vir, ἄνω τε καὶ κάτω, inquit ἄνω γε καὶ κάτω. γὲ *hic pro* γὰρ *ut saepe positum.* Talia nunc quidem ne pueri quidem scribunt impune. Verum Elmslejo jure succenseas, qui scripserit ad Ach. v. 127 „Malim ἰσθμόν γ' ἔχεις.“ Neque enim ignorare Elmslejus poterat, cur hic Aristophani ἰσθμόν τιν' ἔχεις necessario scribendum fuerit. Quum enim τὶς in comparanda similitudine usum habeat, nimirum hoc intelligit Clisthenes: *tu quasi quendam habes Isthmum.* Num vero Mnesilochus Isthmum ipsum sub pedibus habebat? Hoc

ΓΥΝΗ Ε.

ὦ μιαρὸς οὗτος ταῦτ' ἄρ' ὑπὲρ Εὐριπίδου
ἡμῖν ἐλοιδορεῖτο.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

κακοδαίμων ἐγώ, 650
εἰς οἵ' ἐμαυτὸν εἰσεκύλισα πράγματα.

ΓΥΝΗ Ε.

ἄγε δὴ, τί δρῶμεν;

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

τουτονὶ φυλάττετε
καλῶς, ὅπως μὴ διαφυγὼν οἰχήσεται·

---

enim graeca verba declarant, *ἰσθμόν γ' ἔχεις*. Vide Quaestt. Lucian. p. 15 sqq.

V. 649. Vulgo *ὁ μιαρὸς οὗτος ταῦτ' ἄρ'*. Optime vero Reisigius Conj. p. 167 sq. *ὦ μιαρὸς οὗτος· ταῦτ' ἄρ'* — scribendum esse docuit e Juntina, quacum consentit Ravennas. Idem V. D. similia quaedam attulit, veluti Vesp. 900 *ὦ μιαρὸς οὗτος· ὡς δὲ καὶ κλέπτον βλέπει.*

V. 651. *εἰσεκύλισα*] Emendatio est Kusteri et jam Batava minor *εἰσεκύλισα* exhibet. Rav. Aug. Junt. *εἰσεκύλησα*, qui nescias utrum inauditam finxerint vocem *εἰσκυλεῖν*, an potius voluerint juxta inepte *εἰσεκύκλησα*. Ego cur istam fortuitam interpretari corruptionem malim, dicam infra ad v. 767.

V. 652. Verba *τουτονὶ φυλάττετε — ἀγγελῶ* in editionibus ante Brunckium mulieri continuantur. Clistheni haec tribuit Brunckius cum Aug., in quo post *τί δρῶμεν* linea est, mutatae index personae. Cum Aug. convenit Rav. Antiquum esse vitium satis docet Juntina, in qua omnino loqui pergit mulier, sed quaedam Edd., ut minor Batava, jam suffecerunt Clisthenis personam. Femina, quid am agendum sit, dubitat, verum Clisthenes, homo consilii plenus, id quod optimum factu sit, mulieribus suis suadet. Scilicet Clisthenem, non feminam aliquam ad prytanes abisse, domestico prytanis ipsius testimonio constat infra v. 929 dicentis, *ὅδ' ἔσθ' ὁ πανοῦργος, ὃν ἔλεγ' ἡμῖν Κλεισθένης;*

V. 653. *ὅπως μὴ — οἰχήσεται*] Libri *διαφυγὼν οἴχεται· Οἰχήσεται* certatim emendarunt Dawesius p. 321, Bentlejus, Reiskius, Porsonus, Brunckius. Vitiose Scaliger, *οἴχοιτό πῃ*, quod probarunt Kusterus et particularum editor magis, quam interpres, Hoogeveenius.

ἐγὼ δὲ ταῦτα τοῖς Πρυτάνεσιν ἀγγελῶ.

ΧΟΡΟΣ.

ἡμᾶς τοίνυν μετὰ τοῦτ' ἤδη τὰς λαμπάδας ἁψαμένας
χρὴ 655

V. τοῖς πρυτάνεσιν] Ita Bentlejus, et Brunckius ex Aug. cui adde Ravennatem. Vulgo τοῖς πρυτάνεσσιν.

V. 655—659. Princeps Chori persona adhortatur mulieres, ut omnem viciniam pervestigent, si quis forte alius virorum in operto Thesmophorioque esse deprehendatur.

V. 655. μετὰ τοῦτ'] Praeclare observavit Reisigius Conj. p. 222 sqq. μετὰ ταῦτα de temporis consecutione dici in universum, non ad unam rem et singularem referri, formula autem μετὰ τοῦτο id unum, quod proxime antecedat, designari. Quod autem p. 224 adjecit, Aristophanem prae μετὰ ταῦτα alterum μετὰ τοῦτο contemsisse videri, nisi multitudinis numerum res ipsa et sententia repudiaret: contrarium potius verum est innumerabiles locos consideranti. Ridicule supra v. 631 τί δὲ μετὰ τοῦτο δεύτερον; dixisset mulier μετὰ ταῦτα, quum una tantummodo res, non plures antegressa esset. Deinde in Vespis v. 119 falso Reisigius defendit vulgatam, μετὰ ταῦτ' ἐκορυβάντιζ', quum Rav. Ven. recte μετὰ τοῦτ' sufficiant. Neque enim universae res conjunguntur, verum numerantur singulae, prima a v. 115—117 καὶ πρῶια μὲν —, secunda v. 118 εἶτ' —, tertia v. 119 μετὰ τοῦτ' —. Contra de nostro loco optime judicavit Reisigius: chorus verbis μετὰ τοῦτ', inquit, accuratius designat deprensam fraudem Mnesilochi, atque hanc singularem rem quid jam consequi debeat, ostendit. Contra μετὰ ταῦτα aut simpliciter valet *postea*, aut complura antecessisse indicio est, ut in Nub. v. 61 et Pac. 72. In Ranis 143 haud scio, an praestet vulgatae μετὰ ταῦτ' lectio Ravennatis, spreta a Reisigio, μετὰ τοῦτ'. Videntur enim haec sibi respondere εὐθὺς v. 137, μετὰ τοῦτ' 143, εἶτα 145, ἐντεῦθεν v. 154. Multum profici his grammaticorum quisquiliis, uno tantum loco ostendemus, Ranarum v. 1024 sqq.

εἶτα διδάξας Πέρσας μετὰ τοῦτ' ἐπιθυμεῖν ἐξεδίδαξα
νικᾶν ἀεὶ τοὺς ἀντιπάλους, κοσμήσας ἔργον ἄριστον.
Διο. ἐχάρην γοῦν νικῆσαι κούσας παρὰ Δαρείου τεθνεῶτος.
ὁ χορὸς δ' εὐθὺς τῷ χεῖρ' ὠδὶ συγκρούσας εἶπεν ἰαυοῖ.

Omnino duobus locis ad v. 1019 (1053) et ad v. 1024 (1058) produnt scholiastae, Persas ab Aeschylo prius, quam Septem adv. Thebas editos esse: ceterum huic opinioni repugnat Aristophanes, qui Septem modo commemoratis clare scripserit, εἶτα διδάξας Πέρσας μετὰ τοῦτ' —, quae manifestum est ad tempora fabularum spectare, minime vero ad earum similitudinem argumenti, quo haec l. l.

detorsit Reisigius. Itaque nobis idem libet profiteri, quod olim dixit Spanhemius, majorem, quam scholiastis, Aristophani fidem habendam esse, praesertim tam praecise rem affirmanti; omnes autem VV. DD., qui scholiastas audiverunt, ut nuper adeo O. Muellerus ad Eumenidas p. 120, vir amicissimus, opinione lapsos videri. Ac Persae quidem secundum didascaliam editi sunt Ol. 76, 4 archonte Menone, neque serius edi commode potuerunt, quum pugna Salaminia jam Ol. 75, 1 commissa esset, atque Phrynichus Ol. 75, 3 Phoenissas suas docuisset. Jam vero recte tempora ab Aristophane distingui, etiam ob alias causas probabile est. Namque et Persae sine dubio in Ol. 76, 4 incidunt, et Septem certe ante Ol. 78, 3, quo anno mortuus est Aristides, datas esse necesse est. Itaque Aristophani repugnare, est praefracte contendere, Septem inter Ol. 77, 1 — Ol. 78, 3 datas esse, quod quidem demonstrari non potest. Quid, si ne scholiastae quidem omnino errarunt, si denique didascaliarum auctoritate moti tam audacter Comico adversati sunt? Utraque enim memoria apte componetur, ubi conjeceris, Septem post tempus Persarum iterum in scenam productos esse, hoc modo I, Septem. II, Persae. III, Septem, et porro quum Aristophanes de prima loqui editione debeat, scholiastas alteram commissionem afferre, utpote itidem in didascalias relatam. Certum est, Aeschyli tragoedias, praesertim tam vendibiles, vel vivo poëta, iteratas esse; neque vero tragici singulis Dionysiis atque Lenaeis novas edere tetralogias, hoc est octo dramata quotannis scribere potuerunt. Ceterum scholiastae multique VV. DD., credo ut hanc quaestionem magis etiam impedirent, nostros Persas hic dici plane negarunt, quippe in quibus proximorum versuum argumenta non inveniantur. Hi quantopere errarint, cito apparebit, uno Aristophanis loco alteroque Aeschyli recte emendatis. Nam omissa interpolatione codicilli nescio cujus ἡνίκ' ἀπηγγέλθη, a scholiastae et antiquissimorum Codd. scriptura proficiscamur ἐχάρην γοῦν, ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Δ. τ. Hisce indiciis ajo scribendum esse, ἐχάρην γοῦν, νικῆσαι κούσας παρὰ Δαρείου τεθνεῶτος, gavisus sum equidem, inquit Bachus Atheniensium, quum victoriam nostram a Darii umbra accepissem. Atque haec planissime in Persis nostris leguntur v. 759 — 842. Nec dubito, quin Chorus etiam manus sustulerit comploseritque, etsi haec parepigraphe cum multis aliis intercidit. At, inquit, nusquam certe chorus Persarum exclamat ἰαυοῖ. Putabam aliquando, ante v. 823

τοιαῦθ' ὁρῶντες τῶν δὲ τἀπιτίμια
μέμνησθ' Ἀθηνῶν Ἑλλάδος τε.

haec fere excidisse, Χορ. ἰὼ μοι μοι vel ἰὼ οἴ οἴ, utebarque simillimo loco Prometh. v. 742. Nunc autem persuasum habeo, ephymnium illud v. 664, 671 Βάσκε πάτερ ἄκακε Δαρειὰν, οἴ, verissime a Blomfieldio sic esse correctum, Βάσκε πάτερ ἄκακε Δαρεῖ' ἰαυοῖ. Neque enim necessarium est, ut Bacchus eandem partem tragoediae utrobique intellexerit; nec valde mirer, si inter isthaec verba senes Chori manus comploserint.

συζωσαμένας εὖ κἀνδρείως, τῶν θ' ἱματίων ἀποδύσας,

V. 656. *συζωσαμένας*] Editiones Kusteri Brunckiique nescio unde *ξυζωσαμένας τ'*. Recte sine isto *τ'* exhibent *ξυζωσαμένας εὖ* Cod. Rav. ed. Batava et quam cum maxime accipio, Porti. Scripsi autem melioris soni causa *συζωσαμένας* cum Bothio, qui tamen *τ'* servavit.

Ibidem. *τῶν θ' ἱματίων ἀποδύσας*] Pro *ἀποδύσας* Juntina *ἀποδοῦσας*, itaque Bisetus, edd. Batava, Porti, contra *ἀποδύσας* tacito ediderunt Kusterus et Brunckius idque ipsum habet Ravennas. Bene Schol. Rav. *τῶν ἐγκυκλίων ἀποδυσαμένας* pellio exuto, nam *ἔγκυκλον* vestis est exterior. Sed age, cur Chorus mulierum pallia deposuerit, videamus. Initium ducatur ab Athenaeo II, 57. a. *Καλλίας δ' ἐπὶ τῆς ῥαφανῖδος εἴρηκε τὴν ῥάφανον. περὶ γοῦν τῆς ἀρχαιότητος τῆς κωμῳδίας διεξιὼν φησιν· „Ἔτνος, πῦρ* (lege *πυριάτης*), *γογγυλίδες, ῥάφανοι, δρυπετεῖς, ἐλατῆρες.“ ὅτι δ' οὕτω τὰς ῥαφανῖδας εἴρηκε, δῆλον Ἀριστοφάνης ποιεῖ περὶ τῆς τοιαύτης ἀρχαιότητος ἐν Δαναΐσι γράφων καὶ αὐτὸς καὶ λέγων·*

Ὁ χορὸς δ' ὠρχεῖτ' ἂν ἐναψάμενος δάπιδας καὶ στρωματόδεσμα,
διαμασχαλίσας αὐτὸν σχελίσιν καὶ φύσκαις καὶ ῥαφανῖσιν.

Igitur Calliae locum Casaubonus ait de antiquissimo notissimoque *φυλλοβολίας* more apud Graecos intelligi posse; cui adsentiens Schweighaeuserus tenuia quaedam munuscula intelligi putat, histrioni in primis comoediae initiis a spectatore tributa. Porro autem Aristophanis locum eo pertinere censet, quod histriones donis illis partim corpora sua ornaverint. Aliter Calliae locum explicavit Bernhardy ad Eratosthenem p. 250, ratus poëtam cibos proposuisse certo cuidam usui destinatos. Profecto Eratosthenes, Timaeus, Photius in phyllobolia histrioni non cibum potius, quam corallas, flores, vestem, crepidam data esse confirmant, sed hoc infirmum ac nullum potius argumentum est. Namque ipso Athenaeo teste et apud Calliam et apud Aristophanem de ejusmodi donis agitur, quae sub primordia comoediae histrioni Choroque oblata fuerint, id est utrobique alia quaedam dona nominantur cum phylloboliae more olim conjungi solita. Aristophanes hoc intelligi vult: „Chorus autem saltare solebat, suspensos gerens tapetes et thecas stragulorum, ut etiam sub alis haberet costas carnium, fascimina, raphanum.“ Hisce tam minutis donis chorum etiamtum oportebat esse contentum; postea enim *τἀπινίκια* lautis epulis celebrabat (Quaestt. Aristoph. T. I. p. 57). Praeterea vero antiquis temporibus, quibus poëtae et histrioniam ipsi faciebant et saltationes docebant (vide Athenaeum I, p. 21, e.), Chori saltatio ab insecuta aetate plurimum discrepabat. Nam hoc inprimis ostendere vult Aristophanes, Chori saltationes invenustas tum fuisse ac parum concinnas quum Choreutae veste sua, quasi oneribus quibus-

dam impediti vix se movere, nedum saltus facere magnos possent. Quae ratio deinceps praeclare mutata est: nam Aristophanis tempore tam tragici Chori quam comici saltare expediti consueverant parte vestium abjecta. Animadvertimus enim, Choros Comicorum et paullo ante parabasin, et omnino antequam saltare incipiant, pallium deponere. Scholiastes ad Pac. 713 (728) *τὰ σκεύη*] *τὰς ἁμας, τὰ σχοινία. γυμνὸν γὰρ ποιοῦσιν οἱ κωμικοὶ τὸν χορὸν ἀεὶ, ἵνα ὀρχῆται.* Vesp. 408

ἀλλὰ θαλάμτια λαβόντες ὡς τάχιστα, παιδία
θεῖτε καὶ βοᾶτε καὶ Κλέωνι ταῦτ' ἀγγέλλετε —,

Chorus, qui jam in eo est, ut saltet, pueros jubet Chori ipsius pallia e scena efferre. Prave et contra loci sententiam Brunckius et post eum caeteri scripserunt *θαλάμτια βαλόντες*, non facturi, ut equidem spero, si vidissent, huc referri praeclarum scholion, quod versui 415 (413) temere appingitur, *ταῦτα, ἵνα ἀποδὺς ὀρχήσηται ὁ χορὸς καὶ ἀπέλθωσιν οἱ παῖδες.* Iterum ut in Pace, ante parabasin veste Chorus exuitur in Acharn. v. 602 *ἀλλ' ἀποδύντες τοῖς ἀναπαίστοις ἐπίωμεν.* Hic Berglerus atque Vossius satis habent scholiastam expilare; at recte contendit F. Ritterus (Ephemer. Scholast. a. 1831. P. II. No. 5. p. 38), verbum *ἀποδύντες* proprie accipiendum esse. Scholiastae, *ἀποδύντες*] *ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀποδυομένων ἀθλητῶν οἳ ἀποδύονται τὴν ἔξωθεν στολὴν, ἵνα εὐτόνως χορεύσωσι καὶ εὐστροφώτεροι ὦσι πρὸς τὰ παλαίσματα.* Similiter Suidas in *ἀποδύντες*. Mira narrant scholiastae, duplici memoria turpiter confusa. Alii enim grammatici verbum *ἀποδύντες* metaphorice accipiebant, translatum ab athletis, non sine manifesto id quidem errore, alii vero ut proprie dictum agnoscebant. Itaque scholiasta tali fere modo loqui debebat: *ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀποδυομένων ἀθλητῶν. ἵνα εὐστροφώτεροι ὦσι πρὸς τὰ παλαίσματα. ΑΛΛΩΣ. ἀποδύονται τὴν ἔξωθεν στολὴν, ἵνα εὐτόνως χορεύσωσι.* Ex hac Graecorum consuetudine etiam illa manavit loquutio Platon. Menexen. p. 381 Bekk. *εἴ με κελεύοις ἀποδύντα ὀρχήσασθαι.* Jam in nostro loco strophae, quae proxime sequuntur, dubitare non sinunt, quin Chorus saltandi potissimum causa pallium deposuerit. Ceterum vera hujus consilii causa hic non minus, quam in Pace Vespisque decori observandi gratia absconditur. Et plane videtur haec nostra saltatio cum facibus peracta esse; siquidem Aristophanes ita loquitur,

τὰς λαμπάδας ἁψαμένας χρὴ
σιζωσαμένας εὖ κἀνδρείως τῶν θ' ἱματίων ἀποδύσας —.

Scilicet tales saltationes facem tenentium periteque huc illuc versantium in nostris quoque dramatis musicis satis crebrae inveniuntur. Paene omisi Lysistratae versus 662 *ἀλλὰ τὴν ἐξωμίδ' ἐκδυώμεθ'* atque 686 *ἀλλὰ χἡμεῖς, εὖ γυναῖκες, θᾶττον ἐκδυώμεθα —.* Id quoque a Choro senum et mulierum saltationis causa factum esse, stropha antistrophaque certissime demonstrant. Jam vero Chorus etiam in Pace v. 322 saltare se ostendit, quem opinor jam ante v. 301 pallia abjecisse: debebat enim expeditus esse, ut opus facere at-

ζητεῖν, εἴ που κάλλος τις ἀνὴρ ἀνελήλυθε, καὶ περιθρέξαι

---

que effodere Pacem deam posset. Eadem haud dubie etiam tragoediae fuit ratio, tametsi hujus generis exemplum satis certum nunc quidem non memini. Nam Scholiastae ad Soph. Trachin. v. 217 identidem monent, Chorum saltasse, caeterum de veste deposita ne verbum quidem. Postremo recte observavit Meursius in Panathenaeis c. 12 pueros Atheniensium sine vestibus, id est tantummodo sine palliis (γυμνοὺς) pyrrhicham saltasse, quo pertinet Aristophaneum illud Nub. v. 987. Cf. etiam Schol. Eurip. Hecub. v. 915 perite tractatum a Lobeckio Aglaoph. p. 1087.

V. 657. Libri omnes *εἰσελήλυθεν*. Kusterus, Brunckius, Dindorfius *ἐσελήλυθε*, quod Aristophani placuisse negamus. Adhuc nescimus, qua conditione Comici forma *ἐς* usi esse videantur. Quam a Brunckio mire adamatam Elmslejus ad Acharn. v. 42 e Comicis omnino expelli jussit. Et plane verum est, metra hanc formam admodum raro exposcere. Nam in Vespis v. 147 ubi vulgo exstat *ἐσερρήσεις*, Scholiastes autem, Photius atque Ravennas *ἐρρήσεις* exhibent, repono equidem, *ἀτὰρ οὐκ ἀπερρήσεις γε· ποῦ ᾽σθ᾽ ἡ τηλία;* Sed quum Comici non solum *κεἰς*, sed interdum etiam *κἀς* dixerint (Acharn. v. 184, Avv. 949.), certe sequitur, eos forma *ἐς* non prorsus abstinuisse. Quid quod in certis quibusdam formulis, veluti in his, *ἐς κόρακας*, *βάλλ᾽ ἐς κόρακας*, neque Aristophanes, neque Lucianus, neque ullus scriptor atticus *εἰς* dixisse unquam videtur. Confer Schaeferum ad Demosth. T. I. p. 666, qui bene attulit verbum *σκορακίζω*. Huc accedit, quod antiquissimi Codices saepius illi quidem *εἰς*, veruntamen haud raro etiam *ἐς* suppeditant. Disputavit de hac re nuper etiam G. Dindorfius ad Acharn. v. 242 ed. tert. abs quo quae afferuntur testimonia *προΐτω ᾽ς*, *ἤ ᾽ς* ambigua esse nec quidquam valere liquet. Sed quam idem Dindorfius legem scripsit, ratus, *εἰς* ante vocales, *ἐς* ante consonantes literas a Comicis probata esse, ea mihi quidem idonea ratione videtur carere. Cujus sententiae auctor exstitit R. Porsonus Praefat. ad Hecub. p. LVI *Rarissime omnino et vereor ne in locis tantum mendosis ἐς ante vocalem usurpant* (Comici). Caeterum in hac quaestione haud dubie magnam vim habet singulorum usus scriptorum. Veluti antiqua comoedia formam *εἰς* longe longeque praeferebat, Tragici *εἰς* dicere solebant, saepe tamen altero etiam adjecto, ubi commodum esse videretur, Thucydides unice probavit *ἐς*, Demosthenes *εἰς* dicere consuevit (vide Schaeferum T. V. p. 711, 736), Lucianus autem aliique permulti, qui post Aristotelem vixerunt, *εἰς* atque *ἐς* in exiguo posuerunt discrimine. Menander denique, graviter ille, sed jure a Phrynicho atticista reprehensus, ne dubitavit quidem de eo unquam, utrum *εἰς* an *ἐς* praestare videretur. Quare in hoc versu p. 3, Mein. *τὴν γῆν*,

τὴν πύκνα πᾶσαν καὶ τὰς σκηνὰς, καὶ τὰς διόδους διαθρῆσαι.

ὅταν δὲ τοὐμὸν ἐσίδω χωρίον conjectura ἐπίδω Elmslejus poterat supersedere. Nostro autem loco ἐσελήλυθε ferri non posse, suus quemque sensus monebit, accedente praesertim aurium convicio. Jam Bentlejus vel ἐσελήλυθε conjecit, vel εἰσήλυθε, quod posterius non displicet Porsono. Miror hoc judicium Porsoni, certe summi grammatici. Neque enim si recte habet ἦλυθον in lyrico versu Avv. 953 ideo etiam tolerabile est in anapaestis. Tu audies Elmslejum ad Medeam v. 1077. Ipse vero Elmslejus (ad Ach. 42.) hic εἰσῆλθεν legi voluit, quae opinatio caeteris caeterorum praestat. Veruntamen aoristus hoc in loco deterior esse videtur tempore perfecto. Quamobrem ἀνελήλυθε reposui, quod eximie confirmant alii hujus comoediae loci v. 281 ὅσον τὸ χρῆμ' ἀνέρχετ'. v. 585 δεῦρ' ἀναπέμψαι τήμερον. v. 623 ἀνῆλθες ἤδη δεῦρο πρότερον; v. 1045

ἐπὶ δὲ τοῖσδε τόδ' ἀνέπεμψεν
ἱερὸν, ἔνθα γυναῖκες.

V. 658. *τὴν πύκνα*] *τὴν πνύκα* Scaliger, refutatus a Kustero, quem Brunckius inepte derisit. Caeterum hic versus propter ambiguitatem verborum *τὴν πύκνα* et *τὰς σκηνὰς* ad intelligendum difficilis est. Primum apparet, verba *καὶ τὰς σκηνὰς καὶ τὰς διόδους διαθρῆσαι* a Porto, qui vertit, *et scenas et transitus lustrare*, tum etiam a Kustero Brunckioque, qui ita reddunt, *tentoriaque et vias perlustrare* male conjuncta esse. Namque haec vocabula *τὴν πύκνα πᾶσαν καὶ τὰς σκηνὰς* arcto inter se vinculo cohaerere, et notionum rerumque ipsarum similitudo et caesura versus evincunt. Deinde vox *αἱ σκηναί*, de qua supra diximus ad v. 624, hic tentoria significat, scenam vero theatri declarare nullo modo potest, ne poëta Thesmophorium Pnycemve scena repraesentari fingens hac simulatione temere excidat. At, inquit, quaenam narras tentoria, utrum Pnyci proxima, an Thesmophorio? Quum et Thesmophoria jam agantur, et templum ipsum oculis spectatorum subjectum sit, fori umbracula ab h. l. certe abhorrent. Quodsi mulierum tentoria dicuntur templo ipsi vicina, vocabula *τὴν πύκνα πᾶσαν* Pnycem, concionis habendae locum designare nequeunt. Nam quum absurdum sit, a remotiore loco Pnycis ad propiorem transire, quod contra fieri oportebat, (tum enim diceret Aristophanes *τὰς σκηνὰς καὶ τὴν πύκνα πᾶσαν*) tum nimis ambigue post verba *τὴν πύκνα πᾶσαν* Thesmophorii tentoria *σκηναὶ* dicantur, quando alia tentoria in ipsa Pnyce exstiterunt. Praeterea vel per se satis ineptum est, illud *τὴν πύκνα πᾶσαν* de Pnyce interpretari. Scilicet quum visurae sint mulieres, an quis alius virorum clam se in Thesmophorium insinuarit, non illae totam Pnycem, quanta quanta esset, circumcursare (quid enim minus conveniebat?), sed ipsius Thesmophorii locos perquirere debent. Recte vero Pnycis nomine appellari Thesmophorium

poterat; in templo enim, quasi in Pnyce concio habita erat de Euripide. Quae quum ita sint, verba *τὴν πύκνα πᾶσαν καὶ τὰς σκηνὰς* designabunt *Thesmophorium totum et tentoria huic templo vicina*, quae mulieres illis diebus festis statuebant. Nostri autem interpretes de vi potestateque vocum *τὰς σκηνὰς* ne cogitarunt quidem, neque vero de primis verbis *τὴν πύκνα πᾶσαν* dixerunt multum. Vossius enim sive pater sive filius Pnycem ipsam mordicus tenet, quod praeter templum etiam vicina regio pervestigari debuerit. Idem visum erat Porto atque Kustero, qui *curiam totam* sive *Pnycem totam* transtulerunt. Solus ac praeter caeteros Brunckius monuit, quum in Pnyce concione populi habitae sint, ideo templum, in quo tunc concioni habendae congregatae fuerint mulieres, hic Pnycem nominari. Accuratius vero de h. l. graeci grammatici disputarant, quorum opiniones diversas scholiastae de more turpiter commiscent. Hi ita loquuntur, *τὴν ἐκκλησίαν, παρὰ τὸ πυκνοῦσθαι τοὺς ὄχλους* (hic grammaticus de ipsa Pnyce cogitabat). Porro *ἐπεποίητο* (*ἐπεποίηντο*) *γὰρ ἐκκλησίαν* (hic intelligit Thesmophorium). *τὰς δὲ σκηνὰς διὰ μέσου εἴρηκε* (hoc est absurdum). *καὶ γὰρ πρὸς τῇ πυκνὶ σκηναὶ ἦσαν* — (hic Pnycem, non Thesmophorium, et Pnycis tentoria, non Thesmophorii interpretatur).

Ibidem. *διαθρῆσαι*] Emendatio est L. Kusteri; libri enim habent *ἀθρῆσαι*. Videsis Eqq. 541 *τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι*. et Nub. 690 *φρόντιζε δὴ καὶ διάθρει*. Jam diu desperatur de emendatione versus graviter corrupti Nub. 325 *ὡς οὐ καθορῶ. Σω. παρὰ τὴν εἴσοδον. Στρε. ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ*. De eo multa se indigna dixit Porsonus Praefat. ad Hecub. p. LVI aliique passim. Rav. *ἤδη νῦν μόλις οὕτως.*, Mut. 1. Vatic. A. Brunckii *ἤδη νῦν καὶ μόλις ἀθρῶ*. Vmn et tres Brunckiani Codd. *ἤδη νυνὶ μόλις ὁρῶ*. Una Brunckii conjectura laudem meretur, ita reponi jubentis, *ὡς οὐ καθορῶ. Σω. παρὰ τὴν ἔσοδον. Στρε. διαθρῶ νυνὶ μόλις ἤδη*. tametsi forma *ἔσοδος* explodenda est. Primum expungatur *νῦν* post *ἤδη*, ortum illud e versu proximo, *νῦν γέ τοι ἤδη*, docente libro Rav. qui non habet *νῦν* posterius. Deinde neque verbum deesse potest, neque vero aliud ullum rescribi, quam *διορῶ* vel *διαθρῶ dispicio*, *aegre video* id quod sententia plane desiderat. Dixerit igitur quispiam, vocem *διαθρῶ* paullo esse reconditiorem altera *διορῶ*. Et tamen hoc illi praeferendum est, partim quod antiquiores libri, sicut ipse Venetus, *ὁρῶ* exhibent, partim quod altera scriptura, *ἤδη νῦν καὶ μόλις ἀθρῶ* omnino interpolata est, in qua *καὶ — ἀθρῶ* significat, pro *ὁρῶ* etiam *ἀθρῶ* in Codd. inveniri. Itaque deleta particula *νῦν*, insertaque voce *διορῶ*, suscepta etiam lectione Rav. *μόλις οὕτως*, facile hic locus sanabitur. Scripserat enim Aristophanes, *ὡς οὐ καθορῶ. Σω. παρὰ τὴν εἴσοδον. Στρε. ἤδη διορῶ μόλις οὕτως.*

V. 659 sqq. Accedimus ad locum valde impeditum et difficillimae emendationis, cujus ineundae viam non tam Codices, quam potius metra nobis monstrabunt. Ac primum versus 667 *ἦν γὰρ — 688 οὐδέν' ἐγκαθήμενον.* stropham constituere, ad quam antistropha refe-

ΗΜΙΧΟΡ.

εἶα δὴ πρώτιστα μὲν χρὴ κοῦφον ἐξορμιὰν πόδα,

---

ratur v. 707 τί ἂν οὖν εἴποι — 727 πυροπολεῖν θ' ὅσον τάχος. jam intellexerunt Hermannus in libro de metris p. 446, 447 et qui prolixe, sed minus feliciter hoc carmen tractavit Reisigius Conjectan. p. 269—302. Nec profecto hac de re quisquam dubitabit, qui aut versus ipsos inter se conferre voluerit, aut modo animadverterit, et stropham et antistropham pervulgato more duobus tetrametris trochaicis concludi. Sic in Ranis v. 902 sqq. illud canticum,

Καὶ μὴν ἡμεῖς ἐπιθυμοῦμεν
παρὰ σοφοῖν ἀνδροῖν ἀκοῦσαι
ἐμμέλειαν τινὰ λόγων,
ἐπί τε δαΐαν ὁδόν —

in fine duos habet tetrametros eosque trochaeos, quia trochaei sequuntur; et antistropha v. 1002 sqq.

Τάδε μὲν λεύσσεις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ·
σὺ δὲ τί δὴ πρὸς ταῦτα λέξεις,
ὦ φέριστε; μόνον ὅπως
μὴ σ' ὁ θυμὸς ἁρπάσας —

item in duo tetrametros desinit, sed eos, quoniam id metri genus subsequitur, anapaestos. Quodsi de illis systematis Hermannus Reisigiusque recte judicarunt, consequens est, ut etiam hi versus 659—660 atque 699—706 ad se invicem referantur. Ita vero stropham valde depravatam esse oportet et olim a lochmiacis versibus incepisse. Nos potissimum conjicimus, versus 663—666 quatuor versibus illis, qui nunc proxime antecedunt, praeponendos esse. Namque quum hi versus et numero pares sint, et vero similiter incipiant cadantque, alteri sic, εἶα δὴ — κύκλῳ, alteri hoc modo, εἶα νῦν — καλῶς, facile id poterat accidere, ut utrique falso locum suum permutarent. Ac nescio, an ipsa ratio sententiarum isto modo versus illos ordinari jubeat. Quum enim ab initio princeps totius Chori persona omnem viciniam pervestigandam esse ostendisset, his versibus εἶα νῦν ἴχνευε prima unius Hemichorii persona gravius etiam quaerendi scrutandique omnia necessitatem inculcavit. Illo autem in loco, εἶα δὴ πρώτιστα μὲν χρὴ κοῦφον ἐξορμᾶν πόδα Hemichorium jam vulgari statione relicta currit atque speculatur. Itaque non solum metri causa, sed etiam sensu favente totum hunc locum ita fere componi emendarique placet,

Εἰ' ἴχνευέ νυν πάντα, μάτευε ταχύ,
διάρρηψον ὄμμα σὸν πανταχῇ
εἴ τις ἐν τόποις ἑδραῖος ἄλλος αὖ λέληθεν ὤν·
Καὶ τὰ τῇδε καὶ τὰ θεῖρο πάντ' ἀνασκόπει καλῶς.
Εἶα δὴ πρώτιστα μὲν χρὴ κοῦφον ἐξορμᾶν πόδα,
καὶ διασκοπεῖν σιωπῇ πανταχῇ· μόνον δὲ χρὴ

καὶ διασκοπεῖν σιωπῇ πανταχῇ· μόνον δὲ χρὴ 660
μὴ βραδύνειν, ὡς ὁ καιρός ἐστι μὴ μέλλειν ἔτι,
ἀλλὰ τὴν πρώτην τρέχειν χρή σ' ὡς τάχιστ' ἤδη κύκλῳ.
εἶα νῦν ἴχνευε, καὶ μάτευε ταχὺ πάντ',
εἴ τις ἐν τόποις ἑδραῖος ἄλλος αἰ λέληθεν ὤν,

μὴ βραδύνειν, ὡς ὁ καιρός ἐστι μὴ μέλλειν ἔτι,
ἀλλὰ τὴν πρώτην τρέχειν χρή σ' ὡς τάχιστ' ἤδη κύκλῳ.

Antistropha haec est,

Ἔα, ἔα [τί ἦν;]. ὦ πότνιαι Μοῖραι,
τί τόδε δέρκομαι νεοχμὸν αὖ τέρας;
ὡς ἅπαντ' ἄρ' ἔστι τόλμης ἔργα κἀναισχυντίας.
οἷον αὖ δέδρακεν ἔργον οἷον αὖ, φίλαι, τόδε.
Μν. οἷον ὑμῶν ἐξαρύξω τὴν ἄγαν αὐθαδίαν.
Χορ. ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ πράγματ' ἐστὶ καὶ περαιτέρω;
Γυν. δεινὰ δῆθ', ὅστις γ' ἔχει μου 'ξαρπάσας τὸ παιδίον.
Μν. [deest unus tetrameter.]

Sed dicendum est de singulis.

V. 659. *εἶα δὴ*] *εἶτα δὴ* Ravennas. Tum pro *εἶα* ante Brunckium legebatur *εἴα*, quod inepte defendit Reisigius Syntagm. Cr. p. 19.

V. 660. Libri *καὶ διασκοπεῖν σιωπῇ· μόνον δὲ χρὴ πανταχῇ* —. Correxit Kusterus. Reisigius Conjectan. p. 270 distinxit,

καὶ διασκοπεῖν σιωπῇ· πανταχῇ μόνον δὲ χρή.
μὴ βραδύνειν —.

idque defendit ibidem p. 275. Sed haec quidem carent intellectu.

V. 661. *ὡς ὁ καιρός*] Ita Rav. Aug. Junt. In quibusdam edd. articulus excidit, restitutus ille a Kustero.

V. 662. *τὴν πρώτην*] Pro adverbio *quam primum, primum* habuerunt et interpretes, et Leisnerus ad Bosii Ellipses p. 578, non ille correctus a Schaefero. Quos puto deceptos hujuscemodi locis, ut Xenoph. Memorabil. III, 6, 10, Lucian. Piscatorr. c. 39, Demosth. Encom. c. 30. At *τὴν πρώτην τρέχειν* graece significat *τὴν πρώτην ὁδὸν τρέχειν*; vide ipsas Ellipses p. 331 sqq. ***Sed prima quaque via currere oportet, quam celerrime circum circa.***

Ibidem. *χρή σ' ὡς*] Libri cum turpi hiatu, *χρὴ ὡς*. Emendavit Porsonus. Minus apte *χρῆν ὡς* Bentlejus, Bothius et olim ipse Porsonus.

V. 663. Libri nullo metri indicio, *εἶα νῦν ἴχνευε, καὶ μάτευε ταχὶ πάντ'* nisi quod nonnullae edd. habent *εἴα*, ut supra. Nuper Dobraeus tetrametrum ita restituebat, *εἶα νῦν ἴχνευε καὶ μάτευε πάντα πανταχῇ*. Atqui hic versus latet dochmiacus.

παντα̣χῇ διάῤῥιψον ὄμμα,
καὶ τὰ τῇδε καὶ τὰ δεῦρο πάντ' ἀνασκόπει καλῶς.
ἢν γάρ με λάθῃ δράσας ἀνόσια,
δώσει τε δίκην, καὶ πρὸς τούτῳ
τοῖς ἄλλοις ἔσται ἅπασιν
παράδειγμ' ὕβρεως, ἀδίκων τ' ἔργων,
ἀθέων τε τρόπων [παράδειγμα·]
φήσει δ' εἶναί τε θεοὺς φανερῶς,

V. 665. Libri, παντα̣χῇ διάῤῥιψον ὄμμα, (Rav. διαρριψον) non διάριψον, quod Brunckius male substituit. Nos jam supra correximus, διάῤῥιψον ὄμμα σὸν παντα̣χῇ. Reisigius p. 270 contra metrum scripsit, παντα̣χῇ κύκλῳ διάριψον σὸν ὄμμα.

V. 667. ἢν γάρ με λάθῃ] Ita quum ipse, tum Th. Bergkius et unus de auditoribus meis correximus. Libri, ἢν γὰρ μὴ λάθῃ —. At praeterquam quod dimetrum anapaestum versus requirit antitheticus, τί ἂν οὖν εἴποι πρὸς ταῦτά τις, ὅτε, mira est negatio ista et genere toto inepta. Quin tu confer supra v. 600

ἀλλὰ σκοπεῖν τὸν ἄνδρα καὶ ζητεῖν, ὅπου
λέληθεν ἡμᾶς κρυπτὸς ἐγκαθήμενος.

et v. 664 εἴ τις ἐν τόποις ἑδραῖος ἄλλος αὖ λέληθεν ὤν. De caeterorum conjecturis una memoratu digna est, Reisigii l. l. ἢν γὰρ ληφθῇ δράσας ἀνόσια reponentis. Hoc inventum et metro et vero etiam sententiae convenit, a literis autem procul aberrat, quamvis eo ipso in loco p. 277 Reisigius agat palaeographum.

V. 669. τοῖς ἄλλοις ἔσται ἅπασιν] Emendatio est Hotibii, ab quo nuper Bothius inepte defecit. Libri, τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔσται. Reliquorum conjecturae hae sunt, Hermanni unum versum hic excidisse falso opinati, τοῖς δ' ἄλλοις ἔσται πᾶσιν, G. Burgesii, τοῖς ἄλλοις ἔσται πᾶσιν, Reisigii, τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἔτ' ἔσται, Brunckii sive ἔσται τοῖς ἄλλοισιν ἅπασιν, sive τοῖς ἄλλοισίν γ' ἐσται πᾶσιν, sive ἔσται πᾶσιν τοῖς ἄλλοισιν.

V. 671. Non dubitavi post verbum τρόπων addere παράδειγμα, hoc modo,

παράδειγμ' ὕβρεως ἀδίκων τ' ἔργων,
ἀθέων τε τρόπων παράδειγμα,

repetitione, si quid video, aptissima. Compara versus antistrophicos,

ἀλλ' οὖν ἥκεις, ὅθεν οὐχ ἥξεις,
φαύλως τ' ἀποδρὰς οὐ λέξεις.

V. 673—677. Antithetici versus hi sunt,

οἷον δράσας δεῖνα ἔργον,
λήψει δὲ κακόν.

τοῦτο μέντοι μὴ γένοιτο μηδαμῶς. ἀπεύχομαι.

δείξει τ' ἤδη
πᾶσιν ἀνθρώποις σεβίζειν δαίμονας,
δικαίως τ' ἐφέποντας 675
ὅσια, καὶ νόμιμα μηδομένους,
ποιεῖν ὅ τι καλῶς ἔχει.
κἂν μὴ ποιῶσι ταῦτα, τοιάδ' ἔσται·

τίς οὖν σοι, τίς ἂν ξύμμαχος ἐκ θεῶν
ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις;
μάτην λαλεῖτε· τὴν δ' ἐγὼ οὐκ ἀφήσω.

Quare nostrum locum sic placet corrigere,

φήσει δ' εἶναί τε θεοὺς φανερῶς,
δείξει τ' ἤδη
πᾶσιν ἀνθρώποις δικαίως εὖ σεβίζειν δαίμονας,
ὥστ' ἐφέπειν ὄντως ὅσια καὶ νόμιμα,
μηδομένους ποιεῖν, ὅ τι καλῶς ἔχει.
κἂν μὴ ποιῶσι ταῦτα, τοιάδ' ἔσται.

Dicet autem, deos esse manifesto, docebitque jam omnes homines, juste pieque revereri deos, ut profecto sanctitati studeant et legum obsequio, cogitantes facere, quidquid fas est. Adverbium ὄντως saepe legitur apud Aristophanem. Evolve Nub. 86, 1253, Ran. 189, Vesp. 997, Athen. XIV p. 652, f ὄντως γὰρ κατὰ τὸν Ἀριστοφάνην, Οὐδὲν γὰρ ὄντως γλυκύτερον τῶν ἰσχάδων. In Pluto v. 839 antiquum vitium abstergamus legamusque non nos quidem cum Reiskio ὦ τᾶν, sed hoc modo potissimum, αἰχμὸς γὰρ ὄντως σκεναρίων μ' ἀπώλεσεν. Intelligendum est autem, isthuc ὄντως in Pluto fabula sedem habere prope domesticam, ubi id saepe falso omittit Codex Venetus. Confer v. 82, 286, 289, 327, 403, 581, 836. Librorum scriptura ea est, quam in contextu exhibui. Venio ad aliorum conjecturas. Dobraeus v. 672 scribebat, φήσει τε δὲ θεοὺς εἶναι φανερῶς, scire velim qua de causa: nam voculae τὲ — τὲ sibi invicem respondent. Hermannus, δικαίως τ' ἐφέπειν ὅσια καὶ νόμιμα, caetera ut vulgo. Hotibius, δικαίως τ' ἐφέποντας ὅσα νόμιμα —. nam Bothius rediit ad vulgatam editionem. Reiskius, σεβίζειν δαίμονας, ὅσια καὶ νόμιμα μηδομένους, δικαίως τ' ἐφέποντας ποιεῖ θ' ὅτι καλῶς ἔχει. quae sunt griphi instar. Denique Reisigius ita legendum putavit,

— πᾶσιν ἀνθρώποις σεβίζειν δαίμονας, δίκαιά τε·
ὥστ' ἐφέποντας αὖθ' ὅσια καὶ νόμιμα
μηδομένους ποιεῖν ὅ τι καλῶς ἔχει.

Ac bene excogitavit ὥστε, caeterum neque αὖθ' ferri potest, neque vero δίκαιά τε intelligi licet, quae ille p. 281 transfert, *quidque justum sit, intelligant.* Reliqua sic interpretatur, *ut recta expetentes posthac legibus obtemperent et quae honesta sunt,*

αὐτῶν ὅταν ληφθῇ τις ὅσια δρῶν,
μανίαις φλέγων, 680
λύσσῃ παράκοπος,
εἴ τι δρᾷη, πᾶσιν ἐμφανὴς ὁρᾶν

---

agant. Ergo videtur haec verba sic composuisse, ὥστε ἐφέποντας ὅσια καὶ μηδομένους νόμιμα, ποιεῖν ὅ τι καλῶς ἔχει. Eodem modo Brunckius in versione, *et juste pietatem colentes, legibusque consentanea cogitantes, recte facere.* Quin eadem mens fuerat A. Porti, cujus versionem depravavit L. Kusterus. Sed quum ὅσια καὶ νόμια saepe alias conjungantur, praestat fortasse eum sequi ordinem verborum, quem supra declaravi. Verum addit Reisigius novam rem et vix credibilem, hosce versus in Euripidem dici, quem fabulis suis homines reddidisse improbos. At non jam de Euripide, sed de viro ignoto agitur, quem Chorus Mnesilochi instar in templum penetrasse suspicatur.

V. 679—685. Etiam hic proficiscar ab antistropha, quippe quae minus corrupta sit,

ἀλλ' οὐ μὰ τὼ θεὼ τάχ' οὐ χαίρων ἴσως
ἐνυβριεῖς, λόγους λέξεις τ' ἀνοσίους.
ἔργοις γὰρ ἀθέοις . . . . . .
ἀνταμειψόμεσθά σ' ὥσπερ εἰκὸς, ἀντὶ τῶνδ' ἔτι.
τάχα δὲ μεταβαλοῦσ' . . . . . .
ἐπὶ κάχ' ἑτερότροπα
τίς σ' ἐπέχει τύχη.

Stropham sic emendamus,

αὐτῶν ὅταν ληφθῇ τις ἀνόσιόν τι δρῶν,
ἐν μανίαις φλέγων, λύσσῃ παράκοπός τ'
εἴ τις ἐρωμανὴς,
πᾶσιν ἐμφανὴς ὁρᾶν ἔσται γυναιξὶ καὶ βροτοῖς,
ὅτι τά τε παράνομα
τά τ' ἀνόσια θεός
τις ἔτ' ἀποτίνεται.

Libri,

αὐτῶν ὅταν ληφθῇ τις ὅσια (ἀνόσια Veneta Zanetti, A. Porti, L. Kusteri, R. Brunckii Edd.) δρῶν,
μανίαις φλέγων,
λύσσῃ παράκοπος,
εἴτι δρᾷη, πᾶσιν ἐμφανὴς (sic Rav. Junt. male una Ed. Brunckii ἐμφανές) ὁρᾶν
ἔστιν γυναιξὶν καὶ βροτοῖς,
ὅτι τὰ παράνομα τά τ' ἀνόσια
θεὸς ἀποτίνεται —.

ἔσται γυναιξὶ καὶ βροτοῖς,

— — — —

Hermannus olim,

αὐτῶν ὅταν ληφθῇ ποτέ τις
ἀνόσια δρῶν, μανίαις φλέγων
λύσσῃ παράκοπος, εἴ τι δρῴ —
η . . . . . .
. . . πᾶσιν ἐμφανὴς ὁρᾶν
ἔστιν γυναιξὶ καὶ βροτοῖς
ὅτι τὰ παράνομα τά τ' ἀνόσια θεὸς
πραχρῆμ' ἀποτίνεται.

nuper idem haec ad me scripsit, v. 679 ἀνόσιόν τι δρῶν 680 μανίαισι φλέγων, 683 ἔσται, 684

ὅτι τά τε παράνομα τά τ' ἀνόσια θεὸς ἀ —
ποτίνεται τὸ παραχρῆμ' ὅ τι γίγνεται,

quorum postrema fateor me non intelligere. De Hotibii Bothiique conjecturis tantum dicam, recte eum pro ἐστὶν scripsisse ἔσται, eademque laus G. Burgesio impertienda est. Postremo Reisigius ut metra restituat, non ipsa verba poëtae eruat, multa turbat, quae commemorari non est necesse, nisi quod et ipse ἔσται emendavit. Antequam de emendatione sollicite quaeratur, primum, ut opinor, de sensu constare debet. Minatus autem erat Chorus, virum, si quis forte alius in operto deprehendatur, poenas daturum esse suoque exemplo alios viros admoniturum, ut justitiam pietatemque colant. Tum ita pergit v. 678 *sin vero minus, talia quaedam accident.* Jam non potest ille simpliciter dicere, punitum iri, si quis forte alius deprehendatur (id enim jam supra dictum erat), sed certe alio modo eadem res illustranda est. Atqui quid velit Chorus, verba μανίαις φλέγων, λύσσῃ παράκοπος ostendunt. Hoc enim vult, si quis vir *insano quodam amore correptus* in Thesmophorium mulieris habitu penetravit. Vide, quae supra diximus ad v. 364. Atque illud quidem ὅσια δρῶν alii aliter corrigent, unus de meis auditoribus, αὐτῶν ὅταν ληφθῇ τις ὅσι' ἄνανδρα δρῶν, ingeniose, nisi tum potius ἱέρ' ἄνανδρα dixisset Aristophanes: dum aliquis verum plane invenerit, contenti simus illo Hermanni, ἀνόσιόν τι δρῶν. Sed reliquas emendationes meas satis certo praestare ausim, ἐν μανίαις φλέγων, λύσσῃ παράκοπός τ' εἴ τις ἐρωμανὴς —. Inepte enim Hotibius Bothiusque verba εἴ τι δρῴη delevit, ne metro quidem consulto.

V. 683. γυναιξὶ καὶ βροτοῖς] Quum dicendum esset, πᾶσιν — γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι, joci causa Aristophanes miram finxit oppositionem, γυναιξὶ καὶ βροτοῖς; quasi vero mulieres non ipsae quoque in mortalium numero ducendae sint. Et feruntur veteres quidam ICti de eo vehementer dubitasse, utrum feminae in hominum numero aggregandae esse viderentur, necne. Bene Schol. Rav. γελοίως εἶπεν, ὡς Ἀλέξανδ. (f. Ἀλέξανδρος) „ἦσαν ἄνθρωποι πέντε καὶ γυ-

ὅτι τὰ παράνομα, τά τ' ἀνόσια, θεὸς
ἀποτίνεται.
(παραχωρήματα γίγνεται)

ναῖκες τριῖς." *πέπαικται οὖν τοῦτο ὡς ἐν κωμῳδίᾳ.* Diserte tradit grammaticus, Alexandrum joco ita loquutum esse. Scio, quid Schaeferus nuper scripserit ad Plutarchum T. V. p. 342, verba *ἄνθρωπος, βροτὸς* interdum *viros* significare ratus. At exempla, quibus utitur, nullam sane vim habere censeo. Namque primum Aeschines in Ctesiph. p. 157, 6 B. *πρεσβύτας ἀνθρώπους, πρεσβύτιδας γυναῖκας* et genere diverso *πρεσβύτας — πρεσβύτιδας* ambiguitatem sustulit, et voce *ἀνθρώπους* imbecillitatem senum descripsit aetate confectorum, in quibus nihil viri magnopere inesse solet. Ideo Graeci *πρεσβύτης ἄνθρωπος* et contra *γέρων ἀνὴρ* dicere consueverunt, velut Aristoph. Lysistr. 335, Plut. 1066, quod restituerim in Acharn. v. 216 *μηδέ περ γέροντας ἄνδρας ἐκφυγὼν Ἀχαρνέας*: nam de imbecilli sene *γέρων* tantum dicunt simpliciter, ut Pac. 698 *γέρων ὢν καὶ σαπρός*, Vesp. 278, Eccles. 323, Nub. 129, Avv. 1256, Vesp. 1384 et alibi. Tum contra se attulit Schaeferus Eurip. Hecub. v. 568

ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν,
κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.

ubi aliquis, Comicus fortasse, *ἀροένων* mutavit in *ἀνθρώπων* parodiae causa, teste Eustathio p. 216, 8. Scilicet glossemata substituunt scriptores parodici. Imo quisquis *ἀνθρώπων* suffecit, recte adversus Euripidem defendit, pudenda non modo maribus, sed ne ulli quidem homini temere relevanda esse. Atque etiam Hermogenes ineptum istum Euripidis versum jure reprehendit (*τοῦτο σεμνῶς εἰπών, ἐπήνεγκεν εὐτελὲς καὶ κοινὸν καὶ κακόζηλον*). Quae verba Hermogenis commode attulit Porsonus, modo ne hic adjecisset, librarios verba *ἀνθρώπων* et *ἀρσένων* inter se permutare. Restat unicus locus Dicaearchi *B.* Ἑλλάδ. in Creuzeri Meletemm. III. p. 1905 *καὶ ἡ φωνὴ δ' αὐτῶν (τῶν γυναικῶν) ἐστὶν ἐπίχαρις, τῶν δ' ἀνθρώπων ἀτερπὴς καὶ βαρεῖα.* Hic Schaeferus: cave, inquit, *ἀνθρώπων* mutes in *ἀνδρῶν*. Sed, ut cum ipso loquar, verba *ἀνδρῶν* et *ἀνθρώπων* millies confusa sunt. Non magis quidquam efficitur hujusmodi locis, Aesch. Eumenid. 568 *βροτείου πνεύματος* spiritu virili, aut Liv. 29, 28 neque enim *hominum* modo turba mulierum puerorumque agminibus immixta omnes passim compleverat vias, sed pecora quoque prae se agrestes agebant, ubi homines pecori opponuntur. Nam ὁ *ἄνθρωπος*, ὁ *βροτὸς virum* designat, ἡ *ἄνθρωπος*, ἡ *βροτός*, quae peculiari modo de ancilla usurpantur, *feminam* significat, sicuti *homo nata* dixit Servius Epp. ad fam. IV, 5.

V. 686. Parepigraphe, *παραχωρήματα γίγνεται*] Post verbum *ἀποτίνεται* Rav. Aug. tanquam poëtae verba addunt, *παρα-*

ἀλλ' ἔοιχ' ἡμῖν ἅπαντά πως διεσκέφθαι καλῶς.

χρῆμά τε τίνεται, Juntina autem παραχρῆμά τε γίνεται. Ex hisce monstris natae sunt innumerabiles hominum doctorum conjecturae, quas silentio praeterire satius est. Licet enim his vocibus nihil quidquam in antistropha respondeat, non tamen illi senserunt, parepigraphen hic latere, qua doceamur, Chorum jam orchestra aliquantisper relicta quaerendi causa valvas intrasse, id quod confirmatur sequente tetrametro, ἀλλ' ἔοιχ' ἡμῖν ἅπαντά πως διεσκέφθαι καλῶς —. Unus hic acute vidit Bothius, superatis non modo aliis, verum etiam semet ipso: caecus enim fuit personatus Hotibius. Itaque Bothius primum in ordine verborum posuit, (παραχώρημά τι γίνεται) tum in adnotatione haec scripsit, *restitui parepigraphen, quam verbis poëtae male admiscuerunt, depravato etiam vocabulo rariore παραχώρημα. significatur enim discessus Chori ex ὀρχήστρᾳ ad quaerendos viros.* Equidem scripsimus, παραχωρήματα γίγνεται, *fit Chori discessio.* Quidni enim verbum παραχώρημα recte dictum sit de Choro orchestram relinquente, si interlocutor in scenam prodiens hoc modo invocari potuit, Nub. 879

χώρει δευρὶ, δεῖξον σαυτὸν
τοῖσι θεαταῖς —.

Sed diu ac multum deliberavi, an potius rescriberem, Παραχορηγήματα γίγνεται, de qua re sic velim habeas. Diversa confudit more suo Pollux IV, 109 ὁπότε μὲν ἀντὶ τετάρτου ὑποκριτοῦ δέοι τινὰ τῶν χορευτῶν εἰπεῖν ἐν ᾠδῇ, παρασκήνιον καλεῖται τὸ πρᾶγμα. εἰ δὲ τέταρτος ὑποκριτής τι παραφθέγξαιτο, τοῦτο παραχορήγημα ἐκαλεῖτο. καὶ πεπρᾶχθαι φασὶν αὐτὸ ἐν Ἀγαμέμνονι Αἰσχύλου. Referuntur haec postrema ad Choëph. v. 887 sqq.; Choëphoroi enim, sicut in nostris codicibus, ita jam Pollucis tempore et Hesychii, quem vide in Γονίας, perperam cum Agamemnone cohaerebant. Cf. Hermannum ad Aristot. Poët. p. 110. Atqui in Choëphoris παρασκήνιον est, minime vero παραχορήγημα. Huc accedit, quod Choreutarum propria fuerunt Parachoregemata, Parascenia autem histrionis. Quocirca Pollux contra plane scribere debebat hoc modo, ὁπότε μὲν ἀντὶ τετάρτου ὑποκριτοῦ δέοι τινὰ τῶν χορευτῶν εἰπεῖν ἐν ᾠδῇ, παραχορήγημα καλεῖται τὸ πρᾶγμα. εἰ δὲ τέταρτος ὑποκριτής τι παραφθέγξαιτο, τοῦτο παρασκήνιον ἐκαλεῖτο. καὶ πεπρᾶχθαί φασιν αὐτὸ ἐν Ἀγαμέμνονι Αἰσχύλου. Minus recte tamen vel sic dixit ἀντὶ τετάρτου ὑποκριτοῦ pro ἀντὶ ἄλλου τοῦ χοροῦ. Quanquam erunt, qui culpam a Polluce in librarios transferant, freti scriptura Codd. Voss. Kuehn. Jungerm. παρασκήνιον καλεῖται τὸ πρᾶγμα, ὡς ἐν Ἀγαμέμνονι Αἰσχύλου. εἰ δὲ τέταρτος — φασιν αὐτὸ ἐν Μέμνονι Αἰσχύλου. Sed etsi parachoregema proprie Chorum significat secundarium, tamen etiam de loco, in quo hic alter Chorus lateret, dici recte poterat, nihil ut offendamur tali parepigra-

οὐχ ὁρῶμεν γοῦν ἐτ' ἄλλον οὐδέν' ἐγκαθήμενον.

---

phe, *παραχορηγήματα γίγνεται.* Namque parachoregemata pone orchestram in obscuro latitabant. Deinde pro *παρασκήνιον — παραχορήγημα* multo rectius scripsisset Pollux, *παρασκήνια — παραχορηγήματα.* Nam ubique numerum habemus Pluralem, ut in personarum indice ad Ranas Cod. Rav. *βατράχων παραχωρήματα* (sic), Schol. ad Ran. 212 (213) *ταῦτα δὲ καλεῖται παρηχορήματα* (sic), *ἐπειδὴ οὐχ ὁρῶνται ἐν τῷ θεάτρῳ οἱ βάτραχοι οὐδὲ ὁ χορὸς, ἀλλ' ἔσωθεν μιμοῦνται τοὺς βατράχους, ὁ δὲ χορὸς ἐκ τῶν εὐσεβῶν.* Schol. ad Pac. v. 114 (113) *τὰ τοιαῦτα δὲ παραχωρήματα* (sic vulgo, at Codd. Veneti *παραχορηγήματα*) *καλοῦσιν, οἷα νῦν τὰ παιδία ποιεῖ καλοῦντα τὸν πατέρα· εἶτα πρὸς οὐδὲν ἔτι τούτοις χρήσεται.* Alia parachoregematum exempla attulimus supra ad v. 101. Contra haud ita crebro parascenia invenias, de quibus admonuerunt Schol. ad Choëph. l. l. *ποῦ δαὶ τὰ*] *μετεσκεύασται ὁ ἐξάγγελος εἰς Πυλάδην, ἵνα μὴ δ' λέγωσιν* (ita Th. Tyrwhittus pro *διλέγωσιν*). atque Schol. ad Ran. 1410 (1461) *οὐδὲν ἄρα πράξεις*] *Ἀπολλώνιος τοῦ Πλούτωνος εἶναί φησι τοῦτο, καὶ γίνεται πρόσωπα ἐν τῇ σκηνῇ δ' τινὲς δὲ τοῦ χοροῦ.* Restat nobis de locis primum Choro alteri, deinde etiam quarto histrioni assignandis perparva quaedam disputatio. Et Choros quidem secundarios certissimum est pone magnas illas januas latuisse, quae scenam inter et orchestram, dextra sinistraque erant et graeco verbo *εἴσοδοι* dicebantur: nam quum ipse Chorus in orchestra partes ageret suas, alterum istuc Chori simulacrum post orchestram canere necessario debebat. Ubinam vero quartus histrio substitisset, quem locum dicebant *παρασκήνια*, de eo jam antiquitus dubitatum est. De qua re ita scribit Harpocratio, *Παρασκήνια: Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου, ἔοικε παρασκήνια καλεῖσθαι, ὡς καὶ Θεόφραστος ἐν εἰκοστῷ νόμων ὑποσημαίνει, ὁ παρὰ τὴν σκηνὴν ἀποδεδειγμένος τόπος ταῖς εἰς τὸν ἀγῶνα παρασκευαῖς. ὁ δὲ Δίδυμος τὰς ἑκατέρωθεν τῆς ὀρχήστρας εἰσόδους οὕτω φησὶ καλεῖσθαι.* Solus igitur Didymus, grammaticus haud subtilis, magnas illas valvas, quae in orchestram ducebant, parascenia vocari autumavit. Hanc opinionem et nomen et vero etiam res ipsa evertit. Principio parascenia ab eo ipso nomen habuerunt, quod *παρὰ τὴν σκηνὴν* essent, juxta scenam videlicet, non pone orchestram. Deinde ut alter Chorus post orchestram latebat, sic quartus histrio, cui parascenia tribuuntur, post scenae latera abditus esse debebat. Qui si post tres januas posticas stetisset, neque vox ejus ab ullo spectatore exaudiri potuisset, neque quartus histrio ceteris actoribus bene respondisset, qui in prima scena inque noto isto suggestu (*λογεῖον*, olim *ὀκρίβας*) constituti erant. Relinquitur illud, ut parascenia de januis duabas interpretemur, quas ad latera scenae utrimque juxta periactos fuisse in vulgus constat. At-

que haec explicatio gravem habet auctorem, Theophrastum, cui plane adsentitur Harpocratio, qui locum juxta scenam exponunt, apparatui scenico inprimis destinatum. Praeclare etiam et ad hanc explicationem accommodate Suidas in loco optimae frugis pleno, *Σκηνή: σκηνή ἐστιν ἡ μέση θύρα τοῦ θεάτρου. Παρασκήνια δέ, τὰ ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς μέσης θύρας. ἵνα δὲ σαφέστερον εἴπω μετὰ τὴν σκηνὴν εὐθὺς καὶ τὰ παρασκήνια.* Eadem in Etymologo p. 743, 30 exstant, sed valde corrupta, nisi quod parascenia ibi *χαλκᾶ κάγκελλα* dici videntur commodo nomine et a voce *εἴσοδοι* (valvae) longe disjuncto. Recte enim scenam primo mediam januam de tribus posticis interpretati: parascenia, inquiunt, a latere scenae fuerunt dextra sinistraque mediae januae parte, obliquum scilicet intuenti. Quod ut planius fiat, adjiciunt, scenam continuo parascenia insequuta esse: recte id quoque, siquidem ut logeum, ita etiam parascenia non in ultima potius scena, quam in proscenio fuisse oportet. Aliter placet eidem Eymologo p. 653, 7 et grammatico Bekkeri Anecd. p. 292, 12 *παρασκήνια, αἱ εἰς τὴν σκηνὴν ἄγουσαι εἴσοδοι·* bene haec quidem, sed addunt, *σκηνὴ δέ ἐστιν, ἡ νῦν θυμέλη λεγομένη*, qui si usu apud seriores frequente thymelen ponunt de orchestra, Didymo potius videntur adsentari. Jam paullo obscurior locus est Demosthenis in Midiam p. 17, 8 B *καὶ οὐδ' ἐνταῦθ' ἔστη τῆς ὕβρεως, ἀλλὰ τοσοῦτον αὐτῷ περιῆν, ὥστε τὸν ἐστεφανωμένον ἀρχοντα διέφθειρε, τοὺς χορηγοὺς συνῆγεν ἐπ' ἐμὲ, βοῶν, ἀπειλῶν, ὀμνύουσι παρεστηκὼς τοῖς κριταῖς, τὰ παρασκήνια φράττων, προσιὼν, ἰδιώτης ὢν τὰ δημόσια, κακὰ καὶ πράγματα ἀμύθητά μοι παρέχων διετέλεσεν.* Nihil hic expediunt intpp T. III. p. 329 Schaef., nisi quod bene consociant verba *τὰ παρασκήνια — τὰ δημόσια;* haec enim publica dicuntur ut pars theatri Atheniensium. Cur ergo omiserunt Ulpianum, sic exponentem: obstruens scenae introitus, ut Chorus cogatur circuitum facere per januam exteriorem (?) *τουτέστιν ἀποφράττων τὰς ἐπὶ τῆς σκηνῆς εἰσόδους, ἵνα ὁ χορὸς ἀναγκάζηται περιέναι διὰ τῆς ἔξωθεν εἰσόδου, καὶ οὕτω βραδύνοντος ἐκείνου συμβαίνῃ καταγελᾶσθαι τὸν Δημοσθένην.* Praetereo ridiculum istud *διὰ τῆς ἔξωθεν εἰσόδου*, sed probarem illa *τὰς ἐπὶ τῆς σκηνῆς εἰσόδους*, nisi Chorus intrare solitus esset per valvas (*εἴσοδοι*) quas parasceniis indicari male Didymus censuit. Sed quicunque totum illum Demosthenis locum attente perlegerit, is concedat necesse est, oratorem minime de ipsa dramatis commissione, sed de eo potius tempore loquutum, quo actores probandi, dramaque ipsum omni ratione apparandum esset, cujusmodi probatio a Graecis *προαγών*, a nostratibus autem Probe, dici solet. Quum igitur Midias hoc inceptum de industria impediret varieque illuderet, aptissime homo clavis infixis parascenia obstruxit, nempe eum locum, in quo omnis scenae apparatus reponebatur, sine quo probatio illa ad irritum casura erat. Atque hanc Demosthenici loci explicationem jam Harpocratio monstravit, quippe qui cum Demosthenis memoria Theophrasti sententiam scite copularit, eique ad extremum Didymi commentum opponat. Habes veram, ut spero, certe

ΓΥΝΗ. ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ. ΧΟΡΟΣ. ΑΛΛΗ ΓΥΝΗ. ΓΥΝΗ Ζ.

ἆ, ἆ.
ποῖ, ποῖ σὺ φεύγεις; οὗτος, οὗτος, οὐ μενεῖς;
τάλαιν' ἐγὼ, τάλαινα, καὶ τὸ παιδίον
ἐξαρπάσας μοι φροῦδος ἀπὸ τοῦ τιτθίου.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

κέκραχθι· τοῦτο δ' οὐδέποτε σὺ ψωμιεῖς,

---

quidem verae similem hujus loci explicationem. Restat unus locus Alciphronis II, 4, ubi Glycera haec scribit de Menandro, ἥτις — κἂν τοῖς προσκηνίοις ἕστηκα, τοὺς δακτύλους ἐμαντῆς πιέζουσα, ἢ ἂν κροταλίσῃ τὸ θέατρον —. Prorsus equidem adsentior Meinekio pro προσκηνίοις hic παρασκηνίοις reponenti. Praeterquam enim quod Graeci τὸ προσκήνιον singulari numero et vicissim τὰ παρασκήνια constanter dixerunt, et intelliguntur parascenia et omnino κἂν τοῖς παρασκηνίοις scribere Alciphro debuit, qui si forte tamen προσκηνίοις scripsit, importune meminerat, parascenia ad latera proscenii fuisse. Caeterum de parasceniis ante nos disputavit Meinekius Comment. Misc. I, 4 p. 43 sqq. Olim facta mihi hujus libri copia, haec inde delibavi, falso dubitare Meinekium, utrum παρασκήνια apparatus conclavia, an exitus quidam januaeque fuerint, falsoque eundem praeeunte Spaldingio apud Demosthenem δημόσια a verbo παρασκήνια divellere, sed verissime egregium virum Alciphroni κἂν τοῖς παρασκηνίοις reddidisse.

V. 689 sqq. Mnesilochus in praesentissimum vitae discrimen adductus a muliere quadam rapuit infantem h. e. utriculum vino repletum. Hanc mulierem fuisse Micam, Cleonymi uxorem, supra demonstratum est ad v. 609. Cum hoc infante tanquam obside ad aram confugit, mortem infelici puellae minitans, nisi ipse a mulieribus emittatur. Non optime Schol. Rav. .... ἁρπάζει παιδίον μιᾶς γυναικὸς, καὶ καταφεύγει ἐν τῷ ἱερῷ, λέγων ὅτι ἐάν με τύψητε, κατασφάξω τοῦτο τὸ παιδίον. ἀντὶ δὲ παιδίου ἀσκὸν οἴνου λαμβάνει, καὶ αὐτὸν ἐνδύει κροκωτὸν, καὶ ποιεῖ αὐτῷ χεῖρας καὶ πόδας, καί φησιν αὐτὸ παιδίον. διαβάλλει δὲ τὰς γυναῖκας ὡς ἐν ταῖς μάχαις (l. μασχάλαις) αὐτῶν τοὺς ἀσκοὺς τῶν οἴνων κατεχουσῶν. Quasi a Mnesilocho, ac non potius a muliere ipsa uter vini veste puellae indutus esset. Contra perbene Schol. ad Acharn. 312 (331) παραπλήσιον δέ τι καὶ ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις ἐποίησεν· ὁ γὰρ Εὐριπίδου κηδεστὴς Μνησίλοχος ἐπιβουλευόμενος παρὰ τῶν γυναικῶν ἀσκὸν ἁρπάσας παρά τινος γυναικὸς ὡς ἂν παιδίον ἀποκτεῖναι βούλεται.

V. 689. ἆ, ἆ. Rav. ἀά. Aug. ἄ ἄ. Deinde libri ποῖ σὺ φεύγεις; Sed ποῖ, ποῖ σ. φ. certatim emendarunt Bisetus, Scaliger, Kusterus, Bentlejus, Brunckius, Valckenarius, Porsonus, alii. Minus recte Berglerus, ἆ ποῖ σ. φ.

ἦν μή μ' ἀφῇτ'. ἀλλ' ἐνθάδ', ἐπὶ τῶν μηρίων
πληγὲν μαχαίρᾳ τῇδε φονίας φλέβας
καθαιματώσει βωμόν. 695

ΓΥΝΗ Ζ.

ὦ τάλαιν' ἐγώ.
γυναῖκες. οὐκ ἀρήξετ'; οὐ πολλὴν βοὴν

V. 692. *κέκραχθι*] Hujusmodi est, quod nuper Aeschylo restitui, Eumen. 569 *πέποισθι*. Notissimae autem sunt formae, *ἄνωχθι, δέδιθι, κέκραχθι*.

V. 693. *ἀφῇτ'*] Ita Ravennas, *ἀφεῖτ'* Aug. *ἀφείητ'* Juntina. Et *ἀφῇτ'* reposuerunt jam Kusterus, Brunckius, Bentlejus.

Ibidem. *ἐνθάδε ἐπὶ* Rav. et Junt. Caeterum *ἐπὶ τῶν μηρίων* bene Schol. Rav. exponit, *ἐπὶ τῶν βωμῶν*, qui melius etiam dixisset, *ἐπὶ τοῦ βωμοῦ*. Jam vero haec verba,

ἀλλ' ἐνθάδ' ἐπὶ τῶν μηρίων
πληγὲν μαχαίρᾳ τῇδε φοινίας φλέβας
καθαιματώσει βωμόν.

tragicae dictioni inprimis convenire apparet. Quare tragici alicujus locum hic sibi agnoscere videntur Kusterus atque Bothius. Ego potius censeo, in re seria tragicum sonum de industria a Comico quaesitum esse. Nam et Scholiastae hic tacent, et plane cavendum est, ne parodiarum numerus apud Aristophanem temere augeatur.

V. 697. *οὐ πολλὴν βοὴν — τροπαῖον*] Libri *στήσεσθε τροπαῖον* errore ab iis illato, qui loquutionis notissimae *τρόπαιον στῆσαι* intempestive meminissent. Verba *γυναῖκες — τροπαῖον* afferunt Schol. ad Plut. 453 et Gregorius Cor. De diall. p. 22 Schaef. recteque legunt, *στήσεσθε καὶ τροπαῖον*. Porro hanc scripturam jure sequuti sunt Kusterus, Berglerus, Bentlejus, Brunckius, alii. Idem Kusterus dictionem *βοὴν στῆσαι* exemplis quibusdam illustravit, quibus alia olim adjecimus in Quaestt. Lucian. p. 171. Verum inepte interpretes praeter unum Bothium omnes *τροπαῖον* pro nomine substantivo habuerunt. Imo *πολλὴν βοὴν — καὶ τροπαῖον* significat magnum clamorem atque ejusmodi, qui alterum in fugam conjiciat. Vide Eqq. 246 *ἀλλ' ἀμύνου καὶ δίωκε καὶ τροπὴν αὐτοῦ ποοῦ*. Sed ne antiquos quidem interpretes h. l. recte percepisse clare docet scholium Ravennatis, *τροπαῖον προπερισπωμένως ἀναγνωστέον παρὰ Ἀριστοφάνει καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ, τρόπαιον δὲ προπαροξυτόνως παρὰ τοῖς νεωτέροις ποιηταῖς*. Atque hoc praeceptum saepenumero repetunt grammatici, velut Scholiastes ad Plutum, abs quo totus pendet Gregorius. At hoc versu nostro eos absurde usos esse in oculos incurrit. De caetero non nos quidem recusamus, quin veteres attici *τροπαῖον*, recentiores autem *τρόπαιον* dixisse existimentur. Quan-

στήσεσθε καὶ τροπαῖον; ἀλλὰ τοῦ μόνου
τέκνου με περιόψεσθ' ἀποστερουμένην;

ΧΟΡΟΣ.

ἔα, ἔα. **. ὦ πότνιαι Μοῖραι,
τί τόδε δέρκομαι νεοχμὸν αὖ τέρας. 700
ὡς ἅπαντ' ἄρ' ἐστι τόλμης ἔργα κἀναισχυντίας.
οἷον αὖ δέδρακεν ἔργον, οἷον αὖ, φίλαι, τόδε!

---

quam minima vis est analogiae, quam proferunt, *τρίτη τὸ τριταῖον, οὐρὰ τὸ οὐραῖον, τροπὴ τὸ τροπαῖον;* illa enim adjectiva, hoc nomen est substantivum. Ac certe apud Aristophanem Codd. Ravennas Venetusque *τρόπαιον* potius testantur, quam *τροπαῖον*.

V. 698. Juntina, *ἀποστερουμένης*.

V. 699 sqq. Accedimus nunc ad antistropham, longe illam quidem minus, quam fuit stropha, depravatam. Ab initio vulgo haec leguntur,

ἔα, ἔα.
ὦ πότνιαι Μοῖραι —,

caeterum ὦ in Cod. Rav. deest. Sed strophicus versus docet, scribendum esse, Ἔα. ἔα [*τί νέον;* sive mavis *τί ἦν;*] *ὦ πότνιαι Μοῖραι* —. Tum ita pergunt Rav. Aug. *τί δὲ δέρκομαι*, Juntina autem *τί δ:δέρκομαι* —. Languide Reisigius Conj. p. 291 *τί δὴ δέρκομαι* conjecit. Aristophanem vero *τί τόδε δέρκομαι* dixisse viderunt Dobraeus atque G. Hermannus.

V. 702. Versus est facillimus, quem multis modis Critici vexarunt. In Rav. Aug. Junt. scriptum est, *ὡς ἅπαν γάρ ἐστιν* (*ἐστιν* Rav.) —. Ludus est hic invenire, quod res est, *ὡς ἅπαντ' ἄρ' ἐστὶ τόλμης ἔργα κἀναισχυντίας*, itaque scribi voluerunt Berglerus, Bentlejus, Bothius. Nam particula ἄρα, monente praeter alios Pflugkio ad Helenam Euripidis v. 746, crebro significat, communem esse sententiam et in proverbium abisse. Ac bene ad hunc versum Schol. Rav. *παροιμία*, quandoquidem ratio ducitur proverbii a Suida conservati, *Ἅπαντα τόλμης πλέα κἀναισχυντίας: ἐπὶ τῶν ἰταμῶν καὶ ἀναιδῶν*. Suidas igitur proverbium ipsum quum attulit tum etiam exposuit, puto ex antiquis hujus loci scholiis, Aristophanes vero id obscure potius innuit, quam verbis singulis expressit. At viri docti, hunc ipsum versum apud Suidam exstare falso opinati Aristophanis verba fortiter corruperunt. Toupius in Epist. Crit. p. 443 Oxon. conjecit, *ὡς ἅπαντ' ἐστὶ πλέα τόλμης ἔργα κἀναισχυντίας*. Porsonus, *ὡς πλέα 'σθ' ἅπαντα τόλμης* —. G. Burgessius, *ὡς ἅπαντ' ἐργ' ἐστὶ τόλμης καὶ πλέα 'ναισχυντίας*, quid quod Reisigius p. 274 hic dochmios odoratus est,

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

οἷον ὑμῶν ἐξαράξω τὴν ἄγαν αὐθαδίαν.

ΧΟΡΟΣ.

ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ πράγματ' ἐστὶ, καὶ περαιτέρω; 705

ΓΥΝΗ Ζ.

δεινὰ δῆθ' ὅστις γ' ἔχει μου 'ξαρπάσας τὸ παιδίον.

ὡς ἄρ' ἅπαντά γ' ἐστὶ τόλμης πλέα
κἀναισχυντίας,

quasi dochmios in stropha habeamus. Sed haec omnia, quum male intellecto Suidae loco nitantur, sponte corruant necesse est. Male enim Reisigius l. l. vocem ἔργα voluit expunctam, quod et haec insequantur, οἷον αὖ δέδρακεν ἔργον, et quod non facta solum hominis, sed etiam dicta, vultus, gestus plena esse audaciae dicantur. At Mnesilochus mera commisit facinora audaciae, quum veste muliebri in templum venisset, gravi oratione incessisset mulieres, infantem denique rapuisset.

V. 704. Libri ἐξάρξω, quod in ἐξαράξω certatim mutarunt Toupius ad Suidam I, p. 141 (p. 180), Reiskius, Bentlejus, Sanctamandus. Idem Bentlejus atque Tyrwhittus ἐξαράξει, quod intelligi non potest. Absurde Dawesius, ἐξερῶ 'γώ.

V. 706. Libri omnes, ὅτι γ' ἔχει μου, etiam Ravennas, cui falso tribuit Invernizzius, ὁτιήγ' ἔχει μου. Nos Porsoni emendationem, δεινὰ δῆτ' ὅστις γ' ἔχει μου — (vide Praefat. ad Hecub. p. LIV) haud cunctanter suscepimus. Multum hic quoque tricatur Reisigius p. 293, negans ille, ὅστις dici recte posse, nisi in priore versu τοῦδε vel simile quiddam antecesserit, quo ὅστις referri queat, veluti δεινὰ (τούτου πράγματα) ὅστις γε —. Hoc quidem praeceptum Porsonus, magnus ille graecitatis magister, sat scio, risisset, eique αἴσχιστον ὅστις Eurip. Iphig. Taur. v. 606 et millena hujusmodi opposuisset, quae latini adeo scriptores civitate donarunt, ut Plautus in Curcul. I, 1, 65

Injurium 'st,
quine quod lenoni nulli 'st, id ab eo petas.

Perdocte de hoc loquendi usu exposuit Bernhardyus in Syntaxi Graec. p. 291, 292, qui in hoc quidem loco longe superavit Matthiaeum. Quin etiam τούτου non verbis quidem, sed re tamen omnino antecedit, quando illa, δεινὰ δῆθ' ad certum spectant hominem, Mnesilochum. Porro ὅτι γ' aut fortuitus error est pro ὅστις γ', aut verae lectionis glossema. Caeterum Reisigio etiam sententia subfrigida vi-

ΧΟΡΟΣ.

τί ἂν οὖν εἴποι πρὸς ταῦτά τις, ὅτε
τοιαῦτα ποιῶν ὅδ' ἀναισχυντεῖ;

---

detur, miranti, quod eandem injuriam mulier jam ante majore vehementia deplorasset v. 691 et 698. At nemo miretur, impetum vocis sensim imminui, quum mulier ab initio, ut in nova re, metu exanimata esset, postea autem, quum se jam collegisset, sedatius loqui deberet. Nihilo secius majus quiddam desiderat Reisigius serioque contendit legendum esse, *δεινὰ δῆθ' ὅτι κτενεῖ μου* — idemque narrat, pseudaristophaneum *ὅτι κτενεῖ — τὸ παιδίον* ex Euripidis Andromacha fluxisse. Difficile est, haec non explodere. Recte vero G. Dindorfius Porsoni sui emendationem suscepit. Brunckius conjecit aut *ὅτι γ' οἰχεταί μου* —, male deleta Atticorum loquutione, *ἔχει — ἐξαρπάσας*, aut *ὁτιή γ' ἔχει μου* —. Et hoc quidem etiam Bentlejo in mentem venerat, qui idem scripsit barbare, *δεινὰ δῆτά γ' ὅτι ἔχει μου* —, probatumque est *ὁτιή γ' ἔχει μου* ab Hermanno, Element. D. M. p. 86, receptum nuper a Bothio. At hujus certe generis dactylus ab arte Comici nostri abhorret. Namque Aristophanes in his tetrametris dactylum omnino rarissime adscivit, neque usquam, nisi in ipso loco caesurae. Huc pertinent tres potissimum loci, Acharn. 318, Vesp. 496 et versus nonnihil diversus Ecclesiaz. 1156

ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω | τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν.
ἢν δὲ γήτειον προσαιτῇ | ταῖς ἀφύαις ἥδυσμά τι.
τοῖς γελῶσι δ' ἡδέως διὰ | τὸν γέλων κρίνειν ἐμέ.

Quin Epicharmus, qui saepius dactylum versibus trochaicis inseruit, eandem rationem videbitur sequutus esse hunc locum intuenti apud Athen. IX, 374, e

τοῖς Ἐλευσίνοις φυλάσσων | δαιμονίως ἀπώλεσα.

Mira est autem, neque ideo tamen e vano hausta Hephaestionis memoria p. 36, 14 G. *τῷ δὲ δακτύλῳ — ἥκιστα οἱ ἰαμβοποιοὶ ἐχρήσαντο ποιηταί· σπανίως δὲ καὶ οἱ τραγικοί, οἱ δὲ κωμικοὶ συνεχῶς* —. Dicere videtur metricus vel novam comoediam, vel potius Cratinum, Eupolin, Pherecratem alios, non Aristophanem.

V. 707—727, Hos quoque versus levissime profecto corruptos et ad intelligendum apertos inutilium conjecturarum mole docti homines onerarunt, quarum non afferam nisi eas, quae satis dignae memoria videbuntur. Ab initio proceleusmaticus male criticis displicuit, ex quibus Bentlejus *πρὸς ταῦτά τις*, *ὡς* conjecit, Bothius falso, sed eleganter tamen

τί ἂν οὖν πρὸς ταῦτ' εἴποι τις ὀδὶ
τοιαῦτα ποιῶν ὅτ' ἀναισχυντεῖ;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

κοὔπω μέντοι γε πέπαυμαι.

ΓΥΝΗ Ζ.

ἀλλ' οὖν ἥκεις γ' ὅθεν οὐχ ἥξεις, 710

Burgesius non sine incpto asyndeto,

τί ἂν οὖν εἴποι πρὸς ταῦτ' ἔτι τις;
τοιαῦτα ποιῶν ὅδ' ἀναισχυντεῖ;

Dobraeus, τί ἂν οὖν εἴποι τις πρὸς ταῦθ', ὅτε, quasi vero vim habeat πρὸς et non ταῦτα potius. At doctius est ὅτε in causa reddenda, quam pro librarii stupore. Tum proceleusmaticus strophae versu satis defenditur, ἦν γάρ με λάθῃ δράσας ἀνόσια. Recte autem observavit Hermannus Element. p. 376, in liberioribus anapaestis, veluti etiam hoc in loco, proceleusmaticum crebro inveniri, quem eundem in legitimo systemate habet suspectum. Quare nuper Nub. v. 916

διὰ σὲ δὲ φοιτᾶν
οὐδεὶς ἐθέλει τῶν μειρακίων.
ὡς γνωσθήσει ποτ' Ἀθηναίοις —

(sic enim legendum est) emendatione haud improbabili removit. Quam late vero hujus pedis usus in liberis pateat anapaestis, intelligi volo ex Aristoph. Avv. 310, 315, 328, 329, 344, 345.

ποποπόποποποπού μ' ἀρ' ος ἔκαλεσε; τίνα τοπον ἄρα νεμεται';
τιτιτίτιτιτίτινα λόγον ἀρα πότε προς εμέ' φιλον εχών;
προδεδόμεθ' ανοσία τ' επαθόμεν ος γάρ
φιλος ἦν ομοτρόφα θ' ημ'ν
επαγ' έπιθ' επιφέρε πολεμίον ορμάν
φονιάν πτερυγά τε παντά.

In eadem fabula est v. 1400 αλιμέ'νον αιθέ'ρος αυλάκα τέ'μνων, ubi videlicet loquitur Cinesias. Denique proceleusmaticum in comico anapaesto agnoscit Marius Victorinus p. 2546.

710. Cod. Aug. ἀλλ' οὖν ἥκισθ' ὅθεν ἥκεις. Juntina, ἀλλ' οὖν ἥκεις θ' ὅθεν ἥκεις. Rav. apud Invernizzium, ἀλλ' οὐθ' ἥκεις τ' ὅθεν ἥκεις, apud Bekkerum vero, ἀλλ' οὖν ἥκεις ὅθεν ἥκεις, Suidas Kusteri in ἥκεις: ἀλλ' οὖν ἥκεις γ' ὅθεν ἥκεις —, idemque prorsus in libro Ravennate legi suspicor. Primum e strophico versu apparet, acatalectum dimetrum hic reconditum latere, qui responderit illi, παράδειγμ' ὕβρεως ἀδίκων τ' ἔργων. Aristophanem igitur scripsisse, ἀλλ' οὖν ἥκεις γ' ὅθεν οὐχ ἥξεις, luculente demonstrant antiqui Scholiastae. Verba haec sunt, ἐκ τῶν ἀνδρῶν, φησὶν, ὅθεν οὐκ ἐξε[λεύσῃ] ὁ συμμαχῶν (immo ὁ Σύμμαχος) γελοίως [ἀποδίδωσιν] ὅθεν ἥκεις φαύλως ἥκεις: — ἥκεις, φησὶν, εἰς τὰς χεῖρας ἡμῶν ὅθεν οὐ φεύξῃ. Jure vero ridicula dicitur Symmachi explicatio, viri

φαύλως τ' ἀποδρὰς, οὐ λέξεις,
οἷον δράσας διέδυς ἔργον.
λήψει δὲ κακόν.

---

alioquin de Comico nostro egregie meriti; quem opinione labi arbitror, non in Codice suo invenisse, ἀλλ' οὖν ἥκεις, ὅθεν ἥκεις, φαύλως· ἀποδρὰς τ' οὐ λέξεις —. Deinde alius grammaticus, quum ita scribat, ἐκ τῶν ἀνδρῶν φησίν, ὅθεν οὐκ ἔξε .., fallitur is quidem statim ab initio, veruntamen in libro suo certe reperit ὅθεν οὐκ cum negatione. Verissima est autem haec interpretatio, ἥκεις, φησὶν, εἰς τὰς χεῖρας ἡμῶν, ὅθεν οὐ φεύξῃ, quam Suidas l. l. verbotenus repetiit. Enimvero apparet, hujus auctorem sententiae non solum ὅθεν οὐκ cum negandi particula in Codice invenisse suo, verum etiam in fine tempus futurum legisse, ἀλλ' οὖν ἥκεις, ὅθεν οὐχ ἥξεις vel simillimo modo. Nam quum Mnesilochus ferociter sane majora etiam se moliri dixisset, tum mulier: at profecto, inquit, venisti eo, unde non elabere (in manus scilicet nostras), neque tu facile effugies dicesque, quali facinore commisso te subduxeris, sed magnum habebis malum. His auditis Mnesilochus subito perculsus terrore modestius loqui incipit. Venio ad conjecturas aliorum. Kusterus enim reponebat ἀλλ' οὐχ ἥξεις, ὅθεν ἥκεις, Brunckius edidit ἀλλ' οὔθ' ἥξεις, ὅθεν ἥκεις, probantibus G. Hermanno De metris p. 447, G. Burgesio, atque Bothio, qui haec transtulit nimium ingeniose, du wirſt übel heimkommen; Bentlejus vulgatam ἀλλ' οὖν ἥκεις, ὅθεν ἥκεις ita exponit, *unde quidem veneris, nescio. Non tamen dices, te facinus tale ausum facile effugisse*, tanquam legeret, φαύλως δ' ἀποδρὰς —. Jam Reisigius p. 297 quum Suidae explicationem bene adhibuisset, pessime tamen conjecit,

ἀλλ' οὖν ἥκεις γ' ὅθεν οὐ φαύλως γ'
ἀποδρὰς λέξεις —,

correctione quum audaci, tum metro contraria et ne grammatica quidem, quando γ' posteriore loco nihil significat. Postremo Hermannus ad Viger. p. 709 ed. IV. bona haud dubie sententia rescripsit, ἀλλ' οὖν ἥκεις οἷ γ' ἥκεις. Sed pleraeque ex his conjecturis metro repugnant (acatalectus enim dimeter, non paroemiacus requiritur) denique omnes domo petitae sunt, neque ex antiquo fonte derivatae.

V. 711. Juntina, φαυλῶς θ' ἀποδρᾶς — διέδυσ' —, Suidas autem l. l. φαῦλός τ' — λήψῃ —.

V. 715. Libri σύμμαχος. Brunckius tacite ξύμμαχος, probante Reisigio p. 300. Probabiliter, quum mox libri omnes ξὺν propagaverint. Hic Juntina, ξυναδίκοις una voce. Sic autem interpretor, ξὺν ἀδίκοις ἔργοις cum tuis injustis factis, i.e. in tanta facinorum tuorum injustitia. Conferre licet ξὺν ἐλευθέρᾳ πατρίδι supra v. 102. Caeterum aliud egisse videtur Dobraeus, quum haec ex Eu-

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τοῦτο μέντοι μὴ γένοιτο μηδαμῶς, ἀπεύχομαι.

ΧΟΡΟΣ.

τίς οὖν σοι, τίς ἂν ξύμμαχος ἐκ θεῶν
ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μάτην λαλεῖτε· τὴν δ' ἐγὼ οὐκ ἀφήσω.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' οὐ, μὰ τὼ θεώ, τάχ' οὐ χαίρων ἴσως
ἐνυβριεῖς λόγους λέξεις ἀνοσίους.
ἔργοις γὰρ ἀθέοις
ἀνταμειψόμεσθά σ', ὥσπερ εἰκὸς, ἀντὶ τῶνδ' ἔτι.
τάχα δὲ μεταβαλοῦσ'

---

rip. Hippol. 673 fluxisse diceret, credo, quod ibi verba haud absimilia ξύνεργος ἀδίκων ἔργων leguntur.

V. 718. Libri

ἀλλ' οὐ μὰ τὼ θεὼ τάχ' οὐ
χαίρων ἴσως ἐνυβρίσεις,
λόγους τε λέξεις ἀνοσίους·
ἀθέοις ἔργοις γὰρ ἀντα —
μειψόμεσθά σ' ὥσπερ εἰκὸς, ἀντὶ τῶνδε.

In Ed. principe hic non Chorus loquitur, sed Mnesilochus atque sic incipit, ἀλλ' οὐ μὰ τῷ θεῷ —. Reposui equidem ut vides, ἐνυβριεῖς — λέξεις τ' — ἔργοις γὰρ ἀθέοις — ἀντὶ τῶνδ' ἔτι. Et attica quidem forma ἐνυβριεῖς jam a Reisigio p. 272, G. Dindorfio, Bothio denique restituta est. Male Dobraeus, ἔτ' ἐνυβρίσεις. In Pluto v. 564 nunc editum est, ὅτι κοσμιότης οἰκεῖ μετ' ἐμοῦ, τοῦ Πλούτου δ' ἔστιν ὑβρίζειν. Sed ex ipso Ravennate affertur δ' ἐνυβρίζειν, addito supra versum εστιν ante δ' a manu recenti. Itaque legendum est, — τοῦ Πλούτου δ' ἔστ' ἐνυβρίζειν. Καθυβρίζειν τινὰ dixit Aristophanes in Acharn. 606 et in Eqq. 719.

V. 721. ἀθέοις] Impium et nefarium est, violare eum, qui ad aram confugerit —. *Berglerus*. Bene etiam Schol. Rav. ad v. 717 κάθηται ἐπὶ βωμοῦ ὡς ἱκετεύων —. Deinceps correxi ἀντὶ τῶνδ' ἔτι facillima emendatione. De hoc usu voculae ἔτι infra ad v. 887 dicetur.

V. 723—725. Libri

τάχα δέ σε μεταβαλοῦσ'
ἐπὶ κακὸν ἑτερότροπον
ἐπέχει τις τύχη.

ἐπὶ κάχ᾽ ἑτερότροπα
τίς σ᾽ ἔτ᾽ ἔχει τύχη. 725
ἀλλὰ τάσδε μὲν λαβεῖν χρῆν σ᾽, ἐκφέρειν τε τῶν ξύ-
λων,

Vehementer autem mireris, omnes V. D., qui hoc carmen tractarunt, metri vitia aequo animo tulisse. Quum perspicuum sit, tres dochmios, ut in stropha, restitui debere, ita maxime scripsimus,

τάχα δὲ μεταβαλοῦσ᾽
ἐπὶ κάχ᾽ ἑτερότροπα
τίς σ᾽ ἔτ᾽ ἔχει τύχη.

In quo caetera dubitationem habent nullam, illud tantum suspicor, ἔτ᾽ ἔχει pro ἐπέχει scribi oportere. Nam quum ἔτι apte hic conveniat, tum μεταβαλοῦσ᾽ ἔχει notissimus est usus Atticorum. Compara Ecclesiaz. 355 ἐγκλείσασ᾽ ἔχει, Avv. 852 συμπαραινέσας ἔχω. Thesmoph. 706 ἔχει — ἐξαρπάσας. Quin θαυμάσας ἔχω prope solemnis est loquutio. Plurima hujus generis exempla collegit Matthiaeus in Gr. Gr. p. 1105, 1106 ed. II, qui recte negat ἔχω in his unquam abundare, sed aut possessionem rei aut temporis diuturnitatem eo indicari. Atque nostro quidem in loco Chorus: *forsitan vero*, inquit, *aliqua te fortuna in alius generis mala adhuc convertet*, sive *conjiciet*. Hermannus mihi aliquando scripsit, ita sibi legendum videri,

ἴσως ἔτ᾽ ἐννβριεῖς
λόγους τε λέξεις ἀνοσίους
ἀθέοις ἐπ᾽ ἔργοις. καὶ γὰρ αὖ-
θις ἀνταμειψόμεσθά σ᾽ ὥσ-
περ εἰκὸς ἀντὶ τῶνδε.
τάχα δὲ, τάχ᾽ ἂν ἴσως μεταβαλοῦσά σ᾽ ἐπὶ
κακὸν ἑτερότροπόν τις ἐπέχοι τύχη.

Quomodo stropham legerit Vir summus, haud satis commemini. Fortasse tamen ἐπέχει *cohibet*, *coërcet*, retineri potest. *Aliqua te fortuna in contraria mala conjectum forsitan reprimet.*

V. 726. ἀλλὰ τάσδε μὲν λαβεῖν χρῆν σ᾽] Schol. Rav. πρὸς τὰς γυναῖκας, idemque in margine Cod. Aug. adscriptum. Bene animadvertit Brunckius, dici oportuisse πρὸς τὴν γυναῖκα, quum Chorus antea Mnesilochum, hic vero Micam alloquatur, cui infans raptus erat. Enimvero Brunckius haec ita interpretatur, *Sed his adsumtis mulieribus, oportet te ligna efferre* —, eodemque modo Vossius, similiter autem Bothius, qui τάσδε servas dici, quae in conspectu fuerint, existimat. Hanc explicationem fert loquendi consuetudo (vide pauca de multis, Avv. 647 εἰσηγοῦ σὺ λαβὼν ἡμῖς. Plut. 1079, Nub. 1152.), res ipsa vero graviter refutat. Tantum enim abest, ut Mica complures vel ancillas vel mulieres adsumserit ut unam duntaxat sequi se ancillam jusserit, Maniam, v. 728 et 739. Neque

καὶ καταίθειν τὸν πανοῦργον, πυρπολεῖν θ' ὅσον τάχος.

---

multae feminae ablegari possunt hominis comburendi causa, quum statim hoc omne consilium omissum sit et ad irritum ceciderit. Sed, ut opinor, non ligno solum, verum etiam igni ad incendium opus est. Et quum faces crebro hac in fabula memoratae sint, tum v. 280 mulieres cum taedis ardentibus in templum veniunt, atque haud multo ante v. 655 eaedem faces accendunt. Denique manifestum est, quo τάσδε (scilicet τὰς λαμπάδας) referri debeat; faces enim et ligna apte hic connectuntur. Quare poëta maluit dicere, *τάσδε μὲν — ἐκφέρειν τε τῶν ξύλων* quam *ἐκφέρειν δὲ* ut in tanta notionum similitudine. *At*, inquit princeps persona, *hasce faces oportebat te, Mica, prehendere, lignaque efferre —*. Jam vero Ravennas habet *χρῆν σ' ἐκφέρειν τε —*, Juntina *χρήν σ' ἐκφέρειν τε*, Cod. Aug. *χρή μ' ἐκφέρειν τε, χρή σ' ἐκφέρειν τε* Edd. quaedam vetustiores. *Θαῤῥεῖν σε χρὴ* simpliciter est imperantis, *bono te animo esse oportet*, contra *θαῤῥεῖν σ' ἐχρῆν* cum hac dicitur oppositione, *bono te animo esse oportebat*, (at tu desperas). Quare hic, ubi Micae desidia exprobratur, haud dubie praestat, *ἀλλὰ τάσδε μὲν λαβεῖν χρῆν σ'*, verum hasce faces in manum sumere te oportebat (at tu nimium male cessas). Hae autem formae *χρὴ* atque *χρῆν* quum alibi saepissime permutantur, tum in Helena Euripidis v. 1407, 1415, 1433. In primo quidem versu Helena

ἔξεις δέ μ' οἵαν χρῆν σ' ἔχειν ἐν δώμασι
γυναῖκ'

dixit argute; et, ut in talibus solent tragici, ambigue; Theoclymenus enim post paullo nuptiis illis excidet; in caeteris autem locis *χρὴ* bene restitutum est. Caeterum in Edd. ante Brunckium hi quatuor versus, *ἀλλὰ τάσδε μὲν — θυμάλωπα τήμερον* inepte Choro omnes continuantur. Brunckius vero in editione sua his quatuor versibus mulieris personam (*Γυνὴ Z*) praefixit, apertissimo errore, quem secure repetivit I. Bekkerus. Hic bona Bekkeri venia fidem apud nos inveniet *incredibilis socordia cum pari inscitia conjuncta* ICti, qui verissime monuit, in libro Rav. novam personam secundo demum abhinc versui, *ἴωμεν* — praepositam esse. Chorum verba facere usque ad hunc finem, *πυρπολεῖν θ' ὅσον τάχος*, ac tum mulierem (*Γυναῖκα Z*) loqui incipere, tam manifestum est, ut demonstrare pigeat taedeatque. Ipse adeo Brunckius in adnotatione errorem suum honeste correxit.

V. 727. *ὅσον τάχος*] Lysistr. 1187 *ὡς τάχος*. Inutile est notissimae formulae *ὅσον τάχος* atque *ὡς τάχος* exempla Euripidis aliorumque describere. Sed Attici etiam *ὅπως τάχος* noverant idque ipsum redintegramus in Vesp. v. 365

Ἀλλὰ καὶ νῦν ἐκπόριζε μηχανὴν ὅπως τάχος·
ἕως γάρ, ὦ μελίττιον.

ΓΥΝΗ Ζ.

ἴωμεν ἐπὶ τὰς κληματίδας, ὦ Μανία·
κἀγὼ σ' ἀποδείξω θυμάλωπα τήμερον.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἕφαπτε καὶ κάταιθε· σὺ δὲ τὸ Κρητικὸν 730

Scribebatur *ὅπως τάχισθ'*, non sine turpissimo hiatu. *Ὡς ταχὺ* dixit Menander p. 52 sive p. 564 ed. Meinekii, qui utroque loco fallitur. Scribendum erat,

A. τί φῄς σύ; B. τῶν ἐνθένδε πᾶς Ἐλευθερῶν
ἀπῆλθεν εὐθὺς ὡς ταχύ.

Nam *ἐνθένδε* praebet MS. Reg. Ammonii, *Ἐλευθερῶν* debetur Valckenario, aliquid vidit etiam Lobeckius ad Phryn. p. 144. Converte, *Quid ais?* B. *Omnes hinc recta Eleutheras abierunt quam celerrime.* Quanquam *τί φησί*; quid ait? fortasse defendi potest ex Ar. Plut. 1042 et Terent. Andria III, 1, 4. *Ὅπως τάχος* pro *ὅπως τάχιστα*, *ὡς ταχύ* pro *ὡς τάχιστα* nemo dici miretur, qui Latinos eadem ratione *quam celeriter* pro *quam celerrime* usurpasse meminerit. Omnium saepissime ita loquitur Tacitus: Terentius vero, quum scriberet in Andria I, 1, 109 *quam familiariter*, more suo Menandrum de graeco faciebat latinum.

V. 728. *ὦ Μανία*] Eandem dici ancillam existimo, quae supra v. 609 Micae nutrix esse traditur. Nam in utroque loco Mica loquitur.

V. 730. Libri, *σὺ τόδε τὸ Κρητικόν*. Suidas, *Κρητικόν: εἶδος χιτῶνος. Ἀριστοφάνης· Σὺ δὲ τὸν Κρητικὸν ἀπόδυθι ταχέως*, ubi Cod. Oxon. plane legit, *σὺ δὲ τὸ Κρητικὸν* —. Atque id Comico restituerunt Kusterus, Toupius ad Suidam II, p. 113, Brunckius. Quum hoc ipsum et in vulgata lateat scriptura (nam *σὺ τόδε τὸ* valet *σὺ δὲ τὸ*), et plane exstet apud Suidam, nihilque eo ad rem sit adcommodatius: vix operae pretium est, R. Hanovii afferre conjecturam Exerc. Crit. p. 124 *ἕφαπτε, κάταιθε· σὺ δὲ τοδὶ τὸ Κρητικὸν* —. Jam anapaestum vulgo hic tribracho subjectum recte Brunckius vituperavit. Reponam hic, quae olim scripsi De trimetro Graecorum Comico p. 8 sq. „Subdifficile est ad statuendum, possitne in his versibus tribracho vel dactylo statim succedere anapaestus: quae quidem quaestio, quum olim a Dawesio moveri coepta esset, acriter inter V. D. etiamnunc agitatur. Ego vero plerosque sequutus nego, quod scribarum fuit negligentiae, id Comicorum vel consilio vel inertiae attribuendum esse. Atque hoc loco adscribam emendationem quandam meam, non minus certe probabilem iis, quae adhuc inventae sunt, versus Acharn. 698

ἀκούετον δή· ποτέχετ' ἐμὶν τὰν γαστέρα.

Rescribo: *ἀκούετ' ὦν· ποτέχετ' ἐμὶν τὰν γαστέρα.*

ἀπόδυθι ταχέως· τοῦ θανάτου δ', ὦ παιδίον,
μόνην γυναικῶν αἰτιῶ τὴν μητέρα.
τουτὶ τί ἐστιν; ἀσκὸς ἐγένεθ' ἡ κόρη

Nam Codicum lectio *ἀκούετον δὴ* ne ad sententiam quidem ferri potest. Est enim, so hóret denn, ut Plut. 76, 975, Aesch. Prometh. 630. Quasi vero Megarensis filiabus aliquid narraturus sit. Attamen idem pedes istos infames a Reisigio atque Hermanno recte defensos esse arbitror in Acharn. 47 et Eccles. 330

ἀλλ' ἀθάνατος· | ὁ γὰρ Ἀμφίθεος Δήμητρος ἦν.
καὶ θοἰμάτιον, | ὅτε δὴ δ' ἐκεῖνο ψηλαφῶν.

quod et dipodiae et interductus et caesurae intervallo sejuncti sunt, eo tum tolerabiliores. Quis enim aut ὅτε δ' substituat, aut eo progrediatur audaciae, ut *ἀθάνατος* prima correpta ab Aristophane dictum contendat? Nunc experiatur mihi aliquis ingenium: ita videbit, hos locos depravari facile posse, emendari atque corrigi non posse. Caeterum de postremis versibus erravi. Namque in Acharnensibus articulus ὁ et distinctio post *ἀθάνατος* critico debentur Alexandrino, qui non intellexit id, quod sine dubio dederat Aristophanes,

ἀλλ' ἀθάνατος γὰρ Ἀμφίθεος Δήμητρος ἦν.

Eadem brevitate mox iterum utitur Amphitheus v. 50

ἐκ τούτου δ' ἐγὼ
ἀθάνατός εἰμι'.

In Ecclesiazusis autem quum librorum scripturae ὅτε δὴ δ', ὅτε δῆτ', ὅτε δ' ἤδ' e sequente versu, ubi est ὁ δ' ἤδη natae videantur, dixisse poëtam suspicor, *καὶ θοἰμάτιον· ὅτ' οὖν ἐκεῖνο ψηλαφῶν* —. Apte vero infanti cretica vestis tribuitur, quam et minutam et subtilem fuisse constat. Hesychius, *Κρητικόν: ἱματίδιον λεπτὸν καὶ βραχύ. τὰ γὰρ τοιαῦτα Κρητικὰ ἔλεγον.* — Photius p. 178, 17 *Κρητικόν: βραχὺ ἱμάτιον. οὕτως Εὔπολις·*

οὐ πάνυ ταχὺ
ῥίψας ἐμοὶ τοῦτ', ἀναβαλεῖ (sic Porsonus pro *τοῦτο· ἀναβάλλει*) *τὸ Κρητικόν.*

Omitto alia; nam haud dubie diversa fuit vestis, qua Athenis archontum unus Rex utebatur testante Polluce VII, 77. Scholium Ravennatis hic quoque mutilatum est, *εἶδος ἱματίου. ἠμφίεσται δὲ ὡς* [*παιδίον*] *καὶ ὑποδήματα ἔχει ἡ ἀσκο*[*πυτίνη*].

V. 733. *ἀσκὸς ἐγένεθ' ἡ κόρη*] Quum senex infantem occisurus scilicet, veste nudasset, dolus apparuit mulieris, quae non puellam, ut ipsa videri volebat, sed utrem vini in templum attulisset. Ac tamen jejunii die, quo haec omnia aguntur, cibo potuque abstinendum erat. Similiter autem jocatus est Plautus in Aulular. II, 6, 6 Sta. Ce-

οἴνου πλέως, καὶ ταῦτα Περσικὰς ἔχων.
ὦ θερμόταται γυναῖκες, ὦ ποτίσταται,
κἀκ παντὸς ὑμεῖς μηχανώμεναι πιεῖν,
ὦ μέγα καπήλοις ἀγαθὸν, ἡμῖν δ' αὖ κακόν·
κακὸν δὲ καὶ τοῖς σκευαρίοις, καὶ τῇ κρόκῃ.

ΓΥΝΗ Ζ.

παράβαλλε πολλὰς κληματίδας, ὦ Μανία.

---

rerine, Strobile, has facturi nuptias? Str. Quidum? St. Quia temeti nihil allatum intelligo. Caeterum mulieres maximeque vetulae apud Comicos Graecos Latinosque tam sunt bibaces, ut licet res supra modum ab iis adaucta sit, tamen ne sic quidem eorum fidem inveniat oratio. Jam Buttmannus aliique grammatici hoc potissimum exemplo ἀσκὸς ἐγένεθ' ἡ κόρη Subjecti Nomen plerumque habere articulum, Objecti autem eo carere demonstrant. Pro ἐγένεθ' in Rav. Junt. ἐγένηθ' exstat.

V. 735. Eustathius p. 1441, 24 hunc versum ex Aristophane profert ob formam ποτίστατος, quacum similes comparat permultas. Suidas, Θερμόταται: μέθυσοι (e Schol. Rav., qui hic ὦ μέθυσοι). Ὦ θερμόταται γυναῖκες, μέγα καπήλοις καλὸν, ἡμῖν δὲ κακόν. Ita Edd. Med. et Kust., eodemque modo liber Oxon., nisi quod is κακὸν pro ἀγαθόν.

V. 736. Vulgo legebatur, κἀκ παντὸς ὑμῖν μ., sed Rav. et Juntina legunt, κἀκ παντὸς ὑμεῖς μ., quod recepit Dindorfius, probavit autem Dobraeus quoque. Quaeris ex me, utra harum lectionum vera esse videatur; ego vero respondeo, neutram. Nam ὑμῖν quidem tam est ineptum, quam quod maxime, ὑμεῖς autem prorsus inutile est vocabulum, denique substantivum nomen requiritur, quod cum verbis κἀκ παντὸς cohaereat. Latet enim haud protritum verbum, sed paullo reconditius, cujus inveniendi copiam nobis faciunt ἀσκὸς v. 733, atque δέρμα v. 758. Vix enim dubito, quin scripserit Aristophanes, κἀκ παντὸς ὑμένος μηχανώμεναι πιεῖν. *O calidissimae mulieres*, inquit (id hic est vino maxime deditae, non audacissimae), *o bibacissimae, quae ex quavis pellicula* (sive membrana) *bibendi facultatem exsculpitis* —. Ποτήρια — ὑμενόστρακα dixit Lexiphanes Lucianeus c. 7.

V. 738. Initium hujus versus eo pertinet, quod omnia vasa a mulieribus vini cupiditate ferventibus oppignerentur (recte enim Schol. Rav. ἅπαντα γὰρ ἕνεκα τοῦ πιεῖν ἐνέχυρα τίθεται καὶ πιπράσκεται.), subtemini vero malum esse feminae idcirco dicuntur, quia prae nimio vini studio parum et male texant. Et hoc quidem intellexerunt Palmerius atque Kusterus.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

παράβαλλε δῆτα· σὺ δ' ἀπόκριναί μοι.

ΓΥΝΗ Ζ.

τὸ τί; 740

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τουτί τεκεῖν φῄς;

V. 740. Legebatur,

— σὺ δ' ἀπόκριναί μοι τοδί.

τουτὶ τεκεῖν φῄς;

At primum minime eleganter formae τοδὶ τουτὶ ab eadem persona nullo paene intervallo componuntur, deinde non tam τοδί, quam τόδε vel τάδε vel potius sine ullo pronomine, σὺ δ' ἀπόκριναί μοι hic requisiveris. Quid quaeris? Scripserat Comicus, σὺ δ' ἀπόκριναί μοι. ΓΥΝΗ Ζ. τὸ τί; ΜΝ. τουτὶ τεκεῖν φῄς; id quod suscepimus. Namque mulier ista, conscientia mali icta verensque, ne fraus sua deprehendatur, occupat quaerere τὸ τί; Plane geminus locus in Pluto est v. 902 ΧΡΕ. καὶ μὴν ἐπερωτηθεὶς ἀπόκριναί μοι. ΣΥ. τὸ τί; ΧΡΕ. γεωργὸς εἶ; Juntina totum hunc versum, quod nullius est momenti, mulieri adsignat; eademque deinceps legit ἀπόκρινε cum Ravennate ac Biseto. Magnus vero Bentlejus quidnam voluerit, obscurum est. „Bentl. hic (v. 741) apponit ΜΝ. et deinceps pro ΑΛ. ΓΥ. scripsit ΜΝ."

V. 741. Egregie Mnesilochus neutro genere, τουτὶ τεκεῖν φῄς; h. e. talene monstrum te ais peperisse? Jam vocula καὶ ante δέκα μῆνας deest in Rav. et Juntina, quae nullam habet inter φῄς et δέκα personam. Neque recuso, quin etiam ab Cod. Augustano καὶ abesse censeatur. Nam Brunckius quidem hunc Codicem parum accurate versavit; et tamen quascunque ex eo lectiones protulit, eae magno indicio sunt, Augustanum, Ravennatem Juntinamque ex communi omnes fonte emanasse. Veruntamen καὶ adeo ad rem adcommodatum est, ut etiamsi conjecturae ope inventum sit, temere rejici nequeat. In ed. Lugduno Batava minore ad h. l. notatur, δέκα γε μῆνας, opinor e conjectura Scaligeri. At tum usus postulabat, δέκα γε μῆνας αὖτ' ἐνεγκοῦσα scilicet ἔτεκον. Ego vero cum particula γὲ scripserim

τουτὶ τεκεῖν φῄς;

ΓΥ. Ζ. καὶ δέκα μῆνάς γ' αὖτ' ἐγὼ

ἤνεγκον.

Aptissimum est enim καὶ — γὲ hoc in loco, plane ut in Ranis v. 49 ΗΡΑ. κἀναμάχησας; ΔΙΟ. καὶ κατεδύσαμεν γε ναῦς —. Ex alia parte urget Schol. Rav. ἀλλ' οὐ δέκα μῆνας κυοῦσιν αἱ γυναῖκες, ἀλλ' ἐννέα. εἰώθασι δὲ οὕτω πλήρει ἀριθμῷ χρῆσθαι ἀντὶ τῶν

ἐννέα μηνῶν. Nescio, quem nobis plenum numerum narret doctior grammaticus, quam intelligentior. Nec multo prudentius Bourdinus iste scribit, secundum alios δεκάμηνον εἶναι τὴν γένεσιν, alios vero ἐνδεκάμηνον καὶ δωδεκάμηνον in his ipsum adeo Homerum (videlicet quod is dixerat ingenue,

περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
τέξεις ἀγλαὰ τέκνα

Od. XI, 249), caeterum Hippocrate auctore vel post septimum a octavum mensem infantes nasci et sic porro. At abortu facto nunquam vivunt infantes, praematuri autem foetus raro miseram trahunt animam. Ita Lucianus dicit de Baccho D.D. IX, 2 ἀτελὲς ἔτι αὐτῷ τὸ ἔμβρυον ἑπταμηνιαῖον (recte ἑπτάμηνον liber Guelferb.), et Cicero Epp. ad Atticum X, 18. „Tullia mea peperit — puerum ἑπταμηνιαῖον. (ita Tullius, vir graece haud nimium doctus, tacente Lobeckio ad Phryn. p. 549.) — Quod quidem est natum, perimbecillum est." Conferat, quem talia juvant, etiam Homerum Iliad. XIX, 117

ἦ δ' ἔκνισε φίλον υἱόν· ὁ δ' ἑβδομος ἑστήκει μείς·
ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ φόωσδε, καὶ ἡλικόμηνον ἐόντα —.

et Herodotum VI, 69 τίκτουσι γὰρ γυναῖκες καὶ ἐννεάμηνα καὶ ἑπτάμηνα, καὶ οὐ πᾶσαι δέκα μῆνας ἐκτελέσασαι· ἐγὼ δέ σε, ὦ παῖ, ἑπτάμηνον ἔτεκον. Sed in Herodoto quidem mulier Spartana, quarum alioquin novi fortitudinem, adulterium tegere videtur mendacio. Hic vero, ut opinor, de partu agitur legitimo. Nimirum recte et nos in hoc genere nono mense, et Graeci decimo utuntur. Quum enim mensis olim Athenis non plus triginta esset dierum, μὴν sive τριάκονθ' ἡμέραι (vide Elmslejum ad Acharn. v. 866.) revera tum decimo mense infans nascebatur; menses enim dicuntur lunares. Ita fit, ut et graeci scriptores, et qui e graeco fonte sua derivarunt, latini magna constantia in hac re decimum mensem nominaverint. Menander in Plocio p. 145 M. Γυνὴ κυεῖ δεκάμηνος, idem scriptor in Adelphis Terentii III, 4, 29

Virgo ex eo
Compressu gravida facta est; mensis decimus est.

Ubi intpp. in aliis utuntur Pomponio ap. Nonium v. verminari,

Decimus mensis est, quum factumst: ita fit, ita semper solet,
Decimo mense demum turgens verminatur, parturit.

Plautus in Cistellaria I, 3, 15

At illa, quam compresserat,
Decimo post mense exacto hic peperit filiam.

In Amphitruone etiam geminus locus exstat, cujus obscure memini. Varro Fragm. p. 318 Ed. Bipont. „Pythagoras autem, quod erat credibilius dixit partus esse genera duo, alterum septem mensium, alterum decem." Vere partim, partim satis mire Pythagoras. Atque haec solito uberiora feci, ne quis forte, quoniam hoc in versu anti-

ΓΥΝΗ Ζ.

καὶ δέκα μῆνας αὖτ' ἐγὼ
ἤνεγκον.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἤνεγκας σύ;

ΓΥΝΗ Ζ.

νὴ τὴν Ἄρτεμιν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τρικότυλον; ἦ πῶς; εἰπέ μοι.

ΓΥΝΗ Ζ.

τί μ' εἰργάσω;
ἀπέδυσας, ὦ 'ναίσχυντέ μου τὸ παιδίον,
τυννοῦτον ὄν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τυννοῦτο;
μικρὸν νὴ Δία. 745

---

quitus titubatum esse patet, numerum δέκα immutare vellet, quem non Codices solum, verum etiam Schol. Rav. corroborant.

V. 742. ἤνεγκον] Antiatticista Bekkeri p. 98, 12 Ἤνεγκον: ἐπὶ πρώτου προσώπου. Σοφοκλῆς Τυροῖ. Ἀριστοφάνης Θεσμοφορίαις. Tum confer Ecclesiaz. 191, 192

— εἰ τοῦτ' εἶπας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.
Γυν. ἀλλ' οὐκ ἂν εἶπον.

Perverse Brunckius et illic εἶπες et hic ἤνεγκες suffecit. Namque attici scriptores magna constantia εἶπον, εἶπας dicere solebant, neque secundae personae forma εἶπες in Aristophane ferri ullo modo potest.

V. 745. Juntina hic iterum personas more suo pervertit. Nam v. 742 habet Γυ. ἤνεγκας σύ. Γυ. et v. 743 Γυ. — εἰπέ μοι. Γυ. τί μ' —. Eadem hic legit, τυνοῦτο ὄν. Γυ. τυνοῦτο; Γυ. —. Raveunas et Augustanus, τυνοῦτον ὄν τυνοῦτο. Γυ. —. Recte Brunckius, τυννοῦτον ὄν. Μν. τυννοῦτο; neque tamen personarum vices emendavit. Scribebatur enim, τυνοῦτο ὄν. ΜΝ. τυνοῦτο; Γυ. μικρὸν νὴ Δία, quod viris doctis tamdiu placere potuisse miramur. Cur enim, obsecro, mulier infantem suum parvum esse dixerit (μικρὸν νὴ Δία), quae eum modo pusillum quendam esse atque minutum (τυννοῦτον ὄν) confirmaverat? Apparet vero, haec Mnesilocho tribuenda esse, qui ironice loquens contendit, utrem vini amplum sibi et capacem videri. Quum enim mulier ita dixisset, τὸ παιδίον τυννοῦτον

πόσ' ἔτη δὲ γέγονε; τρεῖς χόας ἢ τέτταρας;

ΓΥΝΗ Ζ.

σχεδὸν τοσοῦτον, χῶσον ἐκ Διονυσίων.

ὅν, Mnesilochus utrem contemplatus spatiosum τννοῦτο; inquit, μικρὸν νὴ Δία et quae sequuntur. Ac saepissime jusjurandum νὴ Δία vim habet ironicam. Veluti in Nubibus v. 1342

ἐδιδαξάμην μέντοι σε, νὴ Δί' ὦ μέλε
τοῖσιν δικαίοις ἀντιλέγειν, εἰ —.

Certe, inquit, te docendum curavi, justitiae repugnare, si demonstraturus es, justum esse patrem verberari a filiis. Vernacule, Du haſt deine Lection trefflich gelernt. Interpretes enim falluntur. Sed personae recte distributae aliam tollent difficultatem. Neque enim in eundem utrem haec videntur cadere τριχότυλον ἢ πῶς; et postea τρεῖς χόας ἢ τέτταρας; Enimvero Mnesilochus versu demum 745 utrem curiosius explorat et quantum eo vini contineatur, animadvertit.

V. 746. 747. Obscura verba χῶσον ἐκ Διονυσίων triplici potissimum modo explicari possunt. Et Brunckius quidem censet, χόας intelligi festum illud Choum, quotannis celebrari solitum, ut necessario totidem anni, quot choes, efficiantur. Adhuc verissime Brunckius. Jam addit, χῶσον ἐκ Διονυσίων valere, *et quantum efflu-xit temporis ab ultimis Anthesteriis:* Dionysiis enim hic Anthesteria designari, idque Choum ostendere mentionem. Falso: nam propter id ipsum diversa nomina Χόες — Διονύσια ponuntur, ut res quoque esse diversas appareat. Rursus bene Brunckius, annos infantis, qui nihil aliud sit, quam uter vini, apte isto modo numerari, postremo veri simile esse, ut Athenienses vini aetatem Liberalium hoc est Choum numero indicaverint: scilicet alias gentes aliter vini aetatem descripsisse, cujus rei causa afferre poterat intpp. ad Horat. Od. III, 21, 1. Sed quamvis docte Brunckius disputet, tamen quod Dionysia de Anthesteriis interpretatur, in summa re vehementer errare putandus est. Meliora eum docere poterant I. Casaubonus, E. Spanhemius, T. Hemsterhusius alii. Omnium vero optime disputavit Ruhnkenius in Auctario ad Hesychium remque extra controversiam posuit. Hic, *verissimum est*, inquit, *quoties Attici scriptores Διονύσια solum dicant, τὰ κατ' ἄστυ Διονύσια significari.* Et iterum, *Tenendum igitur, — Διονύσια simpliciter, vel per eminentiam dicta, esse urbana et majora.* Utrum igitur Dionysia verna ejus anni, quo nata sit puella, an proximi superioris anni hic dicuntur? Illud sequutus Bothius, qui ridicule scripsit Χοάς, intelligit magna Dionysia tertii seu quarti anni praeteriti, sicut eorundem annorum Choas dixit Mnesilochus (perquam inscite addidit, *quorum festorum quia utrumque vernum erat* —). Isto igitur modo χῶσον ἐκ Διονυσίων erit, *et quantum est temporis inter*

ἀλλ' ἀπόδος αὐτό.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτονί.

Dionysia verna tertii quartive anni usque ad Choas sive Anthesteria proxima; mulierque tempore cum cura descripto puellam suam Dionysiis, non Choibus natam esse ostendet. Verum ut tantisper concedam, vini aetatem Dionysiis, non Choibus definitam esse, haud sane id jam agit mulier, ut puellae aetatem diligenter subtiliterque describat, quippe quae in medio reliquerit, utrum tres Choes an quatuor elapsi sint (σχεδὸν τοσοῦτον). Imo vero hac una de causa χῶσον ἐκ Διονυσίων mulier adjecit, ut infantis aetatem, qui reapse uter fuit vini, eadem ambiguitate declararet, qua modo senex dixerat τρεῖς Χόας ἢ τέτταρας; Restat illud videlicet, ut Dionysia ejus anni intelligantur, qui ipsius comoediae tempora proxime antecessit. Quam explicationem monstrarunt nobis Scholiastae Ravennates, τοῦτο πάλιν ὡς ἐπὶ ἀσκοῦ· ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰπεῖν ἔπη (ἔτη) εἶπε χοᾶς. Et statim εἰώθασι λέγειν, ἐάν τις ἐν Διονυσίοις ἢ Διασίοις ἢ Σκίροις μικρόν τι προσεναγισματων ευ α. (Haec alii velim exponant.) ἅμα δὲ ὅτι καὶ περὶ οἴνου ἐστὶν ὁ λόγος. Ἄλλως. ου λέγοντος ἃ δὲ λέγει ἐκ Διονυσίων ἢ Ἀπατουρίων, τὸν ὑπερπίπτοντα τῶν μηνῶν ἀριθμὸν οὕτω δηλοῖ τις: — τοῦτο ἔθος ἦν Ἀττικοῖς, λέγειν τὰ ἔτη καὶ τὸν ὑπερπίπτοντα ἀριθμὸν ἀπὸ τῶν Διονυσίων. His itaque auctoribus Attici tempora crebro sic definiebant, ut ab diebus festis proficiscerentur, dicebantque verbi causa: *tres sunt anni et quantum est mensium ab ultimis Dionysiis* (*vel Diasiis*, *vel Sciris*, *vel Apaturiis*) *usque ad diem hodiernum.* Quaerenti igitur Mnesilocho, tresne an quatuor Choas nata sit puella, mulier respondet: pro modum, et quantum est mensium a novissimis Dionysiis. In quo videtur illa quidem annorum numero menses etiam additura esse; re ipsa autem adjectis ad Choes Dionysiis nihil aliud, quam utrem vini suum imprudenter prodidit, de tempore definiendo secura. Namque veri infantis menses alio quovis festo potius, quam Dionysiis definivisset. Porro libri habent, γέγονεν — χοᾶς, etiam Juntina, sic illa errans in personis, Γυ. ποσ' — γέγονεν. Γυ. τρεῖς —; Nos cum Brunckio γέγονε — χόας scripsimus. Tametsi enim ad alterum verbum χοᾶς simul adluditur, proprie tamen haec de Choum festo accipienda sunt. Deinceps libri propagant, καὶ ὅσον ἐκ Διονυσίων. Kusterus edidit χ' ὅσον ἐκ τῶν Διονυσίων, scilicet haec emendaturus. Brunckius in adnotatione, σχεδὸν τοσοῦτο καὶ ὅσον, idemque ad Pac. 437 χῶσον. Recte χῶσον Bentlejus et Porsonus.

V. 748. μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτονί.] Ita sine dubio legunt Rav. et Aug. fortassis etiam Juntina, quae pro Mnesilocho personam habet mulieris. Vulgo scribitur, soloece, μὰ οὐ τὸν Ἀπόλλω τουτονί.

ΓΥΝΗ Ζ.

ἐμπρήσομεν τοίνυν σε.

Particula οὐ jam deleta est a Reiskio, Brunckio, et qui recte observat, Graecos non dixisse μὰ οὐ τὸν Ἀπόλλω, sed aut οὐ, μὰ τὸν Ἀπόλλω, aut μὰ τὸν Ἀπόλλω οὐ, a Berglero. Reisigius p. 107 quum illud ostendit, in Edd. nonnullis, ut Basileensi Cratandri, Veneta Zanetti, Wecheliana, Brubachiana, legi αὐτὸς pro αὐτὸ tum ipse reponendum arbitratur μὰ τὸν Ἀπόλλω οὐ τουτονί. Scilicet eundem erravit errorem, quem Bothius, ut ad v. τουτονὶ tacita cogitatione τὸν ἀσκὸν assumeret. Praestitisset isto quidem modo rescribere, μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτογί, puta τὸ παιδίον, prorsus uti est in Lysistrata v. 942. Nos vero interpolationem οὐ usque eo despicimus, ut nihil esse incorruptius antiqua lectione μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτονὶ dictitemus. Sed magnopere cavendum est, ne quis τουτονὶ prorsus abundare opinetur, inductus hoc Nubium versu 84 νὴ τὸν Ποσειδῶ τουτονὶ τὸν Ἵππιον. Hic Scholiastae primum conjiciunt, juvenem currum aut aliud quoddam aurigationis instrumentum digito monstrasse, quod credere eis non debebat Schuetzius. Namque Neptunus neque currus est, neque aliud ejusmodi instrumentum. Alius Scholiasta serio narrat, hanc solemnem fuisse jurisjurandi formulam, μὰ τοῦτον τὸν Ἀσκληπιόν. Quae sunt impudenter mentientis. Nunquam enim Graeci ita jurarunt, nisi statuam illius dei oculis intuerentur. In theatro igitur, ubi et Bacchi ara, Thymele erat ad conistram, et in proscenio Apollinis, jurare licebat, μὰ τὸν Ἀπόλλω (Διόνυσον) τουτονί. F. A. Wolfius tamen Bothio teste hanc explicationem probabat allato Plauti Amphitr. I, 1, 30 quod *ille* faciat Juppiter. At in caelo, opinor, tonantem credebant Jovem regnare. Unice verum est illud in ultimo scholio, ἄλλοι δὲ, ἀφίδρυμα ἔχοντα Ποσειδῶνος. Omnino enim in scena erat domoque Strepsiadis statua Neptuni equestris eaque splendida. At plane contra in misera Socratis aedicula stabat δῖνος, ut intelligitur e v. 1473 διὰ τουτονὶ τὸν Δῖνον. Horum locorum alter alterum egregie illustrat. Utramque rem ingeniose ab Aristophane excogitatam esse, nemo negabit, nisi forte natus Musa Comicorum irata. Satis dictum est de versu Nubium. Jam Apollonius Dysc. De Pronom. p. 372 Bekk. Ποσειδῶ γάρ φασι καὶ μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτονί. aut ad nostrum versum respexit, aut hanc ipsam formulam etiam in aliis Comicorum locis invenit. Rectissime vero τουτονὶ additum est, velut monstrandi dei causa; nam Apollinis aram ante tres januas posticas in scena conspiceres. Pollux IV, 123 ἐπὶ δὲ τῆς σκηνῆς (Male interpres, *Post scenam vero* —) καὶ Ἀγυιεὺς ἔκειτο βωμὸς πρὸ τῶν θυρῶν. Male enim nonnulli, ut Harpocratio s. Ἀγυιᾶς hanc aram cum Baccho communicant, Ἀγυιεὺς — ἰδίους δὲ εἶναί φασιν αὐτοὺς Ἀπόλλωνος· οἱ δὲ Διονύσου, οἱ δὲ ἀμφοῖν. Quae in universum dici

equidem video; caeterum in theatro Thymele sive Bacchi ara ante orchestram multum differebat ab ara Apollinis in scena extrema. Saepenumero autem haec theatri ara commemorata est, ut in Vespis v. 875

ὦ δέσποτ' ἄναξ, γεῖτον Ἀγυιεῦ
τοὐμοῦ προθύρου προπύλαιε.

Praeclarum ad h.l. scholium exstat, quod sic persanasse mihi videor, adjutus partim a Palmerio: περὶ τοῦ Ἀγυιέως Ἀπόλλωνος Διευτυχίδας οὕτω γράφει· „ἐν δὲ τῷ θεάτρῳ τοῦτο διαμένει ἔτι καὶ νῦν, καί ἐστιν ὁ Ἀγυιεὺς τῶν Δωριέων οἰκισάντων ἐν τῷ τόπῳ ἀνάθημα.“ καὶ οὕτω καταμηνύει, ὅτι Δωριέων ἐστὶ τὰ Ἑλλήνων [θέατρα]. „τούτοις δὲ ἐπὶ τᾶς στρατιᾶς φάσματος οἱ Δωριεῖς ἀπομιμούμενοι τὰς ἀγυιὰς, ἱστᾶσιν ἔτι καὶ νῦν τῷ Ἀπόλλωνι. De Apolline Agyieo, inquit, ita scribit Dieutychidas (scilicet ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Μεγαρικῶν, ut patet ex Harpocratione s. Ἀγυιᾶς.): „in theatro autem hic mos etiamnunc servatur, estque in eo loco Apollo Ἀγυιεύς, ornamentum a Doriensibus consecratum.“ Atque sic ostendit Dieutychidas, theatra Graecorum a Dorib s (Megarenses autem dicit) proficisci. Tum pergit ille scriptor: „His autem in eductione exercitus Dorienses vicos plateasque imitati statuunt eos etiamnum Apollini.“ Quae quum ita sint, Dieutychida auctore primum Dores, id est Megarenses, qui comoediam invenerunt, Apollinis Agyiei statuam in theatro erexerant, qui mos postea Athenis receptus est. Ita vero etiam Pherecrates exponi poscit in Crapatalis p. 37 ed. Runk. ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ, ταῦτα συμμένησό μου. Omnino autem Agyiei statuam a Comicis saepissime nominatam esse oportet, quandoquidem ita loquitur l. l. Harpocratio, — Ἀριστοφάνης τε ἐν Σφηξὶ καὶ Εὔπολις. — εἶεν ἂν καὶ οἱ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι Ἀγυιεῖς οἱ πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοί, ὡς φασι Κρατῖνος καὶ Μένανδρος —. Qui nihil mentitur certe de Menandro; siquidem vel Menandri aetate haec ara nondum e theatris sublata erat, auctore Terentio in Andr. IV, 3, 11 ex ara hinc sume verbenas tibi —. Ubi Donatus „ex ara, scilicet Apollinis, quem Δήλιον Menander vocat.“ Menandrum (fr. 21. Mein.) ita fere loquutum suspicor,

Ἀπὸ δεξιᾶς σὺ μυρρίνας δέχου
τοῦ Δηλίου, δύστηνε.

Quin Apollinis aram ad locum Terentii expressam videbis inter personas Terentianas, quas *de Berger* edidit. Locos a Lindenbruchio allatos, Plutarch. Quaestt. Rom. c. 5, Sueton. in Calig. c. 54, Vitruv. V, 6 inspiciant, qui volent. Venio ad alium ejusdem Menandri locum ap. Suidam s. Ναὶ μὰ τό: — οἱ ἀρχαῖοι οὐ προπετῶς κατὰ τῶν θεῶν ὤμνυον, ἀλλὰ κατὰ τῶν προστυγχανόντων· ὡς καὶ Μένανδρος· Μαρτύρομαι τὸν Ἀπόλλω τοῦτον, καὶ τὰς θύρας. Rescribendum est,

Μαρτύρομαι·
Ναὶ μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτονὶ καὶ τὰς θύρας.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

πάνυ γ' ἐμπίπρατε.
αὕτη δ' ἀποσφαγήσεται μάλ' αὐτίκα. 750

---

quod paene intellexit Meinekius p. 256. Neque vero haec Apollinis statua Plauto ignota est in Mostellaria V, 1, 45

Faciundum edepol censeo. ego
Interim hanc aram occupabo.

Ubi quae Scaliger commentus est, ex vano hausta sunt omnia. Luculentior etiam hic locus est in Bacchid. II, 1, 3

Saluto te, vicine Apollo, qui aedibus
Propinquus nostris accolis, venerque te.

Hic J. Ph. Pareus docte et ingeniose, ut ille solet: „vicine Apollo] Praeses vicorum, Ἀγυιπεύς. (sic)." Sequitur, ut demonstrem, hujus statuae Apollinaris etiam in tragoedia Graecorum mentionem fieri. Caeterum hic quidem otium nobis fecit eximia Brunckii diligentia ad Soph. Oed. Tyr. v. 16, qui aptissime his utitur locis, Soph. El. 637, 1372, Eurip. Phoeniss. 284, 640. Adde illud Sophoclis ejusdem in Laocoonte, Λάμπει θ' Ἀγυιεὺς βωμὸς —. Obscurior fama est de statua Minervae, quam ipsam quoque, sicuti Apollinem Ἀγυιᾶ, in scena, neque vero ut Bacchi aram in orchestra positam fuisse necesse est. Nec tamen alium hujus statuae auctorem novi praeter Schol. ad Arist. Pac. v. 710 παρὰ τὴν θεὸν οὖν τὴν Ἀθηνᾶν· ἄγαλμα γὰρ ἦν ἐν τῷ θεάτρῳ τῆς Ἀθηνᾶς. His jam dudum scriptis incidi in aurea verba Lobeckii, Summi Viri, Aglaopham. p. 1335, quae infra posui: „Hi autem domestici dii partim prothyraei erant, partim intra aedes colebantur. Apud Menandrum Fr. CCXII testatur aliquis τὸν Ἀπόλλω τουτονί, ubi Meinekius Agyieum significari putat, cujus in fabulis scenicis frequentissima mentio. Phidippides Aristoph. Nub. 84 jurat νὴ τὸν Ποσειδῶ τουτονὶ τὸν Ἵππιον, quo nomine vetus interpres ἀφίδρυμα denotari censet hoc est statuam dei ab ipso ante fores consecratam."

V. 749. Juntina, *Mv. Gv.* πάνυ γ' ἐμπιπρᾶται. Etiam Rav. ἐμπιπρᾶται. Edd. Lugdun., Portῦ, Kusteri ἐμπιπράετε, Ed. Farrei ἐμπηπρᾶτε. Brunckius atque Bentlejus ἐμπίμπρατε, Berglerus ἐμπίπρατε, id quod restitui. Grammatici veteres, ut Suidas et Moschopulus, diserte praecipiunt, πίμπλαται, ἐμπιπλᾷ, πιμπλῶ, ἐμπιπλῶ, ἐνεπίμπλων, ἐμπιπρῶ, ἐνεπιμπράμην Graecos dixisse, hoc est, Atticos sonum minime suavem ἐμπιμ altero μ extrito vitasse. Cum grammaticorum praeceptione optimi quique Codices mirifice solent consentire, neque id in Aristophane solum Lucianoque, sed nisi vehementer erro, in scriptoribus ad unum omnibus. Quamobrem rectissime nobis videtur Lobeckius ad Phryn. p. 95, 96 grammaticorum auctoritati acquiescere. Contra Hermannus ad Eurip. Ionem v. 941 ἐμπίμπλαμαι revocavit, ἐμπίπλαμαι niti ratus non percepta sententia gram-

ΓΥΝΗ Ζ.

μὴ δῆθ', ἱκετεύω σ'· ἀλλ' ἐμ' ὅ τι χρήζεις πόει
ὑπέρ γε τούτου.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

φιλότεκνός τις εἶ φύσει.
ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἥδ' ἀποσφαγήσεται.

ΓΥΝΗ Ζ.

οἴμοι τέκνον, δός μοι σφάγιον, ὦ Μανία,

---

maticorum, qua vix quidquam fieri planius potest. Praeterea Codicum lectiones, quidnam placuerit grammaticis, satis demonstrant. Equidem olim (De Atticismo Luciani I, p. 5 sqq.) dixi, ipso scriptorum usu hoc decretum confirmari, frustraque Brunckium, Buttmannum Gr. II. p. 214 metro timuisse. Quum enim non metri causa, sed euphoniae μ ejectum sit, consequens esse, ut positione sublata vocalis producatur ἐμπῑ́πλαμαι, ἐμπῑ́πραμαι, sicuti e πένθσομαι exstat πείσομαι non πέσομαι, e τύπτοντσι non τύπτοσι sed τύπτουσι, e πάντσι non πάσι sed πᾶσι. Repugnavit mihi nuper Hermannus ad Nubes v. 1488 ed. sec., atque formas ἐμπίμπλημι, ἐμπίμπρημι contra Grammaticorum atque etiam Codicum fidem tueri conatus est. Hujus ego summi viri argumenta acute ingenioseque inventa esse concedo; tam gravia vero, ut litem dirimant, mihi non videntur. Neque enim ex ipso graeci sermonis usu depromta sunt, sed nituntur origine linguae vetustissima. Largior plane, adventitiam esse literam μ in his verbis, si ad ipsa sermonis incunabula redire placuerit; sin autem de usu et consuetudine loquendi quaeritur, Graecos semper et ubique πίμπλημι, πίμπρημι inserta μ litera, dixisse reperio. Neque vero rem conficit unicum in tota antiquitate ejectae μ literae exemplum, Aeschyli illud dico, quod affert Hermannus, Choëph. v. 356 μόριμον λάχος πιπλάντων, qui vulgarem usum non sequutus est, sed ut poëta, satis tamen audacter deseruit. Caeterum dubitatio omnis tollitur eo, quod in verbis κιχάνω, πιφαύσκω, ἵημι aliis prima syllaba reduplicationis saepe producitur: v. Buttm. Gr. Gr. II. p. 40, 41. Neque enim postulamus, ut prior ratio nostra, speciosa fortasse, Hermanno tamen nostro minus probata, valeat. Valeant potius fides antiquitatis, scriptorum usus, memoria grammaticorum, Codicum lectio, argumenta etiam interna, aurium sonus. Caeterum Graecos, qui tantum dabant aurium judicio, miror aequo animo tulisse ἐμπομπεύειν, quo verbo Lucianus meus alicubi utitur.

V. 751 sqq. Juntina πόει (sic etiam Rav.), eademque v. 752 *Γυ.* pro *Μν.*, v. 753 praefigit *Γυ.* Nugae.

V. 754. Vulgo scriptum, οἴμοι τέκνον. δός μοι τὸ σφαγεῖον,

ἵν' οὖν τό γ' αἷμα τοῦ τέκνου τοῦ 'μοῦ λάβω. 755

Μανία. eodemque modo Ravennas, nisi quod is *τὸ σφάγιον* substituit. Jam Hotibius, quum recte negasset, certum quoddam vas a muliere posci, articulo deleto reposuit, *οἶμοι τέκνον, δός μοι σφαγεῖον, Μανία.* Eadem sententia fuit Hotibii alterius, Bothii, qui bene observat, ridicule hic poculum isto nomine appellari, praeterea vero etiam Tyrwhitti et Porsoni. De pronomine *μοὶ* expellendo cogitare non debebat Lobeckius ad Ajac. Soph. p. 389 ed. I, nec multum proficias hacce nota Bentleji, *Lege σφάγιον.* At certum est, non hic *Μανία*, sed *ὦ Μανία* scribi debere, prorsus ut v. 728 *ἴωμεν ἐπὶ τὰς κληματίδας, ὦ Μανία.* et v. 739 *παράβαλλε πολλὰς κληματίδας, ὦ Μανία.* Neque magis dubium est, quin ineptum articulum deleri oporteat. Quumque Ravennas formam *σφάγιον* testetur, emendavi, ut vides, *οἶμοι τέκνον, δός μοι σφάγιον, ὦ Μανία.* Nunc mihi compara Schol. Rav. *τοῦτο αἱματοδεκτικὸν ἀγγεῖον, ὃ εἶπεν ὁ ποιητὴς ἀμνίον.* (scilicet Odyss. III, 444 *Περσεὶς δ' ἀμνίον εἶχε —.*). cum Suida illius pedisequo, *Σφαγεῖον: τὸ τοῦ αἵματος δεκτικὸν ἀγγεῖον, ὃ εἶπεν ὁ ποιητὴς ἀμνίον:* et videbis, Suidam nostro in loco vulgatam reperisse scripturam *σφαγεῖον.* Enimvero haec grammatico cuidam debetur, qui *σφαγεῖον*, neque vero *σφάγιον* vas illud dici censebat, quo jugulatae victimae sanguis exciperetur. Dilucide enim Photius p. 559, 2 *Σφαγεῖον: τὸ ἀγγεῖον, εἰς ὃ τὸ αἷμα τῶν σφαζομένων ἱερείων δέχονται· περισπᾶται ἡ δευτέρα συλλαβή.* A nostris autem Lexicographis res diverse habita est. H. Stephanus p. 8916 ed. Lond. *σφάγιον* atque *σφαγεῖον* de hoc vasculo in nullo ponit discrimine; Schweighaeuserus vero ibidem et locum sacrificii et vas excipiendo sanguini victimae *σφαγεῖον* Graecos, non *σφάγιον* dixisse arbitratur. Schneiderus in Lexico *σφάγιον* victimam, *σφαγεῖον* vas illud significare contendit, quem ita sequitur Passovius, ut tamen aliquando et *σφαγεῖον* victimam et *σφάγιον* vasculum denotare concedat. Verissime: sciunt enim omnes, et *σφάγιον* plerumque hostiam dici, et vero vas sacrum appellari *σφαγεῖον.* Euripides in Electra v. 800

οἱ μὲν σφαγεῖον ἔφερον, οἱ δ' ἧρον κανᾶ.

Cyclop. 395 *Αἰτναῖα τε σφαγεῖα πελέκεων γνάθοις.* Lycophron Alexandra v. 196 *γραῖαν σφαγείων ἠδὲ χερνίβων πέλας.* Verum enim vero si *σφαγεῖον* interdum vel victimam significat, ut in luculento versu Eurip. Troad. 742 *οὐχ ὡς σφαγεῖον Δαναΐδαις τέξουσ' ἐμόν*, ubi ineptit Musgravius, vel caedem, sicut in Aesch. Agam. 1060 *ἀνδρὸς σφαγεῖον καὶ πέδου ῥαντήριον*: nihil profecto impedit, quo minus *σφάγιον* nonnunquam vas sanguini excipiendo designet. Atque sic jam grammaticis quibusdam visum esse, haec docet Hesychii glossa, *Σφάγιον: πρόβατον, θῦμα. ἢ ἐν ᾧ τὸ τῶν ἱερείων ὑποδέχεται αἷμα πόπος.* (ita legendum est pro *τόπος*, sive quis malit *πόπας.* Est

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ὕπεχ' αὐτὸ, χαριοῦμαι γὰρ ἔν γε τοῦτό σοι.

ΓΥΝΗ Ζ.

κακῶς ἀπόλοι' · ὡς φθονερὸς εἶ καὶ δυσμενής.

---

popa latinorum). Neque in reprehensionem inconstantiae Pollux incurrere debet X, 65 *καὶ σφαγεῖον, εἰ θύεις, ὃ ὑφέξει τις τῷ τῶν ἱερείων αἵματι*, et contra aliquanto post §. 97 *καὶ σφάγιον, ᾧ ὑποδέχονται τὸ αἷμα τῶν ἱερείων*. Nondum emendatus est versus Eurip. Iphig. Taur. 328, in quo fuit, quum ita scribi vellem,

ὃ δ' ἐσιδὼν ὅσον τάχος
πρὸς χέρνιβας καὶ σφάγιον ἐξέπεμπέ σοι.

V. 755. Rationi videtur repugnare, quod dicturus sum, neque eo minus verum est, hic *ἵν' οὖν τό γ' αἷμα* per tmesin idem valere, quod — *ἵνα τὸ αἷμα γοῦν* (sive *τὸ γοῦν αἷμα*). Omnem enim dubitationem hi loci removebunt, Demosth. in Timocrat. p. 48, 9 Bekk. *ἵνα — μὴ οὖν ἐπιβουλεύειν γ' ἐδόκεις*. Thucydid. VIII, 91 *ἐξειργόμενοι δὲ καὶ τούτου, μὴ οὖν ὑπὸ τοῦ δήμου γε αὖθις γενομένου αὐτοὶ πρὸ τῶν ἄλλων μάλιστα διαφθαρῆναι*. Ita enim in Thucydide vulgatum *τὲ*, quod pars Codicum omittunt, recte emendavit I. Bekkerus. Praeterea quodammodo comparaveris Eurip. Herc. Fur. v. 331 *ὡς ἀλλὰ ταῦτά γ' ἀπολάχωσ' οἴκων πατρός*. Denique tmesi prorsus eadem attici scriptores, in his Xenophon, saepius dixerunt *ἀλλ' οἶν γε*, id est *ἀλλὰ γοῦν*. Quodammodo etiam comparare licet notissimum illud, *οὐκ οἶδ' ἂν εἰ*. Sed meum non est, omnia minima consectari. Quemadmodum autem modo *σφάγιον* poculi loco usurpatum est, ita nunc *τὸ αἷμα* pro vino poni videmus: nam de utre loquitur poëta quasi de mactando infante. Apte vero contulit Berglerus illud in Lysistrata v. 205 *εὔχρων γε θαῖμα, κἀποπιττίζει καλῶς*.

V. 756 sqq. In Juntina hic rursus magna est personarum confusio, de qua mox disseram ad v. 758.

V. 756. Quum Mnesilochus quasi vinum infusprus poculum supponere mulierem jussisset, idque fecisset mulier, ille hanc exspectationem frustratus humi vinum effudit. Bene Schol. Rav. *τοῦτο ἅμα εἰπὼν ἐκχέει τὸ αἷμα ὁ κηδεστὴς ἐν τ.* (*ἐν τῇ γῇ*).

V. 758. Turpiter sane Juntina v. 755 personam praefigit *Γύ.* eamque rursus habet v. 756. Sed ecce eadem Juntina versum 758 *τουτὶ τὸ δέρμα* — continuat mulieri, ac porro versum 759 totum dat mulieri. Simillima ratione ego olim personas distribui,

Γυ. κακῶς ἀπόλοι' · ὡς φθονερὸς εἶ καὶ δυσμενής.
τουτὶ τὸ δέρμα τῆς ἱερείας γίγνεται.
Μν. τί τῆς ἱερείας γίγνεται; τουτὶ λαβέ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τουτὶ τὸ δέρμα τῆς ἱερείας γίγνεται.

Namque videbatur mihi avara mulier, facta vini jactura, quo utrem certe recuperaret, Mnesilochum quasi aliqua sacerdos admonere. Ita prorsus Hierocles vates atque sacerdos monet sacra facientes in Pace v. 1025 ἢ γλῶττα χωρὶς τέμνεται. At valde incommodum sit, si idem Mnesilochus tum non intellexerit mulieris sententiam (τί τῆς ἱερείας γίγνεται;) tum vero optime intellexerit (τουτὶ λαβέ). Neque magis sic ordinare personas licet, *Γν. Η.* τουτὶ τὸ — γίγνεται. *Γν. Ζ.* τί — γίγνεται; *Μνη.* τουτὶ λαβέ. Ne enim alia commemorem, in oculos plane incurrit, alteram mulierem (*Γν. Η.*) non apte v. 760 loqui incipere, quando ταλαντάτη Μίκκα vox est exordientis. Quocirca in vulgari personarum ratione sane acquiescamus. Scilicet Mnesilochus quum excitatam vini spem fefellisset, utrem pollicitus, haecce pellis, inquit, cedit sacerdoti. Tum mulier: quidnam cedit sacerdoti? At senex, en accipe utrem. Mulier enim vinum ipsum (τὸ αἷμα) poposcerat, verum Mnesilochus, ubi vinum humi effudisset, τὸ δέρμα sive vacuum utrem ei projecit. Recte enim Bothius hic τὸ δέρμα ad utrem pertinere vidit. Contra pessime Brunckius atque Vossius creticam vestem, qua utrem involverat, projici a Mnesilocho arbitrantur: quasi aut δέρμα vestem potius, quam utrem declaret, aut cretica vestis non jam dudum v. 730 detracta sit. Jam vero constat in vulgus, victimarum reliquias, pelles dico et pedes, fuisse sacerdotum. Scholiasta Rav. ἀπὸ ἔθους. ἐκδερματώσαντες γὰρ τὰ ἱερεῖα διδόασι τὰ δέρματα ταῖς ἱερείαις (dici debebat τοῖς ἱερεῦσιν). ἐκείας οὖν τὸν οἶνον χαρίζεται αὐτῇ τὸν ἀσκόν. Adjice Schol. ad Plut. 1185 et ad Vesp. 695 (693). Ad quem morem non solum hic respicitur, verum etiam in Pluto l. l., Οὔκουν τὰ νομιζόμενα σὺ τούτων λαμβάνεις; quae verba Carionis, non Chremyli putanda sunt. Multum vero fallatur, si quis sacerdotem qui dapes ipsas expetebat, reliquiis istis contentum fuisse existimet. Hinc sacerdos ille in Pluto paullo ante, ὃ δ' ἂν ἐκαλλιερεῖτό τις inquit, κἀμέ γ' ἐκάλει τὸν ἱερέα. Contra alius sacerdos indignabundus dicit in Avibus v. 902

> τὰ γὰρ παρόντα θύματ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν
> γένειόν ἐστι καὶ κέρατα.

Jam in fragmento Aristophanis apud Erotianum p. 204 et Schol. Avv. 538 sacerdos gulae deditus, ut illi plerumque, ita loquitur, Οὐκ ἔσθ' ὅπως κενέβρειον· ὅταν θύῃς τι, κάλει με. Ita enim hexametrum jam ante nos restituerunt R. Bentlejus ad Scholia, et partim A. Heringa. Quod miramur fugisse G. Dindorfium p. 220. Ac fieri potest, ut haec e fabula Σκηνὰς Καταλαμβάνουσαι depromta sint, utique sacrificulo isti alius nescio quis ita responderit (p. 175 Dind.)

ΓΥΝΗ Ζ.

τί τῆς ἱερείας γίγνεται;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τουτὶ λαβέ.

ΓΥΝΗ Η.

ταλαντάτη Μίκκα, τίς ἐξεκόρησέ σε; 760

Οὐ γὰρ ἴσως ἂν
Ἀντέλεγες τούτῳ τῷ δειπνίῳ· οὐ γὰρ ἄκανθαι.

Omnino in sacris curae habebant sacerdotes gulosi, ut integra animalia (ὑγιῆ καὶ ἄπηρα), non mutila (πηρὰ sive ἀνάπηρα) quae Diis invisa esse docebant, mactarentur. Evolve Valckenarium ad Adoniazusas p. 317, A. Rectissime vero Mnesilochus τῆς ἱερείας dixit neque τοῦ ἱερέως, quando Thesmophoriis feminae sacerdotes, non viri praecerant. De qua re ad Thesmophor. II. p. 59 adnot. 31 expositum est.

V. 760. Forte intervenit alia mulier, quae dolo Miccae cognito merobibam amicam naviter irridet. Sed primum e verbis ταλαντάτη Μίκκα intelligitur, Cleonymi uxori, quae falsum sibi infantem subjecerat, nomen Miccae fuisse. Deinde etiam alterius feminae nomen, quae nunc Miccam illudit, nullo errore invenire licet. Huic enim v. 763 Mnesilochus traditur custodiendus. Atqui infra v. 898 ea mulier, quae Mnesilochum custodiebat, ipsa Critylla se vocari profitetur. Critylla igitur, non alia mulier, hic loquitur dicitque acerbe admodum et jocose, τίς ἐξεκόρησέ σε; Ravennas atque Ed. princeps loco personae habent ἄλλη γυνή, ac statim legunt ἐξεκόρησέν σε; verum Editio illa nimium lepide v. 762 iterum praemittit, ἡ ἄλλη γυνή. Jam vero haec verba τίς ἐξεκόρησέ σε; Kusterus et Brunckius verissime interpretati sunt. Namque verbum ἐκκορεῖν proprie illud quidem *scopis purgare* sive *everrere* significat, sed interdum eandem vim obtinet, quam διακορεῖν *vim inferre puellae*. Hic autem sensu alias inaudito valet, *puellam alicui eripere*. Videbatur quidem mulier dictura esse, *quis tibi puellam ademit*? sed ludens in ambiguitate de industria ejusmodi verbum elegit, quod proprie denotaret, *quis te, quasi aliquam virginem, vitiavit?* Eandem interpretationem sequitur G. Hermannus Opusc. T. II p. 328 ubi Boeckhium egregie refutavit. Frustra enim A. Boeckhius defendere sua studuit ad Pindar. II P. altera p. 257 summa usus verborum obscoenitate, quae Hermanni animum non modo a refutatione, sed etiam a mentione deterruisse videtur. Nec vero temere Aristophanes tam ambiguo verbo usus scripsit, ταλαντάτη Μίκκα, τίς ἐξεκόρησέ σε: Imo, ut equidem arbitror, Micca, quam vini appetentem fuisse constat, ideo potissimum Bacchum amavit, ne Venus frigeret. Ergo igitur apte Critylla, quae Miccae suae ingenium belle nosset, eisdem verbis

τίς τὴν ἀγαπητὴν παῖδά σου ᾽ξηράσατο;

---

ex ea quaesivit, quis ei extulisset puellam quisve ei vim intulisset. At enim suaviter hic somniavit Bothius, quo auctore ἐκκορεῖν nihil aliud est, quam *everrere*, porro autem mulier utrem alloquitur, velut personam, et ad utrem personatum haec dicit: *miserrima Mica, quis te everrit?* h. e. ebibit, wer hat dich ſo rein ausgefegt? Videlicet ἐκκορεῖν est ebibere, *Μίκκα* est uter personatus, omninoque id est interpretari. De Micca recte jam Schol. Rav. ἐνταῦθα ἀπέδωκεν ὁ Ἀριστοφάνης τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς, ἧς ἥρπασε τὸ παιδίον ἤτοι τὸν ἀσκὸν ὁ κηδεστής. Ac ne quis forte monstrum istuc interpretationis Menandri verbis Ἐκκορηθείης σύ γε (p. 279 ed. M.) confirmari putet, non dubitamus quin apud Menandrum, cujus sententiam Suidas Zonarasque non assequuti sunt, virgini aliquis has diras imprecetur: Utinam tibi vis ab amatore inferatur.

Ibidem libri omnes *Μίκα*. Correximus *Μίκκα*, maxime quidem, quod Graeci in feminarum nominibus consonam paenultimae duplicare solent ut in *Αὐσίλλα*, *Φίλιννα*, *Κοτυττώ*, deinde etiam quia *Μίκκα* cum *μικκός*, dorica forma pro *μικρὸς* cohaerere videtur. Et nunc ipsum video Lobeckium ad Phryn. p. 718 tacito scripsisse, *Ταλαντάτη Μίκκα* —. *Μίκκαλος ὁ Κλαζομένιος* est apud Arrian. VII, 19, 5. Nihil enim egerit, si quis formae *Μίκα* patronus nomen *Μίκων* in Lysistr. v. 679 et alibi contulerit.

V. 761. *σου ᾽ξηράσατο* scripsi meo periculo pro *σου ᾽ξηρήσατο*. Jam primum hic ponamus egregiam Lobeckii adnotationem, *cujus nullam unam literam perire fas duco*. Qui quum disputet de aoristo minime attico ἤρησα et ἠρησάμην ad Phrynich. p. 718 „Unus restat Aristophanis locus, inquit, Thesm. 760

Ταλαντάτη Μίκκα, τίς ἐξεκόρησέ σε;
τίς τὴν ἀγαπητὴν παῖδά σου ᾽ξηρήσατο;

quam lectionem *Scholiastas* [imo *Bisetum* atque *Bourdinum*] ante oculos habuisse patet. Verum ad meum sensum nihil languidius fingi potest hac epexegesi *τίς ἐξηρήσατο*, mihique ita persuadeo, si quis prioris versus sententiam pluribus et planioribus verbis comprehendere velit, vix eum alia esse reperturum, quam quae hoc versiculo continentur. Utrum vero totus versus spurius habendus, an pro *ἐξηρήσατο* aliud verbum quaerendum esset festive ambiguum, ut *ἐξετρήσατο* aut simile quiddam, (notum est, quem in sensum *τρῆμα*, *τρυμαλιὰ* et *τρυπᾶν* ferantur) hoc igitur quum mecum constituere non possem, Hermanni sententiam sciscitatus sum, qui mihi respondit, sibi difficile videri aoristum illum ex Aristophanis loco evellere, seque dubitare etiam, an Aeschylus Agam. 671

Ἤτοι τις ἐξέκλεψεν ἢ ᾽ξῃτήσατο,

eodem modo scripserit. De Aristophane igitur quiesco.“ — Difficilem esse mendam ᾽ξηρήσατο novi expertus, ut quem nullus alius Comici locus aeque exercitum habuerit. Sed nihilo magis dubito, quin

ΓΥΝΗ Ζ.

ὁ πανοῦργος οὗτος. ἀλλ', ἐπειδήπερ πάρει,

Lobeckius pessimae notae formam ab Aristophane, attico si quo alio scriptore recte abjudicarit. Neque vero Aeschylus *ἐξηρήσατο* scripsisse potest. In Aristophane inprimis hoc cum Lobeckio quaerendum est, qua de causa totus iste versus 761 adjectus esse videatur. Brunckius igitur eum hoc uno consilio addi existimat, ut ambigua vox *ἐξεκόρησε* plana fiat ac dilucida. Quasi vero comicum inventum frigida interpretatione extenuari atque adeo everti debuerit. Optime vero statuit Lobeckius, prioris versus sententiam hisce verbis inepte admodum dilucidari. Ergo frustra similium locorum comparatione aliquis utatur, veluti Eurip. Alcest. 848 *οὐκ ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐξαιρήσεται.* Heracl. 977 *οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξαιρήσεται.* Ar. Pac. 316 *οὔτι καὶ νῦν ἐστιν αὐτὴν ὅστις ἐξαιρήσεται.* Denique alio etiam nomine *ἐξηρήσατο* laborat. Concedo hoc verbum supra v. 690 *τὸ παιδίον ἐξαρπάσας* locum suum tueri potuisse; at nunc quidem id aegre defendi licet propter versum 756, in quo vinum humi effunditur. Quum igitur *ἐξηρήσατο* et ab Atticorum usu disjunctum sit, et totum versum frigida explicatione corrumpat, et contextae orationi vehementer repugnet: de emendatione apparet cogitandum esse. Jam totos versus e Comico ejicere non placet. Ego vero ne a Lobeckio quidem *ἐξετρήσατο*, verbum, ut ait festive ambiguum quaesitum vellem. Nam primum nimis profecto mirum est, filiolam trium quatuorve annorum (vide v. 746) a Mnesilocho sene subagitari et comprimi; deinde vero ne forma quidem *ἐξετρήσατο* ipsa nos delectat, pro qua Aristophanem *ἐξετετρήνατο* dicturum fuisse, e Thesmophor. v. 18 *διετετρήνατο* concludas. Ergo aliud quoddam verbum hic latet. Sed nemini suadeam, ut *σου ᾽ξηράνατο* conjiciat: *quis filiolam tuam (utrem) exsiccavit?* tametsi non languet sententia. Nam *σου ᾽ξήρανε* necessario requiri, loci ostendunt a Lobeckio collecti ad Phryn. p. 25, quibus adde Hom. Il. 21, 347 et Lucian. de Luctu c. 21. Quid multa? Scripserat Aristophanes, ut reposui, *σου ᾽ξηράσατο*, quo aliud verbum aptius ne fingi quidem aut optari potest. Miserrima Micca, inquit, quis virgine te privavit? quis carissimam filiam tuam humi projecit (sive profudit)? Optime *ἐξηράσατο*, quando et vinum v. 756 et utrem v. 759 humi projecerat Mnesilochus. Tum hic ipse verius jam minime languet, quippe in quo dolus alterius feminae modo deprehensus rideatur; probe enim moverat Critylla, utrem vini fuisse, non infantem. Nimirum ambigua vox *ἐξηράσατο* tam in vinum cadit humi effusum quam in projectam puellam. Quae jam nova commendatio est opinionis nostrae secundum quam verbi *ἐξεκόρησε* ambiguitatem nova sequitur ambiguitas, *ἐξηράσατο*. De verbo *ἐξερᾶν* satis habeo attulisse Acharn. 322 *τοὺς λίθους νύν μοι χαιᾶζε πρῶτον ἐξεράσατε.* Vesp. 992 de calculis, *φέρ' ἐξεράσω.* Demosth. pro

φύλαξον αὐτὸν, ἵνα λαβοῦσα Κλεισθένη,
τοῖσιν Πρυτάνεσιν, ἃ πεποίηχ' οὗτος, φράσω.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἄγε δὴ τίς ἔσται μηχανὴ σωτηρίας; 765
τίς πεῖρα, τίς ἐπίνοι'; ὁ μὲν γὰρ αἴτιος,
κἄμ' ἐσκυλίσας ἐς τοιαυτὶ πράγματα,

Phormion. 62, 4 B. ἐξέρα τὸ ὕδωρ. Nec denique *σον ᾽ξήρασε* Activum requiret, qui et reflexivam notionem bene hic congruere (sibi projecit) et alioqui multis in verbis Activi Mediique aoristos variare perpenderit.

V. 763. *λαβοῦσα Κλεισθένη*] Videlicet mulier in omni re forensi Athenis egebat *προστάτῃ*, ut Romae patrono. Ideo sic loquuntur cauponae in Ranis v. 569 sq.

ἴθι δὴ κάλεσον τὸν προστάτην Κλεωνά μοι. ..
σὺ δ' ἔμοιγ' ἐάν περ ἐπιτύχῃς, Ὑπέρβολον,
ἵν' αὐτὸν ἐπιτρίψωμεν.

Porro callide mulier omnium mulierum utitur patrono Clisthene. Cur vero ad prytanes se confert Micca, ad quos jam supra Clisthenes ipse adierat v. 654 *ἐγὼ δὲ ταῦτα τοῖς πρυτάνεσιν ἀγγελῶ*? Quia Clisthenes nomen Mnesilochi tantum ut falsae mulieris detulerat, Micca autem prytanes de novo jam crimine, raptu infantis facit certiores. Denique et Micca pudore suffusa, dolo suo patefacto idoneam effugiendi occasionem quaesivit, et Aristophanes facessere hinc Miccam jussit, quod finita esset scena de utre pro puella invento. Caeterum recte prytanis omissa muliere solum ejus nuncupat patronum infra v. 929 *ὅδ' ἔσθ' ὁ πανοῦργος, ὃν ἔλεγ' ἡμῖν Κλεισθένης;*

V. 764. *πεπόηχ'* Rav. et Edd. ante Brunckium.

V. 766. Juntina *τίς πεῖρα τίς ἐπίνοια. ὁ —.* Etiam Rav. *ἐπίνοια ὁ* atque Edd. ante Brunckium.

Ibidem. *ὁ μὲν γὰρ αἴτιος*] Vere Schol. Rav. *ὁ Εὐριπίδης.*

V. 767. Similes locos jam Berglerus comparavit, supra 651 *εἰς οἷ' ἐμαυτὸν εἰσεκύλισα πράγματα*, Pherecratis in Chirone p. 59 Runk.

Εἰκῇ μ' ἐπῆρας ὄντα τηλικουτονὶ
πολλοῖς ἐμαυτὸν ἐγκυλῖσαι πράγμασιν.

Hic ineptissime corrigunt scilicet *ἐγκυκλῆσαι* Valckenarius ad Hippolyt. v. 785, et Ruhnkenius ad Timaeum p. 119, Aeschyl. Prometh. v. 87 *ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τύχης.* Aliter in Nubibus v. 1459 *στρέψας ἑαυτὸν εἰς πονηρὰ πράγματα*,, ubi adluditur ad nomen Strepsiadis. Etiam nostro in loco Kusterus conjecit *ἐσκυκλήσας*, Brunckio recte id mirante, sed damnavit ipse. Nam quicunque

οὐ φαίνετ' οὔπω. φέρε, τίν' οὖν ἂν ἄγγελον
πέμψαιμι' ἐπ' αὐτόν; οἶδ' ἐγὼ καὶ δὴ πόρον
ἐκ τοῦ Παλαμήδους. ὡς ἐκεῖνος, τὰς πλάτας 770

---

aut apud Pherecratem ἐγκυκλῆσαι, aut hic ἐσκυκλήσας scribere ausi sunt, ii neque usum encyclematis, neque potestatem verborum εἰσκυκλεῖν, ἐκκυκλεῖν, ἐγκυκλεῖν cognita habuerunt. Vide quae supra diximus ad v. 265.

768. *οὐ φαίνετ' οὔπω.*] Recte, *nondum* comparet; supra enim v. 270 juraverat Euripides, se laboranti Mnesilocho opem laturum esse. Dobraeus, *Forsan φαίνεταί πω.* At quid magis tritum est vel hoc Graecorum usu *οὐ — οὔπω*, vel elisione diphthongi *αι* in comoedia?

Ibidem. Rav. Aug. Junt. *φέρε τίν' οὖν ἄγγελον.* Vere Porsonus, *φέρε, τίν' οὖν ἂν ἄγγελον*, quod postulare *πέμψαιμι*, et facile hic excidere ἄν potuisse. Nempe haud minus usitatum attico scriptori *οὖν ἄν* quam *ἄν οὖν*, ut saepe nos docent semidocti. Porsonum sequuti sunt Meinekius Cur. Crit. p. 29, Dindorfius, Bothius. Aliter Brunckius, *φέρε τίν' ἂν τίν' ἄγγελον —*, quum *οὖν* necessarium sit, repetitio autem *τίνα — τίνα* inutilis. Reliquae conjecturae grammaticam laedunt, ut Dorvillii, *φέρε τίν' — οὖν τίν' ἄγγελον —*, Reiskii, *φέρε τίν' οὖν — δῆτ' — ἄγγελον —*, Bentleji, *φέρε τίν' οὖν ἄρ' ἄγγελον —*. Ed. Kusteri, *φέρε δὴ τίν' οὖν ἄγγελον*, interpolatione perquam absurda.

V. 769. *πόρον*] Suidas in *Παλαμήδης*: *Οἶδα δ' ἐγὼ καὶ δὴ πρότερον ἐκ —*, ubi Cod. Oxon. *πότερον*.

V. 770. *ἐκ τοῦ Παλαμήδους*] Palamedem tragoediam non solum is qui jam irridetur, Euripides scripsit, verum etiam Aeschylus ac Sophocles. Et hic quidem etsi saepius dramata singula, quam trilogias edidisse dicitur, tamen vix dubitamus, quin trilogiam ediderit hoc potissimum ordine, I *Παλαμήδης*, II *Ναύπλιος Καταπλέων*, III *Ναύπλιος Πυρκαεύς*. Neque id ex eo colligimus, quod Brunckio monente, Nauplii orationem ex una fabula depromtam Achilles Tatius Nauplio, Eustathius autem Palamedi tribuit, in quo alterutrum errasse necesse est: etsi ejusdem trilogiae dramata saepe confunduntur. Nos vero ipsius argumenti perpetuitate ducimur. Nam quum in Palamede nefaria Palamedis caedes descripta esset, in secundo dramate Nauplius illius pater Trojam navigavit, ut filii mortem ulcisceretur (Schol. ad Eurip. Orest. 422 *Ναύπλιος δὲ ἀκούσας ἦλθεν εἰς Ἴλιον, δικάσαι τὸν φόνον τοῦ παιδός*. Cf. Philostr. Heroic. 10, 11. Hygin. fab. 116. Tzetz. ad Lycophr. 384). Postremo tertia fabula haud dubie continebantur *τὰ Ναυπλίου τ' Εὐβοικὰ πυροπλήματα*, ut cum Euripide loquar Helen. 767. Sed haec nunc quidem singula persequi longum est. De Nauplio tragoediam scripserunt etiam Philocles, Timotheus, Lycophron, inepti homines, si verum volumus fa-

ῥίψω γράφων. ἀλλ᾽ οὐ πάρεισί μοι πλάται.

---

teri. Illud saepe miratus sum, haud intellectam esse ab Heynio luculentam Kuhnii emendationem in Apollodor. II, 1, 5 *οὗτος, μακρόβιος γενόμενος, πλέων τὴν Θάλασσαν, τοῖς ἐμπίπτουσιν ἐπὶ θανάτῳ ἐπυρσοφόρει. συνέβη οὖν καὶ αὐτὸν τελευτῆσαι ἐκείνῳ τῷ θανάτῳ ὅπερ ἄλλων τελευτησόντων ἐπυρσοφόρει.*

Ibidem. *ὡς ἐκεῖνος*] Schol. Rav. *ὁ γὰρ Εὐριπίδης ἐν τῷ Παλαμήδει ἐποίησε τὸν Οἴακα τὸν ἀδελφὸν Παλαμήδους ἐπιγράψαι εἰς τὰς ναῦς* (scribere debebat, *εἰς τὰς πλάτας*) *τὸν θάνατον αὐτοῦ, ἵνα φερόμεναι αὗται ἔλθωσιν εἰς Ναύπλιον τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ ἀπαγγείλωσι τὸν θάνατον αὐτοῦ: — (Ἄλλως) ὥσπερ Οἴαξ τῷ Ναυπλίῳ γράφει ἐν τῷ Παλαμήδει Εὐριπίδου. ὁ γὰρ Οἴαξ ἐγχαράττει πολλαῖς πλάταις τὰ περὶ τὸν Παλαμήδην καὶ ἀφίησιν εἰς θάλασσαν, ὥστε μιᾷ γέ τινι τὸν Ναύπλιον προσπεσεῖν* (περιπεσεῖν). Similiter Suidas in *Παλαμήδης*, sed corrupte, *ὥσπερ Οἴαξ τῷ Ναυπλίῳ γράφει τῷ πατρὶ τὸν Παλαμήδην* (*τὸν Παλαμήδους θάνατον*) *ἐν διαφόροις πλάταις καὶ ῥιπτεῖ εἰς θάλασσαν, ὥστε μιᾷ γέ τινι Ναυπλίῳ* (*Ναύπλιον*) *περιπεσεῖν*. Itaque Euripides in Palamede Oeacem multis remis necem Palamedis inscribere, eosque in mare omnes projicere jusserat, sperantem, fore ut unus certe de tot remis ad Euboeae litora appulsus Nauplium de morte filii sui certiorem faceret. Nempe Euripides Palamedem vel mortuum e sua ipsius arte nonnihil proficere volebat, quando versutus homo scribendi facultatem et commercia literarum invenerat. Sic enim in illa tragoedia (p. 246 Matth.) Palamedes vivus videnque de semet ipso gloriatur,

ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ᾽ εἰδέναι,
ὥστ᾽ οὐ παρόντα ποντίας ὑπὲρ πλακὸς
τἀκεῖ κατ᾽ οἴκους πάντ᾽ ἐπίστασθαι καλῶς —.

Veruntamen inventum istuc de projectis epistolae loco in mare remis sanequam dignum fuit, quod Aristophanes exagitaret. Quod autem dicit Mnesilochus, *ὡς ἐκεῖνος*, obscure Oeacis meminisse intelligendus est; ista enim tragoedia quinquennio ante Ol. 91, 1 data erat. Compara, ut his utamur, Vesp. 1200

ἐκεῖν᾽ ἐκεῖν᾽ ἀνδρειότατόν γε τῶν ἐμῶν,
ὅτ᾽ Ἐργασίωνος τὰς χάρακας ὑφειλόμην.

Tum maxime ita dici *ἐκεῖνος*, *ille* reperio, ubi aliquis secum ipse contenditur, veluti in Acharn. 674 *ὃς μὰ τὴν Δήμητρ᾽ ἐκεῖνος ἡνίκ᾽ ἦν Θουκυδίδης —.* Vesp. 236 *ἦρξ᾽ ἐκείνης, ἡνίκ᾽ ἐν Βυζαντίῳ ξυνῆμεν*, de quo loco ineptit Reisigius Conj. v. 184. Cic. ad Attic. 8. 7 sed cum illo Pompejo — cum hoc vero —. Horat. Od. IV, 13, 18 quid habes illius, illius, quae spirabat —. Adde Hom. Odyss. X, 89. Hor. Od. IV, 1, 3. Cic. De Orat. II, 21. Falso

πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται, πόθεν πλάται;

---

autem v. *ὡς ἐκεῖνος* ad Palamedem, qui scilicet suam ipse mortem nuntiabat, multi retulerunt, ut Valesius ad Harpocrat. p. 108. Kusterus et Bothius ad h. l., a quo errore vel ipse Suidas eos vindicare poterat.

V. 771. *ἀλλ' οὐ πάρεισιν αἱ πλάται*] Vereor, ne *πάρεισιν* grammatico alicui debeatur, Aristophanes autem scripserit, *ἀλλ' οὐ γάρ εἰσιν αἱ πλάται.* Nam particulae *ἀλλὰ — γὰρ* hic prope necessariae videntur: *at projicere nequeo: nam hic non sunt remi.* Recte etiam habet simplex verbum *εἰσίν*, ut supra v. 633 *οὐ γὰρ ἦν ἀμίς.* Nec vero articulus *αἱ πλάται* offendit, quoniam eos dicit remos, quibus tum Oeax abundabat. Ac similiter de h. l. statuit Dobraeus „Malim, *ἀλλ' οὐ γάρ εἰσί μοι.* Sed ferri potest vulgata. Lys. 1135. Menander *Ἀνεψιοῖς* Athen. XV, 700 E. Plato Gorg. 495. C. = 160, Heind. Vesp. 828, 852."

V. 772. Vulgo, *πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται, πόθεν;* pede toto deficiente. Praeclare Bisetus, *πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται, πόθεν πλάται;* id quod suscepimus. Superquam enim quod nomen *πλάται* facili negotio excidere poterat, aptissime iteratur *πλάται*, scilicet id verbum, ad quod jam omnia referuntur. Male idem Bisetus, *πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται πόθεν ξύλον;* id quod friget. Multi conjecerunt, *πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται, πόθεν, πόθεν;* ut Dorvillius ad Chariton. p. 321 Lips., Bentlejus, Reiskius; quasi vero *πόθεν* ter repetendum fuerit. Brunckius primum miratur articulum *αἱ πλάται* v. 771, quod de certis definitisque remorum palmulis agi neget, proinde quasi non remi illi dicantur Euripidis e Palamede vel similes quidam. Deinde totum locum Brunckius ita infuscavit,

ἀλλ' οὐ πάρεισί μοι πλάται.
πόθεν οὖν γίνοιντ' ἂν ἀθλίῳ πλάται, πόθεν;

Has ego nugas silentio praeterirem, nisi impudenter hic mentitus esset Invernizius. Is enim librum Rav. dicit cum Brunckio mirifice consentientem scribere in hunc modum,

ἀλλ' οὐ πάρεισι μαὶ πλάται (hoc esset, *μοι πλάται*).
πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι ἀθλίῳ πλάται; πόθεν,

quorum nihil quidquam verum est. Imo recte Codici Rav. haec tribuit Bekkerus,

ἀλλ' οὐ πάρεισιν αἱ πλάται.
πόθεν οὖν γένοιτ' ἄν μοι πλάται; πόθεν;

Namque *γένοιτ' ἄν μοι πλάται* ex Juntina quoque consignatum habeo. Bekkerus igitur Ravennati, quum vulgatam assignat lectionem, tum praeterea aliam cum Ed. Principe communem; ICtus male retinet et *γένοιντ'* et vero malam Brunckii conjecturam. Attamen traxit ma-

τί δ' ἂν, εἰ ταδὶ τἀγάλματ' ἀντὶ τῶν πλατῶν

---

nifestus ICti error Bothium atque adeo G. Dindorfium, virum alias in hoc genere prudentissimum, quorum uterque edidit, *πόθεν οὖν γένοιντ' ἂν ἀθλίῳ πλάται, πόθεν;* Caeterum nemini auctor sim, ut scriptura *γένοιτ'* innixus corrigat, *πόθεν οὖν γένοιτ' ἄν μοι πλάτη, πόθεν πλάτη;* Etenim plures atque adeo multi remi in promtu erant Oeaci Euripideo, quem nunc accurate imitatur Mnesilochus. Praeterea formae *γένοιτο* et *γένοιντο* centies permiscentur. Veluti in Aristophane Pollucis X, 85

δεῖ διακοσίων δραχμῶν.
Β. πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν; Α. τὸ κότυλον τοῦτον φέρε.

ante Brunckium legebatur *γένοιτ' ἄν.* Non semel vero miratus sum illa in Nubibus v. 1182 sqq.

οὐ γάρ ἐσθ' ὅπως
μί' ἡμέρα γένοιτ' ἂν ἡμέραι δύο.
Στρ. οὐκ ἂν γένοιτο; Φειδ. πῶς γάρ; εἰ μή πέρ γ' ἅμα
αὐτὴ γένοιτ' ἂν γραῦς τε καὶ νέα γυνή.

ubi tacent interpretes. At Phidippides demonstrare vult, *ἕνην καὶ νέαν* duo dies, non unum censeri debere (v. 1190 sq.). Ergo verba *ἡμέραι δύο* neque vero *μί' ἡμέρα* necessario locum tenent subjecti. Aliud est enim, duos dies in unum converti non posse, ut hic Phidippides, aliud rursus, ex uno die duos fieri non posse. Nec si Pindaricum schema, ut *δύναται στολίδες, ἐνῆν ὑφαὶ* in tragoedia usitatum est (Hermannus ad Soph. Trachin. 517.) idcirco *γένοιτ' ἂν ἡμέραι* non penitus abhorret ab Aristophane. Restat illud scilicet, ut dixerit Aristophanes,

μί' ἡμέρα γένοιντ' ἂν ἡμέραι δύο.
Στρ. οὐκ ἂν γένοιντο;

nam *γένοιτ'* ex v. 1185 male huc irrepsit. Caeterum Suidas in *Παλαμήδης* nostrum locum ita scribit, *πόθεν οὖν γ' ἐκεντό μοι πλάται; ταδὶ τἀγάλματα ἀντὶ πλατῶν γράφων διαῤῥίπτοιμι. — ξύλον γέ τι — κἀκεῖνο ἦν ξύλον.*

V. 773. Cod. Aug. et Juntina, *τί δ' ἂν εἶτα διά τ' ἀγάλματ' —.* Ravennas *τί δ' ἂν εἰ ταδὶ τἀγάλματ' —.* Atque id ipsum e Suida restitutum esse narrant Kusterus, Berglerus, Brunckius. Sed in Suida Kusteriano exstat tantum, ut modo vidimus, *πλάται, ταδὶ τἀγάλματα.* Cf. Eupolin Autolyco p. 97 Runk. *τί δῆτ' ἂν εἰ μὴ τὸ σκάφιον αὐτῇ παρῆν;* quem versum Polyido Aristophanis vindicavimus supra ad v. 633. Eurip. Helen. 1043 *φέρε τί δ' εἰ κρυφθεὶς δόμοις —;* In Nubibus v. 748 rescribi debere judico,

Στρεψ. εἰπὲ δή νύν μοι τοδί.
τί γυναῖκα φαρμακίδ' εἰ πριάμενος Θετταλὴν
καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην —;

γράφων διαῤῥίπτοιμι; βέλτιον πολύ.
ξύλον γέ τοι καὶ ταῦτα, κἀκεῖν' ἦν ξύλον.
ὦ χεῖρες ἐμαὶ,

Namque hoc et sententia postulat, et Codicum utcunque discrepantes scripturae, quum praesertim verba εἰπὲ δή νύν μοι τοδὶ in Nubibus ipsis v. 496 legantur. Plane congruit formula latinis scriptoribus usitata *Quid si* —, quam olim redintegravi in Cicerone Plancian. c. 5. *Quid, si* tecum congrediatur, et, si una voce loqui possit, haec dicat —. Mnesilochus autem deorum imagines et simulacra, quae multa erant in Thesmophorio, suo inscripta infortunio projecit, ut Euripidi dignas Euripide mittat literas. Nam et invenerat hoc genus epistolarum Euripides, et alioquin impius poëta rarusque deorum cultor multis esse videbatur. Bene Scholiastae Rav. πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται. πινάκια δὲ ἦσαν ἀνακείμενα: — πίνακες γὰρ ἦσαν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ἀπὸ τούτων λαβὼν γράφει καὶ ῥίπτει αὐτὰς λέγων „ἀπέλθετε, σημάνατε Εὐριπίδῃ." Quae manifestum est unice ad Thesmophoriazusas pertinere, minime vero ad Euripidis Palamedem, quo inepte referuntur a Matthiaeo p. 247 atque G. Dindorfio p. 104. Caeterum similem, ut nunc Mnesilochus, impietatem Diagoras ille Melius admisit, qui quum lenti coquendae ligna non invenisset, statuam Herculis foco imposuit (Schol. ad Nub. v. 829).

V. 775. Quod apud Euripidem et Aristophanem ligno epistola inciditur, non nimis admirandum est. Nam inscriptiones antiquitus in ligno sculpebantur, ut Ἄξονες et *Κύρβεις* Solonis. Horat. A. P. 399 leges incidere ligno. Ac principio vel leges XII tabularum in ligno incidebantur, ut ait Pomponius de origine juris. Porro autem notissimum est facinus Demarati ex Herodoto VII, 239, ubi consule Valckenarium.

V. 776 sqq. Reisigius p. 268 hosce dimetros anapaestos in proodum, strophamque, mesodum antistrophamque tanquam in minuta quaedam frusta dissecuit, quod commentum refutare non attinet. Statim ab initio Codicum scriptura haec est,

ὦ χεῖρες ἐμαὶ
ἐγχειρεῖν χρὴ ἔ. π.

habetque ἐγχειρεῖν χρὴ ἔ. π. Suidas quoque in *Πορίμῳ*. Emendant autem Brunckius, Bentlejus, Reisigius, Bothius,

ὦ χεῖρες ἐμαὶ,
ἐγχειρεῖν χρῆν ἔ. π.

Qui alterum tantummodo vitium sustulerunt. Magnopere enim offendimur hiatu post monometrum, quem utcunque defendit A. Seidlerus Vers. Dochm. p. 81. Melius certe Porsonus dipodiam integram excidisse statuit, hoc modo,

χρῆν ἐγχειρεῖν ἔργῳ πορίμῳ.
ἄγε δὴ πινάκων ξεστῶν δέλτοι;
δέξασθε σμίλης ὁλκούς,

ὦ χεῖρες ἐμαὶ * *
ἐγχειρεῖν χρῆν ἔ. π.

Verum poëta scripserat, quemadmodum reposui,

ὦ χεῖρες ἐμαὶ
χρῆν ἐγχειρεῖν ἔ. π.

Tam enim prima verbi ἐγχειρεῖν syllaba, quam secunda in ictum incidere potest. Evolve Nub. v. 468 et contra Avv. 257. Dupliciter autem hic ludit Mnesilochus, primum in verbis cognatis, χεῖρες atque ἐγχειρεῖν, deinde quod adjicit ἔργῳ πορίμῳ, rationem ducit v. 769

οἶδ' ἐγὼ καὶ δὴ πόρον
ἐκ τοῦ Παλαμήδους.

Quocirca ἔργον πόριμον Mnesilocho ejusmodi facinus est, quod πόρον, viam salutis ostendat. Nam parum accurate πορίμῳ Schol. Rav. Suidasque exponunt, ἄνυσιν ἔχοντι καὶ ἐπίνοιαν. Sequitur ex his, versus ὦ χεῖρες — πορίμῳ Aristophanem habere parentem, neque ad Euripideum Palamedem revocari ullo modo posse. Tragicum enim neque in verbis χεῖρες atque ἐγχειρεῖν ludere decebat, neque vero apud hunc quidem nomen πόρος praecesserat, quo vv. ἔργῳ πορίμῳ hic referuntur.

V. 778 sqq. Pollux X, 58, in quo capite de libris agit deque instrumentis scribendi, mentioni verborum πίναξ et πινακὶς haec interponit, καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις ἔφη,

Πινάκων ξεστῶν δέλτοι,
δέξασθε σμίλης ὁλκοὺς
κήρυκας ἐμῶν μόχθων.

Quum certissimum sit, hosce tres anapaestos ad verbum ex Euripidis Palamede fluxisse, mirari licet, quod Pollux hac de re negligenter sane nihil monuit. Namque alias Pollux hoc quidem in genere magnam adhibuit diligentiam, velut VI, 80 εἴποις δ' ἂν καὶ κοκκίσαι ῥοιὰν κατὰ Ἀριστοφάνην (in Gerytade, ut equidem suspicor), Ὀξυγλύκειαν τἆρα κοκκιεῖς ῥόαν. τοῦτο δὲ τὸ ἰαμβεῖον Ἀριστοφάνης οὐκ ἴδιον ὃν εἴρηκεν, ἀλλ' ὡς Αἰσχύλου. ac, ne plura commemorem, VII, 193 καὶ τὸ κωμῳδούμενον (f. ab Aristophane in Pluto I. vel in Senecta) ἐν Σοφοκλέους Φινεῖ· Βλέφαρον κέκληταί γ' ὡς καπηλείου θύραι. Neque omitto Suidam Σμίλη: — καὶ σμίλης ὁλκοὶ ἀντὶ τοῦ γραφείου. τὰ σημεῖα τῶν γραμμάτων· Ἄγε δὴ — σμίλης ὁλκούς. Paullo uberius auctor Suidae, Schol. Rav. σμιλῆς (σμίλης) λέγει ἀντὶ τοῦ γραφείου. ὅλκους λέγει τὰ σημεῖα, ἐπειδὴ ἕλκομεν γράφοντες.

κήρυκας ἐμῶν μόχθων. (οἴμοι· 780
τουτὶ τὸ ῥῶ μοχθηρὸν,
χώρει, χώρει· ποίαν αὔλακα;)

V. 780 sqq. Proximi versus duo proprie ad hanc attinent comoediam, nec quidquam habent tragici coloris. Quum enim senex paratragoedianus ad scribendi officium se rite comparasset, nunc mirificas literas scribere ipsas occipit, et quod male cessit primus scribendi conatus misere lamentatur, *οἴμοι, τουτὶ τὸ ῥῶ μοχθηρόν.* Literas male pictas graeci scriptores dicere solent *γράμματα ἐπισεσυρμένα.* at Mnesilochus novam vim tribuit adjectivo *μοχθηρός,* nempe quod modo attulerat Euripidis versum, *Κήρυκας ἐμῶν μόχθων* Herolde von meinem Mühſal. O weh, inquit, das Rho hier iſt mühſeelig. Nunc de numeris metroque v. 781 paucis expediam. Sciunt omnes, qui quidem Euripidem assiduo versarunt, centum ad minimum in hoc Tragico hujus exempli versus inveniri,

— ⏑ — — | — ⏑ —

qui non est dimeter vulgaris, sed anapaestus spondaicus. Vide paucos de multis Hecub. 158, 159, 164, 189, 192

δουλείας τᾶς οὐ τλατᾶς.
τᾶς οὐ φερτᾶς ὤ μοί μοι.
στείχω; ποῖ δ' ἥσω; ποῦ τις;
σφάξαι σ' Ἀργείων κοινὰ
οἴμοι μᾶτερ, πῶς φθέγγει;

Atqui nemo vitia Euripidis quum alia, tum metrica quoque (ut in Ranis v. 1305 sqq.) acrius investigavit Aristophane. Ecce autem nostro in loco non solum ex Euripide hujuscemodi versum petiit, *δέξασθε σμίλης ὀλκούς,* verum etiam ipse alium hujus farinae versum fabricatus est, *τουτὶ τὸ ῥῶ μοχθηρόν.* Unde concluditur, id ipsum egisse Aristophanem, ut metri speciem non illam quidem falsam per se, sed centies a tragico isto repetitam notaret Euripidemque more suo derideret. Nam Aristophanes utitur ille quidem hoc versu Avv. 1054 sqq. sed cum judicio utitur, non ubique infercit. De interpretatione v. 781, quam non fere attingunt interpretes, nulla esse potest dubitatio. Verissime enim Scholiastae Rav. *ὡς Εὐριπίδην γράφων, ἐν ᾧ τὸ ρ. — ἐν τῷ γράφειν τὸ τοῦ Εὐριπίδου ὄνομα τοῦτό φησιν.* Etenim Mnesilochus quum Euripidem acciturus esset, fieri non poterat, quin ante omnia ipsius Euripidis nomen perscriberet. At vero Bothius narrat, Mnesilochum verbo *ῥῦσαι* vel simili quodam scriptionem suam exorsum esse. At si verba longe repetita temere liceret fingere, eodem jure id est nullo alia multa facillime excogitarem. Quid quod *ῥῖσαι* ne cogitari quidem potest, quando Mnesilochus Bothio auctore, ut mox videbimus, ita scripserit, *ῥῦσαι, χώρει, χώρει,* id quod absurdum est.

V. 782. Rav. Aug. Junt. *χωρεῖ, χωρεῖ ποίαν αὔλακα;* In Edd

βάσκετ', ἐπείγετε πάσας καθ' ὁδούς,
κείνᾳ, ταύτᾳ· ταχέως χρή.

---

recentioribus ante Brunckium ut in Lugduno-Batava et Kusteri pro *ποίαν* male scribitur *ὁποίαν*. Nihil vidi magis alienum isto versiculo, *χωρεῖ, χωρεῖ ποίαν αὖλακα;* quem ita convertit Brunckius, *nam quem per sulcum* (Rho) *vadit!* Sed paene crediderim, Indicativum *χωρεῖ χωρεῖ* Brunckio nos acceptum referre, in Codicibus vero potius exstare *χώρει, χώρει*, id quod et Bisetus legit, et in Edd. ante Brunckium, ut in Lugduno-Batava ac Kusteriana idem reperio. Quidquid est, Aristophanes sine dubio scripsit, *χώρει, χώρει· ποίαν αὖλακα;* quam conjecturam probavit G. Hermannus, eamque sibi quoque dudum in mentem venisse ostendit. Videlicet Mnesilochus simulacris haec potissimum verba insculpsit, *Εὐριπίδη, χώρει, χώρει, veni, veni Euripides.* Sed Rho litera plurimum ei negotii facessit quum in Euripidis nomine, sicut ipse dicit (*τοντὶ τὸ ῥῶ μοχθηρόν*), tum etiam in ultimis verbis *χώρει, χώρει*, ut indignabundus exclamet, *ποίαν αὖλακα; istuc quidem cacatum est, non pictum*, welche Zúge! Tenendum est enim inprimis, quemadmodum Latini dicunt *exarare literas*, sic etiam Graecos verba *αὖλαξ, ἄλοξ, ἀλοχίζειν* ad scripturam, rudem praesertim atque inconditam transtulisse. Lucuentum plane testimonium in Vespis est v. 850

Βδε. φέρε νυν ἐνέγκω τὰς σανίδας καὶ τὰς γραφάς.
Φι. οἴμοι, διατρίβεις, κἀπολεῖς τριψημερῶν·
ἐγὼ δ' ἀλοχίζειν ἐδεόμην τὸ χωρίον.

Quae recte explicaverunt Scholiastae (nam Bothius aliique falluntur) *ungue styli loco tabulas inscribere.* Neque vero erat, quod unguem diserte Comicus nominaret. Nam sicut hic *ποίαν αὖλακα;* rudes literas designat in ligno ductas: ita illic *ἀλοχίζειν* ipsum sua vi declarat, *ungue uti ad scribendum* atque stylo (*τῇ ἐγκεντρίδι*) opponitur. Vossius nostrum locum ita reddidit, Sieh fort, sieh fort! — Das heiß' ich gepflügt! male ab initio, nam caetera probamus. Quaeris, an hicce versus ex Euripide profluxerit; sed totum scito esse Aristophanis. Dixerit fortasse quispiam, *χωρεῖ, χωρεῖ ποίαν αὖλακα;* apte inprimis dicere Euripidem potuisse hac sententia, *vadit, vadit remus per quemnam maris sulcum* (maris viam)? Sed tametsi latini poëtae aliquando dixerunt, *sulcos* (mari) *infindere*, a graecis tamen scriptoribus nomen *αὖλαξ* ne semel quidem ad maris aequor videtur traductum esse, nisi quem forte juvat Avv. 1400 *ἀλίμενον αἰθέρος αὔλακα τέμνων* conferre.

V. 784. Juntina, quae v. 779 *ὀλκούς*, v. 783 *καθόδους* aliaque peccat, quae referre non est operae, hic praebet, *κείνᾳ, ταῦτο ταχέως χρή*, idemque in Aug. videtur exstare. Ravennas, *κείνα, ταύτᾳ ταχέως χρή*. Vulgatam lepide vertit Kusterus, — Illuc: *haec* [*enim fieri*] *cito oportet. Κείνα* correxerunt Reiskius, Porsonus,

ΧΟΡΟΣ.

ἡμεῖς τοίνυν ἡμᾶς αὐτὰς εὖ λέξωμεν παραβᾶσαι. 785

---

idque jam invenio in Ed. Lugduno-Batava minore. Male Brunckius κείνῃ, ταύτῃ edidit, quod dorismum ab h.l. alienum esse diceret; immemor enim fuit loci jam a Porsono allati Eurip. Hecub. 163

ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν
στείχω;

et similium. Tamen Dindorfius Bothiusque Brunckium sequuti κείνῃ, ταύτῃ propagarunt. Caeterum in oculos incurrit, hos duo versus iterum e Palamede depromi. Vidimus autem planeque intelleximus, Aristophani haec potissimum tribuenda esse,

Ὦ χεῖρες ἐμαὶ
χρῆν ἐγχειρεῖν ἔργῳ πορίμῳ.
— οἴμοι
τουτὶ τὸ ῥῶ μοχθηρόν.
χώρει, χώρει· ποίαν αὔλακα;

Quamobrem e Thesmophoriazusis hos lucramur versus tragoediae Euripideae,

Ἄγε δὴ πινάκων ξεστῶν δέλτοι,
δέξασθε σμίλης ὀλκούς,
κήρυκας ἐμῶν μόχθων [οἴμοι]
— — — — — — —
Βάσκετ' ἐπείγετε πάσας καθ' ὁδούς,
κείνᾳ, ταύτᾳ· ταχέως χρή.

Quae Euripidis poësi inprimis convenire apparet. Est vero plane necessarium, ut hi versus e Palamede detorti sint. Supra enim v. 769 dixerat Mnesilochus, — πόρον ἐκ τοῦ Παλαμήδους. ὡς ἐκεῖνος, τὰς πλάτας ῥίψω γράφων. Tum ut remos Oeax, sic ille simulacra inscribit simulque canit. Hic quae canit Mnesilochus, ea profecto nive et ipso Palamede frigidiora essent, nisi parodia rideretur Oeacis Euripidei inter scribendum cantilena. Enimvero probabile est, remos epistolas non fama accepisse Euripidem, sed infeliciter sane ipsum finxisse. Infra enim v. 848 ita loquitur Mnesilochus,

οὐκ ἔσθ' ὅπως
οὐ τὸν Παλαμήδην ψυχρὸν ὄντ' αἰσχύνεται.

Hoc est, pudet, ut videtur, Euripidem frigidi istius inventi de remis in mare dejectis.

Ibidem. Falso Bothius ita statuit, uno eodemque tempore et Mnesilochum per templum circumeuntem deorum imagines, quibus inscripserit nuntium suum, disjicere; et vero Chorum ad spectatores conversum parabasin recitare. Imo Mnesilochus machina e conspectu aufertur, et tunc demum incipit parabasis.

V. 785. Non ita diu parabasis, cujus obvia est facilitas, nos remorabitur. Ac primum quod ita incipiunt mulieres, *Nos igitur*

καίτοι πᾶς τις τὸ γυναικεῖον φῦλον κακὰ πόλλ' ἀγορεύει,
ὡς πᾶν ἐσμὲν κακὸν ἀνθρώποις, κἀξ ἡμῶν ἐστὶν ἅπαντα,
ἔριδες, νείκη, στάσις ἀργαλέα, λύπη, πόλεμος. φέρε δὴ νῦν,
εἰ κακὸν ἐσμέν, τί γαμεῖθ' ἡμᾶς, εἴπερ ἀληθῶς κακὸν ἐσμέν;

---

nosmet ipsas in hac paralasi laudabimus, in mediam nos rem abripiunt, quando jocosa mulierum laudatio hisce locis continetur. Bothius τοίνυν γ' edidit, deterrimum quemque librarium imitatus.

V. 787. ὡς πᾶν ἐσμὲν κακὸν ἀνθρώποις] Iterum iterumque hic queruntur mulieres sese vulgo a multis τὸ κακὸν nominari. Apposite vero contulit Berglerus aliquot locos Hippolyti Euripidei v. 616

ὦ Ζεῦ, τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν
γυναῖκας ἐς φῶς ἡλίου κατῴκισας;

et v. 625 sqq.

νῦν δ' ἐς δόμους μὲν πρῶτον ἄξεσθαι κακὸν
μέλλοντες, ὄλβον δωμάτων ἐκπίνομεν.
τούτῳ δὲ δῆλον, ὡς γυνὴ κακὸν μέγα.
προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε κἀκθρέψας πατὴρ
φερνὰς ἀπώκισ', ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ·
ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν ἐς δόμους κακὸν
γέγηθε —,

dummodo ne dixisset Berglerus, ad illos Hippolyti versus hic alludi. At Chorus mulierum, ut ipse declarat v. 786, de vulgi opprobrio jam loquitur.

V. 788. Vulgo ita distinguunt, στάσις, ἀργαλέα λύπη. Sed recte olim Scaliger, nuperrime etiam Th. Bergk interpunxerunt, στάσις ἀργαλέα, λύπη. Quam rationem ineundam esse quum caesura versus, tum alii docent loci, in quibus verba ἀργαλέα στάσις pariter conjuncta sunt. Compara Hom. Il. XI, 4 Ἔριδα — ἀργαλέην, ib. XVII, 385

ἔριδος μέγα νεῖκος ὀρώρει
ἀργαλέης.,

Apollon. Rhod. III, 773 ἀργαλέας ἔριδας. et IV, 500. ἀργαλέαι διχοστασίαι. Caeterum Rav. praebet νείκη, στάσεις, Juntina autem νίκη, στάσεις.

V. 789. εἰ κακὸν ἐσμὲν] Vitiose Rav. εἰ καὶ κ. ἐ., et Juntina, εἰς κακόν ἐ. Nam cum vi eadem prope verba εἴπερ ἀληθῶς κακὸν ἐσμὲν repetuntur, neque duplex protasis, plus habet admirationis, quam apodosis duplex, qua nihil sane pervulgatius est. Similiter

κἀπαγορεύετε μήτ' ἐξελθεῖν, μήτ' ἐκκύψασαν ἁλῶναι,
ἀλλ' οὕτωσὶ πολλῇ σπουδῇ τὸ κακὸν βούλεσθε φυλάττειν;
κἂν ἐξέλθῃ τὸ γύναιόν ποι, κἄθ' εὕρητ' αὐτὸ θύρασιν,
μανίας μαίνεσθ', οὓς χρῆν σπένδειν καὶ χαίρειν, εἴπερ ἀληθῶς
ἔνδοθεν εὕρετε φροῦδον τὸ κακὸν, καὶ μὴ κατελαμβάνετ' ἔνδον.
κἂν [καταδάρθωμεν ἐν ἀλλοτρίων παίζουσαι καὶ κοπιῶσαι,

---

positum est εἴπερ in Pluto v. 586 εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ἂν —; καίτοι χρονῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ ἐπλούτει. Ubi Dobraeus confert ille quidem nostrum versum, sed ridicule in eo corrigit, τί γαμεῖθ' ὑμεῖς.

V. 790. Legebatur, μήτ' ἐγκύψασαν ἁλῶναι. Recte monuit Kusterus, ἐγκύπτειν hic plane idem esse debere, quod ita dicitur v. 797 κἂν ἐκ θυρίδος παρακύπτωμεν, h. e. *e fenestra prospicere:* quandoquidem et haec μήτ' ἐξελθεῖν v. 790 κἂν ἐξέλθῃ τὸ γύναιόν ποι v. 792, et vero etiam μήτ' ἐγκύψασαν ἁλῶναι v. 790 κἂν ἐκ θυρίδος παρακύπτωμεν v. 797 ad se invicem referuntur. Verum ob hanc ipsam causam rescribi debet cum Reiskio, Hotibio, Bothio, Dobraeo, ἐκκύψασαν. Vide Ecclesiaz. 1052 πόθεν ἐξέκυψας, ὦ κάκιστ' ἀπολουμένη; Contra ἐγκύπτειν plerumque est *caput demittere, sese incurvare.* Accedit, quod ἐκκύψασαν legisse videtur Schol. Rav. μήτε καταληφθῆναι παρακύπτουσαν.

V. 792. Rav. κἂν ἐξέλθῃ — κἄθ' εὕροιτ', Juntina, κἂν ἐξέλθῃ — καθ' εὕροιτ', August. κἂν ἐξέλθοι — κἄθ' εὕροιτ', quod male Brunckius recepit. Conjunctivum ἐξέλθῃ — εὕρητ' Porsonus et post eum alii restituerunt. Tum bene Rav. Aug. Junt. θύρασιν, non θύραισιν.

V. 793. μαίνεσθ' Rav. μαίνεθ' Juntina.

Ibidem. Falso χρὴ Rav. atque Edd. ante Brunckium, qui tacito χρῆν reposuit, fortassis ex Augustano Juntinaque.

V. 794. καταλαμβάνετ' Ravennas. Dobraeus affert locum in dissimili re similem Theognid. 423, 424 Bekk.

πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδον ἄμεινον,
ἐσθλὸν δ' ἐξελθὸν λώϊον ἢ τὸ κακόν.

V. 795. Vulgo καταδαρθῶμεν. Recte Bekkerus et Dindorfius καταδάρθωμεν e Rav. ut equidem arbitror. Sic in Pluto v. 300 vulgo scribitur καταδαρθέντα. ubi καταδαρθόντα emendat Porsonus.

πᾶς τις τὸ κακὸν τοῦτο ζητεῖ, περὶ τὰς κλίνας περινοστῶν.
κἂν ἐκ Θυρίδος παρακύπτωμεν, τὸ κακὸν ζητεῖτε θεᾶσθαι·

Sed quaeritur de horum versuum sententia, quam verba potissimum *παίζουσαι — πᾶς τις* aperiunt. Ac pro *παίζουσαι* quidem Brunckius edidit *παίσασαι*, ridiculo usus argumento, quod mulieres non dormiant inter ludendum, sed postquam luserint. Quasi vero participia *παίζουσαι καὶ κοπιῶσαι* puncta momentaque, et non potius universum tempus designent. Dici autem solet verbum *παίζειν* de festo die qui saltationibus aliisque ludis celebretur, ut in hac ipsa comoedia v.947,983. Quocirca hoc dicit Chorus: *Atque si domi alienae obdormiverimus diem agentes festum lusuque fatigatae, unusquisque hoc malum* (uxorem) *quaerit, lectos circumiens.* Non igitur de una quadam muliere agitur, quae forte aliquando secubet, verum de communi ludo feminarum, quas diem noctemque festivam obeuntes mariti jam soli requirant. Et fortasse tempus ab Aristophane etiam accuratius definitum esset, nisi id saepius incidisset, ut atticae mulieres ludorum causa noctu abessent. Namque et ipsa Thesmophoria noctu Eleusine celebrabant (Cf. Aeneas Tactic. Poliorcet. c. 5 et Schol. Theocrit. IV, 25.) et, ne alia commemorem Braurone diem festum obibant in honorem Dianae (Herodot. VI, 138).

V. 797. Quam turpes adhuc mendae in Aristophane inveniantur, hic quoque versus demonstrat, in quo nimium lepida est scriptura Codicum, *ζητεῖ τὸ κακὸν τεθεᾶσθαι.* Quid enim minus hic ferri potest tempore praeterito *τεθεᾶσθαι*? Aut quid clarius est, quam reponi debere *τὸ κακὸν ζητεῖτε θεᾶσθαι*! Scilicet verba in toto loco gravissima *τὸ κακὸν* plane multo aptius in vicinia caesurae collocantur,

κἂν ἐκ Θυρίδος παρακύπτωμεν, | τὸ κακὸν ζητεῖτε θεᾶσθαι,

similiter ac v. 791, 794, 799

ἀλλ' οὕτωσὶ πολλῇ σπουδῇ | τὸ κακὸν βούλεσθε φυλάττειν.
ἔνδοθεν εὕρετε φροῦδον τὸ κακὸν | καὶ μὴ κατελαμβάνετ' ἔνδον.
αὖθις παρακύψαν ἰδεῖν τὸ κακόν. | χοὔτως ἡμεῖς ἐπιδήλως.

Ne multa, natum est istuc *ζητεῖ* e v. 796 *πᾶς τις τὸ κακὸν τοῦτο ζητεῖ.* Atque ego quidem jam olim juvenis emendaveram *τὸ κακὸν ζητεῖτε θεᾶσθαι*, nunc autem animadverto, hanc rem adeo manifestam ne alios quidem fugisse. Dobraeus enim breviter, ut solet, *Lege cum J. Kaye, τὸ κακὸν ζητεῖτε θεᾶσθαι.* Moriar, si hunc Criticum J. Kaye, niger anne albus sit, notum habeo. Porro quod mulier interdum viro conspecto de fenestra recedit, id ipsae mulieres

κἂν αἰσχυνθεῖσ' ἀναχωρήσῃ, πολὺ μᾶλλον πᾶς ἐπιθυμεῖ
αὖθις παρακύψαν ἰδεῖν τὸ κακόν. οὕτως ἡμεῖς ἐπιδήλως
ὑμῶν ἐσμὲν πολὺ βελτίους· βάσανος δὲ πάρεστιν ἰδέσθαι. 800

---

in optimam partem interpretantur, eamque fugere dicunt pudore suffusam (*κἂν αἰσχυνθεῖσ' ἀναχωρήσῃ*). Longe aliter et haud sciam an rectius servo visum sit, callido formarum spectatori in Pace 980 —

καὶ μὴ ποίει γ' ἅπερ αἱ
μοιχευόμεναι ὁρῶσι γυναῖκες.
καὶ γὰρ ἐκεῖναι παρακλίνασαι
τῆς αὐλείας παρακύπτουσιν·
κἂν τις προσέχῃ τὸν νοῦν αὐταῖς,
ἀναχωροῦσιν·
κἄτ' ἢν ἀπίῃ, παρακύπτουσιν.

V. 798. *αἰσχυνθεῖσ'*] Juntina, *αἰσχυνθείς.*

V. 799. Pro *παρακύψαν* Rav. et Juntina *παρακύψασαν* inepte substituunt. Metricum vitium, quo hic versus laborat, alii aliter removerunt, pessime omnium Porsonus, qui scribebat *αὖθις παρακύψαν τὸ κακὸν ἰδεῖν*, anapaesto foedissimo. Ab hac quidem parte G. Dindorfii conjectura praestat, *αὖθις τὸ κακὸν παρακύψαν ἰδεῖν*. Veruntamen non *τὸ κακὸν* ex aptissimo loco dejici, sed *οὕτως* in *χοὕτως* mutari necesse est, sicuti fecimus,

αὖθις παρακύψαν ἰδεῖν τὸ κακόν. χοὕτως ἡμεῖς ἐπιδήλως —.

Atque id viderunt etiam G. Hermannus et cujus nunc cummaxime elegantem libellum de Niobes fabula accipio, Burmeisterus meus. Quid, quod alibi etiam librarios *οὕτως* pro *χοὕτως* scripsisse reperio, ut in Equit. v. 1127 *χοὕτω μὲν ἂν εὖ ποιοῖς*, ubi falso Cod. Venetus *οὕτω.*

V. 800. Libri, *βάσανός τε π. ἰ.* Dedi id, quod res desiderat, *βάσανος δὲ π. ἰ.* Sed profecto graece nesciebat, qui nuper hic corrigebat videlicet, *βάσανόν τε π. ἰ.*. Eupolis sive alius in Helotibus ap. Athenaeum XIV, 638 e. *ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστ' ἀκούειν.* Aeschyl. Pers. v. 419

θάλασσα δ' οὐκέτ' ἦν ἰδεῖν,
ναυαγίων πλήθουσα καὶ φόνου βροτῶν.

Plura collegit Dobraeus ad Pluti v. 48 in textu et in Addendis. Quanquam talia hodie, credo, vel apud vulgares grammaticos reperire licet.

βάσανον δῶμεν, πότεροι χείρους. ἡμεῖς μὲν γὰρ φαμὲν ὑμᾶς·
ὑμεῖς δ' ἡμᾶς. σκεψώμεθα δή, κἀντιτιθῶμεν πρὸς ἕκαστον,
παραβάλλουσαι τῆς τε γυναικὸς καὶ τἀνδρὸς τοὔνομ' ἑκάστου.
Ναυσιμάχης μέν γ' ἥττων ἐστὶν Χαρμῖνος· δῆλα δὲ τἄργα.

V. 802. *ὑμεῖς δ' ἡμᾶς*] Male *ὑμεῖς δ' ὑμᾶς* Ravennas.

V. 803. Vulgo legebatur, *καὶ τἀνδρὸς τοὔνομ' ἕκαστον*, quod haud dubie ortum est e fine versus praegressi, *κἀντιτιθῶμεν πρὸς ἕκαστον*. Absurde Rav. atque Juntina, *τοὔνομ' ἕκαστος*. Emendavimus jam pridem, *τοὔνομ' ἑκάστου*, *comparantes inter se feminae et viri nomen uniuscujusque*. Quod ipsum jam aliis placuisse, haec me docet Bentleji adnotatio: „Frob. *ἕκαστος*. Gry. *ἑκάστου*: al. *ἕκαστον*."

V. 804. *μέν γ'*] Vulgo scribitur *μὲν* idque habet Juntina. Brunckius et post eum Invernizzius atque I. Bekkerus tacito edíderunt *μήν*. At Rav. et August., ut nostra fert opinio, non *μὴν* sed *μὲν* retinent cum Juntina. Scilicet mire juvabat Brunckium barbara ista loquutio, *Ναυσιμάχης μὴν — ἐστίν —*, quam induxit etiam in Acharn. v. 109 *σὺ μὴν ἀλαζὼν εἶ μέγας*. Ad quem locum verissime Elmslejus: *Atqui*, inquit, *si bene memini*, *μὴν a nostro* (et omnino ab atticis scriptoribus) *nunquam usurpatur*, *nisi praeeunte ἀλλὰ*, *γέ*, *ἦ*, *καί*, *οὐ vel οὐδέ*. In Acharnensibus olim conjeci *σύ μέν γ'*, nunc vero malim *σὺ μὲν οὖν ἀλαζὼν εἶ μ.* si modo *ἀχάρας* secundam corripit. Nostro autem in versu haud dubie scribendum est *Ναυσιμάχης μέν γ'* — cum G. Dindorfio et, qui comparat Lysistr. 589, 721, 1238, Dobraeo.

Ibidem. Sequuntur eximii plane versus, in quandam griphi speciem compositi. Quantopere Athenienses griphis delectati sint, quorum multa variaque genera noverant, prae caeteris dilucide ostendit Athenaeus X, 448, b. sqq. Hic p. 452, c. retulit etiam griphum Panarcis, *ὅτι βάλοι ξύλῳ τε καὶ οὐ ξύλῳ καθημένην ὄρνιθα καὶ οὐκ ὄρνιθα ἀνήρ τε καὶ οὐκ ἀνὴρ λίθῳ τε καὶ οὐ λίθῳ.*, quem Hermannus aliquando apte ingenioseque transtulit in Meierum Halensem. Apud Aristophanem vero quum demonstrare velint mulieres, sese multo viris praestare, quumque feminam unamquamque cum viris singulis contendant: callide hanc rem ita instituunt, ut hominum nominibus opera nuper publice acta contineantur. Quocirca Charminus, Cleophon, Pisander, totus denique senatus acerbe vituperantur; antiqua enim comoedia specie ludentis seria tractare remque publicam capessere solebat. Et quo majorem fidem inveniret oratio, Chorus a

veris mulieribus Nausimache ac Salabaccho profectus, ficta matronarum nomina, Aristomachae, Stratonicae, Eubules subsequi jussit. Tantum vero abest, ut primariae tantum matronae et omni virtute excellentes deligantur ut vel meretrices atque prostibula viris quibusdam anteponenda esse doceamur. Incipit igitur ab Charmino, classis praefecto, qui ad Symen insulam cum Astyocho Lacone congressus, victa jam altera hostium parte, mox ipse ab altera devictus, sex triremibus amissis, Halicarnassum versus aufugit. Is a Thucydide VIII, 41 dicitur *Χαρμῖνος, εἷς τῶν ἐκ Σάμου στρατηγῶν*, paullo post autem c. 42 clades ipsa describitur. Quem ipsum Charminum hic intelligi, ejusque cladem navalem commemorari, pulchre vidit Palmerius idemque monuit, haec non multo ante dramatis nostri didascaliam accidere debuisse. Victus est autem Charminus anno belli XX, hieme, Ol. 92, 1 Callia post Cleocritum archonte. Male vero addidit Palmerius, inter pugnam illam navalem, et mortem Charmini, quae sequente aestate evenerit, hoc drama editum esse, vivo etiamtum Charmino, quum et Comicus dixerit, *ἥττων ἐστὶν Χαρμῖνος*, et ne licuerit quidem mortuos in comoedia traducere. Putavit scilicet, Charminum una cum Hyperbolo interfectum dici a Thucydide VIII, 73 *καὶ Ὑπέρβολον — ἀποκτείνουσι μετὰ Χαρμίνου τε ἑνὸς τῶν στρατηγῶν* — non assequutus vim praepositionis *μετά*, quam Dukerus aliique enuclearunt. De tempore fabulae nostrae accuratius exponam infra ad v. 808. Sed ex his constat, pessime Scaligerum Aristophani pro *Χαρμῖνος* imputasse *Χαρῖνος*, id quod et metra et vero res ipsae historiaeque refellunt. Nam hoc unum vir magnus sequutus est, quod *Χαρῖνος* nomen esse bene graecum vidisset, quando *Χαρῖνος* iterum iterumque occurrit in Luciano D. Meretr. IV, in Andria Terentii, ubi Charinus interlocutor est, credo etiam apud Demosthenem. Transeo nunc ad Scholia Rav.: *πέπλασται τὰ ὀνόματα, ἐπεὶ εὐδοκίμουν οἱ Ἀθηναῖοι τότε τῷ ναυτικῷ. Χαρμῖνος δὲ περὶ Σάμον συνεστρατήγησε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον τοῖς περὶ Φρύνιχον. Ναυσιμάχῃ δὲ πόρνῃ καὶ Σαλαβακχώ. ΑΛΛΩΣ. συνεμάχησε γὰρ Φρυνίχῳ ἐν Θράκῃ ὁ Χαρμῖνος, καὶ ἴσως οὐδὲν ἀξιόλογον ἔπραξεν· διὸ λέγει „δῆλα τὰ ἔργα.“* Ac posterius quidem Scholium ab imperito homine confectum est, qui et *ἐν Θράκῃ* non sine foedo scripsit errore et de certissima re (*καὶ ἴσως*, inquit) inepte dubitavit. Contra prior recte et societatem imperii ad Samum cum Charmino communicavit, neque erravit de tempore, et summam imperii ad Phrynichum detulit (Thucydid. VII, 25.). Illa vero verba auro cariora sunt, *Ναυσιμάχῃ δὲ πόρνῃ καὶ Σαλαβακχώ*, quibuscum non pugnat initium, *πέπλασται τὰ ὀνόματα*, referendum illud ad v. 806 sqq. Ego tametsi ad pugnam alludi navalem haud eram nescius, tamen Nausimachen atticam fuisse meretricem semper existimavi. Praeterquam enim quod a vera muliere, non ficta ordiri decet, nihil profecto credibilius, quam Nausimachen meretricem Charmino, ac statim Salabaccho, ipsam quoque meretricem, Cleophonti praepositas esse.

Ibidem. *ἐστὶν*] *ἐστι* Rav. — *δῆλα δὲ τἄργα*] Rav. *δῆλα δὴ*

καὶ μὲν δὴ καὶ Κλεοφῶν χείρων πάντως δήπου Σαλα-
βάκχους. 805

τἄργα, Juntina, *δηλα δῆ τ' ἄργα*, Librarii somniasse videntur de formula *δῆλα δὴ* per se posita, quae in Vespis v. 442, Eurip. Orest. 789 et alias legitur.

V. 805. *χείρων*] *χεῖρον* Rav. et Juntina. Hic autem Salabaccho, turpissima meretrix, Cleophonti praeponitur, sicuti modo Nausimache Charmino. Nimirum judice etiam Berglero, qui deteriores sunt vili scorto, eos certe pessimos nequissimosque videri necesse est. Similiter autem Cleon de semet ipse judicat in Eqq. 761

εἰ μὲν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγένημαι
βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα καὶ Κύνναν καὶ Σαλα-
βακχώ —.

Ubi Venetus retinet vulgatum *σαλαβάκχαν*, natum illud e consimili sono *Κύνναν*, Rav. autem prope verum, *σαλαβάκχωι*. Verum e nostro l. perspicitur, Cleophontem jam paulio ante hujus fabulae tempora, circiter Ol. 91, 4 sive 92, 1 ad rem publicam accessisse, multaque, ut erat homo turbulentus, miscere coepisse. Scholiasta Rav. *Κλεοφῶντα λέγει τὸν λυροποιόν. διαβάλλει δὲ αὐτὸν ὡς κίναιδον*, Omnino recte censet, libidines demagogi hic notatas esse, nixus comparatione Salabacchus, quae fuit meretrix inprimis libidinosa. Ac nescio, an ad Cleophontis libidines haec pertineat Platonis memoria apud Phrynichum Bekkeri p. 9, 10 *καὶ Πλάτων ἐν Κλειτοφῶντι· ἐψάθαλλε λεῖος ὤν*. Codex, *Κλητοφῶντι*; tu scribe *Κλεοφῶντι* cum Meinekio Qu. Sc. II. p. 18, qui non immemor fuit Clitophontis, hominis valde obscuri. Idem librariorum error jam dudum sublatus est e Plutarcho Moral. p. 805, d. *Τὸ μέντοι φαῦλον ἄνθρωπον ἀπονοίᾳ δὲ καὶ δεινότητι πεποιημένον ὑφ' αὑτῷ τὴν πόλιν, οἷος ἦν Κλέων Ἀθήνησι καὶ Κλειτοφῶν* (corr. *Κλεοφῶν*), *ἐπαναστάντα ταπεινῶσαι καὶ καθελεῖν, λαμπρὰν ποιεῖται τὴν πάροδον ὥσπερ δράματος, τῆς πολιτείας*. Sed quum saepissime scriptores graeci, inprimisque oratores, Cleophontis mentionem fecerint, primum inutiles locos aut certe non multum profuturos breviter attingam. Andocid. De Myster. p. 146, 6 B. *καίτοι οὐκ ὄνειδος ὑμῖν ἐστιν ἡ Ἀνδοκίδου καὶ Λεωγόρου οἰκία οὖσα, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τότ' ἦν ὄνειδος, ὅτ' ἐμοῦ φεύγοντος Κλεοφῶν αὐτὴν ὁ λυροποιὸς ᾤκει*. Hinc magna quadam infamia Cleophontem flagrasse liquet, additumque est cognomen ejus solemne; neque enim nostra refert scire, quam domum Cleophon incoluerit. Aliquantum vero proficeremus ex Himerio XXXVI, 16 p. 318 Wernsd. (sive in Photii Bibliotheca p. 377, a. 18 B.) *Κλεοφῶν Ἀλκιβιάδην ἐγράφετο*, si ipsum rei tempus indicatum esset. Nunc incerta est omnis divinatio neque aliud quidquam affirmes, quam Alcibiadem a Cleophonte aliquando in jus vocatum, idque pro indigno facinore et pleno audaciae vulgo habitum esse. Sed in-

primis illud demagogo isti vitio datur, quod vel post Siculam expeditionem, quum Atheniensium opes diuturna clade vehementer afflictae essent, belli acriter persequendi auctor fuit, pacemque omnibus modis impedire conatus est. Nam quum Mindarus Laco ab Alcibiade ad Cyzicum devictus esset et Lacedaemonii legatos de pace Athenas misissent, (Ol. 92, 2 anno Theopompi) Cleophon acriter obstitit, ne pacis conditiones acciperentur atque id Atheniensibus persuasit. Diodorus Sic. XIII, 53 *συνεπελάβετο δὲ τῆς γνώμης ταύτης καὶ Κλεοφῶν μέγιστος ὢν τότε δημαγωγός.* Quod pestiferum consilium fama est ab Euripide aliquoties in Oreste tectis verbis notatum esse. Licet vero tempora in id pulchre conveniant (data est enim Orestes Ol. 92, 4, Dioclis anno; vide Philochorum ap. Schol. ad v. 361 et 760), latissime tamen haec patet sententia, *Δεινὸν οἱ πολλοὶ, κακοῦργους ὅταν ἔχωσι προστάτας,* neque ea in Cleophontem magis, quo refertur a Scholiastis, quam in Cleonem, Hyperbolum alios dici poterat. Restat unicus locus, quo maxime confidunt Scholiastae, in eoque Cleophontem sibi agnoscere videntur v. 902 sqq.

κἀπὶ τῶνδ' ἀνίσταται
ἀνὴρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχίων θράσει,
Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος ἠναγκασμένος
θορύβῳ τε πίσυνος κἀμαθεῖ παῤῥησίᾳ,
πιθανὸς ἔτ' αὐτοὺς περιβαλεῖν κακῷ τινι

et quae sequuntur. Fateor itaque, gravem sententiam de nece Orestis quum dictam esse (v. 914) ab hoc oratore, tum a vulgo probatam, (v. 944 sqq.); plane ut Cleophon, ne pax conficeretur, a populo impetravit. At vel sic nimis obscure Cleophon significatur, quandoquidem Athenae inquilinis civibus virisque, quorum magna esset loquendi impunitas, incredibilis inscitia, effrenata denique audacia, tummaxime abundabant. Quid igitur? Placetne, Scholiastae nihil dubitanti eademque iterum atque iterum repetenti fidem derogare? Nobis vero placet etiam longius aliquanto progredi. Vix enim dubitamus, quin Euripides totam hanc scenam inde a v. 884 ad similitudinem concionis illius conformaverit, in qua Cleophon pacem a Lacedaemoniis oblatam dissuasit. Namque caeterorum etiam oratorum imago ad vivum expressa est, sicut primi v. 889 sqq., maxime vero ultimi, in quo certum hominem eumque optimae frugis civem et patriae amantissimum cito agnoscas, v. 917 sqq.

ἄλλος δ' ἀναστὰς ἔλεγε τῷδ' ἐναντία,
μορφῇ μὲν οὐκ εὐωπὸς, ἀνδρεῖος δ' ἀνὴρ,
ὀλιγάκις ἄστυ κἀγορᾶς χραίνων κύκλον,
αὐτουργὸς, οἷπερ καὶ μόνοι σώζουσι γῆν
ξυνετὸς δὲ χωρεῖν ὁμόσε τοῖς λόγοις θέλων,
ἀκέραιος, ἀνεπίληπτον ἠσκηκὼς βίον·
ὃς εἶπ' —.

Sequitur, ut graecos interpretes ad h. l. audiamus. Qui primum narrant, Euripidis verba false a multis ad Cleonem revocari, quem multo ante, quam Orestes scriberetur, mortuum esse. At quum vita mors-

que Cleonis in clarissima luce positae sint, calami non mentis errore videtur grammaticus antiquus *Κλέων* pro *Κλεοφῶν* exarasse, quemadmodum librarii quoque haec nomina interdum confuderunt. Porro autem suspicantur ad Cleophontem quasi digitum intendi, vel quia is pacis consilia a Lacedaemoniis agitata nuper disjecerit, vel quod tragici verba *Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος* in Cleophontem planissime congruant. Tum ita pergunt, *θέλει δὲ εἰπεῖν Ἀθηναῖον οὐκ Ἀθηναῖον ὄντα αὐτὸν, ἀλλὰ νόθον πολίτην, παρόσον Θρᾷξ ἦν ἐκ Δελφῶν ὁ Κλεοφῶν.* Miramur profecto, Ruhnkenio (in Hist. Crit. Oratt. p. XLV.) verba *ἐκ Δελφῶν* temere expungenti Meinekium sine ulla dubitatione assensum esse. Perspicuum est vero, populum locumve Thraciae restitui debere, sive ita corrigamus, — *Θρᾷξ ἦν ἐκ Δεσιλῶν ὁ Κλεοφῶν* (vide Stephanum Byz. in *Δεσιλοί.*), sive cum Palmerio legamus, — *Θρᾷξ ἦν ἐκ Λεουέλτου ὁ Κλεοφῶν,* sive alio modo. Possis etiam *ἐκ Δάτου,* vel *ἐκ Λατηνίων.* Jam vero patrem Cleophontis natione Thracem fuisse, Scholiastae concludunt ex Aristophane Ran. v. 680, ubi *Θρηκία χελιδὼν* ad Cleophontem transfertur, eamque doctrinam saepe inculcant, — *ὡς τῶν πατέρων αὐτῷ ἐκ Θρᾴκης ὄντων,* et iterum *Θρᾷξ ἦν τὸ ἀνέκαθεν.* In quo ipso tamen bonos viros conjectura fefellit planeque destituit. Namque ad illum ipsum Aristophanis locum Scholiastae, matrem Cleophontis Thressam fuisse praeclare docuerunt. Verba haec sunt, *Θρᾷκα γὰρ αὐτὸν ἔλεγεν* (sc. *Ἀριστοφάνης*) — *Θρηκία χελιδὼν*] *ἵνα διαβάλῃ αὐτὸν ὡς βάρβαρον. κωμῳδεῖται δὲ ὡς υἱὸς Θρᾴσσης. — καὶ Πλάτων ἐν Κλεοφῶντι δράματι βαρβαρίζουσαν πρὸς αὐτὸν πεποίηκε τὴν μητέρα. καὶ αὐτὴ δὲ Θρᾷσσα ἐλέγετο.* Itaque Comici Cleophontem, utpote Thressae filium riserunt. Eodemque pertinuit Platonis in Cleophonte jocus, qui matrem ut Thressam barbara voce cum filio colloquentem induxerat. Neque vero postrema verba negligi debent, *καὶ αὐτὴ δὲ Θρᾷσσα ἐλέγετο, et ipsa adeo Thressa vocitata est.* Quum enim illo tempore servarum natione Thressarum permagna Athenis esset multitudo, ita ut nomen *Θρᾷττα* omnino servam designaret (vide supra ad v. 279.) prorsus videtur Cleophontis pater ejusmodi *Θρᾷτταν,* servam sive libertinam in matrimonium duxisse. Quodsi Thracia origo non a patre, sed ab altera parente repetenda est, constat, patrem Cleophontis, cujus patria incerta est, certe non Thracem fuisse; satis est autem, civem aliquem inquilinum intelligi. Quin jam Aelianus Cleophontis patrem, quisnam fuisset, penitus nescivit, Var. Hist. XII, 43 *Ὑπερβόλου δὲ καὶ Κλεοφῶντος — οὐδεὶς ἂν εἴποι ῥᾳδίως τοὺς πατέρας,* quem de Hyperbolo ipse erroris convici (in Actis S. Graec. Vol. I. F. I. p. 140.), de Cleophonte autem nemo facile refutabit. Venio nunc ad indignissimum facinus Cleophontis, quo uno Atheniensium potentiam tantopere perculit atque prostravit, ut nunquam antiqua gloria recuperari ab illis potuerit. Nam Ol. 93, 3 Calliae anno post pugnam navalem ad Arginussas Cleophon victoria ista elatus pacem petentibus Lacedaemoniis iterum obstitit, aequissimasque

conditiones repudiavit. Quo factum est, ut in Ranis, fabula paullo post illud proelium data, semel atque iterum Cleophon vapularet. Primus locus est v. 677 sqq.

— *φιλοτιμότεραι* (intell. *σοφίαι*) *Κλεοφῶντος, ἐφ' οὗ δὴ*
χείλεσιν ἀμφιλάλοις δεινὸν ἐπιβρέμεται Θρῃκία χελιδών,
ἐπὶ βάρβαρον ἔξομένη πέταλον;
κελαδεῖ δ' ἔπικλαυτον ἀηδόνιον νόμον ὡς ἀπολεῖται,
κἂν ἴσαι γένωνται.

Pro *κελαδεῖ* Rav. aliique Codd. perboni *κελαρύζει* suggerunt. Hinc Scidlerus, et qui nuper inepte posuit *ῥάζει*, Dindorfius, *κρίζει* conjecerunt, haud male, si Photium p. 178, 22 conferas. At enim scribendum puto, *τρύζει δ'* sive *τρίζει δ'*, atque *κελαρύζει* e scri-
τρύζει
pturis *κελαδεῖ* conflatum esse. Compara verbi causa Arrianum I, 25, 6 *χελιδόνα — τρύζουσαν μεγάλα*; Cleophon enim, utpote *Θρῃκία χελιδών*, profecto hirundinis sonum imitari debet. Caeterum mire incipit Scholiasta, *Κλεοφῶν στρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων*. At Cleophon certe nunquam fuit Atheniensium imperator. Quare aut error subest Scholiastae, simillimus alii paullo etiam turpiori ad Ran. v. 48 de Clisthene, *ἐστρατήγησε δὲ νεωστὶ καὶ ἐνίκησεν οὗτος*, aut legi debet, *τραγικὸς τῶν Ἀθηναίων*, ut homo demagogum cum tragico Cleophonte confuderit. De tragico vide Biblioth. Gr. Fabricio-Harlesian Vol. II, p. 293. Nam et Scholiastis antiquum est diversos homines nominis ejusdem miscere, et scribae verba *στρατηγὸς* et *τραγικὸς* interdum permutant, sicut in Argumentis Oedipi Colonei, — *ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου ἀνάγει τοὺς στρατηγοὺς ὑπὲρ γῆς* ubi *τοὺς τραγικοὺς* post Clintonum repono. Deinde Scholl. dicunt, in hunc demagogum Platonis comoediam, Cleophontem scriptam esse. Ecce porro, *τοῦτον κωμῳδεῖ* inquiunt, *ὡς ξένον καὶ ἀμαθῆ καὶ φλύαρον καὶ δυσγενῆ*, quae verba spectant ad Ranas, non ad Platonis fabulam, quo ea retulit Meinekius II, p. 17. Sequuntur paullo post verba saepe ac multum a doctis celebrata, *οὗτος δὲ ἦν ὁ καλούμενος Κλεοφῶν ὁ τυροποιός*. Hic jam vehementer mireris Toupii judicium ad Suidam III. p. 95, qui ab uno Schol. inductus in caeteris locis pro *ὁ λυροποιὸς* restitutum voluit *ὁ τυροποιός*, idque dixit plaudente ad locum Aeschinis I. Bekkero. Imo recte ipsi Scholiastae *ὁ λυροποιὸς* vindicarunt Taylorus Vit. Lys. p. 125 ed. Reisk., Schneider ad Xenoph. Hellen. p. 79 ed. sec. et Bergkius ad Anacreontem p. 129. Itaque Cleophon opifex erat lyrarum. De Scholiasta hactenus. Ab ipso autem poëta Cleophon stolidus homo, loquax, voce et lingua barbarus, natione Thrax dicitur. Inprimisque egregium est *Θρῃκία χελιδὼν* quod et garrula est hirundo, et Thraciam incolit Procne in hirundinem mutata, et barbarorum vox cum voce hirundinum saepe comparatur. Duobus igitur verbis homo describitur voce garrulus, Thrax natione, ipso etiam sermone barbarus. Sed plurimum ultimis verbis, *τρύζει δ' — κἂν ἴσαι γένωνται* tribuere soleo. Quae evidentissimo indicio

sunt, Cleophontem illo tempore in jus vocatum esse vehementerque, ne causa caderet, timuisse. Putamus autem, Cleophontem praeter id ipsum, quod pacem Atheniensibus dissuasisset, accusatum atque id actum esse, ut Cleophon, sicuti antea Hyperbolus, in exilium mitteretur. Atque hoc mire confirmatur hoc Cleophontis Platonici senario ap. Eustathium p. 1441, 26 *ἵν' ἀπαλλαγῶμεν ἀνδρὸς ἁρπαγιστάτου*, ut aliquando homine rapacissimo (Cleophonte puta) liberemur. Rem nimis manifestam nullus interpretum vidit (Berglerus enim totus pendet a Scholiastis), nisi quod Palmerius in Exercc. p. 773 haec scripsit, — *sed videtur innuere accusationem illi imminere, vel jam institutam esse.* Verum et illo in loco et paullo post p. 776 de Cleophonte falsas res atque inanes protulit Palmerius, cujus praecipuos quosdam errores attingam. Est tamen etiam, quod eximie Palmerius intellexisse videatur. Quum enim *X* praetorum accusatores in odium populi incurrerint, poenaque affecti sint, Palmerius Cleophontem sine dubio in numero eorum fuisse censet, qui poenam Atheniensium reformidarent, atque id concludit e Xenophonte Hellen. I, 7, 35 *καὶ οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον μετέμελε τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἐψηφίσαντο, οἵ τινες τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, προβολὰς αὐτῶν εἶναι, καὶ ἐγγυητὰς καταστῆσαι, ἕως ἂν κριθῶσιν· εἶναι δὲ καὶ Καλλίξενον τούτων. προὐβλήθησαν δὲ καὶ ἄλλοι τέτταρες καὶ ἐδέθησαν ὑπὸ τῶν ἐγγυησαμένων. ὕστερον δὲ, στάσεώς τινος γενομένης, ἐν ᾗ Κλεοφῶν ἀπέθανεν, ἀπέδρασαν οὗτοι, πρὶν κριθῆναι κτλ.* Recte id quidem Palmerius: neque enim mors Cleophontis hoc loco memorari posset, nisi is illo ipso crimine implicatus esset. Quare aut breviter nimis obscureque scripsit Xenophon, aut potius Cleophontis nomen inserendum est illo in loco, *εἶναι δὲ καὶ [Κλεοφῶντα καὶ] Καλλίξενον τοίτων;* ita enim concinne primum Cleophontis mors, deinde etiam Callixeni subsequetur. Tametsi vero in Ranis, quae paullulo post *X* praetorum condemnationem editae sunt, non haec, sed alia Cleophontis accusatio intelligitur, ut equidem censeo: tamen a Xenophonte aliud Cleophontis idque nefarium facinus proditur, qui in *X* praetores non mortem, sed praemium meritos saevierit. Deinceps recte quidem Palmerius plures Athenis fuisse Cleophontes affirmat (ipsi enim a demagogo tragicum supra distinximus) sed perperam addit, de alio Cleophonte, quem fuisse unum de XXX tyrannis, a Lysia exponi. At noster Cleophon, non alius nescio quis a Lysia dicitur, neque vero is fuit unus de XXX tyrannis, sed ab his tyrannis ipse interfectus est. Omnes enim XXX tyranni nominantur a Xenoph. Hellen. II, 3, 2, ubi nullum invenias Cleophontem. Verum enim luserat Palmerium ridicula menda apud Lysiam in Nicomach. 12, 5 B. — *καὶ ὅτι Σάτυρος καὶ [Κλευφῶι] οἱ τῶν τριάκοντα γενόμενοι οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν ὀργιζόμενοι Κλεοφῶντος κατηγόρουν* —, ubi delendum esse nomen *Κλεοφῶν* multi viderunt. Denique quod narrat Palmerius p. 776, etiam post pugnam ad Cynossema, quae incidit in Theopompi annum Ol. 92, 2 pacem a Cleophonte disturbatam esse, falsum est id quoque, neque ullo dicitur auctore. Accedimus

ad Platonis Cleophontem a Scholiastis memoratum. Constat autem, Platonem in pestiferos cives tria ad minimum dramata scripsisse, Hyperbolum, Pisandrum, Cleophontem. Praeterea in confessis est, duobus circiter mensibus post pugnam ad Arginussas hoc drama commissum esse. Nam quum Pyanepsionis initio ante Apaturia pugnatum esset Posideone et Lenaeis Cleophontem docuit Plato una cum Ranis, testante Ranarum didascalia, *ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Ἀντιγένη* (Ol. 93, 3) — *εἰς Λίγναια. πρῶτος ἦν· Φρύνιχος δεύτερος Μούσαις, Ἰλιάτων τρίτος Κλεοφῶντι.* Quocirca Plato hanc comoediam scripsit motus, ut bene Meinekius II p. 18, haud dubie hominis importunitate, qua post proelium ad Arginussas, quum Lacedaemonii de pace legatos misissent, ebrius in concionem prosiluit pacemque dissuasit. Duplex autem consilium Plato maxime videtur sequutus esse, primum ut ingentia mala reipublicae a Cleophonte jam ante inflicta aperiret, tum vero, ut perniciosum hominem poena afficiendum et tandem aliquando e civitate expellendum esse demonstraret. Nos vero dolemus, Meinekium l. l. parum accurate ac levius paullo, ut facit interdum vir eximius, de hac comoedia disseruisse, qui ne paucula quidem ista, quae supersunt, fragmenta diligenter collegerit; omisit enim Athenaeum III, 76 f, VII, 315 b, (de quo l. vide Quaestt. Aristoph. T. I, p. 255), Pollucem X, 56, Bekkeri Anecd. p. 79, 20, ibid. p. 418, 27, et alia quaedam. Quorum tenuitatem fragmentorum Ranae quodammodo consolantur, in quibus v. 1500 haec leguntur,

καὶ δὸς τουτὶ Κλεοφῶντι φέρων
καὶ τουτὶ τοῖσι πορισταῖς,
Μυρμηκί θ' ὁμοῦ καὶ Νικομάχῳ,
τόδε δ' Ἀρχενόμῳ —.

Inepte censent cum Scholiastis intpp., omnibus hisce nebulonibus restim missam esse ut se suspenderent. Immo facetissime Plato, quo citius pessimi homines de medio tollerentur, varia ac diversa instrumenta mortis Aeschylo tradidit, jussitque eum Cleophonti verbi causa cicutam (*κώνειον*) reddere, Myrmeci Nicomachoque restem (*σχοινίον*), gladium denique (*ξίφος*) Archenomo. Misere vero ad h. l. hallucinantur Scholiastae, — *ἢ ὅτι γέρων ὢν* (Cleophon) *ἔμελλε μετ' ὀλίγον τεθνήξεσθαι. ἢ ὡς ἀγγόνης ἄξια ἔπραττε.* Sic igitur egregie Aristophanes Cleophontem et caeteros homines esse luce indignos declarat. Sed quae mox adduntur,

κἂν μὴ ταχέως ἥκωσιν, ἐγὼ
νὴ τὸν Ἀπόλλω στίξας αὐτοὺς
καὶ συμποδίσας,
μετ' Ἀδειμάντου τοῦ Λευκολόφου
κατὰ γῆς ταχέως ἀποπέμψω,

ea vel maxime in Cleophontem conveniunt. Nam et homo Thrax esse solet *στιγματίας*, notis Threiciis compunctus, et Cleophon vere aliquando compedibus vinctus erat, testante Aeschine De Fals. Legat. 76, 9, *Κλεοφῶν δὲ ὁ λυροποιὸς, ὃν πολλοὶ δεδεμένον ἐν πέδαις*

ἐμνημόνευον —. Quin etiam paullo post tempus Ranarum homo in vincula videtur conjectus esse, indicium faciente Xenophonte l. l. προῐβλήθησαν δὲ καὶ ἄλλοι τέτταρες, καὶ ἐδέθησαν ὑπὸ τῶν ἐγγυησαμένων. Plato autem in Cleophonte hominem fortassis poena affecerat servili, flagrisque caedi jusserat, ut conjicio e Polluce X, 56 ὁ μέντοι Πλάτων ὁ Κωμικὸς ἐν Κλεοφῶντι μάραγναν τὴν μάστιγα ὠνόμασεν. Restat ultimus isque gravissimus Ranarum locus in ipso fine comoediae,

πάγχυ γὰρ ἐν μεγάλων ἀχέων παυσαίμεθ' ἂν οὕτως
ἀργαλέων τ' ἐν ὅπλοις ξυνόδων· Κλεοφῶν δὲ μαχέσθω,
κἄλλος ὁ βουλόμενος τούτων πατρίοις ἐν ἀρούραις.

Quod Cleophon et similes alii sua in patria bellum gerere jubentur, apparet, Cleophontem et tunc belli auctorem, et alioqui civem fuisse adscriptitium. Tecte etiam id consilii datur Atheniensibus, ut Cleophontem quam primum civitate expellant. Sed operae pretium est hic Scholiastas audire, παρόσον ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, (haud dubie ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ) μετὰ τὴν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίαν, Λακεδαιμονίων βουλομένων ἐκ Δεκελείας ἀπιέναι ἐφ' οἷς ἔχουσιν ἑκάτεροι καὶ εἰρήνην ἄγειν ἐπὶ τοῦ Καλλίου, Κλεοφῶν ἔπεισε τὸν δῆμον μὴ προσδέξασθαι, ἐλθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν μεθύων καὶ θώρακα ἐνδεδυκὼς οὐ φάσκων ἐπιτρέψειν, ἐὰν μὴ πάσας ἀφῶσι τὰς πόλεις οἱ Λακεδαιμόνιοι. Cum Aristotelis loco conjungenda est haec Aeschinis memoria. De Fals. Leg. 76, 4 B. — καὶ τὴν τελευταίως ἀβουλίαν φυλάξασθαι, ὅθ' ἡττημένοι τῷ πολέμῳ, προκαλουμένων αὐτοὺς Λακεδαιμονίων εἰρήνην ἄγειν ἔχοντας πρὸς τῇ Ἀττικῇ Λῆμνον καὶ Ἴμβρον καὶ Σκῦρον καὶ δημοκρατουμένους κατὰ τοὺς νόμους τούτων μὲν οὐδὲν ἤθελον ποιεῖν, πολεμεῖν δὲ προῃροῦντο οὐ δυνάμενοι, Κλεοφῶν δὲ ὁ λυροποιὸς, ὃν πολλοὶ δεδεμένον ἐν πέδαις ἐμνημόνευον, παρεγγραφεὶς αἰσχρῶς πολίτης, καὶ διεφθαρκὼς νομῇ χρημάτων τὸν δῆμον, ἀποκόψειν ἠπείλει μαχαίρᾳ τὸν τράχηλον, εἴ τις εἰρήνης μνησθήσεται. Hic jam nova incidit dubitatio, utrum Aeschines pacem post pugnam ad Arginussas oblatam, spectaverit, uti Aristoteles, an potius de tempore cladem ad Aegos flumen insequuto loquatur. Illud Clintono placuit Fast. Hellen. p. 88 ed. Krueger., hoc autem Kruegero, egregio illius editori. Recte vero Clintonus. Atque ex illis quidem verbis, ἡττημένοι τῷ πολέμῳ ratio concludi non potest; neque enim dixit Aeschines τῇ μάχῃ vel τῇ ναυμαχίᾳ· Sed quum pluribus modis ostendi queat, recte judicasse Clintonum, simplicissima ratio ineatur. Etenim post pugnam ad Aegos flumen Lacedaemoniorum legati postulaverunt, ut muri longi Athenarum partim diruerentur. Atqui has conditiones paci ante propositae manifesto opponit Aeschines verbis sequentibus, τελευτῶντες δὲ inquit, εἰς τοῦτο τὴν πόλιν προήγαγον ὥστε ἀγαπητῶς τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι ἀποστάντας πάντων καὶ τὰ τείχη καθελόντας —. Praeterea de una eademque re et Aristotelem disserere, et Aeschinem ex eo apparet, quod in omnibus maximis minimisque partibus consentiunt. Nam apud Aristotelem Lacedaemonii Decelia decedere volunt et Atticis,

quae quidem habeant, relinquere integra; apud Aeschinem Atticam totam cum Lemno, Imbro, Scyro eis concedunt neque tollunt democratiam. Hoc re ipsa idem est, verbis discrepat. Apud Aristotelem Cleophon in concionem venit ebrius et thorace indutus; apud Aeschinem mortem adeo minitatur, si quis de pace agi voluerit. Hoccine est hominis vino gravati atque *πολὺ πυροινικωτάτου*? Quo minus miramur, istum lyrarum artificem aliquando in vincula conjectum esse, turpiter se in civitatem insinuasse, vulgarique usum esse demagogorum lenocinio, ut nummis divisis plebem quasi inescaret. Neque vero quidquam gravius atque acerbius dici in Demosthenem poterat, quam eum hanc temulentiam Cleophontis atque insaniam imitatum esse, Aeschin. in Ctesiphont. p. 150, 5 B. — *διώννυτο* (*Δημοσθένης*) *τὴν Ἀθηνᾶν* —, *ἢ μὴν εἴ τις ἐρεῖ, ὡς χρὴ πρὸς Φίλιππον εἰρήνην ποιήσασθαι, ἀπάξειν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐπιλαβόμενος τῶν τριχῶν, ἀπομιμούμενος τὴν Κλεοφῶντος πολιτείαν, ὃς ἐπὶ τοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου, ὡς λέγεται, τὴν πόλιν ἀπώλεσεν.* Ultimum pax a Cleophonte impedita est pugna ad Aegos flumen commissa Ol. 93, 4 Alexia archonte, ut docet Lysias in Agorat. p. 8, 7 B. — *τότε ὑμεῖς τε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ ἠνέσχεσθε ἀκούσαντες περὶ τῶν τειχῶν τῆς κατασκαφῆς, Κλεοφῶν τε ὑπὲρ ὑμῶν πάντων ἀναστὰς ἀντεῖπεν ὡς οἰδενὶ τρόπῳ οἷόν τε εἴη ποιεῖν ταῦτα.* Enimvero Cleophon iste dignam vita mortem invenit. Hanc breviter obscureque perstrinxit Xenophon Hellen. I, 7, 35, dilucide autem explicavit Lysias tum in Agorat. 7, 5 sqq. tum vero in Nicomach. 10, 2 sqq. Nam eis potissimum machinantibus, qui tyrannidem affectarent, Cleophon de medio sublatus est, qui licet homo perditus caeteroqui democratiae tamen ex animo favebat. Scilicet post cladem ad Aegos flumen Cleophon convicium fecit senatui, quod eum non optime de re publica sentire diceret. Tum Satyrus quidam caeteros senatores eo adduxit, ut Cleophontem vinctum judicio traderent. Accusatus est hoc ipso nomine, quod pacem impedivisset (Lysias priore loco, *εἰς ἀγῶνα Κλεοφῶντα καθεστᾶσι, πρόφασιν μὲν ὅτι οὐκ ἦλθεν εἰς τὰ ὅπλα ἀναπαυσόμενος, τὸ δ' ἀληθὲς ὅτι ἀντεῖπεν ὑπὲρ ὑμῶν μὴ καθαιρεῖν τὰ τείχη*). Sed quum veriti essent senatores, ne Cleophon, homo si quisquam popularis a judicibus absolveretur, Nicomachides legem pertulit, ut etiam senatus in judicio illo consideret. Ita condemnatus est Cleophon interfectusque iis vel maxime nitentibus, qui mox XXX tyranni Athenis exstiterunt (Lysias priore loco — *οἱ βουλόμενοι ὀλιγαρχίαν καταστήσασθαι ἀπέκτειναν* —, et in altero, *τοῦτο δὲ παρὰ πάντων ὁμολογεῖται, ὅτι οἱ καταλύοντες τὸν δῆμον ἐκεῖνον ἐβούλοντο μάλιστα τῶν πολιτῶν ἐκποδὼν γενέσθαι, καὶ ὅτι Σάτυρος καὶ οἱ τῶν τριάκοντα γενόμενοι οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν ὀργιζόμενοι Κλεοφῶντος κατηγόρουν* —). Sed tantum abfuit, ut Cleophon speratas e populi gratia opes acquireret, ut in magna decesserit paupertate, ut ait Lysias Pro Bon. Aristoph. 48, 4 *Κλεοφῶντα δὲ πάντες ἴστε, ὅτι πολλὰ ἔτη διεχείρισε τὰ τῆς πόλεως πάντα καὶ προσεδοκᾶτο πάμπολλα ἐκ τῆς ἀρχῆς ἕξειν· ἀποθανόντος*

πρὸς Ἀριστομάχην δὲ χρόνου πολλοῦ, πρὸς ἐκείνην τὴν Μαραθῶνι,

---

δ' αὐτοῦ οὐδαμοῦ δῆλα τὰ χρήματα, ἀλλὰ καὶ οἱ προσήκοντες καὶ οἱ κηδεσταὶ, παρ' οἷς κατέλιπεν, ὁμολογουμένως πένητές εἰσι. Hic rectissime Cleophon multos annos rei publicae praefuisse dicitur. Quum enim Pericle pestilentia exstincto resp. pessimo cuique demagogo committi coepta esset, primum Cleon septem per annos multa turbavit, qui quum in Thracia cecidisset, successit ei Hyperbolus. Hunc vero e civitate ejectum mox Cleophon excepit. Quanquam Hyperbolus jam circiter Ol. 91, 1 civitate expulsus est, Cleophon autem haud sane videtur ante Ol. 92, 1 florere in civitate demagogus coepisse. Sed occisus est Cleophon Ol. 93, 4 vel 94, 1, quum octo ferme annos in re publica regnasset. Tam clare autem de Cleophonte loquitur historia, ut minime placeat ad incertas conjecturas descendere. Veluti Anaxilae comoediam *Ἀνροποιός*, de qua dixit Meinekius Qu. Sc. III p. 45, ad Cleophontem nostrum traxit Schneiderus ad Xenoph. Hellen. p. 79 ed. sec. ingeniosa opinione, qua nihil tamen esse potest fallacius. Caeterum turbas a Cleophonte in rep. excitatas post Palmerium aliosque enarrasse dicitur etiam Meierus de bonis damnatorum p. 218, 219; sed Meierum Meierosque omittamus.

V. 806. Aristomache et Stratonice, notissima mulierum nomina, jam ponuntur notionum loco his verbis subjectarum. Quod enim dicit Ἀριστομάχην — ἐκείνην τὴν Μαραθῶνι, intelligit optimam pugnam (τὴν ἀρίστην μάχην) Marathone pugnatam, qua Athenienses Miltiade duce ingentem Persarum exercitum a Dario missum devicerunt. Similiter autem Στρατονίκη victoriam exercitus declarat.

Ibidem. χρόνου πολλοῦ] Constructio haec est, πρὸς Ἀριστομάχην δὲ πρὸς ἐκείνην τὴν Μαραθῶνι καὶ Στρατονίκην ὑμῶν οὐδεὶς χρόνου πολλοῦ οὐδ' ἐγχειρεῖ πολεμίζειν. Cum Aristomache vero, Marathonia illa, et Stratonice nemo vestrum a longo jam tempore ne conatur quidem certare. Nam χρόνου πολλοῦ, ut ἀπὸ πολλοῦ χρόνου, *e longo tempore* significat. Vide Plutum v. 98 πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἑώρακ' ἀπὸ χρόνου. Avv. 920 ταυτὶ σὺ πότ' ἐποίησας, ἀπὸ ποίου χρόνου; Ubi falsa est R. Bentleji conjectura ἀπὸ πόσου χρόνου, quam nonnemo probavit. Tu vero confer Aeschyl. Agamemn. v. 278 ποίου χρόνου δὲ καὶ πεπόρθηται πόλις; ad quem l. plura dedit Abreschius. Sed aliud est Plut. 1046 ποίου χρόνου — neque huc pertinet. Nimirum genitivus πολλοῦ χρόνου vim habet triplicem, vel *intra* longum tempus, vel *ante* longum tempus, vel *post* longum tempus. Saepissime est *intra*, ut πολλοῦ τοῦ χρόνου *diu*, τοσούτου χρόνου tam longo tempore, in Lucian. Charont. 2, De Merc. Cond. 8, Fugitiv. 21. Alibi est *ante*, sicuti πόσου χρόνου *ante quantum temporis* idem fere quod πότε significat. In Acharn.

83 *πόσον δὲ τὸν πρωκτὸν χρόνον ξυνήγαγεν;* male *quamdiu* interpretantur Brunckius et ad Plutarch. V. p. 165 Schaeferus, decepti, credo, verbis *ὀκτὼ μῆνας* v. 82. Immo recte Elmslejus, Hotibius, alii *quando* explicant, freti responso *τῇ πανσελήνῳ* v. 84. Quae explicatio adeo necessaria videtur, si quidem ille *ὀκτὼ μῆνας ἔχεζεν, tum τὸν πρωκτὸν ξυνῆγεν* idque *τῇ πανσελήνῳ* plenilunio. Quod enim Schaeferus l. l. ita vim hujus loci comicam multum frangi queritur, nobis satis superque facetum videtur, interrogare, quando rex Persarum exonerata per octo menses alvo culum contraxerit. Denique *πόσον χρόνον* certissime *quando*, non *quamdiu* significat apud Eupolin Plutarchi in Nicia 4, p. 525 E.

Α. πόσον χρόνον γὰρ συγγεγένησαι Νικίᾳ;
Β. οὐδ' εἶδον εἰ μὴ 'ναγχος ἐστῶτ' ἐν ἀγορᾷ.
Α. ἀνὴρ ὁμολογεῖ Νικίαν ἑωρακέναι,

Postremo *χρόνου πολλοῦ* etiam declarat *post* longum tempus, veluti in Vespis 260 *ἡμερῶν τεττάρων* est quattuor abhinc diebus, in Cratino Fragm. p. 53 collect. Runk. *οὐ πολλοῦ χρόνου* (h. e. mox), in Luciano Ver. Hist. II, 27 *οὐ πολλῶν ἐτῶν*. Adde Sophocl. Electr. v. 478 *μέτεισιν, ὦ τέκνον, οὐ μακροῦ χρόνου*. Et hic quidem minus accurate transtulit Schaeferus, *intra breve tempus*. Proprie est enim *post haud longum tempus*. De genitivo temporis quum alii exposuerunt, tum Heindorfius ad Plat. Gorg. p. 7.

Ibidem. *τὴν Μαραθῶνι*] Promiscue dicuntur *Μαραθῶνι* atque *ἐν Μαραθῶνι*, neque quod librarii saepius *ἐν* metro adjecerunt invito (ut in Eqq. 778 in Eupolide Photii p. 362 alibi), eo potest valere, ut *ἐν Μαραθῶνι* cum Elmslejo atque G. Dindorfio ex universa prope Graecia tollendum esse videatur. Concedam, in Eqq. 1331 Elmsleji conjecturam *τοῦ Μαραθῶνι τροπαίου* pro *τοῦ 'ν Μ. τ.* quodammodo adjuvari lectione Rav. *τοῦμμαραθῶνι*, etsi duplex *μ* litera rursus favet vulgatae. Sed nihil habet offensae, scriptorem eundem modo *Μαραθῶνι* (sicut in Acharn. 664, 665) modo *ἐν Μαραθῶνι* dixisse. Quare non mutanda sunt Vesp. 711 *καὶ τοῦ 'ν Μαραθῶνι τροπαίου* et alia hujusmodi. In Holcadibus ap. Athenaeum III p. 111, a. *Καὶ κολλύραν τοῖς περῶσιν διὰ τοὺν Μαραθῶνι τροπαῖον*. Elmslejus ad Acharn. v. 343 prorsus inepte correxit *διὰ τοῦ Μαραθῶνι τροπαίου*. Immo vero Aristophanes dicit, placentam illis dandam esse ob tropaeum Marathone positum. Quare ex hoc versu *ἐν Μαραθῶνι* evelli nulla ratione potest. Ego vero Elmslejum correxisse vellem *τοῖς περῶσι*, pro quo *τοῖσι περῶσιν* scripserunt Porsonus ad Vesp. 399 et Dindorfius, ignari, sententiam requirere *senibus*, certe quidem respuere verbum adhuc editum. In nobili illo jurejurando Demosthenis De Coron. p. 208, 3 B. *μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι* — forsitan *ἐν* praepositio cum Codice omnium praestantissimo delenda sit; quanquam plus equidem tribuo Longino, Hermogeni, aliis, qui omnes fere *ἐν Μαραθῶνι* e Demosthene attulerunt. Scriptoribus a Reiskio nominatis T. II. p. 281 ed. Schaef. Lucianum sive alium adde Demosth. Encom. c. 49, ubi item exstat *τοὺς ἐν*

καὶ Στρατονίκην, ὑμῶν οὐδεὶς οὐδ' ἐγχειρεῖ πολεμίζειν.

Μαραθῶνι. De pugna Marathonia satis bene disseruit Goldsmithius Histor. Gr. T. I. p. 93 sqq. ed. Beck. vir alioquin in historia parum diligens, qui, ut insigni utar exemplo in rebus Alexandri vix usquam sequitur scriptorem fide dignissimum, Arrianum.

V. 807. *Στρατονίκην*] *σιρατωνίκην* Rav. Junt. v. 808, 809. Accedimus ad gravissimum locum, cujus ope annum fabulae nostrae certo definire licet. Nam e v. 804 id tantummodo efficitur, Thesmophoriazusas cladem Charmini, quae incidit in hiemem, Ol. 92. 1, haud ita longo tempore sequutas esse. His autem versibus, ut praeclare observavit Palmerius, superioris anni senatores notantur, qui dignitatem sibi a quadringentis viris eripi siverint et ignave admodum magistratu se abdicarint. Non sine ignominia senatum a CCCC viris dimissum esse, auctor est Thucydides VIII, 69, 70 — *ἐλθόντες οἱ τετρακόσιοι — ἐπέστησαν τοῖς ἀπὸ τοῦ κυάμου βουλευταῖς οὖσιν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐξιέναι λαβοῦσι τὸν μισθόν· — ὡς δὲ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἥ τε βουλὴ οὐδὲν ἀντεποῦσα ὑπεξῆλθε —.* Quae patet cum verbis comici, *παραδοὺς ἑτέρῳ τὴν βουλείαν* mirum in modum conspirare. Quanquam haud scio, an senatus iste hic in universum reprehendatur. Is enim jam antea metu perterritus turpiter se dederat potestatemque suam concesserat aliis, teste locupletissimo Thucydide eodem VIII, 66 *δῆμος μέντοι ὅμως ἔτι καὶ βουλὴ ἡ ἀπὸ τοῦ κυάμου ξυνελέγετο· ἐβούλευον δὲ οὐδὲν ὅτι μὴ τοῖς ξυνεστῶσι δοκοίη ἀλλὰ καὶ οἱ λέγοντες ἐκ τούτων ἦσαν, καὶ τὰ ῥηθησόμενα πρότερον αὐτοῖς προὐῤῥέπτο. ἀντέλεγέ τε οὐδεὶς ἔτι τῶν ἄλλων, δεδιὼς καὶ ὁρῶν πολὺ τὸ ξυνεστηκός. εἰ δέ τις καὶ ἀντείποι, εὐθὺς ἐκ τρόπου τινὸς ἐπιτηδείου τεθνήκει* et quae sequuntur. Virorum CCCC dominatio ab Antiphonte constituta etsi quatuor non amplius menses explevit, duo tamen vidit archontes, ut liquet e scriptore incerto Vit. X Orat. p. 835 e, *ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρχοντος, ἤδη τῶν τετρακοσίων κατεχόντων τὴν πόλιν.* et p. 833 d, *ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος, ἐφ' οὗ οἱ τετρακόσιοι κατελύθησαν.* atque e Diodoro XIII, 34 *ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλίου — ἑλόμενος δὲ ἄνδρας τετρακοσίους τούτοις τὴν διοίκησιν ἐπέτρεψε τῶν κοινῶν.* et c. 38, — *Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Θεόπομπος — περὶ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Ἀθηναῖοι τὴν τῶν τετρακοσίων ὀλιγαρχίαν κατέλυσαν.* Ipsos adeo menses hujusce dominatus certo eruere licet ex his locis Thucyd. VIII, 63 (*ὑπὸ γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἔτι πρότερον*), VIII, 67, 68, Harpocratione, Photio p. 580, 10, Suidaque in *τετρακόσιοι*. Ex his aliisque locis VV. DD. ostenderunt, quadringentorum imperium ab ineunte Elaphebolione Ol. 92, 1 usque ad initium Hecatombaeonis Ol. 92, 2 perdurasse. Evolve Dodwellum Annal. Thucyd. II. p. 712 Beck., Corsinum Fast. Att. III p. 253, Clintonum Fast. Hellen. p. 82 ed. Krue-

ger. Jam vero quum senatores Ol. 92, 1 Callia archonte dimissos uno anno ante fabulam nostram magistratu decessisse hic dixerit Aristophanes (*τῶν πέρυσίν τις βουλευτής*): quidnam planius esse potest, quam Thesmophoriazusas Ol. 92, 2 anno Theopompi sive magnis Dionysiis, sive, ut potius censeo, jam Lenaeis editas esse? (ad Lenaea enim tum verbo *χειμῶνος* v. 67 tum aliis quibusdam indiciis duci videmur). Id bene vidit quum Vossius (cujus haec sunt verba, Jahr der Aufführung: Olymp. 92, 2) tum vero Hanovius Exerc. Crit. p. 82—89, sed nimia paene diligentia rem haud sane dubiam demonstravit. Nam quum Palmerius conjecisset, hanc fabulam Callia archonte Dionysiis urbanis doctam esse, bene objecit Hanovius, tum dimissionem senatus, tum dimissionis mentionem ad diversos pertinere annos civiles debere; atqui senatum hoc ipso Callia archonte, primo illum quidem Elaphebolione dimissum esse. At enim Palmerium transversum egerat ementitia mors Charmini, quam post hujus fabulae tempora incidisse necesse est. Praeterea etiam eo in fraudem induci poterat, quod CCCC viros jam sub Callia imperasse constaret. Quod in causa fuit, ut ipse Dodwellus, magnus sine dubio vir, CCCC viros Calliae anno imperium amisisse aliquando male statueret. Omnino autem ubi res in unius anni vertitur discrimine, saepissime errant omnium aetatum historici. Omittam centenos locos T. Livii; in horum temporum ipsorum rebus accidit, ut Diodorus nonnunquam uno anno plus minus numeraret, sicuti XIII, 49 in enarranda Lacedaemoniorum legatione. Videamus nunc, quomodo docti Alexandrini fabulae nostrae tempora descripserint. Incipiam autem ab Schol. Rav. ad v. 841 *ἐπαινεῖ τὸν Λάμαχον νῦν· ἤδη γὰρ ἐτεθνήκει ἐν Σικελίᾳ τετάρτῳ ἔτει πρότερον.* Atqui Lamachus in Sicilia interfectus est secundum Thucydidem VI, 101 extremo Chabriae anno Ol. 91, 2 hoc est plane quarto anno ante Theopompum archontem. Fuerunt tamen etiam, qui eodem quo Palmerius errore comoediae nostrae Calliae annum Ol. 92, 1 assignarent. Velati Schol. Rav. ad v. 190 [*γέρων*] *γὰρ τότε Εὐριπίδης ἦν· ἕκτῳ γοῦν ἔτει ὕστερον τελευτᾷ.* Scio, doctos homines de anno, quo mortuus sit Euripides, acerrime disputasse. At certum est semperque manebit, Euripidem ineunte anno Calliae post Antigenem Ol. 93, 3 mortuum esse, paullo ante, quam Ranae docerentur. Enimvero sextus ante annus Calliae est post Cleocritum archontis. Eodemque aliud pertinet testimonium de Andromeda Euripidea. De qua Schol. Rav. ad v. 1012 *Ἀνδρομέδαν*] *πιθανῶς· συνδεδίδακται γὰρ τῇ Ἑλένῃ* — satis obscure. Sed Andromedam anno ante Thesmophoriazusas datam esse, ipse dixit Aristophanes infra v. 1060 (*πέρυσιν*). Verum Schol. ad Rav. 53 *ἡ γὰρ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει προῆκται.* Andromedam octavo anno ante Ranas (i. e. ante Ol. 93, 3) editam esse narrat. Hoc igitur auctore comoediam nostram in Calliae annum Ol. 92, 1, ne dicam in Ol. 91, 4, minime vero in Ol. 92, 2 incidere, rationes putanti manifestum erit. Quamobrem docti Alexandrini Thesmophoriazusis partim annum Ol. 92, 1, partim recte Ol. 92, 2 tribuerunt. Longe aliter indocti Scholiastae: qui

quum Aves et Thesmophoriazusas ordine ac loco conjunctas esse vidissent, sicuti etiam in Codd. Editionibusque nostris hanc fabulam Aves proxime antecedunt, neque ignorarent, Aves in Chabriae annum Ol. 91, 2 Dionysiis incidere, perridiculo errore Thesmophoriazusas ad annum transtulerunt insequentem Pisandri Ol. 91, 3. Quo errore duo inprimis Scholl. Rav. infuscata sunt, alterum ad v. 32 [ἐπ]ειδὴ οὐ πάλαι ἤρξατο δι[δά]σκειν, ἀλλὰ τρισὶν πρὸ τού[τον] ἔτεσιν; ita enim Rav. teste Dobraeo p. (95), male vero Bekkerus πρὸ τούτων. Sermo est de Agathone tragico poëta. Jam vero primam victoriam tulit Agatho Ol. 90, 4 anno Euphemi, Lenaeis (Athenaeus V, 217, a. b.). Ergo tertius abhinc annus est Pisandri Ol. 91, 3. Quocirca Scholiasta recte ille quidem Agathonis victoriam definivit, sed absurde Thesmophoriazusas proximo post Aves anno reposuit. Ac ne forte dubites, Avium tempus hujus causam erroris fuisse, alterum scholium ad v. 162 considera, in quo planissime scriptum est, ἐν τῷ πρὸ τούτου δράματι τοῖς Ὄρνισι, quo Scholiastarum fraudem clariorem esse oportet. Ergo is quoque Thesmoph. nostras Pisandri anno Ol. 91, 3 collocat. Quae duo Scholia incredibile est, quantum negotii Hanovio (p. 87 sqq.) homini perdocto facessiverint, ut paene ad incitas redactus anno Ol. 91, 3 duo tribueret archontes, Pisandroque Theopompum nescio quem adjungeret. Qui si ingenia nosset Scholiastarum inque scriptis eorum, quibus miro temperamento optimae res miscentur pessimis, volutatus esset, maluisset, credo, quod est ante pedes videre, quam caeli plagas scrutari. Quid enim? Etiamne alius Scholiastae commentum subtiliter acuteque rimari placebit, qui ad illud Vesparum (v. 61) οὐδ' αἴθις ἀνασελγαινόμενος Εὐριπίδης. non dubitavit ita halucinari, — κατ' αὐτοῦ γὰρ καθῆκε τὰς Θεσμοφοριαζούσας. φησὶν οὖν, οὐ δεύτερον ταυτολογήσω περὶ αὐτοῦ ὡς οἱ ἄλλοι. Vides Thesmoph. fabulam duodecim annis post Vespas editam, secundum hunc terrae filium tempore Vespis antecessisse. Sed hunc quidem hominem quibus meruit modis acceperunt Palmerius, Berglerus et ad Fragm. Aristoph. p. 69 Dindorfius. Nam illum versum Vesp. 61 ad Aristophanis Proagonem referri debere, quae fabula paullo ante eisdem Lenaeis a Philonide edita erat, optime perspexit F. Ritterus. Quod fugisse Scholiastam istum ad Vesp. 61 eo valdius miramur, quum ipse statim haec adjecerit, οὐ μόνον δὲ ἐν τούτῳ τῷ δράματι εἰσῆκται οὕτως Εὐριπίδης, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ Προαγῶνι —. Neque vero G. Dindorfii, viri doctissimi, sententia de tempore Thesmoph. dicta ferri posse videtur. Is enim ad Aristoph. Fr. p. III. Scholiastae verbis, quae modo explosa sunt, ἐν τῷ πρὸ τούτου δράματι τοῖς Ὄρνισι mire confisus, Thesmophoriazusas, quas proximam post Aves fabulam fuisse unico isto argumento credidisset, actam existimavit Lenaeis Ol. 92, 1 Callia archonte. Omnium vero infelicissime de fabulae nostrae temporibus judicavit S. Petitus Miscell. L. I. c. XIII. Sprevit haec verboque damnavit Palmerius, neque ego concoquere possum. Ac primum censet Petitus, fabulam Dionysiis actam esse, abusus et primo statim versu (ubi vide

ἀλλ' Εὐβούλης τῶν πέρυσίν τις βουλευτὴς ἐστὶν ἀμείνων,

---

adnot. meam), et v. 67 — 69. At χειμῶνος certe melius in Lenaea convenit, quam in Dionysia, revera autem ad scenae tempus argumentique spectat; Thesmophoria enim quum Pyanepsione primoque auctumno celebrata sint, eodem jure χειμῶνος dixit Comicus, quo Thucydides auctumnum atque hiemem χειμῶνα, cui opponit θέρος, dicere consuevit. Multa igitur, quae fabulatur Petitus, omittam, ut quae scripsit de nece Socratis, de tempore Helenae Euripideae, de Thesmoph. primis infelici successu datis, ut alterae Comico edendae essent (quam alioqui vere censet novam plane fuisse fabulam, non prioris emendationem). Summa autem conjecturae totiusque disputationis haec est. Opinatur Petitus, Euripidis Palamedem Ol. 92, 3 archonte Glaucippo commissam esse; porro quum Comicus Palamedis meminerit (v. 770 sqq. et v. 848.) quasi anno ante actae, Thesmophoriazusas Ol. 92, 4 Diocle archonte profecto editas esse. At primum Aristophanes meminit Palamedis, omnino ut ante datae, non ut uno ante anno; reapse enim Palamedes quinque annis ante Thesmophoriazusas in scenam prodierat. Deinde vero de tempore Palamedis toto caelo Petitus erravit. Namque Palamedem Euripidis, cujus fabulae didascaliam a Palmerio incertissimam dici potuisse miramur, Arimnesto archonte Ol. 91, 1 actam esse, a R. Bentlejo Opusc. p. 53 ed. Lips., Valckenario Diatrib. p. 209 a, Clintone Fast. Hellen. p. 79 Krueg. iis argumentis demonstratum est, ut contra hiscere, operam sit perdere. Satis dictum est de errore Petiti. Denique nuper etiam Dobraeus, magni vir acuminis, de hujus fabulae temporibus ita disputavit ut afficeret multa atque inchoaret, nihil quidquam absolveret. Qui etsi in summa re nihil erravit, tamen nonnulla falso allata, multa dicta obscure, plurima autem neglecta sunt. En ipsius verba p. 92 ed Dind. „*Historia.* Acta est anno post CCCC virorum tyrannidem, ut liquet ex v. 815. Ergo Ol. 92, 2 χειμῶνος, 73, πρυτάνεις, 661, 771, 930. (Thucyd. VII, 70.) βουλὴ, 85, 950 (vide Thucyd. VIII, 86, 70.) Cleophon, 812, Charminus, 811, Proteas, 883. Quum scholiastes ad Ran. 53 dicat Euripidis Andromedam ὀγδόῳ ἔτει actam fuisse ante Ranas (i. e. Ol. 93, 3.) istam tragoediam Ol. 91, 2 ponit Bentlejus Phalar. p. 215 (sed 92, 3 voluisse puto;) Ol. 91, 3. Valckenar. Praef. Phoeniss. p. VII. Sed ex Thesmoph. 1069 — 70 recte colligit Musgravius, Andromedam anno ante Thesm. actam: quare virorum summorum sententia vera esse non potest, quum isto pacto actas esse sequeretur Thesm. Ol. 91, 4. Quare in Schol. ad Ran. 53 legendum puto ἑβδόμῳ pro ὀγδόῳ, et interpretandum, non *septem annos ante*, sed *septimo anno*, i. e. quinque annis integris intercedentibus inter eum quo Andromeda, et eum quo Ranae. Ergo Androm. Ol. 92, 1. Thesm. 92, 2." Memorabile est, Scholiastas

παραδοὺς ἑτέρῳ τὴν βουλείαν; οὐδ' αὐτὸς τοῦτό γε φήσεις.

Rav. tam insigni loco ad inveniendum fabulae tempus uti nescivisse. Sic enim illi commentantur ad v. 808 καὶ ἡ Εὐβουλη πέπλασται. τὸ δὲ ὅλον τί βούλεται, οὐκ ἔστι σαφές. ἀλλ' οὐδὲ παρὰ Πλάτωνι ἐν τῷ Ὑπερβόλῳ. λέγει γάρ τι περὶ τοῦ ἐπιλαγχάνειν τοῖς βουλευταῖς,

Ἀ. εὐτυχεῖς ὦ δέσποτα.
Β. τί δ' ἔστι;
Ἀ. βουλεύειν ὀλίγου λαχες πάνυ.
ἀτὰρ οὐ λαχὼν ὅμως ἔλαχες, ἣν νοῦν ἔχῃς.
Β. πῶς νοῦν; ἔχω νοῦν.
Ἀ. ὅτι πονηρῷ καὶ ξένῳ
ἐπέλαχες ἀνδρί· μηδέπω γὰρ ἐλευθέρῳ. καὶ ἐν ταὐτῷ·
Β. ἄπειρ' ἐγὼ δ' ὑμῖν τὸ πρᾶγμα δὴ φράσω·
Ὑπερβόλῳ βουλὴν (sive βουλῆς) γάρ, ἄνδρες, ἐπέλαχον.

Sic enim Platonis versus correximus in Act. Soc. Graec. Vol. I. Fasc. I, p. 139 partim cum Hanovio.

V. 809. *τὴν βουλείαν*] Hoc inprimis loco veteres magistri docuerunt, verbum *βουλεία* senatoris dignitatem significare. Schol. Rav. τὸ βουλεῦσαι βουλείαν ἔλεγον. Harpocratio, *Βουλεία*: τὸ ἐκ τῆς βουλῆς ὄντα πράττειν, ἃ τοῖς βουλευταῖς προσήκει. Δείναρχος καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις. Suidas, *Βουλεία*: τὰ (τὸ) χρηματίζοντά τινα τῆς βουλῆς πράττειν, ἃ τοῖς βουλευταῖς προσήκει. οὕτω Δείναρχος καὶ Ἀριστοφάνης. — καὶ Ἀριστοφάνης φησί· τίς βουλευτής ἐστι, παραδοὺς ἑτέρῳ τὴν βουλείαν; τὸ βουλεῦσαι βουλείαν ἔλεγον οἱ παλαιοί. partim ex Harpocratione, partim e Schol. Rav. Antiattic. Bekkeri p. 84, 29 *Βουλίαν* (sic): Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις τὸ βουλεύειν· παραδοὺς ἑτέρῳ τὴν βουλίαν. Eadem est cognatae formae *βουλὴ* potestas apud Cratinum *Θρᾴτταις* (Priscian. XVIII, c. 1183, 12) *τὴν πέρυσι βουλὴν ἐφεστώς*, quae pars versus est trochaici. H. Valesius ad Harpocrat. p. 263. ed. Gronov. a Kustero laudatus monet, *βουλείαν* denotare munus senatorium quod Athenis fuisse annuum, *βουλεύειν* senatorem esse apud Antiphontem, *παραδοῦναι* proprie dici de eo, qui magistratu decedat eumque tradat successori, aliaque hodie notissima.

Ibidem. *φήσεις*] Miror equidem, Kusterum *φήσει* conjecisse, personamque tertiam et Brunckium ratam habuisse, et Bothium adeo suscepisse. Nimis leviter hercle Kusterus H. Valesii adnotationem percurrerat, qui l. l. recte observavit, Chorum haec dicentem oculos conjecisse in senatorem quemdam, qui spectator adesset. Totum vero locum nostrum, a Brunckio illum recte conversum monstruose reddidit ibidem Valesius. Ipse senatus, si non omnis, at partim certe in

οὕτως ἡμεῖς πολὺ βελτίους τῶν ἀνδρῶν εὐχόμεθ' εἶναι. 810
οὐδ' ἂν κλέψασα γυνὴ ζεύγει κατὰ πεντήκοντα τάλαντα

---

prima spectare cavea solebat, eaque subsellia τὸ βουλευτικὸν dicebantur. Vide Avv. 704 ἐν βουλευτικῷ cum Scholiis, Hesychium in Βουλευτικόν, et Pollucem IV, 122. Verum id ab h. l. ubi de superioris anni senatu agitur, abhorret. Illud vero sine ulla dubitatione dixerim, qui anno ante senatores fuissent, eorum partim etiamtum in proedria sedisse. Crebro autem apud Aristophanem certi homines in prima spectantes cavea exserto digito monstrantur. De proedria theatri attici alio loco accurate disputabo.

V. 810. εὐχόμεθ'] Juntina εὐχόμεσθ'. Minime vero adsentior Dobraeo, hunc tetrametrum totum profluxisse ex Homero Il. IV, 405 ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι. Satis est, εὔχομαι εἶναι loquutionem esse Homericam.

V. 811. Bene docet Kusterus, constructionem hanc esse, οὐδὲ γυνὴ κλέψασα κατὰ πεντήκοντα τάλαντα τῶν δημοσίων, ζεύγει ἂν ἐς πόλιν ἔλθοι: nam viros quosdam peculatu tantas sibi divitias comparasse dici, ut opulentiorum more bigis urbem invehererentur. Male idem *κατὰ non minus quam* interpretatur, deceptus Toxaridis Lucianei loco dissimili, quem ne intellexit quidem. At κατὰ πεντήκοντα τάλαντα *quinquagena talenta* significare, ne tirones quidem nesciunt. Jam ζεύγει communis est librorum Rav. Aug. Junt. scriptura quam agnoscit etiam Schol. Rav.; nonnulli tamen structuram verborum parum assequuti, φεύγει vel φεύγῃ subrogarunt. Berglerus „φείγει. Ita Ed. Farrei. Aliae ζεύγει." Bentlejus „Frob. ζείγῃ. Gry. ζεύγει. al. φεύγῃ." Scaliger „ζεύγῃ non φεύγῃ." Φεύγει legerunt Bourdinus atque Bisetus, criticorum principes. Belle interpretatur Bisetus, οὐδ' ἐὰν γυνὴ κλέψασα φεύγῃ — et ad extremum haec scripsit, ἐν δὲ πᾶσι τοῖς μέχρι τοῦδε ἀντιγράφοις διεφθαρμένως ζεύγῃ ἀντὶ τοῦ φεύγῃ γράφεται. Homo perridiculus ita loquitur, quasi ingenti Codicum multitudine stipatus fuerit et tanquam circumfusus. Haud indocte Schol. Rav. λέγει ἀπὸ συμμάχων ἢ στρατείας (intell. ἐς πόλιν ἂν ἔλθοι in urbem redeat). τὸ δὲ ζεύγει ἀντὶ τοῦ ἀμάξαις ἐκφέρειν δεῖ. διὸ καὶ οὐκ εἶπεν οὕτως πεντήκοντα, ἀλλὰ κατὰ πεντήκοντα, τὸ συνεχὲς ἐκφαίνων. Caeterum ad idem facinus, quod tum Athenis notissimum fuisse oportet, haec quoque videntur pertinere in Vespis v. 669

κἄθ' οὗτοι μὲν δωροδοκοῦσιν κατὰ πεντήκοντα τάλαντα
ἀπὸ τῶν πόλεων, ἐπαπειλοῦντες τοιαυτὶ κἀναφοβοῦντες —,

ubi item agitur de rhetoribus atque demagogis. Nos vero ita semper judicavimus, Pisandrum his versibus ab Aristophane traductum esse.

Tametsi enim saepe tum Athenis accidit, ut potentiores cives pecunia corrumperentur furtoque publico ditescerent: vix quisquam tamen tam crebro tantave impudentia, quanta Pisander, peculatum fecisse reperitur. Huc accedit, quod Pisander tummaxime recenti flagravit invidia eversi status popularis imperiique ad CCCC viros audacter translati. Quare hic breviter de Pisandro disseram, ductus praesertim alia quoque conjectura, quae ad universam hanc comoediam attinet; satisque habebo, tantum de Pisandro in medium afferre, quantum Comicorum loci postulabunt. Alia enim pluscula de Pisandro apud oratores graecos invenire licet, quae partim aliena sunt et omittenda; neque enim, ut opinor, omnia decet effundere. Jam primum a praetore Pisandro, viro clarissimo, alius Pisander, tenuis homo et obscurus, quem brevitatis gratia *camelum* appellabo, plane discernendus est. Pisander enim camelus gulae quammaxime fuit deditus teste Athenaeo X, 415, d. — *ὅτι καὶ αὐτὸς ἦν πολυφάγος, προειρήκαμεν — Ἀρχίλοχος δ' ἐν Τετραμέτροις Χαρίλαν εἰς τὰ ὅμοια διαβέβληκεν ὡς οἱ κωμῳδιοποιοὶ Κλεώνυμον καὶ Πείσανδρον.* Non debebat Meinekius Qu. Sc. II p. 21 aut incertus haerere, utri Pisandro edacitas objecta esset (camelus enim intelligitur, ut infra ostendam), aut pro certo sumere, deipnosophistam, qui Comicos dixit in universum, unice Platonis Pisandrum in animo habuisse. Obscurum Athenaei locum commode illustravit Epitomae ille pedissequus Eustathius p. 1630, 5 — *οὐ μόνον Κύκλωψ καὶ Λαιστρυγόνες ἀνθρωποφαγεῖν ἐμελέτων, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι πολλοί. ἐν γοῦν τοῖς ὕστερον κατ' ἄνδρα τοιοῦτοι διαβέβληνται, καί τις Χαρίλας κατὰ Ἀρχίλοχον. καὶ κωμῳδοὶ* (sic pro *ὑπὸ κωμῳδιοποιῶν*) *Κλεώνυμος καὶ Πείσανδρος. ἀλλ' αὐτοὶ μὲν ἴσως ἀστεϊσμοῦ χάριν ἀνθρωποφαγεῖν ἐσκώφθησαν ὡς πολυφάγοι.* Itaque Pisander joci causa a Comicis in eorum numero repositus est, qui latrante stomacho efferati humana adeo carne vescerentur. His scriptoribus adjunge Aelianum V. H. I, 27 *Ἀδδηφάγους λέγουσιν ἀνθρώπους γεγονέναι — καὶ Κλεώνυμον καὶ Πείσανδρον —*. Age vero, Comicorum locos excutiamus de Pisandro camelo; is enim quum helluo fuit, tum plane Cleonymi instar procerissima statura. Scholiasta ad Avv. 1555 *δύο δέ εἰσι Πείσανδροι, καθάπερ Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ φησίν·*

Α. ἄκουε νῦν Πείσανδρος ὡς ἀπόλλυται.
Β. ὁ στρεβλός; Α. οὔκ, ἀλλ' ὁ μέγας, οὐνοκίνδιος.

Cf. Schol. ad Lysistr. 490. Spectant huc etiam Photius 543, 1, Zonaras p. 1675 et Phavorinus, *Στρεβλόν: τὸν στραβὸν λέγουσιν· οὕτως Εὔπολις.* Constat igitur, Pisandrum praetorem fuisse strabonem, alterum vero, magnae hominem staturae, cognomen habuisse asinarii sive agasonis, cujus me adhuc ratio fugit. Primum Eupolidis versum jam in Actis Soc. Gr. I, p. 137 explicavi atque docui, Hyperbolum, qui pocula a Paapide Aegyptio Athenas missa furatus esset aliumque peculatum fecisset, publice accusatum haec crimina in Pisandrum derivasse asinarium eoque effecisse, ut Pisander ipsius loco damnaretur. Nam et in Marica Eupolidis, et in Hermippi Pi-

stricibus, quae fabulae ambae scriptae erant in Hyperbolum, quum Hyperbolus publice accusatus mox absolvebatur, id quod l. l. p. 138 demonstravi, tum vero Pisander camelus causa ceciderat (*Πείσανδρος ὡς ἀπόλλυται*). Necesse est igitur, Pisandri causam Hyperbolique arcte conjunctas fuisse. Atque hac occasione Hermippi fragmentum difficillimis quibusdam mendis liberabo. Etenim in scholiis ad Avv. 1555 ita legitur in Aldina, abs qua haud multum Ed. Juntina discedit, ἦν δὲ (*Πείσανδρος*) τὸ σῶμα εὐεκτὴς, ὡς Ἕρμιππος ἐν Ἀρτοπώλισιν· ἐνέβαινε σιγῇ *Πείσανδρος μέγας αὐτὸς, ὥσπερ Διονυσίοισιν οὐπὶ τῶν ξύλων, ἐλάτας ἔρεισιν ὄνον κανθήλιον.* I. Bekkerus edidit, — *ὃς ἐπὶ τῶν* — *ἔξεισιν ὄνος κανθήλιος*, non Codicum fide, sed ex inepta conjectura. L. Kusterus praecise negat, disjecti membra poëtae, uti nunc est, restitui posse. Enimvero scribendum est,

[ἀλλ'] *ἐνέβαινε σιγῇ*
Πείσανδρος, μέγας αὐτὸς ὥσπερ Διονυσίοισιν
οὐπὶ τῶν [*μεγάλων*] *ξύλων, οἰβελίας, ἐρείσων*
εἰς κανθήλιον ὡς ὄνον [addi potest, *σύν γ' ὀνοκινδίοισιν*].

Describitur Pisandri introitus in judicium ac forum. *At*, inquit, *tacito ingrediebatur Pisander magnus ipse, sicuti in Dionysiorum pompa obelias panis in magnis lignis verubusque traduci solitus, ut impetum faceret quasi in clitellarium asinum* [*cum reliquis asinariis*]. Atque *ἐρείδειν* quidem verbum esse judiciale satis constat. Facete autem in Pistricibus Pisandrum, longum hominem atque procerum cum obeliae panis magnitudine comparari, qui Dionysiis circumferri solebat, facile intelliges, iis diligenter perlectis, quae in Quaestt. Aristoph. T. I, p. 67 sqq. a nobis disputata sunt. Sed veniamus ad Pisandrum praetorem atque proficiscamur ab eo loco qui unus vel obscurissimus est, Avv. 1553 sqq.

Πρὸς δὲ τοῖς Σκιάποσιν
λίμνη τις ἔστ' ἄλουτος οὖ
ψυχαγωγεῖ Σωκράτης·
ἔνθα καὶ Πείσανδρος ἦλθε
δεόμενος ψυχὴν ἰδεῖν, ἢ
ζῶντ' ἐκεῖνον προὔλιπεν
σφάγι' ἔχων κάμηλον ἀ-
μνόν τιν', ἧς λαιμοὺς τεμὼν
ὥσπερ οὐδυσσεὺς ἀπῆλθε·
κἄτ' ἀνῆλθ' αὐτῷ κάτωθεν
πρὸς τὸ λαῖμα τῆς καμήλου
Χαιρεφῶν ἡ νυκτερίς.

Experiamur, an hosce nodos et quasi griphos solvere queamus; bene enim conjecit Wielandus, universo hoc Chori cantico singulare quoddam eventum contineri. In fabulosa Sciapodum natione, inquit, aliquis lacus est, ubi immundus Socrates animas evocat. Adhuc Socrates ejusque amici, ut Chaerephon, semimortui quippe et cadaverosa facie turpes notantur. Quo pertinent Sciapodes, Chaerephon vesperti-

lio maximeque ambiguum verbum *ψυχαγωγεῖ*, quod hic et umbras evocare declarat, et cum animabus, i. e. pallidis hominibus macieque confectis confabulari. Eo igitur etiam Pisander venit (nam ad lacus animae evocari solebant), cupiens suam ipse animam videre, quae illum vivum videntemque deseruerat. Hic jam lepide ridetur notissima Pisandri timiditas. Ecce autem venit ille, vic imae loco habens *camelum*, quasi aliquem agnum, cujus fauces quum incidisset, sicut Ulixes (in Odyssea XI, 23 sqq.) abiit. Haec fateor mera aenigmata videri. Verum enim vero camelus haud dubie alter est Pisandrorum. Hoc enim grammaticos Scholiasta nescio quo doctiores probe perspectum habuisse, et e scholiis ad v. 1555 concluditur, ubi duo Pisandros ridiculis modis ultro citroque jactari videmus, et manifesto res elucet e Schol. ad v. 1558, *καμήλου ἀμνόν τιν'*] *ἔπαιξεν εἰς τὸ Ὀνοκένδιον αὐτοῦ, εἰπὼν ἀμνὸν καμήλου· ἔστι γὰρ εὐμεγέθης· δέον εἰπεῖν ἢ ἀρνειοῦ ἢ ἄλλου τινός.* Ac ne quidquam dubitationis relinquatur, hoc etiam addamus, *κάμηλον* pertinere ad magnam Pisandri staturam, illa autem verba *πρὸς τὸ λαῖμα τῆς καμήλου* ad incredibilem ejus edacitatem. Quamobrem sumamus, a Pisandro praetore Hyperbolum atque Pisandrum alterum peculatus crimine accusatos esse, quo crimine ipso Pisandrum camelum damnatum esse supra ostendimus. Ita enim profecto Pisander accusator victimae loco habuit camelum ejusque fauces praecidit. Sed restant extrema. Tum exstitit ei ab inferis ad fauces edacitatemque cameli Chaerephon vespertilio. Recte quidem Scholiasta, Chaerephontis notari impudentiam, qui invocatus convivia epulasque celebraverit. Verum enimvero credi vix potest, quantopere et Alexandrini et Critici nostri verbo alias inaudito *τὸ λαῖμα* vexati fuerint. Paullum aliquid ei viderunt soli, qui ad verbum *λαιμοὺς* v. 1560 alludi putarent, ut Euphronius. Res ita se habet. Verborum ambiguitate et alliteratione nominum vetus comoedia mire delectatur eaque ad nauseam uti consuevit. Modo sic vidimus, *ψυχαγωγεῖ* v. 1555 duplicem habere intellectum. Nostro autem versu poëta *πρὸς τὸν λαιμὸν* vel *τοὺς λαιμοὺς* videbatur dicturus esse; sed quasi per imprudentiam verbo lapsus scite posuit *πρὸς τὸ λαῖμα τῆς καμήλου*, ut edacitatem Pisandri derideret. Etenim vocabulum *λαῖμα* cum verbis *λαιμᾶν*, *λαιμάττειν* cognatum est atque *edacitatem* significat, quae res Photium p. 202, 11 non latuit. Quocirca griphi larva detracta haec potissimum dicit Aristophanes, Socratem vel medius fidius Socraticos pallere, inprimisque Chaerephontem; Pisandrum praetorem ignavum esse hominem et meticulosum, porro alterum Pisandrum, illo accusante, causa cecidisse, postremo et alterum Pisandrum et Chaerephontem homines edaces esse et multi cibi. Sed Pisandrum praetorem ignaviam suam truci vultu armorumque splendore occultare studuisse, concludo e Pac. 389 *εἴ τι Πεισάνδρου βδελύττει τοὺς λόφους καὶ τὰς ὀφρῦς.* Quo loco vetus Scholiasta timiditatem Pisandri ironice perstringi censuit. Venetus autem Schol. Bekkeri, qui non debebat asinarium immiscere, bene monet, bellum a Pisandro alitum esse avaritiae causa recteque versum ipsum ita exponit, *ἐχρῆτο*

δὲ τριλοφίᾳ καὶ ὅπλοις ἐπισίμοις ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν ἀνδρεῖος εἶναι, μὴ ὤν. Praeclare etiam Xenophon, vir militaris, ignaviam timiditatemque Pisandri derisit in Conviv. II, 14 καὶ ὁ Φίλιππος, νὴ Δί', ἔφη, καὶ μὴν ἔγωγε ἡδέως ἂν θεήμην Πείσανδρον τὸν δημηγόρον μανθάνοντα κυβιστᾶν εἰς τὰς μαχαίρας, ὃς νῦν διὰ τὸ μὴ δύνασθαι λόγχαις ἀντιβλέπειν, οὐδὲ συστρατεύεσθαι ἐθέλει. Quum Pisander, ut hic est apud Xenophontem, militiam detrectaverit, haud sane mirum est, quod Schol. ad Avv. 1555 tradidit, οὗτος δειλὸς ἦν. — ὡς Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις·

Πείσανδρος εἰς Πακτωλὸν ἐστρατεύετο,
κἀνταῦθα τῆς στρατιᾶς κάκιστος ἦν ἀνήρ.

Hic infelicissima est Hanovii E. C. p. 81 conjectura, εἰς Σπαρτωλὸν Eupolidi reddendum esse censentis. At recte dixerat Meinekius, hoc fragmento et avaritiam Pisandri et timiditatem ab Eupolide taxari. Etenim res ita se habet. Pisander temporibus illis, quum tandem aliquando nomen dare militiae coactus esset, in ea expeditione et ignavum se praebuit, et opes publicas intervertit. Quam rem Comicus comice describens, Pisandrum dicit *in Pactolum* expeditionem suscepisse, atque ibi caeteros milites ignavia vicisse. Saepe vero hominem argento corruptum esse atque peculatum fecisse adparet. Jam in Babyloniis enim Ol. 88, 2 datis scripserat Aristophanes,

Ἤ δῶρ' αἰτῶν τις [ἔπειτα κακὴν] ἀρχὴν πολέμου πορίσειεν
μετὰ Πεισάνδρου

p. 13 ed. nostrae. Multo post autem idem poëta sic loquitur in Lysistr. v. 490

ἵνα γὰρ Πείσανδρος ἔχοι κλέπτειν χοἱ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες,
ἀεί τινα κορκορυγὴν ἐκύκων.

Jam vero de Platonis comoedia *Πείσανδρος* breviter, sed prudentissime disputavit Meinekius Qu. Sc. II, p. 21. Tametsi enim Plato, Scholiasta ad Avv. 1556 (1555) auctore de Pisandro utroque verba fecerat, recte tamen judicat Meinekius, primarium fabulae argumentum a praetore ducendum fuisse: Pisander enim camelus, homo obscurus, profecto non is erat, in quem peculiaris comoedia recte scribi posse videretur. Quin etiam valde adsentior Meinekio, comoediam istam circiter Ol. 92, 2 editam videri. Namque uno ante anno Pisander inprimis effecerat, ut abrogato populi imperio quadringenti viri regnarent; atque etiam, observante Meinekio, Antiphon Rhamnusius, socius ac paene princeps istius consilii, in eadem fabula exagitatus est, ut docet Pseudoplutarch. in Antiphonte p. 833 c. κεκωμῴδηται δὲ (Antiphon) ἐς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Πεισάνδρῳ. Nam etsi hic Pisander multum in re publica versatus est, nihil tamen praeterea memoria dignum effecisse videtur, neque alia re ulla commisisse, ut comoediae integrae argumento esse posset. Frustra Meinekii conjecturam refellere Hanovius studuit l. c. p. 81 sq., tum quod Pisander jam initio anni Ol. 92, 2 Deceliam profugerit, neque in comoedia nisi vivi cives praesentesque vexentur, tum quod Antiphon

ἐς πόλιν ἔλθοι τῶν δημοσίων· ἀλλ' ἢν τὰ μέγισθ' ὑφέληται,
φορμὸν πυρῶν τἀνδρὸς κλέψασ', αὐθημερὸν αὖτ' ἀπέδωκεν.
ἀλλ' ἡμεῖς ἂν πολλοὺς τούτων
ἀποδείξαιμεν ταῦτα ποιοῦντας· 815

---

uno avaritiae nomine, non ob civitatis administrationem reprehensus sit. Quorum hoc ut incompertum in medio relinquimus, illud autem ullam vim habere negamus. Neque enim tam ipse Pisander tum a Comico perstrictus est, quam sub persona Pisandri quadringenti viri, aut si quis alius non optime de re publica sensisset, merito suo conculcati. Quae quum ita sint, haud multum fallatur, qui Pisandrum Platonis una cum Thesmophoriazusis nostris in scena datum esse conjecerit. Alia de Pisandro praetore, qui ipse Ol. 91. 3 archon fuit Athenis, collegerunt Bornemannus ad Xenoph. Conviv. p. 72 sq. et Hanovius p. 79, 80.

V. 812. *τὰ μέγισθ'*] *τὰ μέγιστα* Rav. Junt.

Ibidem. *ὑφέληται*] Ita Brunckius e Cod. Aug. reposuit. Vulgo perinepte *ἀφέληται*, vitio inde fortassis orto, quod *μέγιστα* plene scriptum est sine apostropho. Ὑφέληται etiam Ravennas. Scaligeri haec adnotatio est, „*μέγισθ' ὑφέληται cum Vet.*"

V. 813. *κλέψασ'*] Vulgo ante Brunckium sine elisione *κλέψασα* et sic etiam Rav.

Ibidem. *αὐθημερὸν*] Ita Rav. Edd. Batava minor et Kusteri. Male Editio Brunckii et post eam aliae, *αὐθήμερον*.

Ibidem. *αὖτ' ἀπέδωκεν*] Perperam corrigit Bentlejus, *ἀντ-απέδωκεν*. Bothius *αὐτὸ* familiariter dictum censet pro *αὐτὸν*, *τὸν φορμὸν πυρῶν* h. e. pretium illius mensurae frumentariae. At *αὖτ'* non *αὐτὸ* sed *αὐτὰ* significat, neque tam ad *φορμὸν πυρῶν*, quam potius ad *τὰ μέγιστα*, quae ejusdem argumenti sunt, grammatice refertur. Caeterum absurde Bisetus atque Bothius in hoc versu jocum quaerunt obscoenum.

V. 815. *ἀποδείξαιμεν*] Ita certatim scripserunt Porsonus, Brunckius, Bentlejus, alii. Legebatur, *ἀποδείξομεν*.

Ibidem. *ποιοῦντας*] Ravennas *ποθοῦντας*, idemque Bothius tribuit Juntinae, unde ego *ποιοῦντας* enotatum habeo. Scaligerum vero necesse est *ποθοῦντας* in veteri libro reperisse, ut qui ita scripserit, „Ἀλλ' ἡμεῖς οὖν πολλοὺς — *ἀπεδείξομεν* (sic) *ἂν ταῦτα ποθοῦντας*, non *ποιοῦντας*." Scilicet *ποθοῦντας* non est librarii error, verum mala correctio grammatici, eademque Alexandrino verbum *ποιοῦντας* tollendi fuit ratio, quae Scaligero, Invernizzio, Bothio interpolationem *ποθοῦντας* defendendi. Quum enim Chorus modo negaverit, mulierem unquam quinquagena talenta de publico abstulisse,

καὶ πρὸς τούτοις γάστριδας ἡμῶν
ὄντας μᾶλλον, καὶ λωποδύτας,
καὶ βωμολόχους, κἀνδραποδιστάς.
καὶ μὲν δήπου καὶ τὰ πατρῷά γε
χείρους ἡμῶν εἰσὶν σώζειν. 820
ἡμῖν μὲν γὰρ σῶν ἔτι καὶ νῦν
τἀντίον, ὁ κανών, οἱ καλαθίσκοι,

---

haud satis recte ita pergere videtur: *at nos demonstrare possumus, multos horum, qui spectatores adsunt, virorum haec facere.* Tam immanis enim peculatus singulis quibusdam viris crimini dari potuit, in multos autem cadere non potuit. Verum ταῦτα hic, ut saepe alias, idem fere quod τοιαῦτα, *haec et talia* declarat. Contra absurde dictum sit, ταῦτα ποθοῦντας; quaeritur enim non quidnam senserint viri, sed quid fecerint commiserintque.

V. 816. γάστριδας] Hemsterhusius ad Thom. Mag. p. 181 hic reponi mavult γάστριας, ionicam formam nec ferendam in Aristophane.

819. καὶ μὲν δήπου] Olim hic peradolescentulus καὶ μὴν δήπου conjeceram, idemque nuper proposuit I. Bekkerus, Dindorfius vero etiam recepit. Verum enim vero non minus attice dicitur καὶ μὲν δήπου, quam καὶ μὲν δή. Atqui modo vidimus καὶ μὲν δὴ v. 805 estque id minime rarum in scriptoribus graecis, ut in Platone Conviv. p. 416 Bekk. Omnium maxime istud καὶ μὲν δὴ frequentavit Arrianus.

V. 821. σῶν] Lysistr. v. 488 ἵνα τἀργύριον σῶν παρέχοιμεν —. Eustathius p. 959, 41 τὸ δὲ σῶς εὕρηται, φασὶ, καὶ θηλυκῶς, Ἀριστοφάνης οὕτω παρ' ἡμῖν (immo οὕτω γὰρ ἡμῖν) ἡ πόλις μάλιστα σῶς ἂν εἴη. λέγουσι δὲ καὶ σᾶ τὰ σῶα οἱ παλαιοὶ, παρ' οἷς καὶ σᾶ ἡ σώα. — Ἀριστοφάνης· ἡ μᾶζα γὰρ σᾶ καὶ τὰ κρέα χὠ κάραβος. In Euripidis Helena v. 297 scribo

ἀλλ' ὅταν πόσις πικρὸς
ξυνῇ γυναικὶ, καὶ τὸ σῶν ἔστιν πικρόν.

Libri, τὸ σῶμ' ἔστιν π. Falso Matthiaeus et Pflugkius, τὸ σώζεσθαι.

V. 822. τἀντίον, ὁ κανὼν] Instrumenta texentium, quae difficile est vel inter semet ipsa distinguere, vel quaenam fuerint, explicare. Et ἀντίον quidem vulgo post H. Stephanum Thesaur. p. 2082 ed. Lond. existimant liciatorium denotare, sive lignum teres, quo circumacto licium textores intendant. Sed testis, quo illi uti solent, errore ducitur, Pollux VII, 36 κανὼν εἰς τοῦτο καλούμενος, ἀντίον. Recte Codex Falckenburgii, κανὼν ἱστοῦ τὸ καλούμενον ἀντίον (ἀντίον). At Pollux ne definit quidem haec instrumenta, sed modo alterum ab altero differre negat, in quo ipso fallitur certissime.

Neque enim scribere Aristophanes potuisset, *τἀντίον, ὁ κανών*, si nihil inter utrumque fuisset discriminis. Quin etiam ipse Pollux alibi haec inter se differre concedit, X, 125 — *καὶ ἱστὸν καὶ ἱστοῦ ἀντίον, καὶ κανόνα* —. Nec mirum: ille enim in septimo decimoque libro, ut alibi docuimus, diversos habuit auctores, unde tot his in libris non repetitiones solum, verum etiam inconstantiae signa et contradictionis. Nam etiamsi quis forte in posteriore loco correxerit, *καὶ ἱστὸν, καὶ ἱστοῦ κανόνα, καὶ ἀντίον*, vel sic tamen Pollux secum ipse pugnabit. Magis expedita ratio alterius est instrumenti *τοῦ κανόνος*, de quo certius quiddam me spero adlaturum esse. Notissimus est autem Homeri locus Il. 23, 761

> — *ἄγχι μάλ', ὡς ὅτε τίς τε γυναικὸς ἐΰζώνοιο*
> *στήθεός ἐστι κανών, ὅντ' εὖ μάλα χερσὶ τανύσσῃ,*
> *πηνίον ἑξέλκουσα παρὲκ μίτου, ἀγχόθι δ' ἴσχει*
> *στήθεος· ὣς Ὀδυσεὺς θέεν ἐγγύθεν.*

Scilicet pectori mulieris proximus esse dicitur *ὁ κανών*, quem pulchre manibus tetenderit, filum extrahens e subtemine. Mire vero ad h. l. accidit Eustathio p. 1328, 41, ut verum se vidisse ipse nesciret. Incipit autem ita *τὸ δὲ κανὼν — ἔοικε δὲ ξύλον εὐθὺ εἶναι ὁ ῥηθεὶς κανών, τορευτὸν οἷα εἰκὸς ὁμώνυμον τῷ ἀπορθοῦντι τὰ ξεόμενα κανόνι, χρήσιμον γυναιξὶν ἢ κλώθειν ἢ ἄλλως νῆμα ἑξέλκειν ἐν τῷ πρὸ τοῦ στήθους ἢ κρατεῖσθαι ἢ ἵστασθαι.* Quibus etsi acquiescere non possumus, bene tamen Eustathius a prima significatione recti ligni, regu ae amussisque proficiscitur. Sed quaerentibus nobis hanc velut regulam texendi aegre succurrit Eustathius: *σαφὲς γάρ τι οὐκ ἐτύχομεν γνῶναι ἀπὸ τοῦ μαθεῖν κάλαμον μίτων τὸν κανόνα εἶναι ἢ ἐργαλεῖον ἀτρακτῶδες εἴτε ἡλακατῶδες.* Nimirum haec olim vulgata erat canonis interpretatio, *κάλαμος μίτων*, quam novit etiam Scholiasta Victorii, *κανὼν ὁ κάλαμος περὶ ὃν εἱλεῖται ὁ μίτος ὁ ἱστουργικός*: tacent enim et Veneta scholia et Lipsiensia. Quocirca plerique ita judicabant, canonem eum fuisse calamum, circa quem fila inter texendum duci volvique solerent. Atque hanc sententiam vel ipsum verbum *κανὼν* confirmat. His enim calamis effectum est, ut fila recta volverentur, cautumque, ne quis ductu filorum obliquo et inconcinno subtemina inter se impediret maleque texeret. Accedit, quod in uno eodemque jugo textorio plures erant *κανόνες*, ut ostendit Plutarchus VI, p. 592 *κανόνων διάθεσις καὶ ἀνέγερσις ἀγνύθων.* Porro egregie juvat Homeri verbum, quod supra posui, *τανύσσῃ*: expansi enim erant singuli canones ante texentem et justo ordine dispositi. Jam altera explicatio, quae apud Eustathium est, instrumentum fuisse simile coli, probari nullo modo potest. Transeo ad vitiosissimam Hesychii glossam, *Μέσακμον. κανὼν τοῦ ἱστοῦ οἱ δὲ ἀντίον. οἱ δὲ τὸ Μεσάκτων ἢ Μεσάκρων, ἢ Μεσάτων τριχῶν. ἢ τὸ μέσον τῆς αὐλῆς.* Viri docti igitur in his monstris verbum *μεσάντιον* latere existimant, satis probabiliter. Cum his conjunge Suidam, *Μεσάτμῳ: τῷ κανόνι τῷ μέσῳ καλάμῳ τοῦ ἱστοῦ.* et Glossam MS. in lib. III Regum: *ὡς ἀντίον ὑφαινόντων. ἀντίον λέγεται,*

τὸ σκιάδειον·
τοῖς δ' ἡμετέροις ἀνδράσι τούτοις
ἀπόλωλεν μὲν πολλοῖς ὁ κανὼν
ἐκ τῶν οἴκων αὐτῇ λόγχῃ·
πολλοῖς δ' ἑτέροις ἀπὸ τῶν ὤμων

ἔνθα τὸ κανόνιον τὸ μέσον τοῦ ἱστοῦ βάλλομεν, ὅπερ καὶ μεσάγκονον λέγεται. Idem ex parte legitur in Gloss. Cod. Fabric. in lib. III Reg. Vide Schleusnerum in Bielii Thesaur. s. v. ἀντίον. Fuerunt igitur, qui canonem de medio jugi calamo acciperent, id quod specie magis, quam re a prima distat explicatione. Denique Schneiderus in Lexico s. v. canonem jugum (der Garnbaum, Weberbaum) ipsum fuisse existimat. Verum enim vero jugum textorium apud Graecos potius fuit ἀντίον, si recte interpretor LXX. II Reg. 21, 19. (idem repetitur I Paral. 20, 5) atque I Paral. 21, 23. cl. I Sam. 17, 7.

V. 823. τὸ σκιάδειον] Umbella, qua mulieres potissimum utebantur. Ridicule Schol. Rav. σκέπασμά τι ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βαλλόμενον, ἢ μέρος τοῦ ἱστίου. Nimirum homo optimus, quum texendi instrumenta modo adlata vidisset, verbo σκιάδειον vim subjecit inauditam. Ac tamen οἱ καλαθίσκοι ad lanificium potius spectant, quam ad texturam. Pollux VII, 29 — τάλαρος, καὶ ἄλλως καλαθίσκος, Εὐπόλιδος εἰπόντος ἐν Πόλεσιν, Ἄνευ καλαθίσκου. Adde eundem X, 125.

V. 825. ἀνδράσι — ἀπόλωλεν] Sic Brunckius pro ἀνδράσιν — ἀπόλωλε. Cod. Aug. ἀνδράσι — ἀπόλωλε eodemque modo Ravennas. Porro autem de potestate verbi κανὼν ne dubitari quidem potest, idcirco quod ita scripsit Aristophanes, ὁ κανὼν — αὐτῇ λόγχῃ. Namque vel pueri sciunt, verbo λόγχη cuspidem hastae aciemque indicari. Ergo quum canon cum ipsa cuspide hastae arcte conjunctus sit, canonem quoque aliquam partem hastae fuisse oportet. Et quoniam voce κανὼν rectum lignum proprie declaratur, haud dubie dicitur lanceae hastaeque lignum, rectum illud nullaque sui parte incurvum. Verum est, v. κανὼν alibi nusquam hac potestate legi; sed ubi res ipsa tam clare loquitur, unicum exemplum sua se auctoritate tueri potest. Scholiasta Ravennas, τὴν κάμακα τῆς λόγχης φησίν: — οἱ μέν φασι κανόνα αὐτὸν λέγειν τὸ ξύλον τῆς λόγχης, οἱ δὲ τὸν κανόνα τῆς ἀσπίδος. Qui de parte clypei cogitabant, Homeri loco Il. VIII, 193 fortasse adducti, ei non viderant, clypeum mox v. 829 seorsum nominari. Acute vero significat poëta, Athenienses a virtute majorum degenerasse. Neque enim ut mulieres de antiquis institutis nihil demutabant, sic etiam viri tum Marathonias pugnas Salaminiasque pugnabant, imo multis jam hasta e domo perierat, vendita vel etiam situ obsita et inutilis reddita ob negligentiam.

ἐν ταῖς στρατιαῖς
ἔῤῥιπται τὸ σκιάδειον.
πόλλ' ἂν αἱ γυναῖκες ἡμεῖς ἐν δίκῃ μεμψαίμεθ' ἂν 830
τοῖσιν ἀνδράσιν δικαίως· ἓν δ' ὑπερφυέστατον.
χρῆν γὰρ, ἡμῶν εἰ τέκοι τις ἄνδρα χρηστὸν τῇ πόλει,
ταξίαρχον ἢ στρατηγὸν, λαμβάνειν τιμήν τινα,

V. 828. *ἐν ταῖς στρατιαῖς*] Cod. Aug. — *στρατειαῖς* (sic). Bene Schol. Rav. *συνέχεεν καὶ οὗτος ὡς Εὔπολις πολλάκις· στρατιὰ μὲν γὰρ τὸ πλῆθος, στρατεία δὲ ἡ στράτευσις.* Eupolis *στρατιὰ* de bellica expeditione quum alibi posuisse videtur, tum maxime in fabula *Ἀστράτευτοι ἢ Ἀνδρογύναι* inscripta, e qua ipsa unicum superest exemplum verbi legitime usurpati p. 91 Runk. Porro recte Photius p. 542, 11 *Στρατιάν: συστέλλοντες τὴν δευτέραν συλλαβήν, οὐ μόνον τὸ στράτευμα λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν στράτευσιν· οὕτως Ἀριστοφάνης.* Hic utrum comicus Aristophanes dictus sit, an grammaticus, dubitasse miror Brunckium ad Lysistr. 592, qui nescire non poterat Comicum vel in his undecim fabulis quater ad minimum sic loqui.

V. 829. *τὸ σκιάδειον*] Clypeum indicari patet monitumque est a Kustero Bergleroque. Schol. Rav. *τὴν ἀσπίδα λέγει: σκιάζει γὰρ τὸν ἄνδρα. αἰνίττεται δὲ καὶ εἰς Κλεώνυμον.* Imo formae similitudo commovit Aristophanem, ut clypeo sufficeret umbellam, eamque muliebri umbellae v. 823 opponeret. Utinam vero unus tum Cleonymus Athenis *ῥίψασπις* et *ἀσπιδαποβλὴς* fuisset.

V. 830. *ἐν δίκῃ — δικαίως*] Bothio si credemus, *ἐν δίκῃ* erit de jure, h. e. in rebus, quae ad jus pertinent; non jure, seu merito, quia sequatur *δικαίως*. At nihil inter utrumque differre, ipse docet poëta in Nub. 1379, 1380. *Φειδ. νὴ τὸν Δί' ἐν δίκῃ γ' ἄν. Στρεψ. καὶ πῶς δικαίως;* Juncta autem haec verba *jure meritoque* significant. Comparare quodammodo licet formulas *διὰ κενῆς ἄλλως* Vesp. 929, *εἰκῇ ῥᾳδίως* Ran. 733 multaque alia ejusmodi apud Musgravium ad Eurip. Hecub. v. 489 et Berglerum ad Vesp. 929.

V. 832. *χρῆν γὰρ*] Emendatio Brunckii pro *χρὴ γὰρ* —. Falso Invernizzius Ravennati *χρῆν* imputat, cui *χρὴ* diserte tribuitur a Bekkero.

V. 833. *ταξίαρχον ἢ στρατηγὸν*] Finitimae verba notionis, quae ob hanc ipsam causam saepius consociantur. Acharn. v. 544

εἴτ' ἔστι ταξίαρχος ἢ στρατηγὸς ἢ
τειχομάχας ἀνὴρ —.

Ita legendum est, inepte enim verba *ἢ στρατηγὸς* ab Elmslejo Dindorfioque deleta sunt. Lysias in Agorat. 7, 3 B. *στρατηγοῦντας ἢ ταξιαρχοῦντας*, similiterque paullo post 13, 3.

προεδρίαν τ' αὐτῇ δίδοσθαι Στηνίοισι καὶ Σκίροις,
ἔν τε ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς, αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν· 835
εἰ δὲ δειλὸν καὶ πονηρὸν ἄνδρα τις τέκοι γυνὴ,
ἢ τριήραρχον πονηρὸν, ἢ κυβερνήτην κακὸν,
ὑστάτην αὐτὴν καθῆσθαι, σκάφιον ἀποκεκαρμένην,

V. 834. *Στηνίοισι*] Libri omnes, *Τηνίοισι*. Optima ad h. l. Kusteri observatio est, docentis, pro *Τηνίοισι* perperam conjecisse Bisetum *Θησείοισι*, eoque errore tam A. Portum, quam Meursium in Theseo cap. extr. deceptos esse. Ipse autem Kusterus bene restituit *Στηνίοισι*, fretus auctoritate Suidae, *Στήνια καὶ Σκίρα. ἑορταὶ γυναικῶν*, a quo nostrum spectari versum adparet. Tum ille Hesychium addit, *Στήνια: ἑορτὴ Ἀθήνῃσιν, ἐν ᾗ διασκώπτονσι καὶ λοιδοροῦσιν*, et gravissimam Photii glossam (p. 538, 9 Pors.) *Στήνια: ἑορτὴ Ἀθήνῃσιν, ἐν ᾗ ἐδόκει ἡ ἄνοδος γενέσθαι τῆς Δήμητρος· ἐλοιδορεῦντο δ' ἐν αὐτῇ νυκτὸς αἱ γυναῖκες ἀλλήλαις· οὕτως Εὔβουλος.* Denique Kusterus ostendit, Steniorum festum et vulgo ignotum esse, et vel a Meursio in Graecia feriata penitus omissum. Praeclare etiam ad h. l. Schol. Rav. *ἀμφότεραι ἑορταὶ γυναικῶν, τὰ μὲν Στήνια πρὸ δυεῖν τῶν Θεσμοφορίων, Πυανεψιῶνος δ' τὰ δὲ Σκῖρα (Σκίρα) λέγεσθαι φασί τινες τὰ γινόμενα ἱερὰ ἐν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ Δήμητρι καὶ Κόρῃ· οἱ δὲ, ὅτι ἐπίσκυρα θύεται τῇ Ἀθηνᾷ.* Recte ille monet, utrumque muliebre festum fuisse, et Stenia quidem biduo tantum Thesmophoriis antecessisse. Quae autem de Sciris addit, ea compones cum Stephano Byz. s. *Σκίρος*: — *Σκίρα δὲ κέκληται, τινὲς μὲν, ὅτι ἐπὶ Σκίρῳ Ἀθήνῃσι θύεται. Ἄλλοι δὲ, ἀπὸ τῶν γιγνομένων ἱερῶν Δημήτρει καὶ Κόρῃ· καὶ ἡ ἑορτὴ αὕτη Ἐπίσκιρα κέκλεται.* At Stephanus dixerat, — *ὅτι ἐπὶ Σκίρῳ τῇ Ἀθηνᾷ θύεται*, Scholiastes autem consimili modo, — *ὅτι ἐπὶ Σκίρῳ θύεται τῇ Ἀθηνᾷ.*

V. 836. *εἰ δὲ δειλὸν*] Emendatio Brunckii et Porsoni pro *ἢν δὲ δειλὸν* —. *Ἢν δὲ δειλὸν* etiam Ravennas, cui Invernizzius *εἰ δ. δ.* suggerit.

V. 838. *ὑστάτην*] Libri omnes *ὑστέραν*. Sed audiendus est ad h. l. Schol. Rav. *εἶδος κουρᾶς δουλικῆς* (scilicet *σκάφιον*): — *τὸ ἑξῆς, ὕστερον τῆς τὸν ἀνδρεῖον τεκούσης. ἀντὶ τοῦ μιᾶς γυναικὸς ὑστέραν. ἐὰν δὲ ὑστάτην, ἁπάντων ὑστάτην.* Facile ex his perspicitur, grammaticos in Codd. suis etiam superlativum *ὑστάτην* invenisse. Atqui superlativum hic res ipsa videtur postulare. Nam *ὑστέρα αὐτῆς κάθηται* graece valet, *proxime pone illam sedet*, contra *ὑστάτη αὐτῆς κάθηται* est, *longo post eam sedet intervallo*. Enimvero minime hoc vult Aristophanes, improbi matrem filii proxime post inclyti filii parentem sedere, sed potius illam vel maximo intervallo ab hac separari jubet. Non equidem alium legere lo-

cum memini, in quo *ὕστατός τινος* scriptum sit; sed hoc ne curaris; genitivum enim non comparativi gradus, sed notio vocabuli ipsa requirit. Caeterum superlativi formam et comparativi saepenumero sibi invicem insidiari constat. Dixi nuper in Quaestt. Aristoph. T. I. p. 125 Xenophontem in Memorabilibus I, 2, 47 *εἴθε σοι, ὦ Περίκλεις, τότε συνεγενόμην, ὅτε δεινότατος σαυτοῦ ταῦτα ἦσθα*, potius *δεινότερος* scripsisse videri. Non quo ignorarem vim atque originem partitivi genitivi cum superlativo conjuncti, quem usum dicendi vel ex Herodoto discere licet, I, 193 *ἐπειδὰν ἄριστα αὐτὴ ἑωϋτῆς ἐνείκῃ, ἐπὶ τριηκόσια ἐκφέρει*. Ubi nonnulla adtulit Wesselingius, verumtamen omisit eundem scriptorem IV, 85. 198. V, 28 et alibi passim. Post Herodotum hanc dictionem inprimis frequentavit Arrianus, ex quo omnia id genus loca consignabo, III, 4, 2 — *μέσων δὲ νυκτῶν ἑαυτοῦ θερμότατον*, V, 4, 2 *ἵνα μὲν στενώτατος αὐτὸς αὐτοῦ ὁ Ἰνδός ἐστι* —, V, 20, 9 *ἵνα μέσως ἔχει αὐτὸς αὐτοῦ ὁ Ἰνδός· ἵνα δὲ στενώτατός τε καὶ διὰ στενότητα βαθύτατος* —, postremo VI, 18, 5 — *ἦπερ εὐρύτατος αὐτὸς αὑτοῦ ἦν*. His adjice Plutarchum De superst. c. VIII, 74 *βέλτιστοι ἑαυτῶν γίνονται ἄνθρωποι, ὅταν πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζωσι*. At, dixerit quispiam, cur *δεινότατος* loco movetur apud Xenophontem? Quoniam Alcibiades cum magna acerbitate hoc dicit: *Utinam tum, Pericle, tecum vixissem, quum in disserendi arte temet ipse vincebas* (plus in ea, quam nunc valebas). Nam plus eum dicit adolescentem in dialecticis, quam nunc senem profecisse. Scilicet duplici e genere est genitivus comparativo additus, alter partitivus, ut apud Herodotum II, 25 *τοῦτον τὸν χρόνον οἰκότως αὐτὸς ἑωϋτοῦ ῥέει πολλῷ ὑποδεέστερος, ἢ τοῦ Θέρους*, quam rationem expressit Apulejus Metam. 8, 172 deûm praesentia homines sui meliores fieri solere. Plerumque tamen, ut apud Xenophontem, genitivus a comparativo ipso suspensus est, veluti in Herodoto VIII, 86, *ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωϋτῶν*, atque VIII, 137 *διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἑωϋτοῦ*. Tertium ejusmodi locum frustra quaeras in toto Herodoto. At saepius ita loquitur Thucydides, verbi causa I, 8 *πλουσιώτεροι ἑαυτῶν* III, 11 *ὅσῳ δυνατώτεροι αὐτοὶ αὐτῶν ἐγίγνοντο καὶ ἡμεῖς ἐρημότεροι* et aliis in locis. Denique unicus tantum in Luciano, plane spisso scriptore, ex hoc genere locus exstat, De Merc. Cond. c. 30 *συνήμι δέ, ὡς καὶ ἐνοχλῶ πολλάκις βλεπόμενος, καὶ μάλισθ' ὅταν ἡδίων αὐτὸς αὑτοῦ εἶναι θέλῃ. σκυθρωπὸς γὰρ αὐτῷ δοκῶ*. Inepta est Jensii conjectura, a Lehmanno susceptа, *θέλω*. Tractavit hunc loquendi usum Boissonadius quoque, adsiduus cadentis graecitatis investigator, ad Philostrat. p. 325.

Ibidem. *σκάφιον ἀποκεκαρμένην*] Hunc locum plures spectant grammatici, Photius p. 517, 15 *Σκάφιον ἀποκεκαρμένην: καὶ σκαφιόκουρον, τὸν κείροντα. — Σκάφιον: ἔστιν καὶ εἶδος κουρᾶς· ὡς Ἀντιφῶν καὶ Ἀριστοφάνης. — Σκάφιον: κουρὰ περιτρόχαλος· οὕτως Ἀριστοφάνης*. Et media quidem glossa ad Senectam Comici referatur, utpote sumta ex Harpocratione, *Σκαφίον: Ἀντιφῶν ἐν τῇ*

τῆς τὸν ἀνδρεῖον τεκούσης. τῷ γὰρ εἰκὸς, ὦ πόλις,
τὴν Ὑπερβόλου καθῆσθαι μητέρ' ἠμφιεσμένην 840
λευκὰ, καὶ κόμας καθεῖσαν, πλησίον τῆς Λαμάχου,
καὶ δανείζειν χρήμαθ', ἧ χρῆν, εἰ δανείσειέν τινι,

πρὸς τὴν Δημοσθένους γραφὴν ἀπολογία· ὅτι δὲ τὸ σκαφίον εἶδος κουρᾶς, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἥρᾳ. Reliqua autem bene correxit Dobraeus in Indice p. 646 Lips. *Σκάφιον: κουρὰ περιτρόχαλος, ὡς Ἀριστοφάνης „σκάφιον ἀποκεκαρμένην“· καὶ σκαφιόκουρον τ. κ.* Deinde ex h. l. profecit Eustathius p. 907, 41 *κῆπος γὰρ — καὶ καλλωπισμὸς κόμης κατὰ Αἴλιον Διονύσιον. — κωμικοὶ δὲ, κηποκόμαν τὸν κῆπον κειρόμενον, ὥσπερ ἕτερον σκαφιόκουρον. καὶ ἔστι καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ ἡ λέξις τοῦ σκάφιον κείρεσθαι.* Jam vero *σκάφιον* ignominiosae genus tonsurae fuisse, vel noster versus testatur. Nempe id servis tribuitur a Schol. Rav., meretricibus adeo ab Hesychio, *Σκαφίον: — καὶ εἶδος κουρᾶς τῆς κεφαλῆς, ὃ κείρεσθαι φασὶ τὰς ἑταιρευούσας· εἶναι δὲ περιτρόχαλον.* Corrupta autem est notatio Pollucis II, 29 *Κουρᾶς δὲ εἴδη, κῆπος, σκαφίον, προκόττα περιτροχαλάτη*, et sic fere redintegranda, *Κουρᾶς δὲ εἴδη, κῆπος, σκαφίον, (περιτρόχαλον δὲ ἦν) προκόττα.* Praeterea vide Schol. ad Aves v. 806 (807) et Lucianum in Lexiphane c. 5. Caeterum qualis fuerit tonsura ista, non liquet.

V. 839. *τῷ γὰρ εἰκὸς*] Jam Berglerus contulit Acharn. v. 668 *Τῷ γὰρ εἰκὸς, ἄνδρα κυφὸν, ἡλίκον Θουκυδίδην, ἐξολέσθαι —;* Ibidem. *ὦ πόλις*] *ὦ πόλεις* Rav. et Juntina. Simillimi loci sunt Arist. Acharn. v. 27, Eupolidis ap. Athen. X, 425, b. et Sophoclis Oed. R. v. 629.

V. 840. De matre Hyperboli nuper exposui in Actis Soc. Graec. Vol. I. Fasc. I. p. 127 sqq. ibidemque p. 135 Scholium Rav. ad hunc versum multifariam correxi.

V. 841. *κόμας καθεῖσαν*] Turpiter paene dixerim Anna Fabri ad Callimach. Hymn. in Cererem v. 5 negavit; graecas mulieres unquam capillos promisisse; mulierem enim curare muliebria decebat. Meliore in loco Kusterus est, qui hic magna cum venustate modestiaque, ut contra matronam disputavit atque idoneis exemplis ostendit, feminas et virgines olim in pompis sacris solvere capillos et submittere solitas.

V. 842. *χρηματ' ἢν χρῆν ἢν δανείσειέ* Ravennas, *χρήματ' ἢν χρῆν ἢν δανείσειέ τινι* Augustanus ap. Brunckium ad v. 836, *χρήματα τ' ἢν χρῆν ἢν δανείσειέ τινι* Juntina. Primum Brunckius emendavit, *χρήμαθ', ἧ χρῆν, εἰ δανείσειέν τινι* —. In Ed. Lugd. minore reperio, *χρήματ', ἢν χρῆν, κἢν δανείσειέν τινι*, in Kusteriana autem, *χρήμαθ'· ἧ χρῆν, κἢν δανείσειέν τινι* —. Scaliger atque Bentlejus corrigebant, *χρήμαθ' ἧ χρῆν, ἢν δανείσειέν τινι* —. Por-

καὶ τόκον πράττοιτο, διδόναι μηδέν᾽ ἀνθρώπων τόκον,
ἀλλ᾽ ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ τὰ χρήματ᾽, εἰπόντας τοδί·
ἀξία γοῦν εἶ τόκου, τεκοῦσα τοιοῦτον τόκον. 845

---

sonus denique, χρήμαθ᾽ ἣν χρῆν, εἰ δανείσειέν τινι. Quem miror accusativum ἣν defendere potuisse. Num igitur, verbis διδόναι μηδέν᾽ ἀνθρώπων τόκον in medio collocatis vinculo grammatico illa copulavit, ἣν χρῆν — ἀφαιρεῖσθαι? Quam rationem ego ipse olim exemplis munivi in Quaestt. Luc. p. 176. At non omnia, quae excusari aliquo modo possunt, temere laudari debent.

V. 844. ἀφερεῖσθαι βίαι τὰ χρηματ᾽ Ravennas, ἀφερεῖσθε βίᾳ τὰ χρηματ᾽ Juntina.

V. 845. Hujus loci ambiguitatem unus Bothius pulchre sane percepit. Verba enim ἀξία γοῦν εἶ τόκου quum hanc modo sententiam habere videantur, *digna scilicet es foenore*, tamen etiam illud significare possunt, *digna es foetu tuo*, Hyperbolo: nec dubitare licet, quin hos dicti aculeos studiose poëta quaesierit.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ, ΓΥΝΗ Η, ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ, ΠΡΥΤΑΝΙΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

Ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν· ὁ δ' οὐδέπω.

V. 846. *ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν*] Kusterus quum negasset, homines exspectando strabos reddi, legendum esse adseveravit, *αὖος γεγένημαι προσδοκῶν*. At vero *αὖός εἰμι* Graeci de eo dicunt, qui metu exanimatus subitove perculsus stupore pallorem traxerit, minime vero de eis qui exspectandi taedio enecti sint. Nam quod Kusterus testimonio utitur Scholiastae ad Ran. 194 (196) — *ἐπειδὴ οἱ πολὺν χρόνον περιμείναντές τινας εἰώθασι λέγειν, „αὖος γέγονα περιμένων,“* homo iste in scholio toto ex tempore fusa narrat veritatique contraria. Kusterum perbene Brunckius refellit ostenditque, Musilochum adsiduo versus eam partem limis spectasse, unde Euripides venturus esset, neque eum tam exspectando quam potius spectando strabum paene factum esse, quorum alterum altero intelligi per synecdochen. Idem apte Plautum contulit in Menaechm. V, 3, 6 *lumbi sedendo, oculi exspectando dolent*, ubi simillimo errore conjicitur *spectando*. Verum in librorum scriptura *ἰλλὸς* etiam alii nescio quo pacto haeserunt. Ac Scaligeri quidem conjecturam in Excerptis positam, *Ἄλλος γεγένημαι προσδοκῶν Εὐριπίδην* verbo attigisse satis erit. Neque vero Bentlejo adsentimur, si *ἰλλὸς* servetur, legi oportere, *ἰλλὸς γεγένημαι περιβλέπων· ὁ δ' οὐδαμοῦ*. Nempe haec nituntur errore illo Kusteri. Caeterum *ἰλλὸς* et librorum consensu defenditur et scholio Rav. *τυφλὸς, διεστραμμένος τὴν ὄψιν. Σώφρων, „ἰλλοτέρα τᾶν κορωνᾶν,“* et glossa Suidae, *Ἴλλον: στρεβλὸν, στραβὸν ἢ τυφλόν. Ἀριστοφάνης· ἴλλος γεγένημαι· ὁ δ' οὐδέπω —*. Qui verbum *ἰλλὸς* et similia eximie illustravit, Hemsterhusius ad Hesychium s. v. *Ἰλλώπτειν*, is in hoc loco tentando eruditam Kustero et elegantem operam perisse judicat, eademque sententia Piersoni est ad Moer. p. 205. Quod autem et Hemsterhusius et Piersonus in hoc Lexiphanis Lucianei loco c, 3 *Ἐγὼ δὲ, ἦδ' ὅς, σίλλος ὦ δέσποτα γεγένημαι σὲ περιορῶν*, potius *ἰλλὸς* rescribi jubent, recte dissensit Lehmannus statuitque, Lexiphanem verbo *σίλλος* male pro *ἰλλὸς* usum videri. Commutavit haec vocabula etiam

τί δῆτ' ἂν εἴη τοὐμποδών; οὐκ ἔσθ' ὅπως
οὐ τὸν Παλαμήδην ψυχρὸν ὄντ' αἰσχύνεται.

Archippus comicus apud Photium p. 512, 1 *Σιλλοῦν: τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡρέμα παραφέρειν: οὕτως Ἄρχιππος.* Enimvero id est Lexiphanis ingenium, ut prisca et obsoleta verba, quae ubique infercit, ne perceperit quidem, sicuti Pollux hoc est ipse Lexiphanes minimam partem eorum, quae in Onomastico ab eo traduntur, adsequutus est. Ponam exemplum, inprimis notabile. Haec enim legas c. 5 *ἐγὼ μὲν ὑποδησάμενος, ἐξυόμην τὴν κεφαλὴν τῇ ὀδοντωτῇ ξύστρᾳ. καὶ γὰρ οὐ κηπίον, ἀλλὰ σκαφίον ἐκεκάρμην, ὡς ἂν οὐ πρὸ πολλοῦ τὸν κόννον, καὶ τὴν κορυφαίαν ἀποκεκομηκώς.* Noris, quae ad Aristoph. Acharn. v. 814 *Κρατῖνος εὖ κεκαρμένος μοιχὸν μιᾷ μαχαίρᾳ* de tonsura *κῆπος, κήπιον* sive *μιᾷ μαχαίρᾳ* erudite docuerunt interpretes: simul noveris, Lexiphani sic potius dicendum fuisse, *καὶ γὰρ οὐ σκάφιον, ἀλλὰ κήπιον ἐκεκάρμην*, fallique Gesnerum, qui tonsurae *σκάφιον* explicationem a Lexiphane ipso petere non dubitavit. Neque eo magis tamen dicere ausim, quidnam expressum sit verbis v. 838 *σκάφιον ἀποκεκαρμένην*; quae ita explicarunt Schneiderus, Passovius in Lexicis aliique, quasi negaret poëta id ipsum diceretque, *σκάφιον μὴ ἀποκεκαρμένην.*

Ibidem. *ὃ δ' οὐδέπω.*] Is vero nondum adest, nempe Euripides. Pessime Excerpta Scaligeri, *προσδοκῶν Εὐριπίδην*; isto enim modo, ut recte Brunckius, proxima verba, *τί δῆτ' ἂν εἴη τοὐμποδών*; non habent, quo referantur. Bentlejus „Frob. *ὃ οὐδέπω. Scal. Εὐριπίδην*: alii *ὃς δ' οὐδέπω*: lege, *ὁ δ' οὐδέπω*, et sic Suid. et Gry." In Juntina est, *ὁδοῦ δέπω.* Nimirum librarii, quid facerent verbis minime obscuris *ὁ δ' οὐδέπω*, nesciebant. Geminus plane locus in Vespis exstat v. 118

— μηδ' ἐξιέναι θύραζ'· ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο.
εἶτ' αὐτὸν ἀπέλου κἀκάθαιρ'· ὁ δ' οὐ μάλα.

Quem ipsum multo etiam pejus acceperunt librarii.

V. 847. *ἂν εἴη τοὐμποδών*] *ἀνείη τοὔμποδὼν* Juntina.

V. 848. *τὸν Παλαμήδην ψυχρὸν ὄντ'.*] Referuntur haec ad ea, quae superius dicta sunt v. 770 sqq.; in Palamede enim Oeax remos passim in mare projecerat loco epistolae. Quare hoc sibi vult Mnesilochus: pudet sine dubio Euripidem frigidi istius inventi, quo ipsum, quasi Nauplium Oeax arcessivi. Et haec explicatio placuit non solum Berglero, verum etiam Schol. Rav. *ἄ[νωθεν γὰρ] ἐχρῆτο τῇ ἐκ Παλαμήδους ἐπινοίᾳ.* Aliter visum est Bothio, censenti, Palamedem rideri, drama frigidum, cujus ipsum poëtam pudeat. Ac profecto Aelianus V. H. II, 8 tradidit, vel a Xenocle superatum esse Euripidem, quum quidem Alexandrum, Palamedem, Troadas et Sisyphum drama satyricum docuisset. De quibus Troades, quae hodieque supersunt, in mediocrium genere fabularum reponuntur.

τῷ δῆτ' ἂν αὐτὸν προσαγαγοίμην δράματι;
ἐγῷδα· τὴν καινὴν Ἑλένην μιμήσομαι. 850
πάντως δ' ὑπάρχει μοι γυναικεία στολή.

ΓΥΝΗ Η.

τί αὖ σὺ κυκανᾷς; ἢ τί κοικύλλεις ἔχων;

---

850. *τὴν καινὴν Ἑλένην*] Plerique intelligunt Helenam nuper editam, veluti Berglerus, Bothius, Schol. Rav. *ὑπόγυον δεδιδαγμένην*. Unus Vossius, sive pater sive filius, haec non ad tempus, sed ad argumentum fabulae spectare vidit. Itaque nova Helena minime est recens commissa, sed novo commento in Aegyptum delata. Egregie juvat, quod sic Helenae eadem ratio est ac Palamedis. Namque ut in Palamede remi epistolae nimium frigide excogitatae erant, sic jam Helene tota propter novitatem insolentiamque argumenti deridetur. Constat Euripidem Stesichori fabulam sequutum esse, similiaque de Helenae in Aegyptum adventu ab Herodoto prodi (vide Pflugkium in Prooemio p. 7 sqq.). Sed tamen Athenienses novitatem spectaculi miratos esse credo, quum id agere Euripidem animadvertissent, ut Homeri Iliadem, quasi sacra Biblia Graecorum, refutaret. Sperat igitur Mnesilochus, se, si modo tragicam Helenem imitatus sit, quae ex Aegypto Spartam a Menelao abducitur, facile ab Euripide, tanquam Menelao altero e templo custodiaque sua liberatum iri.

V. 851. *πάντως δ' ὑπάρχει*] Emendatio Bentleji, pro *πάντως ὑπάρχει*. Mox *γυναικεῖα* Juntina.

V. 852. Libri, *τί αὖ σὺ κυρκανᾷς, ἢ τί κ. ἔ.* Correctionem Kusteri *κυκανᾷς* post Brunckium, Dindorfium, Bothium suscepi. De formis *κυκανᾶν* et *κυρκανᾶν* supra dictum est ad v. 427. Reliquae conjecturae vero sunt absimiles. Bentlejus volebat, *τί δ' αὖ σὺ κυρκανᾷς; τί κοικύλλεις ἔχων*; oratione incondita nec ligata satis. Dobraeus proponebat, *τί σὺ κυρκανᾷς αὖ, καὶ τί κ. ἔ.*, offensus hiatu legitimo *τί αὖ*, neque perpenso vulgatum ἢ voculae *καί*, quae apud Suidam est, ad sensum praestare. Reiskio in mentem venerat, *τί αὖ σὺ κυρκανᾷς; τί κοσκύλλεις ἔχων;* Qui vereor, ut monstri inusitati *κοσκύλλειν* rationem idoneam reddere potuerit. Sed verbo utique miro *κοικύλλειν* praeter Reiskium vexatus est etiam Berglerus, qui maluit *ποικίλλεις* comparans Soph. Trach. v. 1121 *οὐδὲν ξυνίημι' ὧν σὺ ποικίλλεις πάλαι*. Schol. Rav. *τὸ κοικύλλειν, φασὶν, ἐπὶ τοῦ περιβλέπεσθαι δύναται καὶ ἐνθάδε. βέλτιον δὲ ἐπὶ τοῦ κακοτεχνεῖν. τὸ δὲ ἔχων παρέλκει ἀττικῶ ἔθει.* Itaque veteres grammatici v. *κοικύλλειν* et hic et alibi de *circumspectando* accipiebant; fuit tamen etiam, cui potius esse videretur, *malis artibus studere*. Et hic quidem voce *κυκανᾷς* deceptus est, quasi non aliam notionem requireret disjunctio, *κυκανᾷς, ἢ τί κοικύλλεις* —. Contra vulgatam

πικρὰν Ἑλένην ὄψει τάχ', εἰ μὴ κοσμίως
ἕξεις, ἕως ἂν τῶν πρυτάνεών τις φανῇ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ ὡς Ἑλένη.

„Νείλου μὲν αἵδε καλλιπάρθενοι ῥοαὶ, 855

---

sententiam eximie confirmat v. 846 *ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν*. Quo si *κοικύλλεις* haud dubie refertur, neque v. *ἰλλὸς* supra ullo modo mutandum est, neque *κοικύλλεις* aliam vim habere potest, praeterquam circumspiciendi. Scholiastam de more sequitur Suidas, *κοικύλλεις: περιβλέπεις, ἢ κακοτεχνεῖς. τί αὖ σὺ κυρκανᾷς, καὶ τί κοικύλλεις ἔχων; περιττὸν δὲ τὸ ἔχων ἀττικῶς*. Photius p. 176, 11 *Κοικύλλειν: περιβλε(έπειν)*. Plenior longeque melior glossa est Hesychii, *κοικύλλειν: περιβλέπειν· κύλα γὰρ τὰ ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν. οἱ δὲ τὸ περιστρέφεσθαι καὶ διατρίβειν περιβλεπόμενον. ἄλλοι, φθονεῖν*. Nos vero hac originatione probata a v. *κύλα* primum *κύλλω*, deinde autem *κοικύλλω* reduplicatum exstitisse cum Guyeto arbitramur. Quin etiam ii, qui huic verbo invidendi potestatem subjecerunt, non aliud veriloquium sequuti sunt: lividi enim vultu quoque invido atque maligno esse solent, id quod vernacule dicimus ſcheel ſehen. Eadem sententia dicta in Lexico Schneiderus *κύλα, κύλλειν, κοικύλλειν* apte cum formis *μύλλειν, μοιμύλλειν* comparavit. Denique jam alii usi sunt testimonio Aeliani XIII, 15 *Φασὶ παχύτατον γενέσθαι τὴν διάνοιαν οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ — Πολύδωρόν τινα καὶ ἄλλον Κοικυλίωνα ὄνομα, ὅσπερ τὰ κύματα ἠρίθμει ὑπὸ τῆς ἄγαν μανίας*. At vero *Κοικυλίων* minime nomen graecum, sed tantummodo cognomen existimandum est, quae res Aelianum fugit. Nempe vetus scriptor, quem Aelianus non intellectum exscripsit, hoc dixerat, Polydorum in comoedia quadam *Κοικυλίωνα* cognomine dictum esse. Res adparet ex Eustathio p. 1669, 53 *ὥσπερ δὲ τούτους ἡ ἱστορία λόγου ἠξίωσεν, ἐν οἷς καὶ τὸν τὰ κύματα μετροῦντα Πολύωρον* (sic) —. Vides, in Aeliano Coecylionem undas dinumerare, in Eustathio autem Polyorum, sive potius Polydorum. Nimirum Polydorus, ut fluctus numerare posset, circumspicere debuit, ab eoque ipso cognomen traxisse *Κοικυλίων* videtur.

V. 853. *Ἑλένην*] *ἑλένη* Ravennas. Caeterum Berglerus adfert Avv. 1468 *πικρὰν τάχ' ὄψει στρεψοδικοπανουργίαν*. Nihil tritius.

V, 855 sqq. Sequuntur lepidissimae parodiae sumtae ex Helena Euripidis. Schol. Rav. *ἐξ Ἑλένης Εὐριπίδου πολλὰ τούτων*. Utiliter autem quaesiveris, cur Nili fluenta ab Euripide *καλλιπάρθενοι ῥοαὶ* dicantur. Pessime igitur Kusterus Brunckiusque convertunt, *pulchris Nymphis decora fluenta*, Schaeferus autem ad Schol. Apoll. Rhod. p. 287 *καλαὶ καὶ καθαραὶ* interpretatur, Bachmannus denique noster observat, Nilum neque cum fluvio ullo nec fonte in

„ὃς ἀντὶ δίας ψακάδος Αἰγύπτου πέδον
„λευκῆς νοτίζει μελανοσυρμαῖον λεών.

---

ipsum influente misceri (*μίγνυσθαι*), de quo adpellat Herodotum IV, 50, Eustathium ad Dion. Perieg. v. 226. p. 130 ed. Bernh. et Agatharchid. ap. Diod. I, 41 eademque de causa Nilum *ἀγνὸν ῥᾶμα* ab Aeschylo ap. Athen. II. 86 c. nominari conjicit. Qui omnes plus videntur scire voluisse, quam ipse scivit Euripides. Saepissime a tragicis verba composita hac ponuntur ratione, ut prior eorum pars exsistat, posterior autem mire delitescat. Namque et in Eurip. Electr. v. 1238 *δίπτυχοι — Διόσκοροι* duo sunt Dioscuri, et saepe alibi apud Euripidem adjectiva *δίπτυχος* et de tribus *τρίπτυχος* eandem vim obtinent. Jam Sophocles dixit in Sisypho *Χαρίτων τριζύγων* de tribus Gratiis, similiterque Euripides in Helena v. 357 *τριζύγοις θεαῖσι*, et quae sunt alia plurima generis ejusdem. Itaque in verbis *καλλιπάρθενοι ῥοαὶ* minime fluenta cum virgine comparantur, sed tantum pulchritudo tribuitur virgini; jure quidem. Quod enim in scriptore pedestri significant *καλαὶ ῥοαὶ* vel potius, ne vox altera otiose langueat, *κάλλισται ῥοαὶ*, idem in tragoedia valent *καλλιπάρθενοι ῥοαί*. Pulcherrima autem Nili fluenta tueri licet altero prologo Archelai p. 84 Matth.

Δαναὸς, ὃ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ,
Νείλου λιπὼν κάλλιστον ἐκ γαίας ὕδωρ —.

V. 856. *ψακάδος*] Libri apud Euripidem *ψεκάδος*, in Aristophane vulgo *ψάκαδος*, sed in Aug. est a pr. m. *ψἐακάδος*, in Ravennate autem *ψεκάδος* legi ait Invernizzius, contra Bekkerus *ψακάδος*. Juntina denique exhibet, *ὦ σαντιδίας ψακάδος*. Atticistae *ψακὰς* attice dici volunt, formamque *ψεκὰς* tribuunt Hellenistis, ut Moeris p. 419 et Phrynichus Bekkeri p. 73, 24. Quod si quidquam codicum valet auctoritas, Aristophanes caeterique novi atticismi scriptores ubique *ψακὰς* posuerunt. Utrum vero *ψεκὰς* vulgaris forma est et macedonicae dialecti propria, an potius, ut visum Blomfieldo ad Aesch. Agam. 1512, atticismo debetur vetustiori? Forsitan aliquis latinis scriptoribus utatur, qui nusquam *psacas*, crebro autem *psecas* dixerunt, veluti Caelius Epp. ad Famil. VIII, 15, 2. At latini minime raro formas usurpant alexandrinas. Itaque nisi quis certo argumento evicerit, veteres Iones pro *ψάω*, unde oritur *ψακάς*, *ψέω* substituisse, in quo genere Eustathium p. 1071, 4 deprecor, formam *ψεκὰς* improbam esse ac recentem haud dubie credemus.

V. 857. Euripides in Helena sic incipit,

Νείλου μὲν αἵδε καλλιπάρθενοι ῥοαὶ,
ὃς ἀντὶ δίας ψακάδος Αἰγύπτου πέδον
λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας.

De hac Euripidis multorumque aliorum opinione vide inprimis Hero-

ΓΥΝΗ Η.

πανοῦργος εἶ, νὴ τὴν Ἑκάτην τὴν φωσφόρον.

---

dotum II, 22. In tragico igitur cohaerent verba *λευκῆς — χιόνος*. Quae noster poeta sic corrupit, ut jam satis ridicule *Αἰγύπτου — λευκῆς* jungi debeant: Aegyptus enim, monente Kustero, nigro est solo, unde dicta *μελάμβωλος* secundum Steph. Byz. s. *Αἴγυπτος*, Suidam s. *μελάμβωλος* aliosque.

Ibidem. *μελανοσυρμαῖον λειόν*] Schol. Rav. *μέλανα καὶ συρμαϊζόμενον. ἡ δὲ συρμαία κρίθινόν ἐστι πότημα.* Suidas, *Μελανοσυρμαῖον λειόν* (ita Kusterus e Codd. Pariss. pro *λέοντα*): *μέλανα καὶ — ἐστι πόμα, λέγει δὲ τοὺς Αἰγυπτίους.* At hi cum syrmaea confuderunt cervisiam (*ζύθος* sive *βρῦτον*), non ignari, veteres Aegyptios potu hordeaceo valde delectatos esse, testibus Herodoto II, 77, Aeschylo Suppl. 953, Hecataeo ap. Athen. X, 418 e, sive p. 447 c, Diodoro I, 34. Eundem errorem commiserunt alii; Schol. ad Pac. 1220 (1253) auctus e Cod. Veneto, *οἱ μὲν ἀξιοῦσι χυλὸν βοτάνης εἶναι τὴν συρμαίαν ᾗ χρῶνται Αἰγύπτιοι πρὸς διάῤῥοιαν ὡς καί φησι Δίδυμος, τινὲς δὲ τὸν λεγόμενον ζύθον*: sic enim legendum est. Verum et Herodotus II, 77 et alii vix numerabiles docent, syrmaea, potione medicata, usos esse Aegyptios ad purgationem alvi. Quin Herodotus dicit, tres dies continuos per mensem alvum purgasse Aegyptios; quo etiam aptior videri debet loquutio Aristophanis. Caeterum *Μελανοσυρμαῖον λειὸν* recte interpretatur Scholiasta *nigrum et syrmaea utentem populum.* Egregie enim conveniunt haec Aeschylea, Suppl. v. 145

μελανθὲς
ἡλιόκτιτον γένος —,

et v. 700

πρέπουσι δ' ἄνδρες νηΐοι μελαγχίμοις
γυίοισι λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων ἰδεῖν.

Sed haec ipsa vox *μελανοσυρμαῖος* Lexicographos nostros mire ludificavit. Quam Schneiderus de nigra veste Aegyptiorum deque syrmaea accepit. At vero *καλάσιρις* Aegyptiorum, quam olim tetigi ad Thesmoph. II. p. 49 alba vestis erat, id quod patet etiam ex Aeschyleo *λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων*. Schneideri commentum magis etiam depravarunt Passovius et Riemer, quorum ille sic fabulatur, *μελανοσυρμαῖος* — mit einem abſichtlichen Doppelſinn, indem es ſowohl von *σύρμα* (at nemo Aegyptiis *σύρμα* tribuit), als von *συρμαία* abgeleitet werden kann, in ſchwarzem Schleppkleide und das ſchwarze (!) Purgirmittel *συρμαία* brauchend. (ſchwarzröckig und ſchwarzdreckig, nach Riemer). Hui quam vereor, ne haec opinatio multis visura sit „ſchwarzdreckig."

V. 858. Per Hecaten jurat mulier, fortasse quod ei Muesi-

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„ἐμοὶ δὲ γῆ μὲν πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος,
„Σπάρτη, πατὴρ δὲ Τυνδάρεως.

ΓΥΝΗ Η.

σοί γ', ὦλεθρε, 860
πατὴρ ἐκεῖνός ἐστι; Φρυνώνδας μὲν οὖν.

---

lochus praestigiator quidam esse videbatur. Spectra enim immittere Hecate putabatur, unde Menelaus in Eurip. Helen. 569 ὦ φωσφόρ' Ἑκάτη, πέμπε φάσματ' εὐμενῆ. Caeterum per Hecaten multo saepius jurant mulieres, quam viri.

V. 859. Apud Euripidem v. 16. Helena dicit,

ἡμῖν δὲ γῆ μὲν πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος
Σπάρτη, πατὴρ δὲ Τυνδάρεως.

V. 860. *σοί γ'*] *σύ τ'* Rav. et Juntina. De Augustano tacet Brunckius.

V. 861. *ἐκεῖνος*] Illene ut tibi, sceleste, pater sit? imo vero Phrynondas. Similiter in hypophora cum vi et gravitate hoc pronomen positum est in Nub. 1378 σοφώτατόν γ' ἐκεῖνον, ὦ τί σ' εἴπω; Vide quae olim diximus ad Lucian. D. Deor. VII, 1 ἐκεῖνο βρέφος.

Ibidem. *ἐστί* Brunckius ex Aug. *ἐστιν* Rav. *ἐστιν Φρυνῶνδας* Juntina.

Ibidem. *Φρυνώνδας*] Homo nequam, mire astutus, magnus denique fraudator. Aeschines in Ctesiphont. p. 137, 1 B. ἀλλ' οἶμαι οὔτε Φρυνώνδας οὔτε Εὐρύβατος οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο —. Lucianus in Alexandro c. 4 — τῶν ἐπὶ κακίᾳ διαβοήτων ἀκρότατος ἀπετελέσθη, ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας, ὑπὲρ τὸν Εὐρύβατον ἢ Φρυνώνδαν —. Apulejus in Apolog. p. 325 v. 26. Quis Eurybatus, quis Sisyphus, quis Phrynondas talem excogitasset? Plura de Phrynonda, homine infami, Taylorus ad Aeschin. c. Ctesiph. p. 632, 633 atque Hemsterhusius in Anecdotis p. 64, 65. Quin ejusdem farinae homunciones dicti sunt Phrynondae, unde Hesychius, *Φρυνώνδας*: πονηρούς. et Phrynichus Bekkeri p. 71, 25 *Φρυνώνδειον*: (*Φρυνώνδιον* codex) οἷον πανοῦργον, Φρυνώνδας γὰρ ἐπὶ πονηρίᾳ διεβεβόητο. At quando vixit et unde domo fuit Phrynondas? Atheniensem faciunt Etymol. p. 801, 34 et in ipsa voce Harpocratio, ubi scr. ἦν δὲ Ἀθηναῖος —, idque aliis etiam argumentis confirmari potest. Schol. Rav. ad h. l., ἐπὶ πονηρίᾳ διαβάλλεται. τινὲς δὲ καὶ πατέρα αὐτῷ φασιν ἀληθῶς εἶναι τοῦτον. Grammaticus enim, qui Mnesilochum ridicule in Phrynondae ipsius filium convertit, vix tale quidquam finxisset, nisi Atheniensem fuisse Phrynondam sciret. Denique sic intelligo, Phrynon-

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„Ἑλένη δ' ἐκλήθην.

ΓΥΝΗ Η.

αὖθις αὖ γίγνει γυνὴ,
πρὶν τῆς ἑτέρας δοῦναι γυναικίσεως δίκην;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„ψυχαὶ δὲ πολλαὶ δι' ἐμὶ ἐπὶ Σκαμανδρίαις
„ῥοαῖσιν ἔθανον.

---

dae infamiam primum a Comicis veteribus, qui et atticos cives et suae homines aetatis potissimum ridebant, nobilitatam esse. Egregie enim grammaticus in Bekk. Anecd. p, 314, 26 *Φρυνώνδας: ὄνομα κύριον. ἔστι δὲ καὶ οὗτος τῶν ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδουμένων.* Scholiasta vulgatus ad Luc. Alex. 4 non habet nisi haec, *ὡσαύτως καὶ Φρυνώνδας ἐπὶ πονηρίᾳ βοᾶται*,sed idem scholium in Cod. Vindobonensi apud Jacobitzium Alex. p. 188 exstat integrius, *ὡσαύτως καὶ ὁ Φρυνώνδας ἐπὶ πονηρίᾳ βοᾶται Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις, Δήμοις· Ἀριστοφάνῃ* (sic) *δὲ Προαγῶνι, Ἀμφιαράῳ, Θεσμοφοριαζούσαις.* Adeo Phrynondas in quinque minimum fabulis ab Eupolide Aristophaneque exagitatus est. De Amphiarao res extra dubitationem ponitur Suidae glossa optimae frugis plena, *Φρυνώνδας: τῶν ἐπὶ πονηρίᾳ διαβεβοημένων. ὃς ξένος ὢν κατὰ τὰ Πελοποννησιακὰ διέτριβεν Ἀθήνῃσιν. Ἀριστοφάνης Ἀμφιάρεῳ· Ὦ μιαρὲ καὶ Φρυνῶνδα καὶ πονηρὲ σύ· ἐκ τούτου τοὺς πονηροὺς Φρυνώνδας καλοῦσι. Κακοήθης ὁ Φρυνώνδας οὗτος καὶ πανοῦργος, μισθοῦ τινὰς μηχανὰς πραγμάτων ἐπὶ κακοῖς ῥᾳδίως συντιθεὶς, ὥς φησιν Εὔδημος.* — De Eudemo, a quo Phrynondas accepta mercede fraudes machinatus esse dicitur, vide Bekkeri Anecdota p. 1067 infra. Ac facile Suidae credimus, Phrynondam, quum peregrinus vel etiam civis esset adscriptitius (qui ipsi saepissime in vetere comoedia vexantur), belli Peloponnesii tempore Athenis commoratum esse. Caeterum cum Suida Dindorfius ad Fragm. p. 74 bene conjunxit schol. ad Aeschin. c. Ctesiph. p. 766 ed. Reisk.

V. 862. *Ἑλένη δ' ἐκλήθην*] Ex Eurip. Helena v. 22. Hic Juntina *ἐκκλήθην.*

Ibidem. *γίγνει*] Ita Brunckius pro *γίγνῃ.*

V. 863. *γυναικίσεως*] Bene Schol. Rav. et ex eo Suidas s. v. interpretantur *τῆς γυναικείας μιμήσεως.* Nam *γυναικίζειν* supra v. 268 est mulierem imitari atque mentiri.

V. 864. 865. *ψυχαὶ — ἔθανον*] Verba Euripidis Hel. 52. 53, ubi legitur *Σκαμανδρίοις.* Cf. ejusdem fabulae v. 608 sqq.

ΓΥΝΗ Η.

ὤφελες δὲ καὶ σύ γε. 865

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„κἀγὼ μέν ἐνθάδ' εἰμ' · ὁ δ' ἄθλιος πόσις
„δύμιὸς Μενέλεως οὐδέπω προσέρχεται.
„τί οὖν ἔτι ζῶ;

ΓΥΝΗ Η.

τῶν κοράκων πονηρίᾳ.

ὦ ταλαίπωροι Φρύγες
πάντες τ' Ἀχαιοὶ, δι' ἔμ' ἐπὶ Σκαμανδρίοις
ἀκταῖσιν Ἥρας μηχαναῖς ἐθνήσκετε.

Quod bis est apud Euripidem sine ulla discrepantia *Σκαμανδρίοις*, id dubio procul etiam Aristophani restitui debet. Sic in eadem Helena v. 250 exstat, *παρὰ Σιμουντίοις ῥοαῖσι*. Nec facile concoquo formam *πελαγίας ἐς ἀγκάλας* v. 1062, quum in ipsa Helena v. 1436 magis tragice scriptum sit, *πελαγίους ἐς ἀγκάλας*. Porro Aeschylus non dixerat *Λικυμνίαις βολαῖς*, quemadmodum in Avibus v. 1234 omnes Codd. exhibent, sed *Λικυμνίοις βολαῖς*, uti legitur apud Hesychium. In talia quum impune olim grammatici saevierint, nihil valet centum auctoritas Codicum, qui saepe ex una tantum recensione emanarunt. Caeterum Juntina *ὤφελε* pro *ὤφελες*.

V. 866. 867. Euripides v. 49 sqq.

κἀγὼ μὲν ἐνθάδ' εἰμ', ὁ δ' ἄθλιος πόσις
στράτευμ' ἀθροίσας τὰς ἐμὰς ἀναρπαγὰς
θηρᾷ —.

V. 867. *Μενέλεως* Brunckius. Libri, etiam Rav. *Μενέλαος*.

V. 868. Vulgo totus versus est Mnesilochi *τί οὖν ἔτι ζῶ τῶν κοράκων πονηρίᾳ;* Quasi vero quisquam optaverit, ut se vivum corvi discerptum vorarent. Deinde apud Euripidem bis dicit Helena v. 56 et v. 293 *τί δῆτ' ἔτι ζῶ;* Scilicet Mnesilochum pariter atque Helenam vitae suae taedebat. Quum igitur non sine gemitu dixisset, *τί οὖν ἔτι ζῶ;* praeclare mulier, *τῶν κοράκων*, inquit, *πονηρίᾳ*. Hoc est: tu quidem vivis corvorum inertium beneficio. Tales enim facetiae juvant istam mulierem, quae simili modo v. 865 *ὤφελες δὲ καὶ σύ γε* loquuta est. Quid, quod haec mulieris aptissima oratio est; nihil enim propius factum quam ut Mnesilochum corvi vidientem comederent: vide infra v. 942 et v. 1029. Caeterum mulieris personam verbis *τῶν κοράκων πονηρίᾳ* jam R. Bentlejus et Bothius praefixerunt, eademque, si recte memini, correctio Seidleri fuit. Id ipsum vero in Codd. suis invenerunt Schol. Rav. *ὅτι πονηροὶ οἱ κόρακες, καὶ ὅτι μέχρι νῦν οὐκ ἐσπάραξάν σε*, et Suidas, *Τί οὖν ἔτι ζητῶν*

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„ἀλλ᾽ ὥσπερ αἰκάλλει τι καρδίαν ἐμήν.
„μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος. 870

κοράκων πονηρίαν; τοῦτό φησιν, ὅτι πονηροὶ οἱ κόρακες, διότι μέχρι καὶ νῦν οὐκ ἐσπάραξάν σε. Melior est Suidae lectio, quam Scholiastae: *ignavi sunt corvi, quoniam te nondum jam prius dilaniarunt.* Falso Kusterus apud Suidam legi jussit, τί οὖν ἔτι ζῇς τῶν κοράκων πονηρίᾳ, quippe quum hancce glossam, unde sumta esset, nesciret. Verum in Suidae Codd. Pariss. B. et C, Edd. Mediolanensi et Kusteri exstat, τί οὖν ἐτι ζητῶν κοράκων πονηρίαν; in libro Paris. A et Oxoniensi autem, τί οὖν ἔτι ζῇ τῶν κοράκων πονηρίᾳ; Equidem scripturas ζητῶν atque ζῇ τῶν sic interpretor, ζῶ ὢν
τῇ ut nonnulli pro τῶν κοράκων potius τῇ κοράκων legisse videantur. Ac profecto in Excerptis Scaligeri invenias τῇ κοράκων, futilem caeteroqui scripturam.

V. 869. *αἰκάλλει τι*] Praeclare Schol. Rav. *σαίνει τὸ ἄσμα;* jam e longinquo enim cantat Euripides, ut Mnesilochum de adventu suo certiorem faciat. Suidas *Αἰκάλλει: σαίνει. Αἰκάλλει τι καρδίαν ἐμήν.*

V. 870. *Μὴ ψεῦσον*] Scholiasta Ravennas, *σύνηθες τὸ σχῆμα. Μένανδρος „οἶσθ᾽ ὃ ποίησον.“ Σοφοκλῆς Πηλεῖ· „μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ· μή μ᾽ ἔλῃς ἄνευ δορός.“ „οἶσθ᾽ οὖν ὃ δρᾶσον“ Εὐριπίδης Πολυΐδῳ.* Quam bene duae loquutiones dissimillimae conglutinentur, de eo ipsi viderint grammatici. Et Menander quidem dixit, *οἶσθ᾽ ὅ, τι ποίησον* apud Meinekium p. 273. Porro verba *οἶσθ᾽ οὖν ὃ δρᾶσον* leguntur in Hecuba v. 225 et in nonnullis Codd. Gregorii Cor. p. 19 est vel *Εὐριπίδης ἐν τῷ Πολυδώρου δράματι*, vel *Εὐριπίδης ἐν Πολυξένῃ τῷ δράματι.* Itaque aut Euripides eadem verba posuit etiam in Polyïdo, si fides constat Scholiastae Rav., aut grammatici scribere debebant, *οἶσθ᾽ οὖν ὃ δρᾶσον Εὐριπίδης* [*Ἑκάβῃ, καὶ Ἀριστοφάνης*] *Πολυΐδῳ.* Enimvero gravissimum est, quod e Scholiasta nostro cognovimus, Sophoclem in Peleo dixisse, *μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, μή μ᾽ ἔλῃς ἄνευ δορός.* Nemo enim monitus dubitabit, quin illum ipsum Sophoclis versum hac parodia rideat Aristophanes, *μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος.* Nunc vide stuporem grammaticorum, primum quidem Suidae, *ψεῦσον: σύνηθες τὸ „σχῆμα, Μένανδρος“ οἶσθ᾽ ὃ ποίησον. καὶ ὁ Σοφοκλῆς· „Μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος.“* Ut omittam ridiculum lemma *ψεῦσον* pro *μὴ ψεῦσον*, Suidas Aristophanis Scholiastam tam inepte compilavit, ut Sophoclis versum taceret, Aristophaneum vero tribueret Sophocli. Ecce alias delicias grammaticorum in Antiatticista Bekkeri p. 107, 30 *Μὴ νόμισον: ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς. Σοφοκλῆς Πηλεῖ. καὶ μὴ ψεῦσον.* Homo negligens dicere ita debebat, *Μὴ νόμισον:*

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ ὡς Μενέλαος.

„τίς τῶνδ' ἐρυμνῶν δωμάτων ἔχει κράτος,

ἀντὶ τοῦ μ. ν. καὶ Σοφοκλῆς Πηλεῖ, μὴ ψεῦσον. Nam Sophocles in Peleo, ut supra ostendimus, formula μὴ ψεῦσον usus erat. Contra μὴ νόμισον minime Sophocles dixerat, sed Thugenides, Comicus valde obscurus, ut adparet e Suida s. μὴ νόμισον, et Photio p. 267, 8. Miramur itaque haec verba Porsoni ad Hecub. 1166. „Μὴ νόμισον e Thugenide, ignobili Comico, citant Photius et Suidas; e Sophoclis Peleo Grammaticus Sangermanensis —." Hunc ego grammatici errorem a Porsono correctum mallem. Merito autem Porsonus reprehendit Piersonum, qui dixerat, μὴ ψεῦσον et similia apud Aristophanem et Sophoclem exstare plurima: nam unicum hujus constructionis exemplum apud Aristophanem e Sophocle, unicum in Thugenidae fragmento reperitur. Neque praeteribo Schol. Venet. A. ad Iliad. Δ, 410 ἔνθεο: Ἀρίσταρχος ἐν ποιεῖ τὸ ἔνθεο ἀντὶ τοῦ ἔνθου, ἵνα γένηται ἀττικὸν, ὅμοιον τῷ· μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ· Ἀπολλώνιος δὲ διαστέλλει τὸ ἐν ἵνα γένηται ἐν ὁμοίᾳ. In his ambiguum est, utrum μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ e tragico, an e comoedia nostra proferatur. Aristarchus enim tametsi de Sophocle eximie meritus est, attigit tamen Aristophanem quoque. Nempe tam tritum erat in ore grammaticorum illud μὴ ψεῦσον, ut de primo ejus auctore haud multum cogitasse videantur. Sic etiam Herodianus Piersoni p. 479 non habet nisi haec, — τὸ δὲ μὴ ψεῦσον καινόν. Denique nostrum versum laudarunt Schol. ad Hecub. v. 222 — τὸ Ἀριστοφάνους ἐν Θεσμοφοριαζούσαις — μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, et ex eo Gregorius Corinth. p. 14 τὸ Ἀριστοφάνους ἐν Θεσμοφοριαζούσαις (ἐν Θεσμοφορίᾳ Codex b) — μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος. Sed in Gregorio duo Codd. τῆς ἐπιούσης ἡμέρας exhibent, id quod recte probavit Schaeferus; iste enim Gregorius hic quidem unice pendet a Scholiasta ad Hecubam. Quo minus debuerant Kingius et Musgravius in Euripidis Scholiastam ex Aristophane τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος inducere. Saepissime in scriptoribus atticis dictio ψεύδεσθαι τῆς ἐλπίδος legitur; altera vero scriptura τῆς ἐπιούσης ἡμέρας prorsus absurda est, quam jure improbavit Porsonus ad Phoeniss. v. 1651. Qui autem meminerit lites atticistarum de formulis ἡ ἐπιοῦσα et ἡ ἐπιοῦσα ἡμέρα (de quo cf. Piersonum ad Herodian. p. 472.), profecto largietur, facile Scholiastas pro τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος scribere τῆς ἐπιούσης ἡμέρας potuisse.

V. 871. Schol. Rav. ὁ Εὐριπίδης ἀναλαμβάνει τὸ πρόσωπον τοῦ Μενελάου καὶ ὑποκρίνεται. Omnino plerumque Menelai tragici personam suscipit Euripides, sicuti Helenae Mnesilochus; sed parodiae hoc est inprimis, justum rerum ordinem turbare et confundere diversa. Ita hunc ipsum versum τίς τῶνδ' ἐρυμνῶν δωμάτων ἔχει κράτος;

„ὅστις ξένους δέξαιτο, ποντίῳ σάλῳ
„κάμνοντας ἐν χειμῶνι καὶ ναυαγίαις;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„Πρωτέως τάδ' ἐστὶ μέλαθρα.

ΓΥΝΗ Η.

„ποίου Πρωτέως,
ὦ τρισκακόδαιμον; ψεύδεται, νὴ τὼ θεώ, 875

---

in Helena v. 68 non Menelaus sed Teucer recitat. Ridicule vero Juntina, *Εὐριπίδης ὡς Περσεύς*, quum librarius ex Helena aberrasset ad Andromedam sive ab hoc loco ad v. 1097.

V. 872. *ὅστις ξένους δέξαιτο*] Primum et hic versus et sequens non sunt apud Euripidem. Tum male conjecit Brunckius, *ὅς ἄν ξένους δέξαιτο*: nam opinio et conjectura expromitur, ut de homine plane incerto. Similia haec sunt Sophoclis in Oed. Col. v. 1172 *καὶ τίς ποτ' ἐστὶν, ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι;* Falso etiam illic Brunckius, *ὃν ἂν ἐγὼ* —. Deinde pro *ξένους* Ravennas et Juntina habent *ξένος*, atque adeo Scaliger „*ξένος, non ξένους*" inquit, inepte sane. Accusativum probarunt caeteri, in hisque Bentlejus.

V. 873. *κάμνοντας*] Ne quis *καμόντας* requirat, etiamtum laborare se fingit Euripides, qui vix e naufragio evaserat. Comparare autem licet hos locos, Aeschyl. Sept. 210 *νεὼς καμούσης ποντίῳ πρὸς κύματι*, Alcaei ap. Heraclid. Pont. de Allegor. Homer. p. 13 ed. Schow.

— *ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον*
Ναῒ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ
χειμῶνι μοχθεῖντες μεγάλῳ —.

Cic. Plancian. c. 10 fessum inedia fluctibusque —.

V. 874. *Πρωτέως τάδ' ἐστὶ μέλαθρα*] Etiam hic locus docet, id agere parodiam, ut jungendo discerpendoque omnia corrumpantur. Namque Euripides ita dixit v. 460

Πρωτεὺς τάδ' οἰκεῖ δώματ', Αἴγυπτος δὲ γῆ.
Μ. Αἴγυπτος; ὦ δύστηνος, οἷ πέπλευκ' ἄρα.

Contra Aristophanes prima verba pro arbitrio immutat, alterumque versum item leviter corruptum infra ponit v. 878.

Ibidem. Vulgo legitur perridicule,

Εὐριπίδης. ποίου Πρωτέως;
Γυνὴ Η. ὦ τρισκακόδαιμον, ψεύδεται — ἔτη δέκα.

Primum Euripides, si Proteum sibi ignotum esse simularet, plane poterat interrogare, *τίς δ' ἔστιν ὁ Πρωτεύς*; illud autem dicere profecto non poterat, *ποίου Πρωτέως;* Nempe *ποῖος* Graecis usitatum

ἐπεὶ τέθνηκε Πρωτέας ἔτη δέκα.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„ποίαν δὲ χώραν εἰσεκέλσαμεν σκάφει;

---

est, quando mirari se atque prorsus nescire, quid tandem tibi volueris, significant; de quo dixi in Quaestt. Lucian. p. 352. Latini similiter, cujus Protei? ut Cicero in Tusculan. I, 21 quo terrore? quo metu? Multo minus autem mulier proloqui verba *ὦ τρισκακόδαιμον ψεύδεται* — poterat, quorum partim secundae personae sunt, partim tertiae. Ego vero jam dudum vidi scribendum esse,

Γυνὴ Η. ποίου Πρωτέως,
ὦ τρισκακόδαιμον; ψεύδεται — δέκα.

Quum enim senex has esse Protei aedes dixisset, mulier, quae Thesmophorium esse sciret, cum admiratione: cujus Protei, o infelicissime? inquit, tumque a Mnesilocho ad Euripidem conversa sic pergit: iste profecto mentitur et sic porro. Nunc video, jam in Ed. Lugduno-Batava minore recte ordinatas esse vices personarum. Illud valde scilicet miror, vitium vulgatae a Brunckio Dindorfioque retentum esse. His longe prudentior R. Bentlejus legi jubet,

Γυ. ποίου Πρωτέως;
ὁ τρισκακοδαίμων ψεύδεται —,

ignarus ille tamen *ὦ τρισκακόδαιμον* laborare tantum malo interductu. Denique Bothius atque Dobraeus tantum certe intellexerunt, verba *ποίου Πρωτέως;* necessario danda esse mulieri.

V. 876. *Πρωτέας*] Schol. Rav. *Πρωτέας οὕτω καλούμενος Ἀθηναῖος, ὃς ἐτεθνήκει πρόπαλαι.* Proteas Epiclis filius secundum Thucydidem I, 45 et decem navibus Corcyram missis tertio ipse loco praefuit, et ut ait idem II, 23 iterum fuit cum Carcino et Socrate inter classis praefectos, quum naves centum circa Peloponnesum navigarent. Ac posterior quidem expeditio viginti annos ante, quam haec fabula daretur, suscepta est. Optime vero Kusterus Berglerusque viderunt, illum ipsum Proteam Epiclis f. etiam hic dici ab Aristophane; clarum enim virum fuisse oportet, quem nossent vel mulierculae. Sed minime e verbis *ἔτη δέκα* colligendum est, Proteam Ol. 89, 3. Alcaeo archonte diem postremum obiisse, etsi hoc fingere licet per Thucydidem. At vero si ipsos decem annos dicere poëta voluisset, scripsisset aut *αὐτόδεκα ἔτη*, ut Thucydides V, 20 *αὐτόδεκα ἐτῶν διελθόντων*, aut *ταῦτ᾽ ἔτη δέκα* ante hos decem annos, sicut Lysias De Trunco O. S. Exc. 10, 4 B. — *ὃς τέθνηκε ταῦτα τρία ἔτη.* Nunc autem *ἔτη δέκα* multos annos significat, quemadmodum in Ecclesiaz. 178 et saepe alibi. Caeterum Proteae nomen in illo ipso Lysiae loco, quem modo attuli, praeclare restituit I. Bekkerus, scripsitque, *ὁμοίως καὶ Πρωτέας ἐμισθώσατο*, quum vulgo esset *πρότερον*, codicesque plerique *πρωτέως* sufficerent. Ve-

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„Αἴγυπτον.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„ὦ δύστηνος, οἷ πεπλώκαμεν.

ΓΥΝΗ Η.

πείθει τι τούτῳ, τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ,

---

rum is Proteas, qui a Lysia memoratur, multo post Proteam classis ducem vixisse existimandus est. Itaque mulier quum Proteum Aegyptium penitus nesciret, de Protea Atheniensium nuper imperatore verba fieri putavit. Simillimum Molierii locum comparavit Brunckius. Aristophanis vero jocus tanto magis placet, quod etiam Proteus rex apud Euripidem mortuus est. Unde nova eorundem hominum confusio infra exoritur v. 883 *τέθνηκε Πρωτέας* atque v. 885 *αἰαῖ τέθνηκε* videlicet Proteus.

V. 878. Juntina, *Μν. Αἴγυπτον· ὦ —*. Quodsi omnes Codd. versum totum uni personae tribuerent, fortasse suspicarer, Mnesilochi versum excidisse, ac deinceps Euripidem ita loquutum esse, *Αἴγυπτον; ὦ δύστηνος, οἷ πεπλώκαμεν.* Sic est enim in Euripide v. 461 *Γρ. Πρωτεὺς τάδ' οἰκεῖ δώματ', Αἴγυπτος δὲ γῆ. Μενελ. Αἴγυπτος; ὦ δύστηνος, οἷ πέπλευκ' ἄρα.* Nunc nihil quidquam mutamus. Tum bene Schol. Rav. *διαβάλλει τὴν Αἴγυπτον ὡς ἀλίμενον καὶ ὡς κίνδυνον ἐμποιοῦσαν ταῖς ναυσίν.*

Ibidem. *πεπλώκαμεν*] Ita libri omnes et Suidas s. *Οἷ — ὦ δύστηνος, οἷ πεπλώκαμεν, Ἀριστοφάνης.* Euripides illo quidem loco scripsit, *οἷ πέπλευκ' ἄρα*, non *οἷ πεπλώκαμεν;* sed idem in ipsa Helena v. 532 non dubitavit dicere, *πορθμιοὺς δ' ἁλᾶσθαι μυρίους πεπλωκότα.* Ubi pessime Matthiaeus Pflugkiusque *πεπλευκότα* substituerunt arbitratu suo. Non mutandum fuisse *πεπλωκότα* satis docet Aristophanes, qui verbo *οἷ πεπλώκαμεν* eo ipso nomine Euripidem irridet, quod ionicam et Herodoteam formam *πέπλωκα* cum Atticis communicarit. Optime igitur Buttmannus Gr. Gr. T. II. p. 220. „Euripides, der dies Perf. (*πέπλωκα*) auch auf die attiſche Bühne brachte (Hel. 539.) ſcheint von Ariſtophanes Thesm. 878 deswegen verſpottet zu werden." Neque eo magis tamen in Hel. 461 scribi debet *οἷ πέπλωκ' ἄρα:* Euripides enim si *πέπλωκα* temere adscivit, non ideo tamen atticum *πέπλευκα* adspernatus est. Aristophanes vero partim ea hic traducit, quae in tota Helena frustra quaesiveris, veluti mox v. 881, 884 verbum Euripideum *ἐξώπιος.*

V. 879. Libri omnes, *πείθει τι τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ.* Editio Brubachiana anni 1544 exhibet, *πείθει τι τούτῳ τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ.* Id ego post G. Dindorfium, et qui praeter necessitatem *κακῶς* in *κάκιστα* mutat, Dobraeum recepi. Similiter Bentlejus et

ληροῦντι λῆρον; Θεσμοφόριον τουτογί. 880

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„αὐτὸς δὲ Πρωτεὺς ἔνδον ἔστ', ἢ 'ξώπιος;

ΓΥΝΗ Η.

οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ ναυτιᾷς ἔτ', ὦ ξένε,
ὅστις γ' ἀκούσας, ὅτι τέθνηκε Πρωτέας,

---

aliquando etiam Porsonus, *πείθει τι τῷδε τῷ κ. ἀ.*, male tamen; nam *τῷδε* ad sententiam debilius est. Conferre licet Pac. v. 2 *δὸς αὐτῷ, τῷ κάκιστ' ἀπολουμένῳ*, ubi Bentlejana conjectura *δὸς αὐτὴν τῷ* — facile caremus. Hic autem speciosior est, quam verior emendatio Scaligeri, *πείθει τι τῷ κακῷ κακῶς ἀπολουμένῳ*, quam probarunt Kusterus et qui adfert scriptorem incertum ap. Suidam s. *Ἀνοιδήσας* — *Ὁ δὲ ἀνοιδήσας ὀργῇ εἶπε, κακοὺς κακῶς ὑμᾶς διολῶ*, Porsonus. Etenim isto modo primum versui caesura deest; deinde etiam scribere licet, *πείθει τι τῷ κακῷ κάκιστ' ἀπολουμένῳ*, vel medius fidius *πείθει τι τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ κακῷ*, plane ut in Eqq. 2

κακῶς Παφλαγόνα τὸν νεώνητον κακὸν
αὐταῖσι βουλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί.

Verisimile est igitur, notissimum illud *κακὸς κακῶς*, quod legitur etiam in Nub. 554, quum multis modis restitui queat, hic omnino non usurpatum esse: quia nec plus uno verum esse potest et haec variant. Postremo infelicissima est Brunckii conjectura, *πείθει τι, ὦ μέλε, τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ*, quam Invernizzius impudenter sane Ravennati contribuit, Bothius autem suscipere non dubitavit.

V. 880. *τουτογί*] Sic Ravennas et Juntina. *τουτονὶ* Cod. Aug. *τουτογὶ* probavit etiam Koenius ad Gregor. Cor. p. 134 Sch.

V. 881. *ἢ 'ξώπιος;*] Verbum *ἐξώπιος* omnino rarius illud neque in Aeschylo, nec Sophocle usquam invenitur. Sed apud Euripidem est in Suppl. 1038

— ζητῶν τ' ἐμὴν παῖδ', ἢ δόμων ἐξώπιος
βέβηκε πηδήσασα —,

in Alcestide 546

ἦγον σὺ, τῶνδε δωμάτων ἐξωπίους
ξενῶνας οἴξας —,

in Medea 624 — *χρονίζων δωμάτων ἐξώπιος*. Eadem vox in tragoediis deperditis saepius videtur posita fuisse: Aristophanes enim, ut recte Brunckius, ridet Euripidem ob frequentem usum hujus vocabuli. In Helena vero aliis verbis utitur Menelaus v. 465 *ἔστ' οὖν ἐν οἴκοις, ὅντιν' ὀνομάζεις ἄναξ;* et v. 467 *ποῦ δῆτ' ἂν εἴη; πότερον ἐκτὸς ἢ 'ν δόμοις;*

V. 883. *ὅστις γ' ἀκούσας*] Ita Scaliger, Reiskius, Bentlejus, Brunckius, alii. Libri, *ὅστις ἀκούσας*.

ἔπειτ' ἐρωτᾷς, ἔνδον ἔστ', ἢ 'ξώπιος.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„αἰαῖ, τέθνηκε. ποῦ δ' ἐτυμβεύθη τάφῳ; 885

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„τόδ' ἔστιν αὐτοῦ σῆμ', ἐφ' ᾧ καθήμεθα.

ΓΥΝΗ Η.

κακῶς ἄρ' ἐξόλοιο, κἀξολεῖ γ' ἔτι,

V. 885. αἰαῖ] Rav. Junt. αἰαὶ τέθνηκεν.

V. 886. Parodia Helenae Euripideae v. 466, ubi anus dicit de Protei sepulchro: τόδ' ἔστιν αὐτοῦ μνῆμα, παῖς δ' ἄρχει χθονός. Confer etiam v. 64

τὸν πάλαι δ' ἐμὸν πόσιν
τιμῶσα Πρωτέως μνῆμα προσπίτνω τόδε
ἱκέτις —.

Aristophanes, qui justas ob causas Euripidis verba leniter solet inflectere, non temere verbo μνῆμα v. 886 et 888 synonymam vocem σῆμα substituit, sed inita id fecit subductaque ratione. Namque σῆμα verbum sermoni conveniens de sepulchro ponunt Comici, ut in Ecclesiaz. v. 1108 ἐπιπολῆς τοῦ σήματος; a tragicis contra tumulus et sepulchrum μνῆμα dicitur, nisi quando altera uti voce coguntur ut ipse Euripides in Hecuba v. 1273 κυνὸς ταλαίνης σῆμα, ναυτίλοις τέκμαρ. Atqui comicus hoc agit inprimis, ut Euripidis poësin, haud sane grandem elatamque per sese, magis etiam humilem atque vulgarem reddat.

V. 887. Vulgo legebatur, κακῶς τ' ἄρ' ἐξόλοιο, κἀξολεῖ γέ τοι. Et alterum quidem vitium κακῶς τ' ἄρ' ἐξόλοιο pro κακῶς ἄρ' ἐξόλοιο jam in editionibus Lugduno-Batava minore, Kusteriana, Bruncklana et Bekkeriana correctum est. Bothius atque G. Dindorfius τ' ἄρ' ediderunt sive ex omnibus libris sive ex uno Ravennate, cui infelix istud τἄρ' ab Invernizzio Bekkeroque tribuitur. Deinceps libri omnes, κἀξολεῖ γέ τοι. Sed quis non videt scribendum esse, κἀξολεῖ γ' ἔτι, et certe *aliquando* male peribis? Caeterum hanc turpem mendam unus ante nos emendavit Dobraeus ad v. 726 — „Infra 894 *forsan* γ' ἔτι (γέ τοι Junt. tacet Br.) ἔτι in votis, praesagiis, imprecationibus, etc. = ποτέ." Vix adtinet citare Soph. Electr. 471

— πικρὰν
δοκῶ με πεῖραν τήνδε τολμήσειν ἔτι

atque in re etiam laeta Aeschyl. Prom. 518, Eurip. Hel. 57 et quae

ὅστις γε τολμᾷς σῆμα τὸν βωμὸν καλεῖν.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„τί δὴ σὺ θάσσεις τάσδε τυμβήρεις ἕδρας,
„φάρει καλυπτὸς, ὦ ξένη;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„βιάζομαι 890

---

sunt plurima ejusmodi. Sed male illud explicatur in Nubibus v. 1237 ἀπόλοιο τοίνυν ἔνεκ' ἀναιδείας ἔτι, ubi Ernestius ἔτι attice dicit redundare, Hermannus autem convertit, *pereas etiam praeter impudentiam.* Imo ἀπόλοιο — ἔτι significat, *pereas aliquando* mögeſt du noch einmal zu Schanden werden.

V. 888. Impia vox esse videbatur et quae ad violatam religionem spectaret, aram dicere esse sepulchrum. Attamen Iphigenia ad Dianae aram mactanda recte poterat dicere in Iphig. Aul. v. 1445 βωμὸς θεᾶς μοι μνῆμα τῆς Διὸς κόρης; ara enim Iphigeniae quasi pro sepulchro erat futura. Contra Achillis tumulus in quo Polyxena sacrificaretur, quasi in aram mutua videbatur (Eurip. Troad. v. 264 sqq.).

V. 889. τί δὴ σὺ] τί δὲ σὺ Ravennas, Juntina, puto etiam Augustanus. Versus τί δὴ σὺ θάσσεις τάσδε τυμβήρεις ἕδρας tragicus trimeter est, non ille tamen ab Euripide sumtus verum ab ipso confectus Aristophane. Nempe Comicorum trimetri tragici, quos paene innumerabiles Aristophanes scripsit, eisdem legibus, quibus Tragicorum senarii parent, adstricti tenentur, eique et numero tragico et sonitu ipso verborum facile adgnosci possunt. Hic autem Reiskius corrigit τί δαὶ σὺ vel τί δὲ δὴ σύ, Bentlejus τί δὴ σὺ vel τί δαὶ σύ, Brunckius Bothiusque τί δὲ δὴ σύ, Dorvillius ad Chariton. p. 289 ed. Lips. τί δαὶ σὺ θάσσεις, vel τί δὲ σὺ θοάζεις, ductus, credo, versu Soph. Oed. Tyr. 2 τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε, in quo θοάζειν omnino est *sedere;* quasi hic ulla ratio sit, formam θάσσω immutare. Tum attica dictio δὲ δή, ut in Avibus 415 λέγει δὲ δὴ τίνας λόγους; et alibi centies, tragicum senarium evertit. Neque cum aliis, etiam G. Dindorfio, scribere licet, τί δαὶ σύ, si recte Brunckius et Porsonus ad Medeam v. 1008 (1011) δαὶ voculam a tragoedia sejunxerunt. Quam vere id dictum sit, nunc non disputabo post Matthiam ad Hecub. v. 1232, Pflugkium ad Helen. v. 1246 aliosque. Sed quicunque discrimen vocum δὴ et δαὶ satis perceperit, is fatebitur, non hic τί δαὶ σὺ sed potius τί δὴ σὺ scripsisse Aristophanem.

V. 890. φάρει καλυπτὸς] Mnesilochus caput veste obvolvit, id quod non facit Helena apud Euripidem, credo ut larvam vultum-

„γάμοισι Πρωτέως παιδὶ σιμῖξαι λέχος.

ΓΥΝΗ Η.

τί, ὦ κακόδαιμον, ἐξαπατᾷς αὖ τὸν ξένον;
οὗτος πανουργῶν δεῦρ' ἀνῆλθεν, ὦ ξένε,
ὡς τὰς γυναῖκας, ἐπὶ κλοπῇ τοῦ χρυσίου.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„βάΰζε, τοὐμὸν σῶμα βάλλουσα ψόγῳ. 895

---

que Helenae, quam agit, dissimillimum callide obtegat. Sed *καλυπτὸς* de femina versum prodit tragicum, quemadmodum in ipsa Helena est v. 816 *ὠνητὸς* (*ἐλπὶς*) *ἢ τολμητὸς ἢ λόγων ὕπο*; Comoedia, ut opinor, *καλυπτὴ* requirit, ut dixit Cratinus p. 73 ed. Runkel. *Μισηταὶ δὲ γυναῖκες ὀλίσβοισιν χρήσονται.* De tragicis nuper dixit Lobeckius ad Ajac. v. 224 ed. II.

V. 891. Ecce denuo tragicum versum, *γάμοισι Πρωτέως παιδὶ συμμῖξαι λέχος* suo periculo condidit Aristophanes. Aliis enim verbis Helena utitur apud Euripidem v. 62

— *παῖς ὁ τοῦ τεθνηκότος*
θηρᾷ γαμεῖν με.

V. 894. *ἐπὶ κλοπῇ τοῦ χρυσίου*] Mulier quum corrigere vellet mendacia captivi, ne ipsa quidem animum valde adtenderat. Mnesilochus enim speculator aderat Euripidis, non ut aureum ornatum mulierculis detraheret.

V. 895. *βάΰζε*] Rav. Junt. *βάΰζα*. Eadem Editio paullo supra v. 892 habet *αὐτὸν* pro *αὖ τόν*. Nihili est Reiskianum, *παῦσαι σὺ τοὐμὸν* —. Neque vero felicius a Kustero conjectum est, *τοὐμὸν ὄνομα*. Contra eum recte sane monet Brunckius, *τοὐμὸν σῶμα* personae loco poni, sed male addit, periphrasin rideri Euripidi usitatam. Quippe non Euripides solum ita loquitur in Alcest. v. 636 *οὐκ ἦσθ' ἄρ' ὀρθῶς τοῦδε σώματος πατήρ*, in Heraclid. v. 89 *οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε*, et ibid. v. 528 *ἥγεῖσθ' ὅπου δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε*, verum etiam tragici caeteri, ut Sophocles in Oedipo Rege v. 643

ξύμφημι· δρῶντα γάρ νιν, ὦ γύναι, κακῶς
εἵλησα τοὐμὸν σῶμα σὺν τέχνῃ κακῇ.

Quare ne Porsonus quidem scribere debebat, Aristophaneum versum aut Euripidis esse, aut ad imitationem ejus compositum. At nisi omnino tragicus hic esset trimeter, profecto neque *βαΰζειν* ab Aeschylo, neque personae periphrasis similiter a Sophocle usurpari potuisset. Quin etiam verba postrema, *βάλλουσα ψόγῳ* tam cum Sophocleo in Ajace 1244 *ἀλλ' αἰὲν ἡμᾶς ἢ κακοῖς βαλεῖτέ που* — comparari possunt, quam cum Euripidis loco Electr. 902 *νεκροὺς ὑβρίζειν, μή μέ τις φθόνῳ βάλῃ.*

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„ξένη, τίς ἡ γραῦς, ἡ κακορρροθοῦσά σε;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„αὕτη Θεονόη Πρωτέως.

ΓΥΝΗ Η.

μὰ τὼ θεώ.
εἰ μὴ Κρίτυλλά γ' Ἀντιθέου Γαργηττόθεν·

V. 896. Hujus quoque versus numeri tragici sunt. Verbum κακορρροθεῖν, quo etiam in Acharn. v. 551 ἅπασαν ἡμῶν τὴν πόλιν κακορρροθεῖ; utitur, apud unum exstat Euripidem Hippol. v. 340 τέκνον. τί πάσχεις; συγγόνους κακορρροθεῖς. et Alcest. v. 707 παῦσαι δὲ πρέσβυ, παῖδα σὸν κακορρροθῶν, non etiam apud Aeschylum, nec Sophoclem, qui in Electra v. 597 dixit,

ὡς τὴν μητέρα
κακοστομοῦμεν.

V. 897. αὕτη Θεονόη Πρωτέως] In Juntina versus totus Mnesilocho tribuitur. Tum bene Schol. Rav. ἣν εἶπεν Ὅμηρος Εἰδοθέαν, scilicet in Odyss. IV, 365

Πρωτέος ἰφθίμου θυγάτηρ, ἁλίοιο γέροντος,
Εἰδοθέη —.

Eurip. Helen. v. 8 sqq.

τίκτει δὲ τέκνα δισσὰ τοῖσδε δώμασι,
Θεοκλύμενον ἄρσεν', ὅς γ' ἀεὶ θεοὺς σέβων
βίον διήνεγκ', εὐγενῆ τε παρθένον
Εἰδώ, τὸ μητρὸς ἀγλάϊσμ', ὅτ' ἦν βρέφος.
ἐπεὶ δ' ἐς ἥβην ἦλθεν ὡραίαν γάμων,
καλοῦσιν αὐτὴν Θεονόην —.

In libris scriptum est, εἶδος, τὸ μητρὸς —· caeterum Εἰδώ, τὸ μητρὸς — verissime emendavit Matthiaeus.

V. 898. εἰ μὴ Κρίτυλλά γ'] Ravennas, εἰ μὴ Κριτύλλα γ' Ἀντιθέου Γαργηττόθεν, Augustanus, εἰμὶ κριτύλλα γ' Ἀντιθέου Γαργηττόθεν, Juntina, εἰ μὴ Κριτύλλα γ' ἀντὶ θεοῦ γὰρ γηττόθεν. Brunckius edidit, εἰμὶ Κριτύλλα γ' - . productionemque non ferendam inepte defendit. Satis infeliciter Bothius, εἰμὶ δὲ Κριτύλλα γ' —, et Dobraeus, ἐγὼ Κριτύλλα γ' —, Melius, neque ideo tamen vere,

μὰ τὼ θεώ·
ἀλλ' εἰμὶ Κριτύλλα γ' —

Reisigius in Conject. p. 106, Porsonus ad Eqq. v. 184 p. 86 ed. Dobr., id quod olim recepit Dindorfius. Disputavit de h. l. Elmslejus quoque ad Acharn. v. 47 non sine mira tamen inconstantia.

σὺ δ' εἶ πανοῦργος.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„ὁπόσα τοι βούλει, λέγε.

Modo enim restitui jubet, ἀλλ' εἰμὶ Κρίτυλλά γ', modo certissime reponendum esse dicit, εἰ μὴ Κρίτυλλά γ' modo futuros putat, qui malint ἀλλ' ἢ Κρίτυλλά γ', postremo ampliandum censet, fassus sibi parum liquere. Atqui certissimum est, scripsisse Aristophanem, εἰ μὴ Κρίτυλλά γ' ut nuper edidit etiam Dindorfius. Quum enim dixisset Mnesilochus, hanc Theonoen esse Protei filiam, modesta mulier tantum honorem recusans, per Cererem Proserpinamque, inquit: non sum equidem nisi Critylla Antithei filia, nein bei den zwei Göttinnen, ich bin nur die Kritylla, des Antitheos Tochter. Compara simillimos locos jam ab Elmslejo adhibitos Eqq. 185

μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν.
ΑΛ. μὰ τοὺς θεούς,
εἰ μὴ 'κ πονηρῶν γ'.

Ita enim praeclare Ravennas; Venetus contra ut vulgo εἰμ' ἐκ π., quo eodem vitio hic laborat Augustanus. Similiter in Lysistrata v. 942

οὐχ ἥδὺ τὸ μύρον μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτογί·
εἰ μὴ διατριπτικόν γε, κοὐκ ὄζον γάμων.

In omnibus his locis εἰ μὴ — γε vim habet graviter minuendi estque *tantummodo*. Praeterea et Codd. omnes et Edd. pro *Κρίτυλλα* habent *Κριτύλλα*, inepto accentu, quem correxerunt Elmslejus ac Dindorfius. Magnae vero hujus loci facetiae sunt, quas enucleabo, ut potero. Primum comoedia vetus veris ludere solet, non fictis temere personis. Quocirca fuisse tum Athenis Critylam quandam, filiam Antithei concedendum est. Jam vero lepida muliercula ita se negat Theonoen Protei filiam esse, ut tamen suo etiam genere superbiat. Non sum equidem *Theonoe*, inquit, veruntamen patre utor *Antitheo*, cui et ipsi nonnihil inest divini. Nimirum Theonoë, si Euripidem v. 13 audire placet, inde nomen acceperat,

καλοῦσιν αὐτὴν Θεονόην· τὰ θεῖα γὰρ
τά τ' ὄντα καὶ μέλλοντα πάντ' ἠπίστατο,
προγόνου λαβοῦσα Νηρέως τιμὰς πάρα.

Hanc igitur originationem suavissime irridet Aristophanes, ut alias tragicorum aliis in locis, Amphionis quidem in Thesmoph. secundis, Ἄμφοδον ἐχρῆν αὐτῷ τεθεῖσθαι τοὔνομα. Berglerum vero hic, ut saepe alias, injuria Brunckius reprehendit. Etenim Berglerus tametsi vitium ἀντὶ θεοῦ inepte defendit (praefert tamen etiam ipse Ἀντιθέου); optime tamen lusum ac similitudinem nominum Θεονόη —

„οὐ γὰρ γαμοῦμαι σῷ κασιγνήτῳ ποτὲ, 900
„προδοῦσα Μενέλεων τὸν ἐμὸν ἐν Τροίᾳ πόσιν.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„γύναι, τί εἶπας; στρέψον ἀνταυγεῖς κόρας.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„αἰσχύνομαί σε, τὰς γνάθους ὑβρισμένη.

Ἀντιθέου solus perspexit, appositeque contulit Acharn. 46 *ΑΜ. ἐγώ. ΚΗ. τίς ὤν; ΑΜ. Ἀμφίθεος. ΚΗ. οὐκ ἄνθρωπος; ΑΜ. οὔ· ἀλλ' ἀθάνατος γὰρ —.* Denique *Γαργηττόθεν* legit etiam Schol. Rav. *ἀπὸ δήμου τῆς Οἰνῇδος φυλῆς, ἔνθα τὸ Εὐρυσθέως ἀπόκειται σῶμα ἐν τῷ ἀκρωτηρίῳ. ἐπίρρημα δὲ τὸ Γαργηττόθεν.* Consimili modo Stephanus Byzantius atque Hesychius s. v. *Γαργηττός*, nisi quod hi recte scribunt, *δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς.*

V. 900. *σῷ κασιγνήτῳ*] Nempe apud Euripidem Theoclymenus, frater Theonoae, amore Helenam deperit. An vero etiam comica Theonoë, id est Critylla, Antithei filia fratrem habuerit turpem adspectu et alioquin infamem, nescio (nemo enim testis est); attamen si bene Aristophanem novi, magnopere id suspicor. Bene vero Berglerus Euripidis versum adtulit in Phoeniss. 1673 *ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῷ ποτέ.*

V. 901. Iterum hic profecit ex Helena v. 54

— κατάρατός εἰμι, καὶ δοκῶ προδοῦσ' ἐμὸν
πόσιν συνάψαι πόλεμον Ἕλλησιν μέγαν.

Jam vero Rav. Aug. Junt. *μενέλαον* exhibent. Sed metri causa *Μενέλεων* legendum est cum Kustero, Bentlejo, Brunckio, Dindorfio. Codex Augustanus, *προδοῦσα Μενέλαον ἐμὸν ἐν Τροίᾳ πόσιν*, videlicet ex inepta metrici alicujus conjectura. Infelix est correctio Bothii, *προδοῦσα τὸν ἐμὸν Μενέλεων Τροίᾳ πόσιν.* Nec scribere licet, *προδοῦσ' ἐμὸν Μενέλαον ἐν Τροίᾳ πόσιν*, quum articulus a correctore perperam deletus fidem habeat antiquitatis.

V. 902. *στρέψον ἀνταυγεῖς κόρας*] Omitti non debuerat Suidae glossa, *Ἀ. κ. Στρέψον ἀνταυγεῖς κόρας. ἀντὶ τοῦ τὰς κόρας σου ἀντιπροσώπους μοι στρέψον.* Quae sumta sunt a Schol. Ravennate. Percussit autem Euripidis animum nomen Menelai, cujus personam suscepit ipse. Quare nunc Helenam suam vetulam cupit contra tueri.

V. 903. Mnesilochus, cui supra v. 221 sqq. crudeliter sane a genero barba rasa est, vix jam audet vultum attollere. Schol. Rav. *ἐπειδὴ ξυρηθεὶς ἦν.* Juvabit conferre Eurip. Hecub. 968

αἰσχύνομαί σε προσβλέπειν ἐναντίον,
Πολυμῆστορ, ἐν τοιοῖσδε κειμένη κακοῖς.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„τουτὶ τί ἐστιν; ἀφασία τίς τοί μ᾽ ἔχει.
„ὦ θεοὶ, τίν᾽ ὄψιν εἰσορῶ; τίς εἶ, γύναι;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„σὺ δ᾽ εἶ τίς; αὐτὸς γὰρ σὲ κἄμ᾽ ἔχει λόγος.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„Ἕλληνὶς εἶ τις, ἢ ᾽πιχωρία γυνή;

V. 904. ἀφασία] Antiatticista Bekkeri p. 83, 9 Ἄφασία: Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις. καὶ ὁ ποιητής· δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε. Nempe is respondet inepto atticistarum decreto, quod servavit Thomas M. p. 134 Bern. Ἀφωνία: οὐκ ἀφασία. Locus Homeri est in Il. 17, 695. sive in Od. 4, 704. Ἀφασία de stupore dicitur, qui vocem intercludat usque eo, ut vox haereat faucibus. E tragicis poëtis unus Euripides verbum optimae notae suscepit, velut in ipsa Helena v. 549 — ἔκπληξιν ἡμῖν ἀφασίαν τε προστίθης, et in Hercule Furente v. 515

ΜΕΓ. ἔα.
ὦ πρόσβυ, λείσσω τἀμὰ φίλτατ᾽; ἢ τί φῶ;
ΑΜΦ. οὐκ οἶδα, θύγατερ· ἀφασία δὲ κἄμ᾽ ἔχει,

qui quidem locus nostro simillimus est. Sic etiam alter Euripides in Iphig. Aul. v. 837 ποίους γάμους φῄς; ἀφασία μ᾽ ἔχει γύναι. Fuit etiam scriptor pedestris, cui mire placeret verbum poëticum, Herodianus, cujus locos ex parte tantum designatos vide in H. Steph. Thesauro L. G. p. 9945 ed. Lond.

V. 905. Paullum immutatur versus Helenae 557 ΜΕΝ. τίς εἶ; τίν᾽ ὄψιν σὴν, γύναι, προσδέρκομαι; sed diffingitur tamen more Euripideo. Nam vide mihi Helenam v. 72 ὦ θεοί, τίν᾽ εἶδον ὄψιν; v. 560 ὦ θεοί· θεὸς γὰρ καὶ τὸ γιγνώσκειν φίλους, Orest. v. 385 ὦ θεοὶ, τί λεύσσω; τίνα δέδορκα νερτέρων; Ita saepe Euripides deos ab iis facit invocari, qui se invicem adgnoscunt, ut etiam in Iphig. Taur. v. 780 Pylades clamat, ὦ θεοί, agnita Iphigenia.

V. 906. αὐτὸς] αὐτὸς libri apud Aristophanem et Euripidem, ubi Helena hunc versum totidem literis recitat, posteaquam dixit Menelaus, τίς εἶ; — προσδέρκομαι; Praeterea confer Medeam v. 252 ἀλλ᾽ οὐ γὰρ αὐτὸς πρὸς σὲ κἄμ᾽ ἥκει λόγος.

V. 907. Apud Euripidem libri perridicule,

ΕΛ. σὺ δ᾽ εἶ τίς; αὐτὸς γὰρ σὲ κἄμ᾽ ἔχει λόγος.
ΜΕΝ. οὐπώποτ᾽ εἶδον προσφερεστέραν δέμας.
ὦ θεοί· θεὸς γὰρ καὶ τὸ γιγνώσκειν φίλους.
ΕΛ. Ἑλληνίς· ἀλλὰ καὶ τὸν σὸν θέλω μαθεῖν.

Sed Jerem. Marklandus ad Eurip. Suppl. v. 189. „Utar occasione,

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„Ἕλληνίς. ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν θέλω μαθεῖν.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„Ἑλένη σ᾽ ὁμοίαν δὴ μάλιστ᾽ εἶδον, γύναι.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„ἐγὼ δέ Μενελάῳ σ᾽, ὅσα γ᾽ ἐκ τῶν ἰφύων. 910

---

inquit, restituendi alium versum, Helen. 568 ubi visa in Aegypto Helena Menelaus obstupescens quaerit ab ea, Ἑλληνὶς εἶ τις, ἢ ᾽πιχωρία γυνή; Cui ilia respondet, Ἑλληνίς· ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν θέλω μαθεῖν. In vulgatis deest prior versus, adeo ut Helena respondeat sine quaestione. Eum restitui ex Aristophanis Thesmophoriaz. ver. 914.“ Cui neminem puto fore, quin lubens adsentiatur. Et adsensi sunt Musgravius, Matthiaeus, Porsonus, Pflugkius aliique. Ac Musgravius quidem nostrum versum detectum esse dicit felicissima Marklandi sagacitate; Porsonus autem similiter sane, hunc versum Euripidi felicissima sagacitate a Marklando restitutum esse confirmat. Sed idem Musgravius bene vidit, ante v. 560 Helenae personam deesse Euripidemque scripsisse in hunc modum,

ΕΛ. σὺ δ᾽ εἶ τίς; αὐτὸς γὰρ σὲ κἄμ᾽ ἔχει λόγος.
ΜΕΝ. οὐπώποτ᾽ εἶδον προσφερεστέραν δέμας.
ΕΛ. ὦ θεοί· θεὸς γὰρ καὶ τὸ γιγνώσκειν φίλους.
ΜΕΝ. Ἑλληνὶς εἶ τις, ἢ ᾽πιχωρία γυνή;
ΕΛ. Ἑλληνίς· ἀλλὰ καὶ τὸν σὸν θέλω μαθεῖν.

Hic Aristophanes nonnullos versus ad verba retinuit, omissis tamen duobus 559 et 560.

V. 908. Modo dixi, hunc quoque versum huc ex Helena nihil mutatum redundasse. Praeterea comparare licet Troad. v. 63 μάλιστ᾽· ἀτὰρ δὴ καὶ τὸ σὸν θέλω μαθεῖν —,

V. 909. Verba Menelai apud Euripidem v. 563. Recte εἶδον ab Euripide sumserunt Brunckius, Porsonus et caeteri; apud Aristophanem enim libri vel ἴδον, ut Juntina, vel ἰδὸν ut Ravennas. Lepide vero, judice etiam Berglero, Musilochus senex capularis propter vestem meliebrem cum femina una omnium pulcherrima, Helena comparatur.

V. 910. Helena apud Euripidem v. 564 ἐγὼ δὲ Μενελάῳ γέ σ᾽· οὐδ᾽ ἔχω τί φῶ. Sed in Aristophane ἐγὼ δὲ μενελαον ὅσα γ᾽ ἐκ τῶν ἀφύων Ravennas, simillimeque ἐγὼ δὲ Μενέλαον ὅσα γ᾽ ἐκ τῶν ἀφίων Augustanus atque Juntina. Jam Kusterus totum paene Euripidis versum recepit ediditque, ἐγὼ δὲ Μενέλαόν γέ σ᾽, οὐδ᾽ ἔχω τί φῶ, qui ipse tamen scribere volebat, ἐγὼ δὲ Μενελάῳ, ut ex adnotatione ejus adparet. Berglerus autem confisus his

verbis Bourdini, ἐκ τῶν ἀφύων] ὀφρύων, scribendum putabat, ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ', ὅσα γ' ἐκ τῶν ὀφρύων, neque enim semper omnia Euripidis verba retineri. Praeterea Reiskius quoque pro ἀφύων reponit ὀφρύων caeteris servatis, atque adeo Bentlejus satis habet observare, Andream Divum legere ὀφρύων voluisse. Optime vero Brunckius docuit, neque Euripidis verba in versum comicum transfundenda esse, et insulse hic absurdeque dici, ὅσα γ' ἐκ τῶν ὀφρύων. Imo Aristophanem scripsisse, quemadmodum est apud Suidam, ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ', ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων, ultimamque tragici versus partem risus causa mutasse cum quadam soni similitudine, τί φῶ — ἰφύων, ut Euripidi generis obscuritatem matremque oleris venditricem more suo objicere posset: ἴφνον enim oleris agrestis speciem fuisse, cujus iterum meminisse Comicum in Phoenissis (p. 196 ed. G. D.)

Εἰκὸς δήπου πρῶτον ἁπάντων
ἴφυα φῦναι
καὶ τὰς κραναὰς ἀκαλήφας.

Verum Brunckius luculentam emendationem Piersono acceptam refert ad Moerin p. 7. Is enim praefatus, elegantiae comicae vestigia a Kustero penitus deleta esse, ita scribendum censuit, ἐγὼ δὲ Μενέλεων (vel Μενελέῳ σ') ὅσα γ' ἐκ τᾶν ἰφύων; olera enim agrestia vendidisse matrem Euripidis, eamque rem crebro ab Aristophane inculcari. Vide supra ad v. 455, 456. Utitur autem Piersonus Suidae auctoritate, Ἰφύη: εἶδος ἀγρίου λαχάνου· Ἀριστοφάνης· ἐγὼ δὲ μενέλεων ὅσον ἐκ τῶν ἰφύων. Quae verba in fabulis superstitibus inveniri negat Kusterus. Pessime: ducta sunt enim e Schol. Rav. ad hunc ipsum locum, δέον εἰπεῖν ἐκ τῶν ὄψεων (male interpretatur), εἶπεν ἐκ τῶν ἰφύων. ἰφύον δέ ἐστιν εἶδος ἀγρίου λαχάνου, ὅτι Εὐριπίδης λαχανοπώλιδος Κλειτοῦς υἱωνὸς ἦν δηλονότι. At scribere debebat grammaticus, λαχανοπώλιδος Κλειτοῦς υἱός, non υἱωνός, quemadmodum est in eisdem scholiis supra ad v. 1 Εὐριπίδου γυνὴ μὲν Χοιρίνη, μήτηρ δὲ Κλειτώ. Quae quum ita sint, legendum videtur, ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ' (ut est apud Euripidem, non Μενελέῳ σ'), ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων, ego vero te Menelao simillimum vidi, quantum conjicio e lavendula. Ita saepius ὅσα γε *quantum quidem* significat, ut in Nubib. 1233 οὐχ· ὅσον γέ μ' εἰδέναι, Pac. v. 857 ὅσα γ' ὦδ' ἰδεῖν, Lucian. in Jove Trag. c. 10 οὐχ· ὅσα γε, ὦ Ἀφροδίτη, κἀμὲ ὁρᾶν. Confer etiam Eccles. 350 ὅτι κἄμ' εἰδέναι, Thucyd. VI, 25 ὅσα μέντοι ἤδη δοκεῖν αὐτῷ, τριήρεσι μὲν οὐκ ἔλασσον ἢ ἑκατὸν πλευστέα εἶναι, et Eurip. Iphig. Taur. 613

καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ, ξένοι,
ἀνάδελφός εἰμι, πλὴν ὅσ' οὐχ ὁρῶ σάνιν.

Sed quid hoc est, *quantum e lavendula agresti colligo?* Piersonus quidem statuit, Euripidem hac in scena prodisse corona ex oleribus agrestibus ornatum, Bothio autem hujus plantae folia in manu tenuisse Euripides videtur, vel iis caput pectusve cinctum habuisse. Falluntur. Nam id quidem ne fieri quidem potuit, quum personatus

Menelaus modo foedum fecisset naufragium. Omnino hic non expendendum est, quidnam oculis subjectum sit, sed quid mentis acie intelligatur. Nam illud inprimis agit Comicus ut Euripidi natalium sordes exprobret. Quare hunc novum Menelaum a Clito editum esse dicit, quae nimirum olera vendebat. Facete vero ruri inter olera natus est Menelaus, nobilissimus rex Spartae. Caeterum paene omisi Porsonum, qui primum bene refutat Kusteri audaciam; neque enim in Codd. tantopere hunc versum degenerare potuisse. Quocirca potius censet, Mnesilochum quum dixisset, *ἐγὼ δὲ Μενελάῳ γέ σ'*, praeter exspectationem addidisse, *ἐκ τῶν ἰφύων, Ego vero te Menelao similem duco, isti scilicet Menelao qui ex ἰφύων* (sic) *venit.* Non obscurum est, Porsonum duas posuisse conjecturas, quas mihi quoque olim oblatas certo judicio damnavi. Primum scilicet affert vir summus, *ἐγὼ δὲ Μενελάῳ γέ σ' ἐκ τῶν ἰφύων.* Ac profecto speciose et ego ipse et Porsonus: nam et initium *ἐγὼ δὲ Μενελάῳ γέ σ'* his ipsis verbis apud Euripidem est, et Codicum Aristophaneorum scripturam *Μενέλαον ὅσα γ' ἐκ* sic interpretari licet, *Μενέλαω σέ γ' ον ἐκ* i. e. *Μενελάῳ σέ γ' ἐκ.* At quoniam *ὅσα γ' ἐκ* percommode dicitur, neque omnia semper Euripidis verba retenta sunt, nolim equidem discedere a vulgatis quae et ipsa ambiguis Codicum scripturis defendas, *ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ', ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων.* Alio tempore conjeci, *ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σέ γ', ὃς ἐκ τῶν ἰφύων*, atque etiam Porsonus ita haec vertit latine, quasi id ipsum legisset. Attamen Comicus tum dicere maluisset usitata ratione, *Μενελάῳ τῷ ἐκ τῶν ἰφύων*, Menelao ex oleribus agrestibus quasi oriundo. Sic in Nubibus v. 1066 pulcherrime restituit Reisigius, *Ὑπέρβολος δ' οὐκ τῶν λύχνων —*, nec dubito, quin in eadem fabula v. 37 scribendum sit, *δάκνει με δήμαρχός τις οὐκ τῶν στρωμάτων.* Vulgo ad hoc genus revocant etiam Avv. 13

ἦ δεινὰ νὼ δέδρακεν οὐκ τῶν ὀρνέων,
ὁ πινακοπώλης Φιλοκράτης μελαγχολῶν,
ὃς τώδ' ἔφασκε νῷν φράσειν τὸν Τηρέα,
τὸν ἔποφ', ὃς ὄρνις ἐγένετ' ἐκ τῶν ὀρνέων.

Verum enimvero reponendum est, *οὐκ τῶν Ὀρνεῶν:* librorum enim scriptura *οὐκ τῶν ὀρνέων* temere adsumta est e v. 16. Namque Aristophanes more suo loquens ambigue Philocratem dicit *τὸν ἐκ τῶν Ὀρνεῶν* tum idcirco, quod auceps fuerit avesque suas vendiderit, quasi dicas hominem ex avium foro oriundum, tum vere etiam ad oppidum Argolicum Orneas adlusit. Etenim vel ideo Philocrates Orneates adpellatur, quod non legitimus civis, sed homo fuerit peregrinus, vel etiam quod expeditioni Atheniensium duobus fere annis ante adversus Orneatas susceptae interfuit, quam descripsit Thucydides VI, 7. Non magis aut graeci interpretes aut nostri illa verba perceperunt, *ὃς ὄρνις ἐγένετ' ἐκ τῶν ὀρνέων*, h. e. Tereum upupam, *qui Rex avium factus est ab aviculis.* Nempe *Ὄρνις* hic est rex avium. Reliquae omnes non sunt nisi *ὄρνεα*, aviculae, ille unus *Ὄρνις* tan-

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„ἔγνως ἄρ' ὀρθῶς ἄνδρα δυστυχέστατον.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„ὦ χρόνιος ἐλθὼν σῆς δάμαρτος ἐς χέρας,
„λαβέ με, λαβέ με, πόσι,
„περίβαλε δὲ χέρας.

---

quam Ὄρνις βασιλεύς. Adeo Tereum, qui olim Thraciae rex fuerat, nunc upupam inter aves regnare facit Aristophanes, Ita vero upupa ὄρνις vocatur etiam v. 336 πρὸς μὲν οὖν τὸν Ὄρνιν ἡμῖν ἔστιν ὕστερος λόγος, quem versum e Suida interpolandum esse nego.

V. 911. ἔγνως ἄρ' ὀρθῶς] Euripides v. 565 eisdem verbis ἔγνως γὰρ ὀρθῶς ἄνδρα δυστυχέστατον. Quin tu scribas censeo ex Aristophane, ἔγνως ἄρ' ὀρθῶς —, id quod ab editoribus tragici miror neglectum.

V. 912. Euripides v. 566 ὦ χρόνιος ἐλθὼν σῆς δάμαρτος ἐς χέρας idque totum in Aristophanem editores transtulerunt. Enimvero Cod. Aug. et Juntina ἐς χάρας exhibent, idque ipsum Ravennati tribuit Invernizzius merito; perverse enim I. Bekkerus Ravennati hic ἐς χέρας, mox autem v. 914 περίβαλλε δὲ χάρας adsignat. Ita interdum Comici ludunt, ut interpreti criticoque honor praefandus sit. Veluti nostro in loco si quidquam Codicibus tribuendum est, Aristophanes Euripideum σῆς δάμαρτος ἐς χέρας sic videtur immutasse, ut potius scriberet, σῆς δάμαρτος ἐσχάρας. Nam ἐσχάραι labia cunni significant, ut in Equitibus v. 1283 καὶ κυκῶν τὰς ἐσχάρας, ad quem l. recte Schol. et ex eo Suidas, ἐσχάρας] τὰ χείλη τῶν γυναικείων αἰδοίων. Ac ne forte σῆς δάμαρτος ἐσχάραν scribendum esse censeas, scito in errore versari et Hesychium, Ἐσχάραι: — καὶ αἱ τῶν γυναικῶν φύσεις, et Eustathium p. 1523, 29 δῆλον δ' ὅτι ἐσχάραν καὶ τὸ γυναικεῖον ἐκάλουν μόριον et Photium p. 23, 13. Vere enim observat Tho. Munkerus apud Albertium ἐσχάρας a medicis vocari solere κοῖλα ἕλκη ἐν τῷ σώματι, unde ἐσχάραι primum cunni labia, deinde omnem naturam muliebrem designant. Jam vero Berglerus, qua est diligentia, percommode adtulit Eurip. Electr. 1156

— μέλεον ἃ πόσιν
χρόνιον ἱκόμενον εἰς οἴκους —,

Phoeniss. 367

πολύδακρυς δ' ἀφικόμην,
χρόνιος ἰδὼν μέλαθρα —,

postremo Aristoph. Pac. 317 — ἦν ἅπαξ ἐς χεῖρας ἔλθῃ τὰς ἐμάς, ubi plura collegit vir egregius.

V. 913—915. Fugit interpretes, hunc quoque locum ex He-

„φέρε, σε κύσω· ἄπαγέ μ', ἄπαγ', ἄπαγ', ἄπαγέ με 915

---

lena adumbratum esse. Ipsa enim Helena, quam nunc agit Mnesilochus, agnito ut hic marito similiter sane canit v. 627

ἔλαβον ἀσμένα πόσιν ἐμὸν, φίλαι,
περιπετάσασα χέρα
φίλιον ἐν μακρᾷ φλογὶ φαεσφόρῳ.

Praeterea Comicus, cujus est miscere diversa, crebra repetitione verbi ἄπαγε nos admonet alius loci v. 650, ubi eadem Helena,

πόσιν ἐμὸν γὰρ ἔχομεν ἔχομεν, ὃν ἔμενον
ἔμενον ἐκ Τροίας πολυετῆ μολεῖν.

Denique syllabas tantum non omnes solvit ridens Euripidem, in quo eisdem fere modis lacrimosa ac flebilis Helena v. 694

ἐμὲ δὲ πατρίδος ἄπο κακόποτμον ἀραίαν
ἔβαλε θεὸς ἀπό τε πόλεος ἄπο τε σέθεν,
ὅτι μέλαθρα λέχεά τ' ἔλιπον οὐ λιποῦσ'
ἐπ' αἰσχροῖς γάμοις.

Quapropter Scholiastae Rav. memoria, καὶ ταῦτα ἐκ τῆς Ἑλένης, καὶ καθόλου τὰ πλεῖστα non ad versus 911, 912 pertinet, sed recte ab I. Bekkero ad v. 913 revocata est. Sed Euripidis comparatio non solum ad agnitionem jucunda est, verum etiam manifesto declarat, versus hosce pro dochmiacis habendos esse. Metro autem rite constituto perfacilis erit lectionum dijudicatio. Nam primum v. 913 optime Brunckius verbum πόσι in Editionibus omissum e Cod. Aug. adjecit, ad quem nunc accedit etiam Ravennas. Ac nihil dubito, quin πόσι legatur etiam in Juntina: unde enim pervenisset in Ed. Batavam minorem atque Kusteri? Deinde v. 914 περίβαλλε δὲ χέρας libri omnes dederunt, etiam Rav., cui Bekkerus pro χέρας per errorem χάρας tribuit. At quotusquisque non videt, περίβαλε rescribendum esse? Et sic tacite correxit Bisetus, nihil ille de dochmiis suspicatus, et qui vere de metro judicavit, Bothius. Postremo v. 915 post κύσω in Juntina caeterisque Edd. veteribus exstat, ἄπαγέ μ', ἄπαγ' ἄπαγέ με. At recte Brunckius scripsit, ἄπαγέ μ', ἄπαγ', ἄπαγ', ἄπαγέ με e Cod. Aug., quocum consentit Ravennas. Miror tamen integrum senarium in his a Brunckio quaesitum esse, dipodias pueriliter metiente

φέρε σε κύσω· | ἄπαγέ μ' ἄπαγ' ἄ | παγ' ἄπαγέ με.

At vero et tragici locus, qui imitatione exprimitur, et dochmii modo antegressi, et creberrimae solutiones minime illae in senario ferendae nullo modo sinunt dubitare, quin versus dimetro constet dochmiaco. Magis vero illud demiror, lectionem Juntinae a Bothio restitui potuisse, qui metrum dochmiacum rite agnovisset. Caeterum Mnesilo-

„λαβὼν ταχὺ πάνυ.

ΓΥΝΗ Η.

κλαύσετ᾽ ἄρα νὴ τὼ Θεώ,
ὅστις σ᾽ ἀπάξει, τυπτόμενος τῇ λαμπάδι.

---

chus, dum haec dicit, Euripidem praeeuntem sequitur atque e templo conatur aufugere. Bene enim Schol. Rav. ταῦτα λέγει ἀκολουθῶν αὐτῷ καὶ βουλόμενος ἐκφεύγειν.

V. 917. τῇ λαμπάδι] Satis obscure ad h. l. Schol. Rav. τὸ χ. παράκειται τῷ στίχῳ. καί φησι Καλλίστρατος, οὐ τῇ λαμπάδι εἶπεν, ἀλλὰ νὴ τῇ δαδί, ὡς δῆλον εἶναι ὅτι ἑκατέρως ἔλεγον. ἀνάξιος δὲ ἂν εἴη ὁ Καλλίστρατος πιστεύεσθαι ὡς ἂν περὶ διδασκάλου τοῦ Ἀριστοφάνους λέγων. Scribendum videtur, οὐ τῇ λαμπάδι εἶπεν, ἀλλὰ τῷ δαδίῳ, ὡς —. Res enim, ut opinor, sic comparata est. Vetus fuit de discrimine vocum λαμπὰς et δᾷς grammaticorum controversia, cui Athenaeus XV, 700, f. Φιλύλλιος δὲ τὰς λαμπάδας δᾶδας καλεῖ, Hesychius s. Δᾶδα, Δᾶδας, Δᾷς, aliique indicio sunt. Ita vero etiam nostro in versu pro τῇ λαμπάδι nonnulli scribebant τῷ δαδίῳ. Eo igitur Callistratus signum χ. retulit lectionemque τῷ δαδίῳ probavit, ideo quod Aristophanes ostendere voluerit, inter verba λαμπὰς atque δᾷς nihil discriminis intercedere: supra enim v. 280 atque 655 de eadem re positum est λαμπάς. Cui optime alius grammaticus ita occurrit, ut Aristophanem neget ludi magistrum fuisse, cujus est verborum discrimina indagare. Quae si recte disputata sunt, Callistratus et alii fortasse grammatici hic legebant τυπτόμενος τῷ δαδίῳ, pessime; quid enim vult sibi ista vocis deminutio? Sed utcunque demum de hoc scholio existimaveris, certe Aristophanes dicitur comicus, non grammaticus. — Ita fere difficilem locum interpretatus sum in l. De Aeschyli Eumenid. P. I. p. 133, sed opinio me ista fefellit saltem de postremis; nam de initio scholii anceps judicium est. Namque inter discipulos Aristophanis Byzantii, qui Alexandriae scholam grammaticam aperuerat, (Cf. Wolfius Prolegomm. ad Homer. p. CCXVI sqq.) Callistratus noster diserte refertur ab Athenaeo I, 21, c. Καλλίστρατός τε ὁ Ἀριστοφάνειος, et iterum VI, 263, e. λέγει δὲ καὶ Καλλίστρατος ὁ Ἀριστοφάνειος —. Similiter in Schol. ad Aves v. 1620 (1619) οἱ — περὶ Ἀριστοφάνη non unum Aristophanem Byz. declarant, sed ipsum cum discipulis maximeque Callistrato, adsiduo nostri poëtae interprete. Ex eodem ludo prodierant Diodorus, Artemidorus ὁ Ψευδαριστοφάνειος (Athenaeus I, 5 b.) Agallias Corcyraeus aliique grammatici, in his magnus ille Aristarchus. Quae quum ita sint, scholium nostrum ita potius videtur legendum esse, τὸ χ. παράκειται τῷ στίχῳ. καί φησι Καλλίστρατος, ὅτι τῇ λαμπάδι εἶπεν, ἀλλὰ μὴ τῇ

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„σὺ τὴν ἐμὴν γυναῖκα κωλύεις ἐμὲ,
„τὴν Τυνδάρειον παῖδ', ἐπὶ Σπάρτην ἄγειν;

ΓΥΝΗ Η.

οἴμ', ὡς πανοῦργος καὐτὸς εἶναί μοι δοκεῖς, 920
καὶ τοῦδέ τις ξύμβουλος. οὐκ ἐτὸς πάλαι
ἠγυπτιάζετ'. ἀλλ' ὅδε μὲν δώσει δίκην.
προσέρχεται γὰρ ὁ πρύτανις, χὠ τοξότης.

δαδὶ, ὡς δῆλον εἶναι ὅτι ἑκατέρως ἔλεγον. ἀνάξιος δὲ ἂν εἴη ὁ Καλλίστρατος πιστεύεσθαι, ὡς ἂν περὶ διδασκάλου τοῦ Ἀριστοφάνους λέγων. Tum Callistratus communem omnium librorum scripturam τῇ λαμπάδι et ipse defendet, ostendetque, poëtam τῇ λαμπάδι neque vero τῇ δαδὶ dixisse, ut adpareret eos falli grammaticos, qui hisce verbis vim diversam subjecissent. Ultima autem verba nunc ita sine dubio interpretor: *fide indignus est hic quidem Callistratus, utpote qui de magistro suo Aristophane Byz. loquatur.* Nempe Callistratus, quod e multis indiciis colligi recte possit, unice deditus erat doctori suo Aristophani: quem ubi defenderet collaudaretve, partium studio et amore viri impeditus minus acute cernebat et nimium facile labebatur. Omni enim tempore eae scholae, quae nihil aliud quam laudari in ephemeridibus cuperent et principatum nescio quem temere adfectarent, non solum communi bono multum nocuerunt, verum etiam obfecerunt ipsae laudibus suis, ignarae, in literis unicam regnare veritatem.

V. 920. οἴμ' ὡς] οἰμ' ὡς Juntina. Male vero huc ad v. πανοῦργος revocatur schol. Rav. οὐ κυρίως, ἀλλ' οἷον κενόβουλος. Tu scribe κοινόβουλος; hoc enim scholium ad verbum ξύμβουλος v. 921 pertinet. Ξύμβουλος, inquit grammaticus, non propriam vim habet, ut is sit, qui alteri consilia det, sed eum designat, qui eodem quo alius animo sit voluntateque.

V. 922. ἠγυπτιάζετ'·] Minus bene Schol. R. ἐπανουργεῖτε, ὡς δὴ — τῶν Αἰγυπτίων πανούργων ὄντων. Imo jam Kusterus vidit, id verbi ambigue dictum esse, ut tam *Aegyptum loqui* significet, quam illi supra identidem memoraverant, quam *Aegyptiorum fraudulentiam imitari.* Αἰγυπτιάζειν enim est dolos Aegyptiorum fraudesque aemulari. Evolve H. Stephani Thesaur. L. G. p. CCCVII ed. Londin., et adde locis ibi coacervatis Stephanum Byzantium s. Αἴγυπτος atque grammaticum Bekkeri Anecd. p. 354, 13.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τουτὶ πονηρόν· ἀλλ' ὑπαποκινητέον.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἐγὼ δ' ὁ κακοδαίμων τί δρῶ;

V. 924. *ὑπαποκινητέον*] Idem verbum jam a Brunckio restitutum est in Avibus v. 1008 *κἀμοὶ πιθόμενος ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ*.

V. 926. *οὐ γὰρ προδώσω σ' | οὐδέποτ', ἥνπερ ἐμπνέω*] Similis versus legitur in Ecclesiaz. 1075 *ὡς οὐκ ἀφήσω σ' | οὐδέποτ'. ΓΡ. Α. οὐδὲ μὴν ἐγώ.* In neutro enim altera placet caesura post septimum pedem *οὐδέποτ'*, quippe quae anapaestum ipsum violentius dissecare videatur. At secundum caesuram penthemimerem nihil quidquam immodulati in his versibus residebit. Tamen Elmslejus ad Acharn. v. 127 attrectare utrumque versum ausus est, miro argumento quod in senariis comicis rarissime anapaestum inchoet *ἄν, γὰρ δέ, μέν, ἄρα* aut ulla enclitica. Quare nostro loco mavult, *οὐ γὰρ προδώσω οὐδέποτέ σ', ἥνπερ ἐμπνέω.* Dindorfius autem id ipsum quum hic recepit, tum alterum locum male ab Elmslejo tentatum eodem corrigit exemplo, *ὡς οὐκ ἀφήσω οὐδέποτέ σ' ΓΡ. Α. οὐδὲ μὴν ἐγώ.* At utrobique sententia repugnat, quae *οὐδέποτ'* acui jubet vocem gravissimam. Caeterum facile concedo, crasin vocalium *ω οὐ* saepius temere a librariis sublatam esse. Pepercerunt ei tamen supra v. 269 *βάδιζε τοίνυν. ΜΥ. μὰ τὸν Ἀπόλλω οὔκ, ἢν γε μὴ* , Ran. 508 *κάλλιστ', ἐπαινῶ. Θ. μὰ τὸν Ἀπόλλω οὐ μή σ' ἐγὼ —.* et in Lysistrata v. 1171 *οὐ τῶ σιὼ, οὐχὶ πάντα γ' ὦ λυσσάνις.* Contra magnas turbas eidem concitarunt alibi, ut in Nubibus v. 1377 *κἀγὼ οὐκέτ' ἐξηνεσχόμην ἀλλ' εὐθὺς ἐξαράττω —.* In Eqq. v. 340 libri omnes exhibent, *οἶμοι διαῤῥαγήσομαι. ΑΛΛ. καὶ μὴν ἐγώ σ' οὐ* (vel *ἐγώ σε οὐ*) *παρήσω.* Profecto miramur, Bentlejum, Porsonum, Brunckium, Dindorfium correxisse, *καὶ μήν σ' ἐγὼ οὐ παρήσω*, collocatione pronominis *σ'* minime eleganti. Imo poëta dixerat sine ullo accusativo, *καὶ μὴν ἐγὼ οὐ παρήσω atqui ego non patiar*, librarii autem *σ'* addiderunt, ut in Nubibus v. 344 pro *ἄττ' ἂν ἔρωμαι* temere scribunt, *ἄττ' ἄν σ' ἔρωμαι.* Porro in Ecclesiaz. v. 776 legitur, *μὰ τὸν Ποσειδῶ γ' οὐδέποτ', ἀλλὰ βασανιῶ* non sine turpi vitio. Recte vero Porsonus, Elmslejus, Dindorfius, *μὰ τὸν Ποσειδῶ οὐδέποτέ γ' ἀλλὰ βασανιῶ*, sicuti est in Lysistr. 252 *μὰ τὴν Ἀφροδίτην οὐδέποτέ γ'· ἄλλως γὰρ ἄν —.* De crasi apud Aristophanem subtiliter disputavit Reisigius in Syntagm. Crit. p. 18 sqq., restituitque *μέντοὔφασκεν*, Eccles. 431, *καίτοὔστιν* Vesp. 599, *ἐγὼχόμην* Eccles. 572, et alia quaedam, pessime vero mutavit *περιὠψομἀπελθόντ'* Ran. v. 509. Jam in Nubibus v. 900 scribendum est cum Herman-

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

μέν' ἥσυχος. 925
οὐ γὰρ προδώσω σ' οὐδέποτ', ἥνπερ ἐμπνέω,

---

uo, ἀλλ' ἀνατρέψω 'γὼ αὖτ' ἀντιλέγων. Praeclare vero Raspius Demis Eupolideis p. 116 Runk. aliam crasin vindicavit, *Αὕτη νεανίσκοὔντος ἐπεθύμησέ μου*, hoc est *νεανίσκου ὄντος*.

Ibidem. *ἥνπερ ἐμπνέω*] Ravennas *ἐνπνέω* pro *ἐμπνέω*. Bruuckius dicit, pro *ἥνπερ ἐμπνέω si modo vixero* scribi etiam potuisse *ἔστ' ἂν ἐμπνέω quoad vivam*. Cui fortasse tales loci obversabantur, qualis hic est Platonis in Apologia p. 115 Bekk. — *καὶ ἴσως περ ἂν ἐμπνέω καὶ οἷός τε ὦ οὐ μὴ παύσομαι φιλοσοφῶν* —. Verum et Lexicographi de vera potestate vocum *ἔμπνους, ἐμπνεῖν* tacent, nec quisquam alius aperuit, quid inter *ἐμπνεῖν* et *ζῆν* differre videatur. Utrumque igitur verbum vivendi habet notionem, cui mors opposita est; sed *ζῆν* atque *ζῶν* omne vitae spatium complectitur, a qua mors longo disjuncta intervallo cogitatur; *ἐμπνεῖν* vero et *ἔμπνους* extremum vitae actum significare solet, cui sic mors opponitur ut mox sequutura. Quare et hic egregie senex Euripides, si modo spirabo, inquit, si modo quidquam in me erit vitae, et apud Platonem Socrates aetate confectus: dum anima spirabo mea, philosophari non desinam. Simillime Cicero De Nat. Deor. III, 40 dum quidem spirare potero. Ita saepissime *ἔτ' ἔμπνους* homo dicitur moribundus, ut in Phalaride Luciani I, 12 *ζῶντα καὶ ἔτι ἔμπνουν ὄντα* Perilaus, Pausanias apud Thucydidem I, 134 — *ἐξάγουσιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἔτι ἔμπνουν ὄντα, καὶ ἐξαχθεὶς ἀπέθανε παραχρῆμα*, Brasidas apud eundem V, 10 *ἐς τὴν πόλιν ἔτι ἔμπνουν ἐσεκόμισαν*. Polynices Eurip. Phoeniss. v. 1442 *ὁ δ' ἦν ἔτ' ἔμπνους*, cl. v. 1419 *ἔτι γὰρ ἐμπνέων βραχύ*, Hippolytus Hippol. v. 1246 *βραχὺν δὴ βίοτον ἐμπνέων ἔτι*, Alcestis Alc. 205 *καίπερ σμικρὸν ἐμπνέουσ' ἔτι*. Non semel vero miratus sum trimetrum Euripidis in Luciano Necyomant. c. 1 *Οὔκ, ἀλλ' ἔτ' ἔμπνουν Ἅϊδης μ' ἐδέξατο* (p. 411 Fragm. Matth.). Plane et Hercules tragicus vel Theseus aliusve heros, et Luciani Menippus vivi in Orcum descenderant, sed nullus eorum paullo post adventum suum in Orco mortuus erat, imo illi in hanc vitam redierant incolumes. Scio equidem, *ἔμπνους* a poëtis etiam de vivo simpliciter poni, velut in Helena v. 34 et in Herc. Fur. v. 1089, verum ne sic quidem optime dictum est istud *ἔτ' ἔμπνουν* et in ambiguitatis crimen incurrit, quicunque demum nexus fuit sententiarum. Veruntamen simili modo ut hic *ἥνπερ ἐμπνέω* alias *ζῶν* usurpatur, ut in Vesp. 1122 *οὗτοι ποτὲ ζῶν τοῦτον ἀποδυθήσομαι*, Pac. 109 — *οὐδέποτε ζῶντός γ' ἐμοῦ*, Nub. 1201 *ἀτὰρ οὐδέποτ' ἐγὼ τὴν πατρίδα καταισχυνῶ ζῶν* —. Denique in Acharn. v. 321 vereor, ne scribendum sit, *ὡς ιυδὶ τὸ λαρκίδιον ἐγὼ οὐ προδώσω*

ἦν μὴ προλίπωσ' αἱ μυρίαι με μηχαναί.

ΓΥΝΗ Η.

αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν.

ζῶν ποτέ vel etiam ὡς τόδε τὸ λαρκίδιον ζῶν οὐ προδώσω 'γώ ποτε.

V. 927. προλίπωσ'] Rav. Aug. Junt. προλείπωσ'. Correxerunt Scaliger, Kusterus, Brunckius et caeteri. Quae autem centum Euripidis artificia dicantur, perspicuum est Musae Euripideae amantibus; hic enim tragicus ad dolos malos fraudesque excogitandas propensior est.

V. 928. Hunc versum libri omnes tribuunt mulieri. Sed in Ed. Lugdunensi Batavorum Mnesilochi persona praefixa est. Et Mnesilochum haec eloqui debere Brunckius, Bothius, Dobraeus confirmant. Etenim Brunckio judice Mnesilochus genero suo respondet his fere verbis: *Istud quidem bene promittis; at vide, ut doctiorem comminiscare dolum; namque hic funiculus, quem modo demisisti, nihil eduxit.* Mulierem vero hoc dare responsum vel ideo non posse, quod ea prytani conspecto ad hunc se contulerit neque attenderit ad verba Euripidis. Enimvero falsa sunt haec omnia; neque enim in versu nostro quidquam respondetur. Porro autem negat Brunckius, mulierem haec dicere posse, quippe quae personatum Menelaum ignoret qui sit neque consilium hominis liquido perspexerit. Ac sane nescit mulier, Euripidem adesse, veruntamen fallacias novi Menelai jam supra v. 920 sqq. optime intellexit. Nobis vero Mnesilochus, qui prytanin cum lictore oculis conspicit et paullo post v. 938 mortem adeo extimescit, satis frigide inepteque videtur dicturus esse, illum sibi dolum parum e sententia processisse: multo potius enim miserias deplorare suas debebat. At vero mulier, quae captivum senem custodiebat, aptissime ita loqui potest: hic quidem hamus nihil attraxit piscium: nam et Euripides jam fuga salutem petit, et prytanis adest cum lictore. Omnem vero dubitationem removebit Codicumque auctoritatem stabiliet loquendi consuetudo. Etenim proverbium, ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν proprie est illudentis piscatorem, qui hamum inanem retraxerit; ubicunque vero id vim habet alio translatam, lepide is deridetur, cui nihil quidquam doli mali profuerint. Adeo Brunckius Mnesilochum sua ipsum mala deridentem fecit, quo nihil profecto minus convenit. Neque enim hoc proverbium unquam primae est personae, sed constantissime de secunda tertiave ponitur. Exemplo sint haec potissimum, Vesp. 175

ΞΑΝ. οἵαν πρόφασιν καθῆκεν, ὡς εἰρωνικῶς,
ἵν' αὐτὸν ἐκπέμψειας. ΒΔΕ. ἀλλ' οὐκ ἔσπασεν
ταύτῃ γ' ἐγὼ γὰρ ᾐσθόμην τεχνωμένου.

ΠΡΥΤΑΝΙΣ.

ὅδ' ἔσθ' ὁ πανοῦργος, ὃν ἔλεγ' ἡμῖν Κλεισθένης;
οὗτος, τί κύπτεις; δῆσον αὐτὸν, εἰσάγων, 930

Negligenter et Scholiastes ad h. l. et Suidas s. *Αὕτη* proverbium ipsum esse dicunt, *αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν*, qui potius trimeter Comici est proverbio utentis. Sed vide mihi etiam haec Aeliani apud Suidam s. *Ὁμοῦ* in fine *Ὁ δὲ Σύφαξ ὁμοῦ τι τῷ θανάτῳ ὢν, ἀνεφθέγξατο τὰ ἐκ τῆς τραγῳδίας ἰαμβεῖα, ὡς δεδιττόμενος τὸν Μακεδόνα —. Οὐ μὴν ἔσπασέ τι ἡ μήρινθος αὐτῷ*, et ignoti scriptoris verba, fortasse Aeliani ejusdem apud Suidam s. *Μήρινθος — Οὐ μὴν οὐδὲ ἡ μήρινθος ἔσπασέ τι ἀγαθὸν αὐτοῖς*, porro etiam Synesii Epist. 129 *ὡς δὲ οὐ προὐχώρει ταύτῃ τὸ σπάσαι τι τῶν οὐ προσηκόντων, ἀλλ' ἦσαν οἱ νόμοι μεθ' ἡμῶν, ἑτέραν ἐτράπετο*. Plura vide apud paroemiographos. Quin etiam grammatici veteres, qui illud proverbium explicarunt, hanc rationem mirifice confirmant. Schol. Rav. ad h. l. *ἡ σπάρτος, ἀντὶ τοῦ ἡ μηχανή: — παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπιχειρούντων τι ποιεῖν καὶ ἀποτυγχανόντων*. Similiter Schol. ad Vesp. 175, Suidas in *Αὕτη* et in *Μήρινθος* aliique. Omnes scilicet proverbium nostrum minime ab iis, sed unice de iis dictum esse tradunt, quibus non ex animi sententia res successisset. Nec quisquam sanus rationi tam firmae tamque constanti locum opponet Eurip. Electr. 581 *ἦν ἐκσπάσωμαί γ' ὃν μετέρχομαι βόλον*, qui summum cum proverbio nostro comparari potest.

V. 929. *ἔλεγ' ἡμῖν*] Ita Bentlejus, Brunckius e Cod. Aug., Dindorfius, Bothius. Vulgo *ἔλεγεν ἡμῖν* et sic Ravennas atque Juntina.

V. 930. *οὗτος, τί κύπτεις;*] Eadem verba in Eqq. 1354 leguntur. Nam ut hic prae metu Mnesilochus, ita illo loco Populus pudore caput demittit seque curvum inflectit, ambo autem se occultare student.

Ibidem. *εἰσάγων*] Pessime Bothius, inducens eum in scenam, qua clam exibat. Brunckius autem, quem hic etiam Vossius sequitur, convertit: *immitte ejus collum in asserem;* quasi vero non cohaereant verba *δῆσον αὐτὸν ἐν τῇ σανίδι*. Recte olim interpretati sunt, *introducens*, vel *postquam introduxisti*. Hoc enim vult prytanis primum *intus* (*εἰσάγων*) hominem vinci in assere, deinde *hic in scena* (*ἐνθαδὶ*) constitutum eum custodi. Geminus locus est Nub. 1214 *ἀλλ' εἰσάγων σε βούλομαι πρῶτον ἑστιᾶσαι*, ubi perperam vulgo legitur *εἰσαγαγών*.

Ibidem. *δῆσον αὐτὸν — ἐν τῇ σανίδι*] Tabulis ligneis maleficos saepe Athenis adligatos esse, Schol. Rav. ad v. 940 docet ex amissis hodie locis Cratini, *πρὸς σανίσιν ἐδεσμεύοντο πολλάκις, ὡς καὶ Κρατῖνος δηλοῖ*. Photius p. 499, 14 *Σανίδα: τὸ δεσμωτικὸν*

ὦ τοξότ', ἐν τῇ σανίδι, κἄπειτ' ἐνθαδὶ
στήσας φύλαττε, καὶ προσιέναι μηδένα

ξύλον. et mox *Σανίς*: *καὶ ἐν ᾗ τοὺς κακούργους ἔδουν, καὶ ἐν ᾗ τὰς δίκας ἐνεχάραττον· τὸ μὲν ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, τὸ δὲ ἐν Σφηξὶ* (v. 848) *δεδήλωται*. Glossam posteriorem Eustathius quoque protulit e Lexico Rhetorico p. 1923, 46 *Ἰστέον δὲ, ὡς περὶ τῆς καθ' Ἡρόδοτον σανίδος φέρεται ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ, ὅτι σανὶς ἐν ᾗ τοὺς κακούργους ἔδουν. πρόσκειται δὲ ἐκεῖ τὸ, καὶ ᾗ τὰς δίκας ἐχάραττον, ὡς Ἀριστοφάνης*. Sed his quidem haud multum profici adparet. Aurea vero sunt duo ejusdem argumenti loca apud Herodotum VII, 33 *ἔνθα μετὰ ταῦτα, χρόνῳ ὕστερον οὐ πολλῷ, ἐπὶ Ξανθίππου τοῦ Ἀρίφρονος, στρατηγοῦ Ἀθηναίων, Ἀρταΰκτην ἄνδρα Πέρσην λαβόντες Σηστοῦ ὕπαρχον, ζῶντα πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν*, atque IX, 120 *ἀπαγαγόντες δὲ αὐτὸν (τὸν Ἀρταΰκτην) ἐς τὴν ἀκτὴν ἐς τὴν Ξέρξης ἔζευξε τὸν πόρον, οἱ δὲ λέγουσι ἐπὶ τὸν κολωνὸν τὸν ὑπὲρ Μαδύτου πόλιος, πρὸς σανίδα προσπασσαλεύσαντες, ἀνεκρέμασαν*. Quam ob causam Athenienses de hominibus sceleratis hoc etiam sumere supplicium consuerant, ut eos stipiti, tanquam alicui cruci, vivos suffigerent; eodemque supplicii genere, quo olim Artaÿctes, nunc Comici Mnesilochus adficitur. Quis enim non videt, de una eademque poena et Herodotum loqui et Aristophanem? Principio uterque scriptor agit de Atheniensibus; deinde Herodotus et his utitur verbo *σανίς*, ut noster poëta v. 931, 940, 1124, 1165, et Herodotus rem declarat verbis *προσδιεπασσάλευσαν* et *προσπασσαλεύσαντες*, quod mirifice convenit cum vss. 1003, 1004.; et Herodotus priore loco dicit, hominem vivum (*ζῶντα*) in tabulam ligneam sublatum et sic morte multatum esse, prorsus ut Mnesilochus vivit jam stipiti suffixus et tamen sibi putat moriendum esse v. 938, 946, 1055, 1109.; et Herodotus posteriore loco ponit verbum *ἀνεκρέμασαν*, quo eodem hic spectant v. 1028 *ἐκρέμασεν*, 1053 *ἐκρεμάσθην*, 1110 *κρεμαμένην*, mentio advolantium corvorum v. 868, 942, 1028, et omnis comparatio senis cum Andromeda rupibus adfixa. Existimo autem, hujusmodi stipites in editis maxime locis collibusque figi solitos, quoniam et Artaÿctes sive in alto litore, qua late patet prospectus, sive in tumulo interfectus est, et apud Aristophanem haec leguntur partim ex Andromeda v. 1105 *ἔα, τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ, καὶ παρθένον* —. Adeo Mnesilochus sive in parte aliqua logei, sive in alio loco scenae paullo editiore stipiti adligatus videtur poenas dare. Erat autem stipes iste non ad parietes scenae, sed in loco undique libero erectus, ut patet e v. 1124 *τῇ σανίδι τρήσας ἐξόπιστο πρώκτισον*. Sed ex his efficitur, stipitem *σανίδα* magnam crucis similitudinem habuisse. Et clare dicit Hesychius, *Σανίς: θίρα. λεύκωμα ἐν ᾧ αἱ γραφαὶ Ἀθήνῃσιν ἐγράφοντο πρὸς τοὺς κακούργους. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ*

ἓα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ τὴν μάστιγ' ἔχων,
παῖ', ἣν προσίῃ τις.

ΓΥΝΗ Η.

νὴ Δί', ὡς νῦν δή γ' ἀνὴρ
ὀλίγου μ' ἀφείλετ' αὐτὸν ἱστιορράφος. 935

σταυροῦ. Antiquum obtinet Hesychius, abs quo hic veterem auctorem perverti docent inepta verba *πρὸς τοὺς κακούργους*. Considerandi autem superiorum verba grammaticorum, *σανὶς, ἐν ᾗ τοὺς κακούργους ἔδουν*, hujusmodi quiddam videbitur rescribendum esse, *Σανίς: θύρα. λεύκωμα, ἐν ᾧ αἱ γραφαὶ Ἀθήνῃσιν ἐγράφοντο. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, ᾧ προσέδουν τοὺς κακούργους*. Operae erat pretium, hoc crudele supplicii genus aliquando exponere, quum praesertim Lexicographi omnes (s. v. *Σανίς*) ab H. Stephano ad Passovium usque rem minime levem magna tractasse negligentia reperiantur. Caeterum de alio poenae genere Athenis frequentissimo dicemus ad Equites v. 1049

τουτονὶ
δῆσαί σ' ἐκέλευε πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ.

V. 934. *ὡς νῦν δή γ' ἀνὴρ*] Libri omnes *ὡς νῦν δῆτ' ἀνήρ* —. Edidi, sicut jam olim conjeceram videoque jam ante nos rem acu tetigisse Dobraeum. Hic enim scribit „*ὡς νῦν δή γ'* — *νῦν δὴ* est *modo*, sed *νῦν δῆτα* vereor ut sit Graecum.“ Imo graecum est utique *νῦν δῆτα*, sed unica hujus formae significatio, *nunc profecto* ab h. l. abhorret. Omnino autem hic *νῦν δὴ modo, cummaxime* requiritur. Et aptissimae videntur voces *ὡς* — *γὲ*, plane ut in Pluto v. 800 exstat,

εὖ πάνυ λέγεις, ὡς Δεξίνικός γ' οὑτοσὶ
ἀνίσταθ' ὡς ἁρπασόμενος τὰς ἰσχάδας.

Ita enim illic e libro Ravennate scribendum est; vulgo legebatur, *ὡς Δεξίνικος οὑτοσὶ* —. Ac nescio, an unus omnium scriptorum maxime Lucianus illud *ὡς* — *γὲ* frequentaverit, inprimisque in formulis *ὡς εἴθε γε* et *ὡς ἔγωγε*; vide exempli causa Dial. Deor. XX, 11 *ὡς νῦν γε ἀμφίβολός εἰμι* —. Hermotim. c. 86 *ὡς εἴθε γε καὶ ἐξεμέσαι δυνατὸν ἦν ἅπαντα ἐκεῖνα* —, Amorr. c. 25 *ὡς εἴθε γε βίου μακρὰς προθεσμίας ἡ μικρολόγος ἡμῖν ἐπέκλωσε Μοῖρα* —. Ne quid tamen dissimulem, concedo, *νῦν δῆτ'* defendi posse, in hanc sententiam: Plane tu flagello percute, si quis adcesserit; nunc enim *profecto* quidam velorum sartor eum paene mihi eripuit. Hoc est: quod tu vereris, ne fieri possit, ut aliquis huc veniat, id revera jam accidit.

V. 935. *ὀλίγου*] Vulgo et in Juntina *ὀλίγον*. Sed *ὀλίγου* exstat in Rav. Aug. et pro varia lectione apud Suidam. Atque ita

certatim emendarunt Berglerus, Reiskius, Dawesius p. 330, Brunckius, alii. Simillimus versus est in Vesp. 829 *ἐπίσχες οὗτος· ὡς ὀλίγου μ' ἀπώλεσας*. In Nubibus autem v. 721 legendum est, ut jam alibi diximus,

καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τοῖσι κακοῖς
φρουρὰς ἄδων
ὀλίγου φρουρὸς γεγένημαι.

Ita vero summa constantia et Graeci dicunt, *ὀλίγου μ' ἀφείλετο* et Latini, paene mihi eripuit; nos autem Germani loquimur subabsurde, beinahe hätte er geraubt. Quis nescit illud Horatî,

Quam paene furvae regna Proserpinae,
Et judicantem *vidimus* Aeacum —?

Quocirca non semel miratus sum Popponem dissert. de partic. *ἂν* in Seebod. et Friedem. Miscell. crit. T. I, p. 35, qui in hoc loco Platonis, *ὀλίγου ἀποδρὰς ᾠχόμην* deesse particulam *ἂν* existimaverit. Sed optime Popponem refutavit Hermannus ad Lucian. De Hist. Conscr. p. 35. Enimvero difficile est ad statuendum, cur Euripides a muliere dictus sit *ἀνὴρ — ἱστιοῤῥάφος* velorum sartor, ein Segelflicker. Ac Brunckius hujus loci difficultatem ne animadvertit quidem. Recte omnino improbat versionem Kusteri, *sutor ille fraudum*, quod Euripidem mulier minime agnoverit, ejusdemque erroris bene arguit Dawesium, qui cum duplici soloecismo conjecerat, *οἱστιοῤῥάφος*, denique vertendum esse dicit, ut fecit ipse, *veterator nescio quis*. Atqui nos minime in omisso articulo, qui ne poterat quidem adjici, sed in adpellatione ipsa laboramus. Quod unus sensit Berglerus; is enim, „Nempe Euripides, inquit, qui se dicebat *navi* advectum supra —. Propterea etiam dicit eum *ἱστιοῤῥάφον* per contemtum; quasi ipse sibi fecerit vela, quibus navigaverit:" nimium quantum inepte, veruntamen addit, „alluditur autem ad vocem *μηχανοῤῥάφος*· quia per fraudem volebat abducere." Itaque quidquid est interpretum, v. *ἱστιοῤῥάφος* de subdolo homine ac fraudulento explicant, vertuntque *vir vela et fraudes suens* et simili modo. At id quidem ita demum concedi posset, si velorum sartores olim propter fraudulentiam suam male audissent; nunc vero quum illi inopes potius atque egeni homines fuerint, quam fraudulenti, missam facere hanc interpretationem debemus, neque jam verbo *ἱστιοῤῥάφος* ad sutorem fraudum *τὸν μηχανοῤῥάφον* adludi potest. Aliquanto melius hunc locum graeci interpretes explanarunt. Schol. Rav. *ἐπὶ ἄνω* (v. 922) *αἰγυπτιάζειν αὐτοὺς ἔφη, οἱ δὲ Αἰγύπτιοι λινοποιοί εἰσιν. — ὁ πανοῦργος, ὑπὸ μεταφορᾶς τῶν τὰ ἄρμενα ῥαπτόντων.* Hinc Suidas, *Ἱστιοῤῥάφος: πανοῦργος. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τὰ ἄρμενα ῥαπτόντων. καὶ οἱ Αἰγύπτιοι δὲ λινοποιοί εἰσιν. Ἀριστοφάνης· Ὀλίγον ταύτην ἱστιοῤῥάφος.* Sic editiones Kusteri et Mediolanensis, caeterum e Cod. Oxoniensi Porsonus *ὀλίγου* pro *ὀλίγον* enotavit. Male quidem etiam hi interpretantur *πανοῦργος*, opinor quod notae sint fraudes Aegyptiorum. Quasi aut velorum sartores caeteris Ae-

gyptiis fraudulentia antecelluerint, aut doli mali significatio a muliere exspectanda sit. Contra praeclare illi perspexerunt, ἄνδρα — ἱστιοῤῥάφον *textorem Aegyptium* intelligi debere, quia et Euripides supra Aegyptum identidem memoraverat, et Aegyptii lintea conficere et eximio modo texere solebant (vide inprimis Herodotum II, 105 et Sophoclem Oed. Col. v. 340, ubi Scholiastae egregium locum adferunt Nymphodori. Omitto scriptores latinos, ut Ovidium Amorr. II, 25 Nec tu, linigeram fieri quid possit ad Isin —.). Cur vero velorum sartor, abjectissima persona eligitur? Quoniam pannis obsitus erat Euripides tragicumque Menelaum referebat etiam vestitu. Etenim Menelaus quum naufragium fecisset, in Helena homo erat pannosus. Evolve v. 416 sqq.

ὥσθ' ἱστορῆσαι τὰς ἐμὰς δυσχλαινίας —
χρεία δὲ τείρει μ'· οὔτε γὰρ σῖτος πάρα,
οὔτ' ἀμφὶ χρῶτ' ἐσθῆτες· αὐτὰ δ' εἰκάσαι
πάρεστι· ναὸς ἐκβόλοις δ' ἀμπίσχομαι.
πέπλους δὲ τοὺς πρὶν, λαμπρά τ' ἀμφιβλήματα
χλιδάς τε πόντος ἥρπασ' —,

v. 544 ἄγριος δέ τις
μορφὴν ὅδ' ἔστιν, ὅς με θηρᾶται λαβεῖν,

v. 554 καὶ μὴν στολήν γ' ἄμορφον ἀμφὶ σῶμ' ἔχεις,

v. 790 τοῖσδ', ἔνθεν ὥσπερ πτωχὸς ἐξηλαυνόμην.
.. ἦπου προσῄτεις βίοτον; ὦ τάλαιν' ἐγώ,

v. 1079 καὶ μὴν τάδ' ἀμφίβληστρα σώματος ῥάκη
ξυμμαρτυρήσει ναυτικῶν ἐρειπίων,

v. 1204 Ἄπολλον, ὡς ἐσθῆτι δυσμόρφῳ πρέπει,

v. 1282 sqq. φήμας δέ μοι
ἐσθλὰς ἐνεγκὼν, ἀντὶ τῆς ἀχλαινίας
ἐσθῆτα λήψει σῖτά τ', ὥστε σ' ἐς πάτραν
ἐλθεῖν, ἐπεὶ νῦν γ' ἀθλίως ἔχονθ' ὁρῶ.

Itaque praeclaram ambiguitatem habet ἀνὴρ — ἱστιοῤῥάφος, et tam Aegyptium significat, quam hominem pannis obtectum. Invento autem vestitu comici Euripidis, quum v. 871 sqq. Menelaum simularet, multum etiam comici leporis scito inventum esse. Nondum videlicet satis derisi erant panni heroum Euripideorum in loco jucunditatis elegantiaeque pleno Acharn. 390 sqq. Etiam in Helena Euripides contemto gravi Aristophanis judicio talem inducit Menelaum, pannosum hominem et mendico similiorem, quam regi. Verum enimvero poenas dedit Aristophani: ecce enim nunc ipse Euripides, pannosi Menelai personam suscipere coactus cum pannis miseris miser in scenam progreditur. Gravissime profecto Aeschylus (at quantus poëta) in Ranis v. 841

σὺ δή με ταῦτ', ὦ στωμυλιοσυλλεκτάδη,
καὶ πτωχοποιὲ καὶ ῥακωσυῤῥαπτάδη;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ὦ πρύτανι, πρὸς τῆς δεξιᾶς, ἥνπερ φιλεῖς
κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἤν τις διδῷ,
χάρισαι βραχύ τί μοι, καίπερ ἀποθανουμένῳ.

ΠΡΥΤΑΝΙΣ.

τί σοι χαρίσωμαι;

V. 939. In comoedia homines ne mortis quidem metu impendentis (imo vero minime impendentis) prohibentur, quin aliquem jocum moveant. Veluti nunc Mnesilochus prytanin non simpliciter per dextram (*πρὸς τῆς δεξιᾶς*) obtestatur, sed per eam dextram, quam ille cavam soleat protendere oblato sibi argento. Prytanum avaritia facetissime notatur etiam in Pace v. 874

ἀλλ᾽ ὦ πρυτάνεις, δέχεσθε τὴν Θεωρίαν.
θέασ᾽ ὡς προθύμως ὁ πρύτανις παρεδέξατο.
ἀλλ᾽ οὐκ ἄν, εἴ τι προῖκα προσαγαγεῖν σ᾽ ἔδει,
ἀλλ᾽ εὗρον ἄν σ᾽ ὑπέχοντα τὴν ἐκεχειρίαν.

Ad orationis formam persimilis est versus Vesp. 554 — *ἐμβάλλει μοι τὴν χεῖρ᾽ ἁπαλὴν, τῶν δημοσίων κεκλοφυῖαν*, ubi homo peculatus crimine accusatus lepide describitur. Eodemque spectat Tullii jocus Ad Famil. VII, 5 in manum tuam istam et victoria et fide praestantem. Simus enim putidiusculi —. Quid, quod Lipsiae vidi grandem natu medicum, qui aegrotos suos *amicam* exserere linguam juberet; sed ipsum audiamus, Freundchen, ſtecken Sie doch emal Ihre freundſchaftliche Zunge raus. Alia tamen ex eodem usu depromta graviter dici posse non sum nescius. In Aeschyli Suppl. 190

Ἀλλ᾽ ὡς τάχιστα βᾶτε, καὶ λευκοστεφεῖς
ἱκτηρίας, ἀγάλματ᾽ αἰδοίου Διὸς
σεμνῶς ἔχουσαι διὰ χερῶν συννωνύμων,
αἰδοῖα καὶ γόεδνα καὶ παγχρεῖ᾽ ἔπη
ξένους ἀμείβεσθ᾽ —

et Scholiastes ineptit, et male *εὐωνύμων* conjiciunt Pearsonus, Schuetzius, Bothius. Imo *χεῖρες συνώνυμοι* manus sororum dicuntur, Danaidum, quemadmodum in Septem v. 971 mutua caedes fratrum dicitur *δύστονα κήδε᾽ ὁμώνυμα*, nisi forte hic quidem interpretari praestat, *paria mala*, *mortem*, quoniam diversa fratrum nomina erant Polynicis et Eteoclis. Nam Scholiastes etiam hic falli videtur.

V. 937. *ἀργύριον ἤν τις διδῷ*] Similis versus est Nubium 99 *οὗτοι διδάσκουσ᾽ ἀργύριον ἤν τις διδῷ*. Videsis etiam Reisigium Conj. p. 174.

V. 938. *βραχύ τι*] „*βραχὺ τὶ, ut editum. Sed Vet. βραχὺ τὸ.*“ J. Scaliger.

V. 939. *τί σοι χαρίσωμαι;*] Rav. Aug. Junt. *χαρίσομαι*. Falso *χαριοῦμαι* conjecerunt Bentlejus, Piersonus ad Moerin p. 106,

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

γυμνὸν ἀποδύσαντά με
κέλευε πρὸς τῇ σανίδι δεῖν τὸν τοξότην,
ἵνα μὴ 'ν κροκωτοῖς καὶ μίτραις γέρων ἀνὴρ
γέλωτα παρέχω τοῖς κόραξιν ἑστιῶν.

Brunckius. *Τί σοι χαρίσωμαι* certatim emendarunt Hermannus ad Nubes v. 88 ed. I et II, Porsonus ad Eurip. Phoen. v. 740, G. Dindorfius, Bothius.

V. 940. Schol. R. *ἐπίτρεψον οὖν τῷ τοξότῃ, φησὶ, γυμνόν με δῆσαι πρὸς τῇ σανίδι.*

941. Vulgo et in Juntina, *ἵνα μὴ κροκωτοῖς*, quod defendi utique potest, *ne crocotis mitrisque meis homo senex risum debeam corvis* —. Certissime tamen scripserat poëta, *ἵνα μὴ 'ν κροκωτοῖς*, quemadmodum acute Kusterus conjecerat, *ne ego homo senex indutus crocotis mitrisque* —. Nam id ipsum *μὴ 'ν* pro *μὴ* in Rav. et Aug. inventum est, idemque legebat Scholiasta, qui sic explicat, *μετὰ κροκωτοῦ* —. Accedit, quod *ἐν κροκωτοῖς καὶ μίτραις* concinnius refertur ad superiora v. 939 *γυμνὸν ἀποδύσαντά με* —. Quare *μὴ 'ν* cum Brunckio, Dindorfio, Bothio suscepi. Idem vero vitium saepe alias invenitur, ut in Luc. Nigrin. c. 14. Vide Hemsterhusii Lucianea apud Geelium p. 13 et eundem virum magnum ad Scholia Pluti 167, 10.

V. 942. Quis non videt, dativum *τοῖς κόραξιν* a loquutione *γέλωτα παρέχω* suspensum esse, ad v. *ἑστιῶν* autem mente *αὐτοὺς* intelligi debere? Monuit etiam Reiskius, atque sic Brunckius aliique verterunt. Kusterus vero hic insigne documentum festinationis suae edidit. Is enim ad glossam Suidae, *Ἑστιᾶν: — δοτικῇ δὲ συντάσσεται τὸ ἑστιῶ. Ἀριστοφάνης· τοῖς κόραξιν ἑστιῶν*, bene observarat, falli Suidam locique nostri constructionem recte enucleaverat. Quinquennio post quum Aristophanem ederet, Suidae adsentatus est: „Suidas ex hoc loco observat, inquit, *τὸ ἑστιᾶν* apud Graecos aliquando cum dativo construi: *quod notandum, quia rarum.*“ Sed idem tempore eodem bene scripsit in versione latina, — *Risum praebeam corvis, dum eos pasco.* Haudquaquam miror, quod Kusterus ad Suidam adhuc scripsit *μὴ κροκωτοῖς* pro *μὴ 'ν κροκωτοῖς*, (debebat enim quinque post annis esse prudentior); illud vero vix credibile est, eum antea verum perspicere, postea autem simul et recte statuere et falli. Verum enim Kusterus festinationem istam magnis compensavit virtutibus. Contra hodie quam multi sunt Pseudo-Kusteri, indoctissimi homines, qui properare ab illo didicerint, non didicerint sapere? Caeterum Suidas malam doctrinam repetiit a Schol. Rav. *μετὰ κροκωτοῦ τοῖς κόραξιν ἑστίασιν παρέχων*: — *ἀντὶ τοῦ ἑστίασιν παρέχων. Ἀττικὴ δὲ ἡ σύνταξις, ὅτι τὸ ἑστιᾶν καὶ δοτικῇ*

ΠΡΥΤΑΝΙΣ.

ἔχοντα ταῦτ' ἔδοξε τῇ βουλῇ σε δεῖν,
ἵνα τοῖς παροῦσι δῆλος ᾖς πανοῦργος ὤν.

συντάσσουσιν, ὡς καὶ [adde *παρ'*] *Εὐπόλιδί ἐστιν ἐν Αὐτολύκῳ θατέρῳ, ὥστε οὔτε ἐκεῖ οὔτε ἐνθάδε δεῖ ξενίζεσθαι.* At *ἑστιᾶν τινὶ* epulas alicui praebere neque dictum est unquam, nec dici potuit. Narrat quidem grammaticus, Eupolin quoque in posteriore Autolyco *ἑστιᾶν* cum dativo attice scilicet conjunxisse. Caeterum ex ipso apparet, jam tum fuisse, qui de Eupolidis loco aliter sentirent. Quibus quidem in obscura causa et quae nullis testibus agatur, multo potius credendum est, quam vecordi grammatico, qui facillimum Aristophanis versum construere nesciverit. Quodsi Eupolis novam vim verbo *ἑστιᾶν* subjecit, facilius ad credendum inducor, Activum *ἑστιᾶν* aliquando Medii *τοῦ ἑστιᾶσθαι* epulandi notionem habuisse. Certe *εὐωχεῖν* pro *εὐωχεῖσθαι* dictum reperio apud Lucian. Timone c. 43 *καὶ θεοῖς θνέτω καὶ εὐωχείτω μόνος,* (de quo tamen loco vide Quaestt. Luc. p. 206.) et apud Andocidem teste Antiatticista Bekkeri p. 94, 21 *Εὐωχεῖν: ἀντὶ τοῦ εὐωχεῖσθαι. Ἀνδοκίδης Συμβουλευτικῷ.*

V. 943. ἔδοξε] Libri ἔδοξεν. Correxerunt Scaliger, Reiskius, Brunckius, Bothius, Dindorfius.

V. 944. *τοῖς παροῦσι*] Brunckius legendum esse ait *τοῖς παριοῦσι* et quum ita vertit, *praetereuntium quilibet,* tum comparat Vesp. 623 *πᾶς τίς φησιν τῶν παριόντων* —. Quam conjecturam mirari licet et a Dindorfio ter receptam esse et probatam Dobraeo. Tametsi doctissimi viri non tam emendationis bonitate, quam libri Rav., ut putabant ipsi, auctoritate commoveri potuerunt. Certe quidem Dobraeus ita loquitur, *παριοῦσι Rav. Vide Vesp.* 621. Scilicet Invernizzius, qua est impudentia, hic quoque Brunckii conjecturas cum Ravennate communicat; *παριοῦσι liber noster,* inquit, *quod viderat Brunckius. Vulgo: παροῦσι.* Imo vero Bekkerum audiendum esse, qui Ravennati sine dubio *τοῖς παροῦσι* tribuit, caeterorum librorum docet consensus. Ego vero nescire me fateor, quidnam illi in suspicando sequuti sint, neque enim ullam vim habere possunt v. 932

προσιέναι μηδένα
ἓα πρὸς αὐτὸν

et v. 934 *παῖ' ἦν προσίῃ τις.* Illud quovis pignore contenderim, librorum scriptura, qua nihil verius est, *τοῖς παροῦσι* populum Atticum, qui tummaxime ludos spectabat, indicari. Prorsus eodem modo spectatores dicuntur in Avibus v. 30 *ὦνδρες οἱ παρόντες ἐν λόγῳ* et in Acharn. v. 487 *φίλοι γὰρ οἱ παρόντες ἐν λόγῳ.* Aliter hac formula usus est scriptor Rhesi v. 149

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἰαππαπαιάξ· ὦ κροκώθ', οἷ' εἴργασαι· 945

τίς δῆτα Τρώων, οἳ πάρεισιν ἐν λόγῳ
θέλει κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν;

Alia nomina, quibus spectatores in comoedia significantur, veluti Acharn. v. 879 ἐγὼ φράσω σοι τῶν περιεστώτων χάριν, cumulare nihil adtinet.

V. 945. Libri ἰαππαπαιάξ. Pro eo ἰαττταταιάξ conjecit primum Bentlejus, fassus ille tamen, Suidam in ἐποποῖ circa finem etiam ἰαππαπαιὰξ adferre. Bentleji conjecturam Dindorfius I. II. III. et Bothius susceperunt. At nihil opus esse ulla mutatione hi loci demonstrabunt, Vesp. 309

ἀπαπαῖ, φεῦ, ἀπαπαῖ, φεῦ,
μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε νῷν οἶδ'
ὁπόθεν τὸ δεῖπνον ἔσται,

Soph. Philoct. 736

ἀπόλωλα τέκνον· βρύκομαι τέκνον παπαῖ
ἀπαππαπαῖ, παπαῖ, παπαῖ, παπαππαπαῖ;

ita enim videtur scribendum esse, ibid. v. 744 πῶς οὐκ οἶσθα; παππαπαππαπαῖ, ibid. v. 774

παπαῖ, φεῦ,
παπαῖ μάλ' ὦ πονῦς, οἷα μ' ἐργάσει κακά.

Nimirum eandem fere notionem habent et persimili lege formantur interjectiones dolentium, ἀπαπαῖ et ἀτταταῖ, (ἰαππαπαῖ) et ἰαττταταῖ, ἰαππαπαιὰξ et ἰαττταταιάξ.

Ibidem. ὦ κροκώθ'] Rem specie levem dicturus sum, haud praetereundam tamen. E multis enim hujus fabulae locis, ut v. 253, 941, 1044, clare perspicitur, Mnesilochum, quum in templum mulieris instar venisset, crocota indutum fuisse. Necesse est autem, eum omni corporis vestitu feminas Thesmophoria agentes studiose imitatum esse; neque enim aliter inter eas tam diu potuisset latere. Quare non est dubitandum, quin mulieres atticae Thesmophoriorum festo crocota uti consueverint. Sed quum hocce festum in Cereris Proserpinaeque honorem institutum sit, magna suspicio est, crocum alterutri ex his deabus sacrum fuisse. Ac profecto crocum Cereri proprium adjudicavit Sophocles apud Schol. ad Oed. Col. v. 684 — κἂν τῇ Νιόβῃ ὁ Σοφοκλῆς τὸν κρόκον ἀντικρὺς τῇ Δήμητρι ἀνατίθεται, ὥστε καὶ νῦν τον λόγον εἶναι περὶ τῶν Δήμητρος στεφανωμάτων· καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο ἴδιον ἂν εἴη Σοφοκλέους· τοῖς γὰρ ἀνθινοῖς οὐ πάνυ φασὶν ἥδεσθαι τὴν Δήμητρα. Sed quod hanc peculiarem Sophoclis statuit opinionem fuisse, fallitur; neque enim crocotam gestarent Thesmophoriazusae, nisi crocus sacer Cereri fuisset. Nihil ad rem, quod mulieri Thesmophoria agenti coronis floreis

κοὐκ ἔστιν ἔτ' ἐλπὶς οὐδεμία σωτηρίας.

---

uti non licebat, scilicet quia in narcissis floribusque quaerendis rapta a Plutone erat Proserpina; Scholiasta Sophoclis paullo ante ad v. 681 *Αὔθις γοῦν φασὶ τὰς θεὰς ἀνθινοῖς μὴ κεχρῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ταῖς θεσμοφοριαζούσαις τὴν τῶν ἀνθινῶν στεφάνων ἀπειρῆσθαι χρῆσιν.* Quid, quod Sophocles etiam illo ipso in loco, quem exponere student Scholiastae, crocum sine controversia Cereri adtribuit: verba haec sunt,

θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄχ-
νας ὁ καλλίβοτρυς κατ' ἦμαρ ἀεὶ
νάρκισσος, μεγάλαιν θεαῖν
ἀρχαῖον στεφάνωμ', ὅ τε
χρυσαυγὴς κρόκος —.

Primum enim in confesso est, verbis *μεγάλαιν θεαῖν* Cererem Proserpinamque designari; tum vero multi jam, ut Reisigius, Hermannus et ipsi adeo Scholiastae bene viderunt, narcissum ad unam Proserpinam referri debere. Ergo quidnam potest esse evidentius, quam duo flores inter deas duas sic dispertiendos esse, ut narcissus Proserpinae, Cereri autem crocus adsignetur? Caeterum non unis Thesmophoriis mulieres, verum etiam aliis in festis crocotula amictae erant. Veluti nota omnia sunt de crocotula *τῶν Ἄρκτων;* vide tantummodo Lysistrat. v. 645 *κἄτ' ἔχουσα τὸν κροκωτὸν ἄρκτος ἡ Βραυρωνίοις.* Neque solum Athenienses feriati certo genere vestium ipsi erant amicti, sed etiam certas quasdam vestes, quas manibus tenerent, in pompa diis suis obferre solebant. Aeschylus in Eumenid. v. 1028

φοινικοβάπτοις ἐνδυτοῖς ἐσθήμασι
τιμᾶτε —

de purpureis vestibus loquitur, quibus in pompa ipsi induti fuerint, non quas Furiis obtulerint. Sed ad alteram caerimoniam haec spectant ejusdem Aeschyli Septem v. 98

πέπλων καὶ στεφέων
πότ', εἰ μὴ νῦν, ἀμφὶ λιτὰν ἕξομεν;

ubi plura hujusmodi collegit Stanlejus. Nam Scholiastes, quasi in ambiguo loco, utramque habet explicationem. Caeterum verba, *ὦ κροκώθ', οἷ' εἰργασαι!* vere exponit Schol. Rav. *ὅτι ἐνδυσάμενος καὶ ἐλθὼν εἰς τὰς γυναῖκας κατάδηλος ἐγενόμην.* Nempe *οἷ' εἰργασαι* est quid egisti! *τί μ' εἰργάσω,* ut supra legitur v. 743 potius significat, quam mihi injuriam fecisti.

V. 946. Conferas licet Thucydidem I, 65 *καὶ ἐλπίδα οὐδεμίαν ἔχων σωτηρίας,* et quae sunt hujusmodi plurima. Praeterea Bentlejus conjiciebat, *κοὐκ ἔστ' ἔτ' ἐλπὶς —.* Nam omnes fere anapaestos, qui tribus voculis continerentur, e trimetro comico volebat expulsos, de qua re alius mihi erit dicendi locus. — Sequitur, ut de

Helenae Euripideae parodia centum paene versibus continuata in universum disputemus. Quum enim veteris comoediae insigne decus atque ornamentum in parodiis consistat, hoc est in tragicorum versuum atque etiam epicorum et lyricorum derisione, tum praeclare cecidit, ut Helena, quae jam et tota et partes ejus in ludibrium vertuntur, non intercideret. Et quo rarius tanta nobis hodie facultas datur, eo lubentius ad patefaciendam parodiae naturam dramate utemur Euripidis, quem poëtam unum omnium saepissime ludibrio exposuit Aristophanes. Veruntamen paullo altius disputatio nostra repetenda erit, initiumque ejus ducetur ab Helenae Euripideae argumento. Herodotus a sacerdotibus Aegyptiis acceperat, Parin quum rapta Helena Trojam Lacedaemone navigaret, tempestate in Aegyptum delatum esse. Ibi tum eum Thonis praefectus comprehensum Memphim ad Proteum regem abduxit. Proteus autem moleste passus violatum hospitium injuriamque Menelai, Helenam cum opibus retinuit, dum ipse venisset Menelaus, Parin vero sociosque ejus dimisit. Deinde Herodotus probabiliter disputat, hanc famam ne Homero quidem, qui alia omnia prodidit, ignotam fuisse (Lib. II, c. 112—118.). Jam de bello Trojano sacerdotes illi minime dubitabant, sed potius dicere solebant, magnum Graecorum exercitum duce Menelao Trojam oppugnatum venisse. Quorum legati quum Helenam opesque omnes a Trojanis repetivissent, neque Trojanis Helenam in Aegypto esse sancte testantibus credidissent: Graeci Trojam diu obsederunt obsessamque expugnarunt. Caeterum Helena non inventa Menelaus in Aegyptum ad Protea profectus est, abs quo benevole exceptus Helenam suam recuperavit. Denique Herodotus argumentis quibusdam declarare studet, sacerdotum narrationem ea fama, quam sequitur Homerus, probabiliorem videri (c. 118—121.). Enimvero jure mireris, istam sacerdotum Aegyptiorum fabulam cum ea fama, cujus auctor est Euripides, a Musgravio ad Helenam v. 1, Matthiaeo T. VIII. p. 258, Pflugkio in Prooemio p. 7, confundi potuisse. Tametsi enim Euripides quoque longe ab Homero discedit, multo aliter tamen atque Herodotus omnem rem animo informat. Tradit autem Euripides v. 23 sqq., Alexandrum post dearum judicium Venerisque victoriam Helenae potiundae causa Spartam venisse, Junonem vero, quae repulsam tulisset, pro ipsa Helena vanum ejus simulacrum Alexandro dedisse; contra ipsissimam Helenam a Mercurio per auras in Aegyptum ad Protea abductam esse. Sic igitur nihilo secius bellum exarsisse Trojanum, quum vera Helena vulgo Trojam avecta putaretur. Non esse autem ne haec quidem Euripidis de nihilo conficta, tum ex eo elucet, quod hic poëta obscuram potius famam, quam suas opiniones sequi consuevit, tum etiam concluditur ex ejusdem Electra v. 1280 sqq., ubi aliud agendo illam ipsam fabulam quasi in vulgus notam inseruit,

μητέρα δὲ τὴν σὴν ἄρτι Ναυπλίαν παρὼν
Μενέλαος, ἐξ οὗ Τρωϊκὴν εἶλε χθόνα,
Ἑλένῃ τε θάψει· Πρωτέως γὰρ ἐκ δόμων
ἥκει λιποῦσ' Αἴγυπτον, οὐδ' ἦλθεν Φρύγας.

Ζεὺς δ' ὡς ἔρις γένοιτο καὶ φόνος βροτῶν,
εἴδωλον Ἑλένης ἐξέπεμψ' εἰς Ἴλιον.

At enim Euripides tam singularem fabulam certissime ab eo sumsit poëta, qui multos saepe mythos audaciter immutavit resque novas molitus est, Stesichoro. Qui quum primo Homeri fidem sequutus Helenae naviter male dixisset conviciisque suis iram Helenae provocasset, oculis repente captus esse putatur. Dio Chrysostomus Oratt. XI p. 162, A. Morell. (p. 323 Reisk.) *οὕτω δὲ, ἔφη, γελοίως διάκεισθε ὑμεῖς, ὥστε ποιητὴν ἕτερον, Ὁμήρῳ πεισθέντα καὶ ταὐτὰ πάντα ποιήσαντα περὶ Ἑλένης, Στησίχορον ὡς οἶμαι, τυφλωθῆναί φατε ὑπὸ τῆς Ἑλένης ὡς ψευσάμενον, αὖθις δὲ ἀναβλέψαι τἀναντία ποιήσαντα· καὶ ταῦτα λέγοντες οὐδὲν ἧττον ἀληθῆ φασιν εἶναι τὴν Ὁμήρου ποίησιν.* Locos singulos, quibus poëta propter Helenae reprehensionem occaecatus esse scriptaque palinodia visum recuperasse dicitur, vide apud O. F. Kleinium Fragmm. Stesich. p. 20 sqq. et p. 95 sqq. Jam primum duo fuisse carmina neque vituperationem ac laudem Helenae eadem oda comprehendi potuisse, clare adversus Blomfieldum Kleinius p. 22 sq. ostendit. Nam Isocratis verba multum jactata in Hel. Encom. 64, 2 B. *ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς* ita potius interpretor, *ab initio odarum suarum.* Scilicet ipse Isocrates prius carmen a palinodia sine dubio distinxit, *ὅτε μὲν γὰρ (Στησίχορος) ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς*, inquit, *ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἐστερημένος, ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησε.* Sed priorem odam et Blomfieldus et Kleinius ab *Ἰλίου Πέρσει* diversam fuisse negant, conjectura valde dubia, praesertim quum Helena Stesichori exstiterit (p. 94, 95 Klein.). Nobis potissimum placet, prius carmen *Ἐπιθαλάμιον Ἑλένας*, posterius autem *Παλινῳδία ἢ Ἐπιθαλάμιον Ἑλένας* inscriptum fuisse. Primum enim nomine tantum, non etiam re *Ἑλένη* et *Ἐπιθαλάμιον Ἑλένας* videntur sejungenda esse, quoniam meras nuptias spirat fragmentum ex Helene depromtum ap. Athen. III, 81, d. — *Στησίχορος ἐν Ἑλένῃ οὕτως·*

Πολλὰ μὲν κυδώνια
μᾶλα τότ' ἐρρίπτουν ποτὶ δίφρον ἄνακτι,
πολλὰ δὲ μύρρινα φύλλα
καὶ ῥοδίνους στεφάνους,
ἴων τε κορωνίδας οὔλας.

Aliquanto gravius est, quod Scholiastes Theocriti ad Idyll. XVIII. init. duo Helenae Epithalamia a Stesichoro composita novit: *Ἐπιγράφεται τὸ παρὸν εἰδύλλιον Ἑλένης Ἐπιθαλάμιον· καὶ ἐν αὐτῷ τινα εἴληπται ἐκ τοῦ πρώτου Στησιχόρου Ἑλένης Ἐπιθαλαμίου.* Sed haec omnia admodum incerta esse fateor. Contra satis credibile est, hoc Stesichori fragmentum, *Ἑλένη δ' ἑκοῦσ' ἀπῆρεν* (p. 134 Kl.) e priore oda derivatum esse. Verum enimvero undenam fama illa, quam plerique auctores adfirmant, nonnulli autem veram negant, de Stesichoro per Helenae iram occae-

cato enata esse videatur, inprimis magna quaestio est. Principio de caecitate sua per Helenam scilicet immissa Stesichorum in palinodia ipsum scripsisse, Blomfieldus et Kleinius consentiunt, neque de eo quisquam, ut equidem spero, dubitaverit. Idem vero Blomfieldus censet, Stesichorum infamata Helena, mox quasi quodam divino adflatu in palinodiam erupisse, quum quidem caecum se ab Helena redditum fingeret, eamque rem postea, ut fit, vulgo temere creditam esse. Egregie profecto Blomfieldus, quod Stesichorum finxisse caecitatem suam existimat: tametsi ille causam rationemque poëtici inventi haudquaquam perspexit. Neque enim Stesichorus ignorabat, rem sibi cum Homero futuram, nec se vulgarem rem nescio quam, sed nimirum id agere, ut Iliadem totam erroris convinceret; qui nisi suam ipsius fidem quasi trabali clavo fixisset, facile videbat periculum esse, ne ab omnibus derideretur. Sed optime judicabat, animos superstitione imbuendos esse, quod homines religione aliqua suscepta quidvis ne exploratum quidem credere solerent. Quocirca callidissime rem ita instituit, ut in priore carmine Homerum ducem sequeretur, Helenamque omnibus maledictis proscinderet; postea vero eximiam scriberet palinodiam, in qua et summis laudibus Helenam cumularet, et vero etiam se simularet propter convicia illa ab Helena occaecatum esse. Quumque mendacium addidisset mendacio atque ob palinodiam visum (quem nunquam amiserat) recuperasse se fabularetur, mentibus hominum tanto miraculo attonitis facile fidem male cohaerens invenit oratio. Sed aliquando ad nobilissimum carmen *Παλινῳδία* veniamus. Ac primum divinus Plato non usque eo erat occaecatus, ut Stesichorum vel ab Helena vel a Dioscuris vel ab ullo denique alio occaecatum esse putaret. Immo vero Platonicus Socrates, homo emunctae naris, et jocosa lepidaque falsae caecitatis narratione et usu ejus festivo satis superque ostendit, Stesichori acute videntis astutiam multos jam fefellisse, a se autem aliquando deprensam esse. Sic est enim in Phaedro p. 243, a. *ἐμοὶ μὲν οὖν, ὦ φίλε, καθήρασθαι ἀνάγκη. ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ἤσθετο, Στησίχορος δέ. τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὅμηρος, ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθύς· Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας. καὶ ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινῳδίαν, παραχρῆμα ἀνέβλεψεν. ἐγὼ οὖν σοφώτερος ἐκείνων γενήσομαι κατ' αὐτό γε τοῦτο κτέ.* Quod nisi egregie fallor, ita jocatur Socrates, quasi Homerum Helenae criminationes caecum reddidissent, isque tanti mali causa poenaque sua non animadversa omnem per vitam caecus mansisset; Stesichorus autem primum eadem de causa visu orbatus esset (Homericae enim famae crediderat), deinde vero quum iram Helenae et materiem malorum suorum tandem aliquando sensisset, palinodiae ope oculos recuperasset integros. In Stesichori verbis Codd. tantum non omnes exhibent *ἔτυμος λόγος*, non ut vulgo legitur, *ἔτυμος ὁ λόγος*; neque moror

interpolationem libri Vindobon. 4 *οὐδ' ἵκεο ὑψηλὰ πέργαμα Τροίας.* Prima verba *οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος (οὗτος)* etiam Athenaeus XI, 505, b, Maximus Tyrius Diss. XXVII. init., Cic. ad Attic. IX, 13, et Philostratus Vit. Apollon. IV, 16. p. 153 sq. (VI, 6. p. 278 Morell.) attulerunt, de quibus Philostratus haud obscure significat, palinodiam ab his ipsis verbis exorsam esse. Neque vero res ipsa dubitare sinit, quin exordium illius palinodiae apud Platonem legamus. Hoc non vidit Kleinius, neque versus ipsos recte distribuit. Praeterea et Kleinius et vero Blomfieldus male scripserunt, *οὐ γὰρ ἔβας* —. quum enim in Platone exstet, *οὐδ' ἔβας*, scribere *οὐδ' ἄρ' ἔβας* debebant. Nempe Stesichorus anapaestum dimetrum et dactylicos versus posuit alternis hoc modo,

Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος,
οὐδ' ἄρ' ἔβας ἐν νηυσὶν ἐϋσσέλμοισιν,
οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας.

Proximum versum aut certe unum e proximis servavit Tzetzes ad Lycophr. pag. 16, B. Pott. *Λέγουσι γὰρ, ὅτι διερχομένῳ Ἀλεξάνδρῳ δι' Αἰγύπτου ὁ Πρωτεὺς Ἑλένην ἀφελόμενος εἴδωλον Ἑλένης αὐτῷ δέδωκε καὶ οὗτως ἔπλευσεν ἐς Τροίαν, ὥς φησι Στησίχορος· Τρῶες, οἳ τότ' ἔσαν Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες.* Hunc locum infeliciter tractarunt et Blomfieldus et Kleinius, varietate lectionis temere neglecta. Bene tamen dicit Kleinius, F. Ursinum *ἴσσαν* edidisse, et bene ferri posse *ἴσαν*, digamma enim habuisse v. *Ἑλένη*. Etsi vel arsis satis est ad syllabam producendam, ut apud Homerum Il. II, 780 *οἳ δ' ἄρ' ἴσαν, ὥσεί τε πυρὶ χθὼν πᾶσα νέμοιτο.* Ac plane *ἴσαν* invenio apud Muellerum, qui in versu Stesichori legere dicit Vitemb. 3 *ὅτι τ'* Vit. 1 et Ciz. *οἳ τότ' ἴσαν.* Sed Muelleri negligentiam etiam h. l. longe superat summa fides Bachmanni, qui docet in libro Cizensi exstare, *Τρώες γὰρ οἱ τότε ἴσαν* —, in Parisino altero (*B*) *Τρῶες γὰρ οἳ τότ' ἴσαν*, in altero autem (C), *Τρῶες γὰρ οἱ τότ' ἦσαν* —. Quis jam dubitaverit Stesichoro hunc restituere hexametrum,

Τρῶες γὰρ τότ' ἴσαν Ἑλένας εἴδωλον ἔχοντες.

Eodem spectat Aristides T. III. p. 92 Jebb. *ὥσπερ οἱ Στησιχόρου Τρῶες οἱ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες* —. At verene dixerat Stesichorus, quod narrat nobis Tzetzes, Proteum Alexandro Trojam ex Aegypto naviganti Helena ipsa ademta simulacrum Helenae dedisse? Omnino Tzetzi Scholiastae ad Aristidem mire favent p. 226, C. (p. 56 Frommel.) *εἰς Στησίχορον αἰνίττεται. λέγει γὰρ ἐκεῖνος, ὅτι ἐλθὼν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπὶ ταύτης τῆς νήσου τῆς Φάρου ἀφῃρέθη παρὰ τοῦ Πρωτέως τὴν Ἑλένην καὶ εἴδωλον αὐτῆς ἐδέξατο. — Στησίχορος ἐν τῇ ποιήσει λέγει ὡς ἥρπακὼς τὴν Ἑλένην Ἀλέξανδρος καὶ διὰ τῆς Φάρου ἐρχόμενος ἁρπρέθη μὲν ταύτην παρὰ Πρωτέως, ἔλαβε δὲ ἐν πίνακι τὸ εἴδωλον αὐτῆς γεγραμμένον, ἵνα ὁρῶν παραμυθοῖτο τὸν αὐτοῦ ἔρωτα.* Kleinius vero fide Scholiastis derogata p. 94 ita disputat. Non potuit Helena, inquit, quae omnino navem ne conscendisset quidem, in Aegyptum cum Alexandro pervenire. Neque haec e priore oda duci potuerunt, quippe in qua poëta

unice Homerum sequutus esset. (Et diserte Tzetzes istam famam e palinodia derivat.) Imo poëta cecinerat in palinodia, sicuti fragmenta docent, *imaginem Helenae a Paride inscio Trojam Lacedaemone abductam esse.* Quae Scholiastes cum Herodoti de Proteo narratione confudit, confusa autem mireque permixta tribuit Stesichoro. Kleinio nuper admodum Pflugkius l. l. p. 8 adsensus est. Verissime. Incredibiliter enim Stesichorus cum Herodoto permixtus est; sic autem considera. Alexandro, inquiunt, in Aegypto Helena a Proteo erepta est. Hoc quidem Herodotus prodidit, minime vero Stesichorus, quo auctore Alexander Helena ipsa nunquam potitus est. Ecce porro: Helenae loco Proteus, inquiunt, vanum ejus simulacrum dedit Alexandro. At nihil de simulacro Herodotus, apud quem Proteus nihil Paridi reddit nisi convicia bene multa. Contra Stesichorus dederat ille quidem Alexandro Helenae simulacrum, sed jam Spartae dederat, non in Aegypto demum, quo ille Alexandrum venisse pernegabat. Praeclare igitur Stesichori atque Herodoti narrationes distinxit Dio Chrysost. Orat. XI, p. 162, A. Morell. *Καὶ τὸν μὲν Στησίχορον ἐν τῇ ὕστερον ᾠδῇ λέγειν, ὅτι τὸ παράπαν οὐδὲ πλεύσειεν ἡ Ἑλένη οὐδαμόσε· ἄλλοι δέ τινες, ὡς ἁρπασθείη μὲν Ἑλένη ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου, δεῦρο δὲ παρ' ἡμᾶς εἰς Αἴγυπτον ἀφίκετο.* Nondum etiam palinodiae Stesichoreae sententiam plane videmur adsequuti esse, praesertim Pflugkio l. l. p. 8 multum haesitante, qui non audet decernere, an Stesichorus Helenam, Graecis bellum ad Trojam gerentibus, in Aegypto fuisse tradiderit. Male scilicet dubitat vir egregius in re manifesta. Et e fragmentis quidem tantum certe perspicias, Helenam tunc Ilium non venisse, neque naves quidem conscendisse, potiusque Trojanos navigasse cum Helenae simulacro. Itaque Stesichorus non magis, quam sacerdotes Aegyptii aut Herodotus eorum patronus negare audebat, bellum Trojanum conflatum esse, (et satis notum est, Graecos in tanta fabularum varietate quum illud bellum alii aliter gestum esse dicerent, de ipso tamen bello nunquam dubitasse). Alioquin enim omnem raptum Helenae infitiari debebat, quod minime ullo fecit loco. Atqui si Paris simulacrum modo Helenae rapuit, et tamen bellum exarsit Trojanum: ipsissima Helena profecto Spartae remanere non poterat, sed vel magorum artibus a Menelao divellenda erat. Ergo summe probabile est, Stesichoro auctore veram Helenam per auras in Aegyptum ad Protea deductam esse, quum praesertim jam Homerus et sacerdotes Aegyptii, suo utrique tamen modo et multo aliter ac Stesichorus, Helenam in Aegypto apud Thonin vel Proteum fuisse dixissent. Atque haec res magis etiam stabilitur illa Tzetzis et Scholiastarum ad Aristidem confusione. Qui non, puto, dixissent, secundum palinodiam Stesichori Proteum Alexandro in Aegypto Helenam eripuisse et pro ea nescio quod dedisse simulacrum, nisi etiam apud Stesichorum in Aegypto vera Helene fuisset. Dixi, minime dubium esse, quin secundum palinodiam Stesichori Helena Spartae quidem manere non potuerit, atque id unum quaeri, quonam Helene belli Trojani temporibus a Stesichoro trans-

lata sit. Enimvero in Aegyptum maxime abductam Euripide etiam statui auctore, quem neque aliam atque aliam famam sequi convenit, et in caeteris prope omnibus ab uno pendere Stesichoro adparet. Caeterum quam periculosum sit, res adfirmare obscuras, etiam hic locus potest ostendere. Proficiscar autem a gravissima quadam Pausaniae memoria III, 19, 11 *ὃν δὲ οἶδα λέγοντας Κροτωνιάτας περὶ Ἑλένης λόγον, ὁμολογοῦντας δέ σφισι καὶ Ἱμεραίους, ἐπιμνησθήσομαι καὶ τοῦδε. ἔστιν ἐν τῷ Εὐξείνῳ νῆσος κατὰ τοῦ Ἴστρου τὰς ἐκβολὰς Ἀχιλλέως ἱερά· ὄνομα μὲν τῇ νήσῳ Λευκή, — — ἐλθόντα δὲ ἡ Πυθία Λεώνυμον ἀπέστελλεν ἐς νῆσον τὴν Λευκὴν, ἐνταῦθα εἰποῦσα αὐτῷ φανήσεσθαι τὸν Αἴαντα καὶ ἀκέσεσθαι τὸ τραῦμα, χρόνῳ δὲ ὡς ὑγιάνας ἐπανῆλθεν ἐκ τῆς Λευκῆς, ἰδεῖν μὲν ἔφασκεν Ἀχιλλέα, ἰδεῖν δὲ τὸν Ὀϊλέως καὶ τὸν Τελαμῶνος Αἴαντα, συνεῖναι δὲ καὶ Πάτροκλόν σφισι καὶ Ἀντίλοχον· Ἑλένην δὲ Ἀχιλλεῖ μὲν συνοικεῖν, προστάξαι δέ οἱ πλεύσαντι ἐς Ἱμέραν πρὸς Στησίχορον ἀγγέλλειν, ὡς ἡ διαφθορὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐξ Ἑλένης γένοιτο αὐτῷ μηνίματος. Στησίχορος μὲν ἐπὶ τούτῳ τὴν παλινῳδίαν ἐποίησεν.* Itaque Pausanias ipsorum famam Himeraeorum prodit, quibus si credas, Helenae Himeram navigauti Leonymo atrocia ad Stesichorum mandata dedit, nunciavitque, caecitatem sibi ab Helena immissam, quo ipso nuntio perculsum palinodiam scripsisse Stesichorum. Consideranti autem hanc fabulam, in qua ipsi Himeraei nobilem illam palinodiam ex hoc potissimum fonte repetunt, videbitur Stesichorus Helenam a se laudatam belli tempore non in Aegyptum potius, quam Leucen insulam asportari fecisse. Quod si est ita (nihil enim quidquam adsevero multoque potius in medio rem relinquo) veruntamen si res ita habet, non potest Euripides in magnam reprehensionem non incurrere. Necesse est enim, si tamen Helena, quam Euripides in Aegypto reponit, apud Stesichorum in Leuce insula delituerat, in ista quidem tragoedia fabulam Stesichori cum fama Herodotea miris modis confusam esse. Tum profecto non sine summo jure dixerit Aristophanes v. 850 *τὴν καινὴν Ἑλένην μιμήσομαι.* Nullum enim omnino ducem is sequi censendus est, qui varia ac multum diversa permiscere audeat. Et quoniam summus pudor aliorum fuit tragicorum et singularis modestia in fabulae quasi sacrosanctae fide conservanda, fieri vix potest, ut nova ista planeque inaudita Helena Euripidis cachinnos sibilosque Atheniensium effugerit. Nunc demum expromere lubet insignem locum Platonis, apud quem Socrates vulgi vita eximie descripta ita pergit De Republ. IX, p. 586, C. *Ἆρ' οὖν οὐκ ἀνάγκη καὶ ἡδοναῖς ξυνεῖναι μεμιγμέναις λύπαις, εἰδώλοις τῆς ἀληθοῦς ἡδονῆς καὶ ἐσκιαγραφημέναις, — ὥστε — καὶ περιμαχήτους εἶναι, ὥσπερ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχητον ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς;* Stesichorus igitur dixerat, Trojanis veri ignoratione imaginem Helenae belli causam fuisse, sive de vano Helenae simulacro belligeratum esse. Eodem modo et

iisdem paene verbis simulacrum Helenae loco ipsius Trojae reposuit Euripides Hel. v. 33 sqq.

δίδωσι δ' (Ἥρα) οὐκ ἐμοί, ἀλλ' ὁμοιώσασ' ἐμοὶ
εἴδωλον ἔμπνουν οὐρανοῦ ξυνθεῖσ' ἄπο
Πριάμου τυράννου παιδί· καὶ δοκεῖ μ' ἔχειν
κενὴν δόκησιν, οὐκ ἔχων.

Cf. etiam v. 1671, 1672. Quae quum ita sint, dubitari vix potest, quin argumentum Helenae Euripideae, (dico autem unam Helenae tragicae personam) maximopere cum palinodia Stesichori consentiat, nec quisquam ante Euripidis tempora praeter Stesichorum fabulam istam memoriae prodiderit. Atque id ipsum est, in quo Euripides gravissime ab Aristophane reprehensus sit, v. 849, 850

τῷ δῆτ' ἂν αὐτὸν προσαγαγοίμην δράματι;
ἐγῷδα· τὴν καινὴν Ἑλένην μιμήσομαι.

Nec vero negamus, magnam Euripidis fuisse judicii perversitatem, qui ista Stesichori Helena ad tragoediam scribendam abuteretur. Quum enim obscurissimae famae tota Ilias Homeri, repugnaret, de cujus veritate Graeci non magis dubitabant, quam nos Christiani de fide librorum sacrorum aut de salute per Jesum Christum consequenda: ne Aeschyli quidem fulmina ad Homerum refutandum, neque simplex illa majestas Sophoclis ad laudem tali dramate reportandam valuissent. Tu mihi Iliadem audebis refellere? Tu ineptias Stesichori imitabere, non imitabere singularem viri prudentiam, caecitatem fingentis, ne jure optimo irrideretur? Tu denique, perfacete omnium mulierum osor, Helenam, cujus libidines universa Graecia odisset, deamabis et quasi Penelopen alteram exosculabere? Longum est, omnia Euripidis vitia, quae hic vituperantur, adcurate persequi, sed de nonnullis necessario mihi dicendum est, ut sanissimum Aristophanis judicium cognoscatur. Ac primum v. 901 sqq. lepidissime eam scenam traduxit, in qua Menelaus et Helena se invicem adgnoscunt (Hel. v. 557 sqq.). Atqui in oculos incurrit, hanc quidem scenam, inprimis inde a v. Helenae 622, utpote comicam ex altera parte, a tragoediae dignitate procul abhorrere. Nam dissimillimarum conjunctio personarum quantos tandem risus excitaverit necesse est. Helena quidem, castissima mulier, quoniam post septendecim annos (v. 112 sq.) praeter omnem spem Menelaum ocellum suum recuperavit, calet prorsus igni amoris, ruit in amplexus mariti, flet prae gaudio, digito sibi caelum videtur adtingere. At contra tepet in praeclara agnitione aut friget potius bonus iste Menelaus; dicitque quum alia parum consona, tum haec canit prope comica v. 673

— οὐκ ἐμέμφθην· ἔχω
τὰ τοῦ Διὸς λέκτρα Λήδας θ' —,

nec mirum. Ipse enim, qui antea cum simulacro Helenae suaviter concubuisset, nunc ubi simulacrum avolavit, Helene ipsa adest, haud magnum sane bonum adsequutus est. Verum Helena, ut dico, triumphat gaudio atque tripudiat, quippe quae ad illum diem simulacrum nullum ac ne σκυτίνην quidem ἐπικουρίαν habuerit. Porro autem in

Helena Theoclymenus, perditus ejus amator, dolo astutiaque circumventus spe sua et tantum non paratis nuptiis excidit. Omnino proclivis erat ad fraudem excogitandam Euripides, apud quem similiter Thoas in Iphigenia Taurica aliique aliis in locis decepti falluntur. Nusquam tamen dolorum sutelae odiosiores sunt, quam in Helena; in qua taedio et nausea enecamur, turpi ista fraude centenos per versus inde ab 1033 continuata. Quis igitur Aristophanem non laudaverit haec quoque reprehendentem quum in omni scena, tum singulis in locis v. 852, 927? Quin etiam meliore in loco Aristophanes est, apud quem doli minime succedunt, quam laudator fraudis Euripides, qui cogitare debebat, tragici poëtae esse, ut a fraudibus homines absterreat, non ultro ad bonum successum cohortetur. Tum vero pannos Menelai egregie ludificavit Aristophanes, de qua re supra ad v. 935 exposui. Sed quoniam non singuli tantum loci, verum drama totum Aristophani displicuit, etiam id quoque investigabo, qualis fabula in universum Helene censenda sit. Et olim quidem sic existimabam, Helenen pro tragoedia comica et quasi pro Ἰλαροτραγῳδίᾳ habendam esse, quales postea scripsit Rhintou, usus ille crebro Euripideis. Qua opinione non solum excusari, verum etiam defendi Euripidem facile adparet. Nam si delectare tantum animos voluit et exspectationem fallere audientium, aptissime profecto Stesichori fabulam elegit itaque finxit, Helenen omnino Trojam non pervenisse, castam fuisse matronam ac pudentem, omnem denique Homeri Iliadem mentiri. Movebant me tum maxime quidem fabula ipsa, ludicra illa et ad tragoediam formandam satis inepta, praeterea vero etiam singuli quidam loci, velut v. 257, ubi loquitur Helene,

γυνὴ γὰρ οὔθ' Ἑλληνὶς οὔτε βάρβαρος
τεῦχος νεοσσῶν λευκὸν ἐκλοχεύεται,
ἐν ᾧ με Λήδαν φασὶν ἐκ Διὸς τεκεῖν,

v. 489 sqq. ubi ridicule Menelaus duplici Helena consternatus,

Διὸς δ' ἔλεξε παῖδά νιν πεφυκέναι.
ἀλλ' ἦ τίς ἐστι Ζηνὸς ὄνομ' ἔχων ἀνὴρ
Νείλου παρ' ὄχθας; εἷς γὰρ ὅ γε κατ' οὐρανόν;

adde etiam ea quae sequuntur, v. 622 sqq., de quo loco supra dictum est. Nihil unquam vidi magis comicum. Caeterum huic conjecturae, quam amicis quibusdam probavi, postea coepi diffidere. Tandem vero fabula ista iterum iterumque perlecta et cum pulvisculo quasi excussa intellexi, nihil Pflugkii in Prooem. p. 10 judicio verius esse. Is vero optime vidit, Helenen Euripidis, pariter illam a splendore tragoediae atque a comoediae humilitate disjunctam, in singulari quodam fabularum genere reponi debere, quod medium tragoediam inter comoediamque interjectum sit (ein Schauſpiel). Eadem fere ratio est, ut de Oreste taceam, Alcestidis Euripideae. De hac testantur scriptor argumenti, τὸ δὲ δρᾶμά ἐστι σατυρικώτερον, ὅτι εἰς χαρὰν καὶ ἡδονὴν καταστρέφει. (Ratio absona, ut docent Iphigenia Taurica, Ion, Heraclidae, Sophoclis Philoctetes). παρὰ τοῖς τραγικοῖς ἐκβάλλεται (C. Lachmannus, παρὰ τοῖς κωμικοῖς διαβάλλεται,

ΧΟΡΟΣ.

ἄγε νῦν ἡμεῖς παίσωμεν, ἅπερ νόμος ἐνθάδε ταῖσι γυναιξίν,

---

sed aliud quiddam latet) *ὡς ἀνοίκεια τῆς τραγικῆς ποιήσεως ὅτε Ὀρέστης καὶ ἡ Ἄλκηστις, ὡς ἐκ συμφορᾶς μὲν ἀρχόμενα εἰς εὐδαιμονίαν δὲ καὶ χαρὰν καταλήξαντα· ἔστι δὲ μᾶλλον κωμῳδίας ἐχόμενα,* atque etiam didascalia fabulae apud G. Dindorfium ad Eur. Alcest. Edit. Oxon. (1834) — *παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιΐα. τὸ δρᾶμα ἐποιήθη ἐπὶ Γλαυκίνου ἄρχοντος τὸ Ν'. πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς, δεύτερος Εὐριπίδης Κρήσσαις, Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος, Τηλέφῳ, Ἀλκήστιδι. τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχει τὴν κατασκευήν.* Felicius haec emendavit ipse Dindorfius, quam F. G. Glum, Ascaniensis. In hac vero didascalia Alcestis quarto loco nominatur, quem alias dramata obtinent satyrica. Nempe Alcestin ne pro justa tragoedia numeremus, inprimis impedimento est ebrius ille Hercules, comica plane persona, quidquid Goethius et Hermannus contra dixerint. Verum Helene tametsi neque tragoediae nomine, neque comoediae adpellanda est, sed medio potius inter utramque loco interponenda: satis prope tamen a tragoedia abest dicique adeo ejusmodi tragoedia potest, cui aliquantum virtutis insit comicae. Quo rectius hanc fabulam ab Aristophane patet reprehensam esse. Namque Euripides etsi bene sensit argumenti minime tragici tenuitatem ideoque nonnihil leporis et tanquam salis inspersit, tamen credi sibi omnes illas res tam novas, tam inauditas, tam incredibiles, tam (vere loquar) ridiculas voluit, speravitque fieri posse, ut tam comico argumento fabulam sereret haud absimilem tragoediae. Ergo recte A. G. Schlegelius (Ueber dramat. Kunſt und Literatur p. 261) fabulam Euripidis reprehendit, utpote socco quam cothurno aptiorem. Et nobis quidem hoc erat propositum, Aristophanis, acutissimi judicis sententiam illustrare, non omnia Helenae pseudo-tragicae vitia rimari. Equidem ego sic judico, nisi Helenam scripsisset suam Euripides, non liciturum fuisse criticis drama malum maleque a librariis habitum conjecturis bonis malis tentare. Cujus insignia vitia dramatis partim tetigit Pflugkius Prooem. p. 9 sqq. Nolimus tamen virum egregium p. 11 opinionem plane incredibilem adtulisse de consilio poëtae. Neque vero haec scribere p. 12 debebat „Quanquam annum definire non audeo: tantum constare puto actam esse Helenam post Olymp. LXXXIX, 4 et ante Ol. XCII, 1, quo anno Thesmophoriazusas edidit Aristophanes, Helenam ut nuper actam perstringens.“ Imo vero Helena Andromedaque editae sunt Olymp. 92, 1 uno anno ante Thesmophoriazusas, uti supra ad v. 808, 809 demonstravimus.

V. 947. sqq. Sequitur eximium carmen Chori, dum Mnesilochus palo suffigitur, apte interpositum.

Ibidem. *ἄγε νῦν ἡμεῖς παίσωμεν*] Cum vi dicitur *νῦν* nunc,

scilicet tempore sacro, ut apud Alcaeum Athenaei X, 430, c. *Νῦν χρὴ μεθύσθην —*, indeque Horatium Od. I, 37, 1 Nunc est bibendum, nunc pede libero —. Falso igitur Dindorfius *ἄγε νυν* scripsit sublato accentu. Plane alia enim ratio est formulae *ἄγε νυν ὅπως* in Eqq. 1006, Nub. 485 (loco forsitan corrupto), Eccles. 149, fortassis etiam Eccles. 82, ubi conjicio, *ἄγε νυν ὅπως καὶ τἀπὶ τούτοις δράσομεν*, Eurip. Cycl. 630, in quibus locis *νυν* est incitantis. Deinceps pro *παίσωμεν* Rav. Aug. Junt. *πέσωμεν* exhibent. Correxerunt Zanettus atque Bisetus. Kusterus quum verbo *παίσωμεν* saltandi notionem vel choreis se oblectandi recte tribuisset, videndum tamen esse dixit, ne *παίσωμεν* etiam duci possit a *παίειν* a feriendo, id est tripudiando, quia homines terram inter saltandum pedibus ferire soleant. Ridiculus error, quem errarunt etiam Bisetus et nonnulli interpretes, vertentes illi, veluti in Ed. Lugdunensi minore, *feriamus terram et tripudiemus*. Neque sapientius infra v. 988 *παίσωμεν ὦ γυναῖκες* idem interpres transtulit, *feriamus terram o mulieres* et in sua versione Kusterus, pulsemus [*terram pedibus*], o mulieres. Jam de declinatione hujus verbi nota sunt atticistarum praecepta. Phrynichus in Ecloga p. 240 Lob. doricum esse dicit *παῖξαι*, atticum vero *παῖσαι;* similiterque atticam formam *παῖσαι* esse volunt, *παῖξαι* vulgarem Hesychius in voce, Schol. ad Ran. 388 (391), Moeris p. 148 et 293, Thomas M. p. 673 Bern., Timaeus p. 158 Ruhnk. ed. I. Ego ne formam *παῖξαι* prorsus contemnendam putem, tum Xenophontio *συμπαίκτωρ*, quod adtulit l. l. Lobeckius, impedior, tum etiam auctoritate Luciani, tersi, ut illa erant tempora, scriptoris, qui non dubitavit scribere *ἔπαιξα* D. Deor. 6, 4, *συμπαίξεται* et *συμπαιξόμενον* D. Deor. 4, 3, *παῖξαι* Demosth. Encom. 15, *ἐμπαίξαντες* Lexiphan. 5 et alias simili modo. Et adjuvat opinionem meam haec glossa in Bekk. Anecd. p. 438, 7 *Ἀποτριάσαι — οἱ δὲ ἀποτριάξαι διὰ τοῦ ξ —*, tametsi verum est, atticos *σαλπίγξαι* et *σαλπῖξαι*, non *σαλπίσαι* (Lobeckius ad Phryn. p. 191) et contra *σιῆσαι* non *σιῆξαι* (Lobeckius ibid. p. 253) dixisse. Neque vero atticistae, nisi veri aliquid subesset, tanto consensu formam *παῖξαι* repudiarent. Videlicet et Aristophanes et Plato, scriptores omnium maxime attici, constanter *παῖσαι*, *παῖξαι* autem ne semel quidem posuerunt. Sed mire cecidit, ut hi ipsi de tantilla re haud leviter inter se dissiderent. Nam Aristophanes quidem quum ubique sibi dicendum putaret *παῖσαι*, *παίσαντα*, *παίσωμεν*, *πέπαισται*, nullo usquam literae ξ vestigio, scripsit tamen in Ranis v. 333 *φιλοπαίγμονα τιμάν*. Neque enim illustre Homeri exemplum Od. 23, 134 *ἡμῖν ἡγείσθω φιλοπαίγμονος ὀρχηθμοῖο* temere censebat derelinquendum esse. Aliter et haud scio an minus recte judicaverit rigidus paene atticismi sectator Plato, quem adparet tum De Republ. V, 552, c. *φιλοπαίσμων* scripsisse (si quidquam Codices valent et Scholiasta, *φιλοπαίσμων ἀττικῶς ὁ φιλοπαίγμων*), tum etiam in Cratylo p. 406, c. *φιλοπαίσμονες*. Denique Pollux et utramque enotavit formam VI, 28 *φιλοπαίγμων καὶ φιλοπαίσμων*, et insuper aliud

ὅταν ὄργια σεμνὰ θεαῖν ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν, ἅπερ καὶ
Παύσων σέβεται, καὶ νηστεύει,

---

par, non optimo tamen ordine, geminavit V, 161 *φιλοπαίκτης, φιλοπαίγμιων, φιλοπαίσμιων, φιλοπαίστης.* Neque Attici, ut opinor, recepto semel *φιλοπαίγμιων*, simillimum *φιλοπαίκτης* deprecari poterant. Atque haec uberiore filo huc deduximus, ut Scholiastae Rav. ad h. l. adnotatio pinguius expressa intelligi posset, *τὸ παίξωμεν οἱ Ἀττικοὶ παίσωμεν ἔλεγον, καὶ τὸ παίσωμεν πάλιν παίξωμεν: — καὶ, πολυπαίγμονος ὀρχηθμοῖο.* Scribendum erat *φιλοπαίγμονος*, Homeri enim locus adfertur. Quae tamen specie magis quam re absurda sunt. Fortassis enim hoc tum grammaticus haud nimium disertus sentiebat: Attici *παίσωμεν* potius, quam *παίξωμεν* dicebant, veruntamen notum eis fuisse etiam alterum formandi genus *παίξωμεν*, docet composita vox *φιλοπαίγμιων*, qua ab Homero accepta etiam Attici utebantur. Caeterum versus 947, 948 vulgo inepte in quatuor non-versus dividuntur hoc modo,

Ἄγε νῦν — ἐνθάδε
Ταῖς γυναιξὶν
Ὅτ' ἂν — ἀνέχω-
μεν ἅπερ καί.

Sed recte viderunt Brunckius, Bentlejus, Porsonus, duo anapaestos esse tetrametros, in quorum priore *ταῖσι* pro *ταῖς* scribi debere. In libro Rav., qui tamen et ipse *ταῖς* retinet, versus recte distributi sunt.

V. 948. Adverte elegantem verbi repetitionem,

ὄργια σεμνὰ θεαῖν — ἅπερ καὶ
Παύσων σέβεται —.

Quod in hoc ipso verbo observare licet Nub. 292

ὦ μέγα σεμναὶ Νεφέλαι —.
ἠσθου φωνῆς ἅμα καὶ βροντῆς μυκησαμένης θεοσέπτου,
Στρ. καὶ σέβομαί γ' ὦ πολυτίμητοι —.

Sed de hac concinnitate, quam frequentat graecorum tragoedia, alibi plura diximus. Scholiastam vero hic etiam descripsit Suidas in *Ἀνέχομαι*: — *καὶ ἀνέχομεν ἀντὶ τοῦ αὐξάνομεν. καὶ Ἀριστοφάνης· ὅταν ὄργια σεμνὰ θεαινῶν* (sic Edd. Mediol. et Kusteri, *θεαῖς* Cod. Oxon.) *ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν. ὅταν τὰ μυστήρια, φησὶν, αὔξωμεν τῶν θεῶν, Δήμητρος καὶ Περσεφόνης. ὅταν τὰς τελετὰς αὔξωμεν. τοῖς γὰρ ὕμνοις ἐπαίρομεν αὐτάς. τοῦτό ἐστι τὸ ἀνέχομεν.* Eisdem fere verbis Schol. Rav. *ὅταν τὰ μυστήρια αὔξωμεν, φησὶν, τῶν θεῶν. λέγει δὲ Δημήτρας καὶ Περσεφόνης. ΑΛΛΩΣ. ὅταν τὰς τελετὰς —. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἀνέχομεν.*

V. 949. *Παύσων*] Unus virorum Thesmophoria vel potius diem, qui tummaxime agebatur, jejunii concelebrat Pauso, non ille

quidem ex religione ut mulieres, sed inopia, neque unico die quotannis celebrat, imo saepissime esurit et tantum non perit fame. Satis mire Hotibius verba *καὶ νηστεύει* deleri vult, quod glossemate isto facetiae loci exstinguantur. Imo his omissis, ut de metro taceam, nimis obscure loqueretur Aristophanes. Itaque sapienter ad h. l. tacuit Bothius. Optime Schol. Rav. *Παύσων ὁ ζωγράφος εἰς πενίαν διαβάλλεται καὶ διὰ τοῦτο εἶπε νηστεύει.* Sed vivere ac vigere pauperem videas, quum divites saepe copiis vitiisque suis pinguescant et ipsa pinguitudine suffocentur. Adeo Pausonem nostrum perdiu vixisse necesse est, quoniam et Acharnensibus (Ol. 88, 3) et triginta septem annis post in Pluto altero (Ol. 97, 4) vivus spiransque irridetur. Nam in Acharn. 819 ita scriptum est,

οὐδ' αὖθις αὖ σε σκώψεται Παύσων ὁ παμπόνηρος,
Λυσίστρατός τ' ἐν τἀγορᾷ, Χολαργέων ὄνειδος,
ὁ περιάλουργος τοῖς κακοῖς,
ῥιγῶν τε καὶ πεινῶν ἀεὶ
πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας
τοῦ μηνὸς ἑκάστου.

Hic Pausonem intelligi pictorem quum id indicio est, quod lepores et dicta ejus memorantur (multum enim, ut infra ostendam, pictor solebat jocari) tum etiam, quod cum Lysistrato inope et tantum non mendico homine conjungitur; atqui nihil pictore illo fuit egentius. Quocirca aut inique poëta judicavit, aut Pauso pictor in malorum hominum numero reponendus est. Jam locus in Pluto hic est v. 602

ΠΕ. ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει.
ΧΡΕ. Παύσωνα κάλει τὸν ξύσσιτον.
ΠΕ. τί πάθω τλήμων;
ΧΡΕ. ἔρρ' ἐς κόρακας θᾶττον ἀφ' ἡμῶν.
ΠΕ. εἶμι δὲ ποῖ γῆς; ΧΡΕ. ἐς τὸν κύφων' κτλ.

Pessime dicit Berglerus, vocem *κάλει* v. 602 ex Euripide sumtam esse. Quin omnia illa, quae Chremylus interfatur, planissime comica sunt. Una Paupertas paratragoediat, neque id tantum v. 601, ut cum Scholiasta censent interpretes, sed haud dubie etiam v. 603, 605. Namque negamus dubitari posse, quin sic in Telepho loquutus sit Euripides,

Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει.
τί πάθω τλήμων; εἶμι δὲ ποῖ γῆς;

De Pausone Schol. ad v. 602 *ὁ Παύσων δὲ ἐπὶ πενίᾳ κωμῳδεῖται ζωγράφος ὤν.* Quum igitur Peniam his verbis Chremylus adloquatur, *Pausonem implora, convictorem tuum*, clarum est, hominis paupertatem unice ludificari, quae tanta fuit, ut in proverbium abierit. Etenim de homine famelico illud vulgo usurpabant, *Παύσωνος πτωχότερος*: quibus verbis addit Suidas, *οὗτος ζωγράφος ἦν, καὶ ἐπὶ πενίᾳ διετεθρύλλητο.* Cf. Michael. Apostolium Paroem. 15, 76 et Erasmi Adag. p. 564. Quid quod nonnulli Pausonem nostrum cum Iro Homeri Od. XVIII, 6 sqq. consociarunt. Suidas, *Παύσων καὶ Ἶρος: ὀνόματα κύρια πενήτων. Ὁ Ἀσκληπιὸς Παύσωνα καὶ*

Ἶρον κἂν ἄλλον τινὰ τῶν ἀπόρων ἰάσαιτο. (Locus scriptoris incerti, cujus loci jam sequitur interpretatio.) ὀφθαλμῷ γάρ τις (imo γὰρ Παύσων τις) ἐνόσει. εἶτα ἐπιστὰς ὅδε (imo ὁ θεὸς) λέγει· ὄξει λύσαντα κάπρου πιμελὴν, κἄτα ὑπαλείψασθαι. (Anapaestus tetrameter, ubi scripseris, Ὄξει λύσαντα κάπρου πιμελὴν, ὑπαλείψασθαί σε κελεύω.) ὁ δὲ κοινοῦται τῷ συνήθει ἰατρῷ. ὁ δὲ ἐπειρᾶτο τὰς αἰτίας λέγειν. τὸ μὲν γὰρ ὑπορρεῖν τὸ οἴδημα τῇ δριμύτητι· τὸ δὲ ἐπιλιπαίνειν καὶ ἡσυχῇ ὑποτρέφειν. ὁ Ἶρος ἔλεγε. (Desunt ea, quae dixerit Irus.) Hanc ego narrationem non e joco Pausonis ipsius, sed e vetere comoedia fluxisse statuo. Finxerat, puto, poëta comicus, Pausonem, quum oculorum morbo laboraret, in somnis ab Aesculapio admonitum esse his verbis, Ὄξει λύσαντα κάπρου πιμελὴν ὑπαλείψασθαί σε κελεύω. Simili medicamento Aesculapius lippitudinem Neoclidis curat vel auget potius in Pluto v. 716 sqq. et Blepyrus in Ecclesiaz. v. 404 sqq. Quin etiam nescio, an illa Suidae narratio de Pausone ad Senectam Aristophanis referri queat. Quid enim, si ipsa Pausonis verba lippitudinem suam querentis partim servata sunt a Polluce IV, 180 Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γήρᾳ φησίν·

Ὀφθαλμιάσας πέρυσιν εἶτ' ἔσχον κακῶς·
ἔπειθ' ὑπαλειφόμενος παρ' ἰατρῷ —.

Quos quidem versus Senectae imitari videtur Athenaeus III, 97, f. — παρά τινι τῶν φίλων ἰατρῷ ὑπαλειψάμενος τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς παχεῖ φαρμάκῳ —. Caeterum de Pausone nuper post Franc. Junium nonnihil dixit Julius Sillig in Catalog. Artificum p. 328. Hic: *Pauso*, inquit, *pictor incertae patriae* —. At Pauso omnem vitam transegit Athenis, quo si aliunde demigrasset, peregrinitatem ei minime remisisset Aristophanes. Quare Pausonem origine et patria Atheniensem fuisse liquet. Ecce porro, *Hinc eum ipsius Aristophanis aetate puto floruisse.* Quasi res tam plana in dubitationem venire possit. Sed nondum satis explicavi locum illum Acharn. 819 οὐδ' αὖθις αὖ σε σκώψεται Παύσων ὁ παμπόνηρος, unde joco deditum fuisse Pausonem risuique alios exposuisse intelligitur. Scilicet Pauso ludibria verius hominum, quam veros homines pingebat. Aristoteles Poët. II, 2 ὥσπερ οἱ γραφεῖς, Πολύγνωτος μὲν γὰρ κρείττους, Παύσων δὲ χείρους, Διονύσιος δὲ ὁμοίους εἴκαζε. Quae verissime exposuerunt et in Laocoonte p. 11 sq. Lessingius et C. A. Boettiger De Archaeolog. Pictur. P. I. p. 266 adnot. Obscurior est, sed eodem pertinet alia memoria Aristotelis Politic. VIII, 5 — δεῖ μὴ τὰ Παύσωνος θεωρεῖν τοὺς νέους, ἀλλὰ τὰ Πολυγνώτου, κἂν εἴ τις ἄλλος τῶν γραφέων ἢ τῶν ἀγαλματοποιῶν ἐστιν ἠθικός. Egregius vero locus de Pausone apud Lucianum est Demosth. Encom. c. 24, in quo *Παύσωνος — Παύσωνι — Παύσωνα* pro *Πάσσωνος — Πάσσωνι — Πάσσωνα* dudum e Codd. emendarunt. Jussus enim pictor equum pingere in volutabro (τῇ ἁλινδήθρᾳ) se volutantem (ἵππον ἁλινδούμενον), currentem pinxit et multum pulverem circa. Ob eam rem ab homine, qui locarat, re-

πολλάκις αὐταῖν ἐκ τῶν ὡρῶν 950
ἐς τὰς ὥρας ξυνεπευχόμενος

---

prehensus tabulam invertit; ecce qui modo cucurrerat equus, jam volutabatur. Idem memoriae prodiderunt Aelianus V. H. XIV, 15 et Plutarchus De Pythiae Orac. c. 5, sed omissa re gravi, quam haud neglexit Lucianus, καὶ πολὺν κονιορτὸν περὶ τὸν ἵππον. Videlicet imperatum erat Pausoni, ut equum pingeret in volutabro ac multo in pulvere se volutantem. Etenim nullus horum scriptorum dixit ἵππον κυλινδούμενον, sed aut ἵππον καλινδούμενον, ut Aelianus, aut ἵππον ἁλινδούμενον, sicut Plutarchus. Atque haec verbi forma quippe propria in tali re etiam Luciano e Codd. restituenda est. Omnis autem narratio tam pulchre ad Pausonis nostri, hominis festivi ingenium convenit, ut non temere ficta esse videatur. Postremo de Pausone nostro egit etiam T. Hemsterhusius ad Pollucem VII, 200 et in Addendis ad eum locum ad Pag. 838 n. 70, attamen Hemsterhusius tum quidem juvenis multa potius dixit, quam multum. Nec vero haec scribere Vir Summus debebat: *Pausonis, cujus a me facta fuit mentio, nobilissimum est inter veteres pictores nomen.* Ut enim omnia, quae ubique de hoc Pausone tradita sunt, diligenter colligas (et pleraque omnia ipsi supra adtulimus), nihil aliud tamen efficitur, quam eum (si ab equo mirifico discesseris) hominum ac rerum ludibria (Carricaturen) egregie pinxisse, quod genus omni tempore aliis picturis contemtius fuit. Recte igitur vituperatus est ab Aristotele et magno illi Polygnoto longe postpositus.

V. 951. ξυνεπευχόμενος] Ita Codd. Aug. et Rav. Vulgo et in Juntina, ξυνευχόμενος. Illud primum Brunckius et post eum caeteri susceperunt. Correxerat etiam Bentlejus. Verum enimvero hunc locum minime perceperunt interpretes. Brunckius enim ita convertit, — *saepe illas rogans, ut alio post aliud festo talia curae sint frequenter sibi*, eandemque sententiam Kusterus, Vossius, alii expresserunt. Siccine vero? Ergo precabitur etiam Pauso fame confectus Cererem et Proserpinam ut sibi frequenter esurire liceat? Haud vidi magis. Imo vero breviter dictum est ξυνεπευχόμενος — μέλειν constructione praegnanti, cui haec subest cogitatio, ξυνεπευχόμενος καὶ λέγων, τοιαῦτα μέλειν θάμ᾽ ἑαυτῷ, simul precans deas *et dicens* sive *quercns*, talia sibi frequenter curae esse. Adeo Pauso esuriens inter precandum conqueritur, nimium crebro sibi jejunia cordi esse debere; nam infelix pictor per omnem vitam triste jejunii festum celebrabat. Alia ejusdem constructionis exempla haec sunto. Eqq. v. 1271

καὶ γὰρ οὗτος, ὦ φίλ᾽ Ἀπολλον, [ἀεὶ] πεινῇ, θαλεροῖς δακρύοισιν

τοιαῦτα μέλειν θάμ' ἑαυτῷ.

ὅρμα, χώρει προῳδός.

σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας
Πυθῶνι ἐν δίᾳ, κακῶς πένεσθαι.

Vulgata lectio, quam habent etiam Cod. Venetus et Scholiasta, *Πυθῶνι ἐν, διὰ τὸ κακῶς πένεσθαι* — a grammaticis profecta est, qui atticum structurae genus expedire et sua mente adsequi nequirent. Rectissime Ravennas et Florentini duo (*ΓΔ*), *Πυθῶνι ἐν δίᾳ κακῶς πένεσθαι*, quam scripturam nuper recepit Dindorfius. Namque et docte dicitur *Πυθῶνι ἐν δίᾳ*, sicuti est apud Pindarum Pyth. VII, 11 *Πυθῶνι δίᾳ*, et poëtam decet haec paullo audacior structura, *σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας — πένεσθαι*. Hoc vult Aristophanes: *nam etiam hic* (Thumantis), *bone Apollo, esurit, largis cum lacrimis tuam tangens pharetram Delphis sacris* (et dicens, querens,) *se mala premi inopia*. Ita facillime supersedemus conjectura et Reisigii, *σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας Πυθῶνι μὴ 'νδεᾶ* (*!*) *κακῶς πένεσθαι* et alia Dindorfii *σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας Πυθῶνι μὴ διανεκῶς πένεσθαι*, quae juxta ambae pro nihilo ducendae sunt. Denique eundem loquendi usum jam alio in loco Aeschylo certissima emendatione restitui in Eumenid. v. 423

Οὐκ εἰμὶ προστρόπαιος, οὐδ' ἔχειν μύσος
πρὸς χειρὶ τἠμῇ, τὸ σὸν ἐφέζομαι βρέτας.

Libri omnes *ἔχει* et *ἐφεζομένη* vel *ἐφεζομένη*. Quomodo infinitivus *ἔχειν* a loquutione *τὸ σὸν ἐφέζομαι βρέτας* suspensus sit, ex eis clarum est, quae supra diximus. Orestes enim: non sum, inquit, inexpiatus, neque ad tuum simulacrum consideo, querens, quod caedis macula manum meam contaminarim.

V. 952. *μέλειν*] Rav. Junt., credo etiam Aug. *μέλλειν*. Recte *μέλειν* posuerunt Zanettus, Kusterus, Brunckius aliique. Mirabiliter vero Kusterus: *De industria autem,* inquit, *obscuritatem hic affectat comicus, imitans scilicet stilum, quo Euripides in choris uti solet.* Videtur ille quidem non totum chori canticum, sed hunc ipsum locum dicere, offensus liberiore syntaxi, *ξυνεπενχόμενος — μέλειν;* caeterum poëta hic neque obscuritati studet, neque vero choros imitatur Euripidis. Postremo Reiskius, quum ita scriberet: *μέλλειν* est *in futurum contingere*, non solum metra more suo neglexit, verum etiam dictionem finxit barbaram, *μέλλει τί τινι*.

V. 953 seqq. Accedamus ad praeclarum carmen Chori, quod nisi versibus scriptum esset, jucunditatis multum, nihil autem haberet molestiae: est enim et intellectu facillimum, neque, ut in Choro, graviter depravatum. Sed vehementer tamen urgent atque imminent metrici, qui canticum in strophas antistrophasque dividendum esse recte consentiunt, caeterum quaenam sit optima et verissima singulas strophas dividundi ratio, dubitant, haerent, anguntur. Quorum enume-

randis sententiis taedii aliquantum haud dubie devorabimus: multi enim ad sola paene metra intenti quum gravissimo quoque neglecto sensum, atticam dictionem, poësin denique ipsam nihil curarent, Aristophanem ex Aristophane funditus sustulerunt. Ego metricam graecorum doctrinam maximi aestimo planeque admiror, item malis metricis aut criticis non bonis ignosco atque etiam habeo gratias; saepe enim errores ac vitia ad rem pertinent in veritatis luce collocandam. Quanquam continuo in prima sententia Hotibii recensenda mihi video nauseandum esse, qui et in tanta multitudine infelicissimarum mutationum nullam probabilem conjecturam protulerit, et responsiones finxerit parum sibi, aut nullo modo respondentes. Nihilominus Hotibio una laus debetur antistrophici carminis primum inventi, in multis etiam partibus recte ac ratione distributi atque descripti. Sed inauspicato orditur Hotibius, *στρ. α'* v. 953 *ὅρμια* — 957 *ποδοῖν. ἀντιστρ. α'* v. 958 *κυκλοῦν ὅμμια* (sic) — 961 *χορομανεῖ τρόπῳ.* Tum ita pergit, *στρ. β'* v. 962 *εἰ* — 965 *φρονεῖ. ἀντιστρ. β'* v. 966 *ἀλλὰ* — 968 *βάσιν. στρ. γ'* v. 969 *πρόβαινε* — 973 *νίκην. στρ. δ'* v. 973 *Ἥραν* — 976 *φυλάττει. ἀντιστρ. γ'* v. 977 *Ἑρμῆν* — 981 *χορείαις. ἀντιστρ. δ'* v. 982 *ἔξαιρε* — 984 *πάντως.* (De vv. 969—984 in universum recte judicavit, nisi quod debebat compendifacere; stropha est enim v. 969—976, antistropha v. 977—984.) *στρ. ε'* v. 985 *ἀλλ'* — 987 *αὐτὸς σύ. ἀντιστρ. ε'* 988 *κισσοφόρε* — 991 *παῖ.* (Unus Hotibius vidit, v. 985—990 non e mesodo, verum e stropha antistrophaque constare, quas ipsas tamen perinepte dispescuit.) *στρ. ς'* v. 992 *χοροῖς* — 993 *ὕμνοισιν. ἀντιστρ. ς'* v. 993 *Εὔιον* — 995 *κτυπεῖται.* Epodus v. 996 *Κιθαιρώνιος* — 1000 *θάλλει.* (In postremis falsus Hotibius naviter ineptit.) Sed Hotibio infelicior fuit, qui tamen post illum vixit, in editione sua verus Bothius. Is enim, ne hujus divisione cantici excruciari se pateretur, breviter et leviter proodum esse jussit v. 953 *ὅρμια* — 968 *βάσιν*, tum recte stropham constituit v. 969 *πρόβαινε* — 976 *φυλάττει* et antistropham v. 977 *Ἑρμῆν* — 984 *πάντως*, caetera autem omnia v. 985 *ἀλλ'* — 1000 *θάλλει*, noli quaerere, habuit pro epodo. Jam vero G. Burgesius hoc carmen quum foede corrupit more institutoque suo, tum partes ejus inepte divisit; v. 954 *κοῦφα* — 957 *ποδῶν* (sic) proodum videtur existimasse, v. 955 *χέρας σύναπτε* (sic) — *ὕπαγε πᾶς· ὅρμια χαρᾷ* (sic. sic.) v. 956 et 953 stropham dixit, *ἐπισκοπεῖν* v. 958 — *κατάστασιν* 959 antistropham, deinde v. 959 *ἅμα* — 961 *τρόπῳ* et 962 *εἰ* — 965 *φρονεῖ* et 966 *ἀλλὰ* — 968 *βάσιν* tres pares esse strophas jussit cum Bentlejo, porro v. 969 *πρόβαινε* — 976 *φυλάττει* intellexit stropham esse, v. 977 *Ἑρμῆν* — 984 *πάντως* antistropham, denique v. 985 *ἀλλ'* — 1000 *θάλλει* pro epodo videtur numerasse. Tractavit hunc chorum, non diligentissime tamen, etiam C. Reisigius in Synt. Crit. p. 36 sqq. Sed Reisigius quum artis metricae bene intelligens esset, tamen omnia fere Aristophanis cantica falso divisit. Nam systematum, quae ille finxit, formae plerumque et artificiosa longeque quae-

sita laborant stropharum compage, quibus in hoc poëta nihil simplicius est, et vero etiam saepe minutam habent planeque pusillam pauculorum verborum responsionem, a qua magnum Aristophanis ingenium longe scilicet abhorrebat. Velut hoc ipso in loco quis tandem animum inducet, ut Reisigio credat proodum ex his quatuor verbis constare dicenti, *ὅρμα, χώρει κοῖφα ποσίν*, aut hujusmodi parva, imo vero minima systemata excogitanti, stropham *ἀγ' ἐς κύκλον, χειρὶ ξύναπτε χεῖρα* et antistropham *ῥυθμὸν χορείας ὕπαγε πᾶσα, βαῖνε*, porro aliam stropham metro etiam inusitato *ἦγοῦ δέ γ' ὧδ' αὐτὸς* ejusque antistropham *κισσοφόρε Βάκχιε* rursus aliam stropham *κύκλῳ δὲ περὶ σὲ κισσὸς* et antistropham versu item insequenti, *εὐπέταλος ἕλικι θάλλει*. Profecto tantulae strophae ne a circumtoraneis quidem cantoribus declamari solent. Caeterum Reisigii distributio haec est, proodus v. 953 *ὅρμα — ποσὶν* 954, *στρ. α' ἄγ'* — 955 *χεῖρα, ἀντ. α'* 956 *ῥυθμὸν — βαῖνε, στρ. β'* 957 *καρπαλίμοιν* — 958 *κατάστασιν, στρ. γ'* 959 *ἅμα* — 961 *τρόπῳ, ἀντ. γ'* v. 962 *εἰ* — 965 *φρονεῖ, ἀντ. β'* v. 966 *ἀλλὰ* — 968 *βάσιν, στρ. δ'* v. 969 *πρόβαινε* — 976 *φυλάττει, ἀντ. δ'* v. 977 *Ἑρμῆν* — 984 *πάντως*. Jam pervenit Reisigius ad novum systema, proodus (imo, ut opinor mesodus) v. 985 *ἀλλ'* — 986 *ᾠδὴν, στρ. αα'* v. 987 *ἦγοῦ* — *αὐτὸς, ἀντ. αα'* v. 988 *κισσοφόρε Βάκχιε, στρ. ββ'* v. 988 *δέσποτ'* — 989 *μέλψω, στρ. γγ'* v. 990 *Εὔιον* — 993 *ὕμνοις, ἀντ. ββ'* v. 993 *Εὔιον* — 994 *ἀναχορεύων, ἀντ. γγ'* v. 995 *ἀμφὶ* — 998 *βρέμονται, στρ. δδ'* v. 999 *κύκλῳ* — *κισσὸς, ἀντ. δδ'* v. 1000 *εὐπέταλος — θάλλει*. Amor viri fecit, non systematum pulchritudo, ne in describendo nausearem. Sed aliquando ad metricae doctrinae restitutorem, G. Hermannum veniamus. Et sicuti in fabulis Graecorum Jupiter primus secundus tertiusque distingui solent, ita nobis quoque Hermannus primus, secundus ac tertius discernendi sunt, nec plus tamen nostri Hermanni illius unici auctoritati obficient, quam olim congerrones Joves vero Jovi nocuerunt. Primus igitur Hermannus (in ephemer. Lips. a. 1818. fol. 121 p. 964 sq.) in summa re non dissidet ab Hermanno secundo (in literis ad G. Dindorfium datis ad Aristoph. T. VI p. 468 sq.). Uterque enim v. 953 *ὅρμα* — 958 *κατάστασιν* statuit proodum esse, deinde monostrophica sive tres pares strophas (*A. A. A.*) insequi v. 959 *ἅμα* — 961 *τρόπῳ*, porro v. 962 *εἰ* — 965 *φρονεῖ*, denique v. 966 *ἀλλὰ* — 968 *βάσιν*, tum caetera omnia sibi invicem respondere in hunc modum, v. 969 *πρόβαινε* — 971 *ἁγνὴν* et contra v. 977 *Ἑρμῆν* — 979 *προθύμως* (*B. B.*), porro tres pares strophas esse et v. 972 *χαῖρ'* — 974 *εἰκὼς* (*Γ*) v. 980 *ταῖς* — 982 *χορείας* (*Γ*) v. 987 *ἦγοῦ* — 989 *μέλψω* (*Γ*), et vero etiam v. 975 *ἢ* — 976 *φυλάττει* (*Δ*), v. 983 *παίσωμεν* — 984 *πάντως* (*Δ*), v. 985 *ἀλλ'* — 986 *ᾠδὴν* (*Δ*) postremo ad stropham (*E*) v. 990 *Εὔιον* — 994 *ἀναχορεύων* referri antistropham (*E*) v. 995 *ἀμφὶ* — 1000 *θάλλει*. Adparet, Hermannum in his potissimum versibus 985 *ἀλλ'* — 989 *μέλψω* multum laborasse: quos quum vellet magis esse antistrophicos, quam quomodo

possent esse, videret, coactus est unicam stropham v. 969 *πρόβαινε* — 976 *φυλάττει*, ejusque antistropham v. 977 *Ἑρμῆν* — 984 *πάντως* in tres minutas particulas discerpere, consilio haud sane probando. Quocirca miramur, Dindorfium descriptionem Hermanni, quam diximus, in editione tertia adoptare potuisse. Aliquanto melius haec systemata ordinavit Hermannus tertius in literis nuper ad me datis. Etsi ne hanc quidem descriptionem mihi omnino probari fateor. Est autem sic comparata: neque enim unquam me memoria fefellit de sententiis aliorum, quas ego cum summa fide, verbis etiam (si res ferat) ipsorum referre soleo. Primum tacet de versibus 953 *ὅρμα* — *κατάστασιν* 985, quos haud dubie ut antea habuit proodi loco. Deinde v. 959 *ἅμα* — 968 *βάσιν* tres pares esse strophas *α′. α′. α′.* ut olim existimat. Tum recte judicat, v. 969 *πρόβαινε* — 976 *φυλάττει* (*στρ. β′*) atque v. 977 *Ἑρμῆν* — 984 *πάντως* (*ἀντ. β′*) sibi respondere. Deinceps v. 985 *ἀλλ᾽* — 989 *μέλψω* proodum esse opinatur. Postremo recte statuit de v. 990 *Εὔϊον* — 994 *ἀναχορεύων* (*στρ. γ′*) et de v. 995 *ἀμφὶ* — 1000 *θάλλει* (*ἀντ. γ′*). Restat opinio Wellaueri, cui parum feliciter res cessit in libello de Thesmophoriis p. 57 sqq.: hunc enim si audias, v. 953 *ὅρμα* — *βαῖνε* 956 proodus est, v. 957 *καρπαλίμοιν* — 958 *κατάστασιν στρ. α′*, v. 959 *ἅμα* — 961 *τρόπῳ στρ. β′*, v. 962 *εἰ* — 965 *φρονεῖ ἀντιστρ. β′*, v. 966 *ἀλλὰ* — *βάσιν* 968 *ἀντιστρ. α′*, v. 969 *πρόβαινε* — *νίκην* 973 *στρ. γ′*, v. 973 *Ἥραν* — *φυλάττει* 976 *στρ. δ′*, v. 977 *Ἑρμῆν* — *χορείαις* 981 *ἀντιστρ. γ′*, v. 982 *ἔξαιρε* — *πάντως* 984 *ἀντιστρ. δ′*, v. 985 *ἀλλ᾽* — *Βάκχειε* 988 mesodus, v. 988 *δέσποτ᾽* — *μέλψω* 989 *στρ. ε′*, v. 990 *Εὔϊον* — 991 *παῖ στρ. ς′*, v. 992 *χοροῖς* — 994 *ἀναχορεύων στρ. ζ′*, v. 995 *ἀμφὶ* — 996 *Ἠχὼ ἀντιστρ. ς′*, v. 997 *μελάμφυλλά* — 998 *βρέμονται ἀντιστρ. ζ′*, v. 999 *κύκλῳ* — 1000 *θάλλει ἀντιστρ. ε′*. Quam haec in postremis maxime cantici partibus confusa inter se mireque permixta sint, liquet me indicente. Denique sciens praetermitto Genellium, qui de cantico nostro meras nugas effutivit in libro somniorum pleno Ueber das Theater zu Athen p. 246. Ego ipse quas hic strophas constitui antistrophasque, eas infra suo quamque loco defendam et confirmabo. Sequitur, ut paucis dicam de hujus chori argumento. De qua re ne ulla oriri dubitatio posset, ipse cavit Aristophanes v. 947, 948

ἄγε νῦν ἡμεῖς παίσωμεν ἅπερ νόμος ἐνθάδε ταῖσι γυναιξὶν,
ὅταν ὄργια σεμνὰ θεαῖν ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν —.

Hinc enim certissime patet, mulieres hoc in cantico Thesmophoriorum orgia celebrare. Omnino simplex est horum orgiorum genus nullaque arte corruptum. Inter cantandum enim mulieres velut sacro furore percitae tripudiant et varias agunt saltationes, concitatas omnes ac motu insignes maximo, deos interim deasque celebrant et postremo apte desinunt in laudes Bacchi, dei arcte cum Cerere copulati (Iacchus mysticus dicebatur in Eleusiniis), cujus orgia per to-

κοῦφα ποσὶν, ἄγ', ἐς κύκλον,
χειρὶ ξύναπτε χεῖρα, 955

---

tam fere Graeciam in praecipuo quodam habebantur honore. Sed aliquando veniamus ad singula.

V. 953. Primum describitur, ut bene Kusterus, saltatio in orbem facta consertisque manibus, de quo genere dixit ipse ad Plutum v. 761. Permire autem idem Kusterus Brunckiusque verba ἄγ' ἐς κύκλον explicant, *move te in orbem*, atque alius interpres vetustior, *duc te in orbem*. At enim constructio haec est, ὅρμα, χώρει, ἄγε, κοῦφα ποσὶν ἐς κύκλον, concita te, age procede celeriter pedibus in orbem.

V. 955. Pro σύναπτε dedi ξύναπτε cum Reisigio et Wellauero. Neque enim locum hic esse puto versui logaoedico, χειρὶ σύναπτε χεῖρα. Nunc in proodo basin anapaesticam sequuntur dimeter trochaicus catalectus, dimeter jambicus catalectus et dimeter jambicus hypercatalectus. Veruntamen boni numeri tum quoque evadent, si cum Reisigio versus ita distinxeris,

ὅρμα, χώρει κοῦφα ποσὶν
ἄγ' ἐς κύκλον, χειρὶ ξύναπτε χεῖρα,
ῥυθμὸν χορείας ὕπαγε πᾶσα.

Male in libris vett., sicut in Ravennate, versus ita dividuntur,

χειρὶ — χορείας
ὕπαγε — ποδοῖν.

Quo ordine retento Hermannus apud Dindorfium scribit,

χερὶ σύναπτε χέρα, ῥυθμὸν χορείας
ὕπαγέ — ποδοῖν.

Et χερὶ — χέρα conjecit etiam Dobraeus ac praeterea καρπάλιμα. At nihil opus tanta mutatione. Caeterum adtigit hunc versum Lobeckius ad Soph. Ajac. p. 325 ed. I. sive p. 312 ed. II. Is tales potissimum locos protulit, in quibus saltatio in orbem brachia nectentium cum magno impetu et quodam furore conjuncta esset. Nam ut hic orgia agitant mulieres, sic in ipso Ajace chorus graviter animo permotus est v. 700

ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν —
φάνηθ' ὦ θεῶν χοροποί' ἄναξ,
ὅπως μοι Νύσια Κνώσι' ὀρχήματ'
αὐτοδαῆ ξυνὼν ἰάψῃς.
νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει χορεῦσαι.

Inprimisque huc pertinet Aeschyl. Eumen. v. 307

ἄγε δὴ καὶ χορὸν ἄψωμεν, ἐπεὶ
μοῦσαν στυγερὰν
ἀποφαίνεσθαι δεδόκηκεν —

et tum sequitur nobilis ille hymnus furiarum. Constat tamen, lenes quoque saltationes et quasi staticulos in orbem actos esse, cujusmodi aliquot locos ad Pluti versum collegit Kusterus.

ῥυθμὸν χορείας ὕπαγε πᾶσα·
βαῖνε ποδοῖν στρ. α'

V. 956. Plerique metrici, in his ipse Hermannus, proodum continuant usque ad v. 958 *κατάστασιν* posteaque tres pares strophas sequi faciunt inde ab v. 959 *ἅμα* — v. 968 *βάσιν*. Falso. Neque enim metrum versus 967 *ὥσπερ [ἐπ'] ἔργον αὖ τι καινὸν* cum versibus 960, 964, ullo modo conciliari potest. Quin in tali cantico, cujus reliquae partes omnes antistrophicae sint, genus monostrophicum ne per se quidem valde nos delectat. Jam in toto cantico praeter verba *βαῖνε* v. 956 — *κατάστασιν* 958 nihil est, quod versibus 966 *ἀλλὰ* — 968 *βάσιν* respondere queat. Hos autem versus dubio procul ad se referri, metra docent levissime modo depravata. Ita vero etiam proodus aliquanto brevior evadet, quam non placet e multis versibus constare. Denique, id quod gravissimum est, nemo admonitus dubitabit, quin duo tetrametri verborum significatione sonoque ipso simillimi invicem sibi respondeant,

παντα χῇ κυκλοῦσαν ὅμμα χορὴ χοροῦ κατάστασιν

atque

πρῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυᾶ στῆσαι βάσιν.

Id, ut opinor, senserunt et Reisigius et Wellauerus, sed male strophàm a verbo *καρπαλίμοιν* inchoarunt, quam a v. *βαῖνε* incipere sententia et metrum ostendunt. Habent autem ab initio strophae libri omnes, *βαῖνε καρπαλίμοιν ποδοῖν*. Scripsi equidem metri causa,

βαῖνε ποδοῖν
καρπαλίμοιν —.

V. 957. 958. In libris sic versus ordinantur,

ἐπισκοπεῖν δὲ, παντα χῇ
κυκλοῦσαν — κατάστασιν.

Retinuit hunc ordinem Hermannus, quod miror. Ultro enim se obtrudit tetrameter, *παντα χῇ κυκλοῦσαν ὅμμα χορὴ χοροῦ κατάστασιν*. Caeterum inepte Vossius verba *χοροῦ κατάστασιν* habuit loco subjecti vertitque, die Chorvereinigung. Bene locum construxerunt caeteri interpretes, de quibus tamen Kusterus Brunckiusque *χοροῦ κατάστασιν* male transferunt, *choreae orbem*. Recte vero Andreas Divus, raro ille felix, interpretatur, *choreae constitutionem et ordinem*. Neque Bisetus tenui laude fraudandus est, qui et constructionem perceperit et verborum *χοροῦ κατάστασις* potestatem, apte etiam collata voce *χοροστασία*. Quin tu confer Aeschylum in Agamemnone v. 22

ὦ χαῖρε, λαμπτὴρ νυκτὸς, ἡμερήσιον
φάος πιφαύσκων, καὶ χορῶν κατάστασιν
πολλῶν ἐν Ἄργει, τῇσδε συμφορᾶς χάριν.

Ubi in Glossario Blomfieldus „Quod Aeschylus *χορῶν κατάστασιν* vocat, recentiores dixere *χοροστασίαν*. Callim. L. P. 66.“ Neque

καρπαλίμοιν, ἐπισκοπεῖν δὲ
παντα χῇ κυκλοῦσαν ὄμμα, χρὴ χοροῦ κατάστασιν.
ἅμα δὲ καὶ στρ. β'
γένος Ὀλυμπίων θεῶν 960
μέλπε, καὶ γέραιρε φωνῇ, πᾶσα χορομανεῖ τρόπῳ.
εἰ δέ τις ἀντιστρ. β'

---

omnino verbis χοροῦ κατάστασις obfendetur, qui pervulgatae loquutionis χορὸν ἱστάναι (Nub. v. 272, Avv. 219, Pseudeuripid. Iphig. Aul. v. 676 cet.) meminerit.

V. 959. „Bentlejus (versus 959 ἅμα — 968 βάσιν) disposuit in tria systemata, *utroque* (sic) de tristicho constante." Editor adnot. Bentl. Ita senserunt etiam Hermannus aliique multi, pulchra specie inducti, quos iterum refutabo ad v. 967.

V. 961. χορομανεῖ τρόπῳ] Egregie orgia celebranti mulierum turbae furibunda saltatio convenit. Pro χορομανεῖ Ravennas χαρομανεῖ exhibet, vitio perquam vulgari. Continuo in Ranis v. 346 verbo χοροποιὸν multi Codd. substituunt χαροποιόν. Verissime Porsonus in Eurip. Hecub. v. 905 χοροποιῶν pro χαροποιῶν et in Phoenissis v. 800 χοροποιοὶ pro χαροποιοὶ edidit. Huc pertinet etiam illud Pollucis II, 70 χαροειδὴς ἢ χοροειδής, siquidem vir optimus apud antiquum scriptorem vulgo χαροειδὴς ut pro varia lectione χοροειδὴς invenerat. Et in Polluce quidem χοροειδὴς ut ineptum rejicio et unice probo χαροειδὴς h.e. ut opinor χαροπὸς caesius. Alibi pro χοροπαίγμων male scriptum esse videas χαροπαίγμων.

V. 962. Cur tandem negant mulieres, viris se maledicturas esse? Illis quidem verbis, ἐν ἱερῷ γυναῖκα μ' οὖσαν non causa omissi convicii, sed loci ac temporis inest descriptio; supra enim templi religio non obstitit, quin in parabasi v. 785 sqq. viros male mulcarent, et modo v. 949 sqq. eodem in templo Pausonis riserunt paupertatem. Scilicet nexus sententiarum hic est: Ludamus ita, ut mos est in templo mulieribus, ubi Cereris Proserpinaeque orgia aguntur (v. 947, 948); ergo saltandum est cum vehementia (v. 953 — 958), simulque dei caelestes invocandi propitiandique (v. 959 — 961), cavendum vero, ne hic in templo viros probro incessamus. Itaque non tam quod in aede essent, quam quod sacra orgia in templo obirent, idcirco male viris dicere verebantur. Caeterum libri veteres quatuor versus faciunt e tribus,

εἰ δέ τις
προσδοκᾷ κακῶς ἐρεῖν
ἐν ἱερῷ γυναῖκά μ' οὖσαν ἄνδρας
οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ,

metro reclamante.

προσδοκᾷ κακῶς ἐρεῖν
ἐν ἱερῷ γυναῖκά μ' οὖσαν ἄνδρας, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ. 965
ἀλλά σε χρῆν, ἀντιστρ. α'
ὥσπερ ἐπ' ἔργον αὖ τι καινόν,
πρῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυᾶ στῆσαι βάσιν.

V. 966—968. Libri omnes,

ἀλλὰ χρὴ
ὥσπερ ἔργον αὖ τι καινὸν,
πρῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυῆ στῆσαι βάσιν.

Ego correxi, ut vides,

ἀλλά σε χρῆν
ὥσπερ ἐπ' ἔργον αὖ τι καινὸν,
πρῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυᾶ στῆσαι βάσιν.

Jam supra enim demonstravi, hos versus necessario ad v. 956 *βαῖνε* — 958 *κατάστασιν* ut antistropham referri; qui autem inde a v. 959 usque ad v. 968 tres pares strophas hoc est monostrophica excogitarunt, eos (ut caetera omnia mittantur) nunquam effecturos esse, ut verba *ὥσπερ [ἐπ'] ἔργον αὖ τι καινὸν* versibus 960 atque 964 respondere queant. Aliud vero meae rationis argumentum in sententia positum est. Quum enim in stropha saltationis in orbem initium fiat, in antistropha haec ipsa saltatio orbicularis finitur novumque saltandi genus imperatur. Videlicet tres omnino choreas in toto hoc cantico observare licet, primam saltationem in orbem (v. 954 *χώρει — ἐς κύκλον* et v. 968 *εὐκύκλου χορείας*), secundam saltationem prorsus ruentium, quam vernacule dicimus „Marsch" (v. 969 *πρόβαινε ποσὶ* — et v. 982 *διπλῆν*), denique saltationem bacchicam (v. 985 sqq.). His ita disputatis facillimum est versuum nostrorum, quos viri docti nullo pacto intellexerunt, et aperire sententiam et veram lectionem indagare. Ac primum dicatur de verbis *ἀλλά σε χρῆν* (ita enim metri causa scribendum) — *πρῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυᾶ στῆσαι βάσιν*, *sed cito te oportet — primum saltationis in orbem concinnum constituere gressum*, id est, sed cito te oportet primum in orbem saltare itaque novam praeparare choream. Etenim priusquam nova saltatio procedentium sequatur (sequitur autem versu proximo, *πρόβαινε ποσὶ*), saltare primum in orbem eoque hanc choream rite oportet finire. Nollem igitur scripsisset Kusterus, „*εὐφυῆ στῆσαι βάσιν*] Id est rhythmice et in numerum *terram pedibus pulsare:* (minime) quod *οἱ χορεύοντες* facere solent." Sed inprimis docti cruciantur obscuro, ut putant, sensu verborum *ὥσπερ ἔργον αὖ τι καινόν*, in quibus non magnopere laboramus. Clarissima est enim sententia et jam ab altero Scholiasta partim perspecta, *ὅτι ἐν θεάτρῳ ἦσαν. — ἐπειδὴ μέλλουσιν ἐλθεῖν εἰς τὴν ᾠδήν.* Ac prioris quidem grammatici ineptias omitto. Contra bene alter Scholiastes

πρόβαινε ποσὶ, τὸν Εὐλύραν στρ. γ'
μέλπουσα, καὶ τὴν τοξοφόρον 970

ἔργον — καινὸν refert ad odam proxime subsequentem v. 969 sqq., praeterquam quod hic non tam de novo cantu agitur, quam de saltatione, quae cum ipso cantu mutabatur. Similiter vero etiam infra novam saltationem chorus indicit v. 985 ἀλλ' εἶ' ἐπ' ἄλλ' ἀνάστρεφ' εὐρύθμῳ ποδί; compares praeterea Plut. v. 317

ἀλλ' εἶα νῦν τῶν σκωμμάτων ἀπαλλαγέντες ἤδη
ὑμεῖς ἐπ' ἄλλ' εἶδος τρέπεσθ' —.

Quare praepositionem ἐπ' (ὥσπερ ἐπ' ἔργον —) non metri magis causa quam grammaticae inseruimus. Tu ita converte: oportet nos in orbem saltare, utpote novae rei incipiendae causa. Constat enim, ἐπὶ cum accusativo saepe dici de consilio; cf. Reitzium ad Lucian. Alexand. c. 53, Valckenarium ad Herodot. VII, 193, Matthiaeum Gr. Gr. p. 1169 ed. II. Sed interpretes nunc versum convertunt absurde, *quasi rem rursus quandam novam*, vel *velut rem rursus novam*. Conjecturae doctorum hae sunt, Reiskii, ὥσπερ ἔργων αὐτίκα καινῶν, Hotibii, ὥσπερ ἔργον ἀντὶ κείνων, Bothii, ἀλλὰ χρῆν, ὥσπερ ἔργον αὖ τι καινῶν, quorum nihil intelligi potest. Hermannus ad Dindorfium haec scripsit „Non intelligo hunc versum. Editiones veterrimae, αὐτὶ καινόν. Scribendum videtur, οἷσπερ ἔργον, αὐτίκα." Memoravit hanc conjecturam Dindorfius, scripsitque mihi Hermannus nuper admodum, legendum esse, ἀλλὰ χρῆν, οἷσπερ ἔργον, αὐτίκα —. Vellem haec intelligere possem. Vitio autem Juntinae αὐτὶ καινὸν non plus tribuo, quam simili vitio ejusdem v. 968 εὖ κύκλου pro εὐκύκλου. Eodem versu quum in libris sit omnibus εὐφυῆ, Brunckius magis atticum esse εὐφυᾶ monet, sed tamen illud in chori cantico locum suum tueri posse. Receperunt εὐφυᾶ Bothius atque Dindorfius, vehementerque probavit Reisigius. Ego εὐφυῆ dubitanter adscivi. Nam etsi rectissime atticistae ut Thomas M. p. 864. Bern. et Moeris p. 375 atticis ὑγιᾶ potius tribuunt quam ὑγιῆ et sic porro, tamen et major cantici est libertas, neque lex ista omnes hujusmodi formas complectitur. Sic in Nubibus v. 989 ionicum τῆς Τριτογενείης optime defendit Dindorfius.

V. 969. Pro ποσὶ libri habent ποσίν, Ravennas autem ποσὶν τὸν ἐλύραν. Et ἐλύραν edidit Frobenius quoque. Saepe dictus Apollo εὐλύρας vel χρυσολύρας. Schol. R. τὸν εὐλύραν explicat verbis τὸν Ἀπόλλωνα, et mox v. 971 ἁγνὴν verbis τὴν παρθένον. Caeterum jam Bentlejus, ut opinor, vidit, stropham esse versus 969 — 976, antistropham vero 977 — 985. Nam editor adnot. Bentl. *in duobus systemasin*, inquit, *quatuor versuum legit Bentl.* παίζει τε καὶ Κλῇδας — *et mox* προθυμίᾳ (contra metrum) Ταῖς ἡμετέραις — χαρέντα ταῖς (barbare) χο —.

Ἄρτεμιν, ἁνασσαν ἁγνήν.
χαῖρ', ὦ Ἑκάεργ' ὄπαζε δὲ νίκην.
Ἥραν τε τὴν τελείαν

V. 972. Codices (qui omni genere hiatuum abundant) hic etiam pro ὦ Ἑκάεργ' scribunt ὦ Ἑκάεργε, hiatu non ferendo. Correxerunt Reisigius et Bothius. Hiatum tolerarunt Hermannus, Dindorfius, Wellauerus, quod miror.

V. 973. Ἥραν τε τὴν τελείαν] Ita Codd. atque Edd., quae ubique sunt omnes, praeter tres Dindorfii, in quibus δὲ pro τε legitur haud dubio typothetarum errore. Junonem vero pronubam sive nuptialem nemo ignorat. Schol. R. Ἥρα τελεία καὶ Ζεὺς τέλειος ἐτιμῶντο ἐν τοῖς γάμοις ὡς πρυτάνεις ὄντες τῶν γάμων. τέλος δὲ ὁ γάμος. διὸ καὶ προτέλεια ἐκαλεῖτο ἡ θυσία ἡ πρὸ τῶν γάμων γινομένη. Quae ad verbum in Lexicon suum transtulit Suidas s. v. Τελεία. Dobraeus „Ad Suidam in Τελεία notat Porsonus: Ex scholiaste inedito Aristophanis ad h. l. apud Lindenbrog. ad Terent. Phorm. IV, 4, 21." Vellem mihi liceret Lindenbrogium ipsum adire; mirum enim, qui in Lindenbrogii manus Scholiasta inciderit Ravennas. Alibi saepissime errore satis ridiculo Biseti observationes cum antiquis ad Aristophanem scholiis confunduntur; sed neque inedita sunt scholia Biseti, neque is hic quidem nisi initium ejus scholii, quod apud Suidam est, adscripsit. De Junone conjugali copiose disputavit Stanlejus ad Aesch. Agam. v. 65. Ex hac re lucem accipiunt Sophoclea in Oed. Tyr. 930

Χορ. στέγαι μὲν αἵδε· καὐτὸς ἔνδον ὦ ξένε·
γυνὴ δὲ μήτηρ ἥδε τῶν κείνου τέκνων.
Ἄγγ. ἀλλ' ὀλβία τε καὶ ξὺν ὀλβίοις ἀεὶ
γένοιτ' ἐκείνου γ' οὖσα παντελὴς δάμαρ.

Verissime hic παντελὴς exponitur in glossis τέκνα ἔχουσα, quam fere explicationem sequitur Elmslejus quoque. Neque enim quidquam aliud a choro nuntius audierat, quam Iocasten, Oedipi uxorem, liberos ex eo suscepisse. Itaque necessario παντελὴς δάμαρ in tali connexione uxor est mariti, quae communes liberos pepererit, Hermanni autem explicatio rati, παντελῆ δάμαρτα uxorem esse summa dignitate fruentem, improbanda est. Ac ne ullus resideat scrupulus, comparabo verbum ἡμιτελής, quod si dicitur de conjugio liberorum experte, παντελὴς δάμαρ planissime erit uxor, quae liberos pepererit. Notus est autem Homeri locus de Protesilao, quem luxit Laodamia conjux, in secundo Iliadis v. 701

τοῦ δὲ καὶ ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος Φυλάκῃ ἐλέλειπτο,
καὶ δόμος ἡμιτελής —.

Omnino de explicatione dubitant jam antiqui interpretes, ita tamen ut longe plerique haec optime revocent ad recentes nuptias et liberorum

μέλψωμεν, ὥσπερ εἰκὸς,
ἢ πᾶσι τοῖς χοροῖσιν ἐμπαίζει τε, καὶ
κλῇδας γάμου φυλάττει.

---

prole carentes. Quid quod sic Homerum explicasse videtur etiam vir et graece doctissimus et diligentissimus Homeri lector Lucianus, Dial. Mort. 19, 1 ὅτι διὰ ταύτην, ὦ Αἰακέ, ἀπέθανον, ἡμιτελῆ μὲν τὸν δόμον καταλιπών, χήραν τε τὴν νεόγαμον γυναῖκα. Ad quem locum Hemsterhusius δόμον ἡμιτελῆ neque in Homero ad viduam Laodamiam referre, et multo minus hoc commentum auctoritate Luciani confirmare debebat. Ita enim quum δόμος ἡμιτελὴς nihil a secundo membro differat, intolerabili tautologia laborabunt Lucianea, qui non solet ut Alexandrini glossas Homericas exponere. Imo Protesilaus apud Lucianum dicit morte sua et domum sine liberis relictam esse, et viduam post breve connubium uxorem.

V. 975. Ravennas caeterique veteres libri inepte versus dividunt,

ἢ πᾶσι τοῖς χοροῖσιν ἐμ —
παίζει τε καὶ κλῇδας γάμου φυλάττει.

De Ravennate auctor est Invernizzius, non I. Bekkerus, cujus editio ἢ pro ἢ habet typothetae culpa, non librarii Ravennatis. Sed in conjunctione versuum major Invernizzii fides est, quam Bekkeri, qui se dicit (Praefat. p. VII.) lectione codicum suorum contentum fuisse, omissis quae de versibus continuandis dirimendisve dici potuerint. Hoc consilium de Ravennate saltem Venetoque libro quis tandem probaverit? Quidni enim Bekkerus versuum in Codd. intervalla rectis lineis || notavit, ut Pareus, homo alioquin ineptus, de primario Codice (VC.) fecit in Plauto? At enim omnino (missam autem facio istam versuum divisionem et de genere loquor universo) literarum causa optandum est, ut Ravennati et Veneto Codici quam primum collator obtingat religiosior non solum Invernizziis, verum etiam Bekkero. Et hic quidem primum Brunckius senarium deprehendit. Caeterum in ἐμπαίζει libri Rav. Aug. Junt. recte consentiunt. Aliquid tamen hic antiquitus turbatum esse, haec docent Scaligeri verba, „παίζει τε *ut in textu. Vet.* παίζειε *vel* Ἐμπαίζεται.“ Similiter Bisetus, τινὲς δὲ γράφουσιν ἐμπάζεται (sic).

V. 976. κλῇδας γάμου] Ita libri omnes. Sed Reisigius in Conject. p. 246 scribebat γάμου κλῇδας, deceptus prava lectione versus antistrophici 984 νηστεύωμεν δὲ πάντως. Idem postea in Synt. Crit. p. 33 recte ait sibi respondere versus, κλῇδας γάμου φυλάττει atque νηστεύωμεν δὲ πάντως: credat Judaeus Apella. Wellauerus autem utraque Reisigii opinione lepide commixta quum sic edidit in stropha, γάμου κλῇδας φυλάττει et in antistropha, νηστεύωμεν δὲ πάντως, tum male dixit in adnotatione, Codices exhibere

Ἑρμῆν τε Νόμιον ἄντομαι, ἀντισιρ. γ'
καὶ Πᾶνα, καὶ Νύμφας φίλας,
ἐπιγελάσαι προθύμως
ταῖς ἡμετέραις χορέντα χορείαις. 980
ἔξαιρε δὴ προθύμως
διπλῆν χάριν χορείας·

γάμου κλῆδας eumque ordinem male a Brunckio transpositum esse, quem bene a Reisigio castigari. At Reisigius, non Brunckius verba transposuit. Idem vero Wellauerus p. 14 sqq. utiliter quaerit, quî factum sit, ut solae mulieres, non etiam viri Thesmophoria, Legiferae Cereris festum celebrarent ac deinceps multis docet argumentis, eas maxime leges juraque, quae ad connubium pertinerent, hoc festo recoli solita. Rectissime Wellauerus, ante quem nemo rem viderat manifestam, veruntamen Wellauero jure adsentitur gravis auctor Lobeckius in Aglaophamo p. 650 adnot. Et in magna exemplorum multitudine Wellauerus ne nostrum quidem locum praeteriit. Idemque p. 18 adnot. 16 ostendit, cur matrimonium nomine τέλος adpellatum sit.

V. 977. Ἑρμῆν τε Νόμιον] Schol. R. ἔφορος γὰρ τῶν θρεμμάτων ὁ θεός. Res notissima.

V. 979. ἐπιγελᾶσαι Juntina aliaeque Edd. veteres.

V. 980. 981. Recte libri ταῖς ἡμετέραις, pro quo Hermannus, Dindorfius, Wellauerus scripserunt ταῖς ἡμετέρωσι, quippe qui hiatum reliquissent in versu strophico 972 χαῖρ' ὦ Ἑκάεργε. Nemo autem, qui graece sciverit, masculinum genus χορέντα mirabitur in verbis, Ἑρμῆν τε Νόμιον — καὶ Πᾶνα καὶ Νύμφας φίλας — χορέντα. Tamen Editio Farrei et Lugduno-Batavensis minor contra metrum habent χορέντας eodemque modo conjecerunt Bisetus et Kusterus. Metro itidem repugnat et toto genere inepta est conjectura Porsoni, χορίεντα, quod cum v. ἐπιγελάσαι vult conjunctum. Imo constructio haec est, ἐπιγελάσαι ταῖς ἡμετέραις χορείαις, χορέντα αὐταῖς. Confer Nub. v. 275 ὑπακούσατε δεξάμεναι θυσίαν καὶ τοῖς ἱεροῖσι χαρεῖσαι, ubi egregie perspexit Hermannus, fuisse antiquitus, qui locum temere ita interpolarent, — καὶ τοῖς ἱερεῦσι φανεῖσαι. Adde Vesp. 389

ὦ Λύκε δέσποτα, γείτων ἥρως· σὺ γὰρ οἷσπερ ἐγὼ κεχάρησαι,
τοῖς δακρύοισιν τῶν φευγόντων —.

V. 982. Vocabulum προθύμως brevi intervallo repetitur, in fine versus Anacreontei, ἐπιγελάσαι προθύμως atque ἔξαιρε δὴ προθύμως. Hujusmodi iterationes verborum, simplices illas nec tamen ubique elegantes inprimis frequentat Aeschylus. Deinceps libri omnes

διπλῆν χαίρειν χορείας. Quanquam Augustanus Codex ab uno προθύμως, ut fit, aberravit ad alterum, legitque omissis vv. 980, 981 ταῖς — δὴ προθύμως in hunc modum,

ἐπιγελάσαι προθύμως
δὲ πλὴν (sic) χαίρειν χορείας.

Istud vitium χαίρειν χορείας ortum est e similitudine verborum, quae praecedunt, χαρέντα χορείαις. Optime Bisetus emendavit διπλῆν χάριν χορείας, falsus in eo, quod ἔξαιρε — χορείας construxit et διπλῆν χάριν habuit pro appositione. Kusterus autem merito collaudata emendatione Biseti, ostendit χορείας esse genitivum diplamque per appositionem χάριν χορείας vocari. Praeterea vidit, diplam hic dici saltationem, adlata, qua Bisetus uti nesciverat, Hesychii glossa, Διπλῆ: ὀρχήσεως εἶδος ἢ κρούματος. In hunc censum venit etiam Pollux IV, 105 καὶ μὴν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σιμὴ χεὶρ, ὁ καλαθίσκος, χεὶρ καταπρηνὴς, ξύλον παράληψις, διπλῆ, θερμαϊστρὶς, κυβίστησις, παραβῆναι τέτταρα. Quod enim diple in tragicis saltationibus numeratur, id neque Polluci debet fraudi esse, neque valet ad diplam saltationem ex h. l. removendam. Imo et qui orgia celebrent, in tragoedia quoque induci possunt, et alioqui tragicae res saepe etiam in comoedia veteri locum suum tuentur, sicuti hoc ipsum canticum inde a v. 953 usque ad finem proxime abest a splendore tragoediae. Verum quomodo comparata fuerit saltatio attica, quam nominabant diplam, id dicere profecto non ausim; quippe quum diplae istius praeterea nusquam ne mentio quidem facta sit. Nam ex Aristophane nihil aliud efficitur, quam diplen gratam fuisse et vulgo acceptam (χάριν χορείας), deinde tam vehementem citatamque, ut in orgiis saltari posset, postremo non retrorsus sed prorsus flectentium saltationem fuisse (v. 969 πρόβαινε ποσὶ —, siquidem eadem saltatio strophae antistrophaeque videtur communis esse debere). Non sine causa tamen videtur mihi Pollux haec potissimum verba, διπλῆ, θερμαϊστρὶς proxime conjungere. Thermaÿstrin, furiosam saltationem, descripsit Meursius in Orchestra (Gronov. Thesaur. Vol. VIII, p. 1255), de qua quidquid veteres memoriae prodiderunt, praeclare in diplam convenit. Quocirca sive recte dictum est a Polluce διπλῆ, θερμαϊστρὶς, vicinae cognataeque videntur saltationes fuisse; sive adeo scripsit Pollux aut debuit scribere, διπλῆ ἢ θερμαϊστρὶς (ac certe apud Athenaeum XIV, 630, a. eadem fere saltandi genera recensentem θερμαστρὶς exstat diple omissa), nihil inter haec verba differre videbitur. Etsi ut nunc sunt tempora ad hariolandum temereque fingendum liberrima, sat scio, existet, qui diplen saltationem atque diplen signum grammaticum nihil specie ac figura discrepare narret; porro autem, quum omnes mulieres v. 968 manus conseruissent, hemichorium prius in stropha v. 969 sqq. saltasse diplam alteram <(διπλῆν τὴν ἔξω νενευκυῖαν) in antistropha autem v. 977 sqq. posterius (τὴν ἔσω ν.)> alteram diplen non sine eximia concinnitate. Talia enim effutire id ipsum nostra aetate est sapere. Verum olim

παίσωμεν, ὦ γυναῖκες, οἷά περ νόμος·
νηστεύομεν δὲ πάντως.

---

critici hic multum desudabant, quorum opiniones per saturam partim adponit Scaliger „*διπλῆν χάριν ut et Biset. vel χαρὴν* (*χαρὰν* voluit). *Alii διπλαῖν χεροῖν, vel διπλὴν χαίρειν: alii διπλαῖς χερσὶν χορείαις.*“ Conjecturae *διπλαῖς χερσὶν χορείαις* Bisetus objicit *διπλοῖς ποσὶν* saltari, oblitus barbaram dictionem *διπλαῖς χερσὶν*, metricum vitium et ineptos dativos notare. Bourdinus legebat *διπλαῖν χειροῖν*, (sic, non *χεροῖν*) quod nec ipsum commodo carere sensu ait Kusterus. At recte opponit Berglerus, Graecos *διπλαῖν χεροῖν* pro *ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν* nusquam dixisse. Quare Berglerus scripsit *διπλῆν χεροῖν χορείαν* ex editione Farrei, quam ubique solet exosculari et suspicere. Nempe *διπλῆν χεροῖν χορείαν* primum scripsit Zanettus in Ed. Veneta, unde id sicuti alia plurima in Ed. Farreanam redundavit. Quin etiam Brunckius pessimum Zanetti inventum *διπλῆν χεροῖν χορείαν* in sua ed. retinuit. Sed nimirum veritas lucet ipsa per sese: nam et Berglerus non inepte emendasse haec Bisetum dicit, et Brunckius, quod Bisetus conjecerit, haud sane ineptum esse. Nostra autem memoria Bothius notionem verbi *διπλῆ*, qua saltationem notat, ab h.l. alienam esse censuit. Scire velim, quo modo. Nam cum loquutione *διπλῆν ἐξαίρειν* Kusterus *ὄργια ἀνέχειν* supra v. 948, et Berglerus Eurip. Troad. v. 325 *ἄναγε χορὸν* apte composuerunt. Mire vero Vossius convertit, des Doppelchores Anmuth, quasi legisset *διπλῆς χάριν χορείας*. Omnes tamen hodie merito probant Biseti correctionem, quam Hermannus, Dindorfius, Bothius, Wellauerus simpliciter receperunt, Reisigius autem Biseti illud *χάριν χορείας* amplectitur ut vetustae scripturae *χαίρειν χορείας* proximum.

V. 984. *νηστεύομεν*] Libri omnes contra metrum sententiamque, *νηστεύωμεν*. Conjunctivum nuper quidem nemo tuitus est praeter Reisigium et Wellauerum, de quibus supra dixi ad v. 976 postremoque Hermannum, qui apud Dindorfium invitus scripsisse videtur, *νηστεύωμεν δὲ πάντως* comparanti stropham ipsius quoque, *κλῇδας γάμου φυλάττει*. Nam veteres Edd. *νηστεύωμεν* retinent, non excepta Brunckiana. Sed ut primum de Bentleji emendatione *νηστεύομεν* constare coepit, plerique eam certatim laudarunt susceperuntque laudatam, Dindorfius, Dobraeus, Burgessius et ut opinor alii quoque. Sed permire Hotibius conjecit *νηστεύσομεν*, quasi futuro tempore ac non potius eo ipso die jejunium ageretur. At longe prudenter Bothius fuit, qui indicativo recepto scripturam Codicum *νηστεύωμεν* et metro repugnare et ab ipsa sententia abhorrere diceret, *mulieribus inepte jejunare jussis, quod jam per totum diem hunc fecerunt.* An forte periculum erat, ne inter hymnos sacros orgiaque ederent atque biberent mulierculae? Imo, ut sunt stulti librarii, sub-

ἀλλ' εἶ' ἐπ' ἄλλ' ἀνάστρεφ' εὐρύθμῳ ποδὶ, στρ. δ' 985
τόρευε πᾶσαν ᾠδήν·

---

junctivus *παίσωμεν* male traxit alterum subjunctivum, *νηστεύωμεν*. Ego jam olim De Thesmoph. secundis p. 9 adnot. 9 quum defendi *νηστεύομεν*, tum ita exposui, *ludamus: nam diem Νηστείας agimus, lusui et choris destinatum, non epulis.* Eadem sententiarum connexio supra est v. 947, 948. *Πάντως* cum indicativo usum habet, ubi notum profertur argumentum, *certe* (*utique*)*autem jejunium agimus.* Jam tum comparavi supra v. 851

πάντως δ' ὑπάρχει μοι γυναικεία στολὴ,

infra v. 1012 *πάντως δέ μοι τὰ δέσμ' ὑπάρχει*, Avv. 935 *πάντως δέ μοι ῥιγῶν δοκεῖς*. Postea eosdem locos contulit Dobraeus adjecitque Lysistr. 495 *οὐ καὶ τἄνδον χρήματα πάντως ἡμεῖς ταμιεύομεν ὑμῖν;* Caeterum hi versus in Ravennate et reliquis libris ita dividuntur,

παίσωμεν, ὦ γυναῖκες, οἷ-
άπερ νόμος· νηστεύωμεν δὲ πάντως.

Correxit primum Brunckius.

V. 985—990. Hos versus plerique metrici pro mesodo sive proodo altero habuerunt, suum ipsi tamen errorem sentientes. Nam et Reisigius Wellauerusque operam dederunt, ut unus certe alterve versiculus reciprocari videretur, et primus secundusque Hermannus hanc haud satis apte mesodum dici putavit, in qua potius antecedentium partes stropharum repetantur ordine inverso. Unus vero Hotibius hic novam stropham antistrophamque tentavit magis quam effecit. Enimvero perspicuum est, versibus 985 *ἀλλ'* 987 *ὦδε* stropham δ', proximis autem 988 *σὺ* — 990 *μέλψω* antistropham δ' contineri. Quo invento certa quorundam vitiorum correctio inventa est.

V. 985. *εἶ' ἐπ' ἄλλ'*] Ravennas, *εἶαπαλλ'*. Wellauerus malum anapaestum jambo substituit conjectura inepta, *ἀλλ' εἶδος ἐπ' ἄλλ' ἀνάστρεφ'* —, inductus loco Pluti v. 317 — *ὑμεῖς ἐπ' ἄλλ' εἶδος τρέπεσθ'*. At nihil mutandum est.

V. 986. *τόρευε*] Bentlejus ad Horat. A. P. v. 441. Aristophanes Thesmoph. v. 995 „*Ἀλλ' εἶ' ἐπ' ἄλλ' ἀνάστρεφ' εὐρύθμῳ ποδὶ Τόρευε πᾶσαν ᾠδήν.*“ Ubi tamen *Τόρνευε* reponendum arbitror, ut loco convenientius: *Verum age, alio te converte composito pede;* Torna *totam cantilenam.* Haec Bentlejus. Jam Brunckius judicat, probabiliter Bentlejum legere, *τόρνευε πᾶσαν ᾠδήν;* Reisigius pro librorum omnium lectione *τόρευε* emendationem Bentleji, quasi nubem pro Junone sine ulla dubitatione complectitur ultro ille fassus, vulgatum *τόρευε* apud Suidam quoque exstare; Hermannus denique, id quod me maxime movet, tacite Bentlejum sequu-

tus scribit apud Dindorfium, *τόρνευε πᾶσαν ᾠδήν*. Ego cur nihil certius esse arbitrer librorum omnium fide *τόρευε* testantium, ordine expediam. Nam primum v. *τορνεύειν* ad poëtam carmina pangentem adcommodari potest, ad cantorem vero, cujus unum opus est cantare, transferri non potest. Ipse adeo Bentlejus, contra se videlicet, attestatus est versum hujus fabulae 54

κάμπτει δὲ νέας ἁψῖδας ἐπῶν·
τὰ δὲ τορνεύει, τὰ δὲ κολλομελεῖ,
καὶ γνωμοτυπεῖ κἀντονομάζει,
καὶ κηροχυτεῖ καὶ γογγύλλει,
καὶ χοανεύει.

At vero illic de Agathone agitur novam tragoediam scribente, non ut h. l. de choro, qui totus sit in odis canendis. Sed jam librarii vel mehercule ante eos grammatici, qui millies similia loca contulerunt et alterius ope depravarunt alterum, versus hujus fabulae 54 *τὰ δὲ τορνεύει* atque v. 986 *τόρευε πᾶσαν ᾠδήν* male inter se videntur comparasse. Bis enim Suidas adfert v. 54 semel in v. *Δρύοχοι*, ubi et Kusterus edidit, *τὰ δὲ τορεύει*, et id ipsum habet Cod. Oxon., iterum in v. *Λαικαστής*, ubi Kusterus quidem *τὰ δὲ τορνεύει*, sed Cod. Oxon. iterum *τορεύει*, Ed. Mediolanensis autem hic *τορείη* exhibet. Tametsi vitium esse fortuitum potuit; saepe enim formae *τορνεύειν* et *τορεύειν* in Codd. permutantur. Contra autem *τόρευε πᾶσαν ᾠδήν*, clara voce canta omnem odam, mire ad h. l. adcommodatum est. Quum enim *τορεύειν* vel magna voce loquentis sit, vel altum edentis cantum, aptissime profecto altera pars chori jubet alteram *τορεύειν πᾶσαν ᾠδήν*. Tantoque melius haec jam nostro dicentur loco, quia clarum est, impetum chori orgiis dediti in fine augeri et cum insigni metu Bacchi laudes celebrari, dei prope dixerim furibundi. Quaeso, quid ita tandem egregii viri in sanissimum verbum *τορεύειν* de composito quasi saevierunt? Num forte eis parum attice dici videbatur? At ab hoc crimine ipse se defendit Aristophanes in Pace v. 377

ἀλλ', ὦ μέλ', ὑπὸ τοῦ Διὸς ἁμαλδυνθήσομαι,
εἰ μὴ τετορήσω ταῦτα καὶ λακήσομαι.

Ad quem locum Scholiastes, — *Τορῶς γὰρ σαφῶς καὶ ἀκριβῶς. ἐπίτηδες δὲ τραγικαῖς λέξεσιν ἐχρήσατο, τῷ τετορήσω καὶ λακήσομαι.* Quod inter tragicas dictiones verbum *τορεῖν* sive potius *τορεύειν* numeratur, suspicio est, in deperditis tragoediis id verbi saepe positum fuisse; et certe vel in superstitibus tragoediis voces *τορὸς* et *τορῶς* saepe recurrunt. An Bentlejo in mentem non venerat, quid esset *τορεύειν*, alta voce (*τορῶς*) sive loqui sive cantare? Sane in Editione minore Batava versus convertitur absurde, *torna et concinna totam cantilenam*, quasi scriptum esset *τόρνευε*. Sed jam ante Bentlejum alii interpretes, quos Kusterus Brunckiusque sequuti sunt, recte transtulerunt, *clara voce modulare totam*, sive *omnem cantilenam*. Atque quum interpretes Bentlejum a corrigendi libidine,

ἡγοῦ δέ γ' αὐτὸς ὧδε
σὺ, κισσοφόρε Βάκχειε δέσποτ' [Εὔϊε,] ἀντιστρ. δ'

---

tum magis etiam Reisigium a temeraria adsensione revocare Suidas debebat, *Τορεύει: γλύφει, τιτρᾷ. Τόρευε πᾶσαν ᾠδήν. ἀντὶ τοῦ, τορῶς καὶ τρανῶς λέγε τὴν ᾠδήν.* Quae hausta sunt e Schol. Rav. eam ipsam explicationem praeeunte. At forsitan Reisigius a Lexicographis in fraudem induci potuit. Minime. Nihil enim errarunt duo principes lexicorum scriptores, H. Stephanus p. 9144 c. et p. 9145 c. ed. Londin., atque Schneiderus s. v. *Τορεύω* ed. I. A Schneidero Passovius, ut saepe, suspensus est, nisi quod Bentlejanae conjecturae meminit Ad eandem significationem Suidae glossa convenit, *Τορεία: ἡ ῥητορεία.* Alias enim *τορεύειν* et *τορεία* hac quidem vi potestateque instructum non temere invenies.

V. 987. *ἡγοῦ*] Praesultasse in orgiis Bacchum res est pervulgata. Eurip. Bacch. v. 141 *ὁ δ' ἔξαρχος Βρόμιος, εὐοῖ.* Soph. Antig. 153

— *θεῶν δὲ ναοὺς χοροῖς*
παννυχίοις πάντας ἐπέλθωμεν· ὁ Θήβας δ' ἐλελίχθων
Βάκχιος ἄρχοι.

Ibid. v. 1133

*ἰὼ * πῦρ πνεόντων*
χοράγ' ἄστρων, νυχίων
φθεγμάτων ἐπίσκοπε,
παῖ Διὸς γένεθλον, προφάνηθι —,

quem locum optime interpretati sunt Naekius, V. C., et in Aglaoph. T. I. p. 218, 219 Lobeckius. Tum libri omnes propagant sine ullo simulacro metri, *ἡγοῦ δέ γ' ὦδ' αὐτός.* Correxi, ut res postulabat, *ἡγοῦ δέ γ' αὐτὸς ὧδε*, versu Anacreonteo. G. Burgesius, vir optimus, negat voculam *ὧδε* a se intelligi. At *ὧδε*, ut alias saepissime, valet *hic.* Photius p. 658, 14 *Ὧδε: οὐ μόνον τὸ οὕτως· ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνθάδε, ὡς ἡμεῖς· Κρατῖνος Δραπετίσι· Τοὺς ὧδε μόνον στασιάζοντας καὶ βουλομένους τινὰς εἶναι· Ἀριστοφάνης Κωκάλωι· ἐκδότω δέ τις | καὶ ψηφολογεῖον ὧδε καὶ δίφρω δύο· καὶ Πλάτων που κέχρηται ἀντὶ τοῦ δεῦρο καὶ ἐνθάδε· —.*

V. 988. Libri omnes,

σὺ κισσοφόρε Βάκχειε δέσποτ'· ἐγὼ δὲ κώμοις
σε φιλοχόροισιν μέλψω

cum hac etiam versuum divisione. Emendationem metra monstrant planeque aperiunt. Nam quum primis verbis, *σὺ κισσοφόρε Βάκχειε δέσποτ'* initium jambi senarii, proximis autem *ἐγὼ δὲ κώμοις* versus Anacreontei finis contineantur, in medio vocabula quaedam ad metrum explendum necessaria intercidisse adparet. Itaque potissimum censeo,

[Εὐοῖ·] ἐγὼ δὲ κώμοις
σὲ φιλοχόροισι μέλψω

---

verba Εὔϊε | εὐοῖ inserenda esse, quae et a sententia commendationem habeant, et hic in Codd. evanescere ob similitudinem v. 990, 994, facile potuerint. Tum vero vides scribendum esse

σὺ κισσοφόρε Βάκχειε δέσποτ' Εὔϊε,
εὐοῖ· ἐγὼ δὲ κώμοις
σὲ φιλοχόροισι μέλψω.

Quam nos antistropham eorum versuum esse dictitamus, qui proxime antecedunt,

ἀλλ' εἶ ἐπ' ἄλλ' ἀνάστρεφ' εὐρύθμῳ ποδὶ,
τόρευε πᾶσαν ᾠδήν·
ἡγοῦ δέ γ' αὐτὸς ὧδε.

Pervagatum est enim et vel tironibus notum, multo minus Aristophanem, quam poëtas tragicos id studuisse, ut cum initio antistrophae nova enuntiatio inciperet, de qua re Reisigius in Synt. Crit. p. 3 sqq. Alterum hujusce consuetudinis exemplum paullo post exstat v. 990, ubi nova stropha in media sententiae continuatione occipit. Memorabile est, Hermannum tertium, quum strophas hic inveniri negasset, senarium tamen restitutum ivisse hoc modo,

ἡγοῦ δέ γ' αὐτὸς ὧδε, Βάκχε δέσποτα
κισσοφόρ'· ἐγὼ δὲ κώμοις —.

Ac senarium quamvis male inquisivit Hotibius quoque,

ἡγοῦ δέ γ' ὧδ' αὐτὸς σὺ,
κισσοφόρε Βάκχε δέσποτ'· ἐν κώμοις δ' ἐγὼ
σ. φ. μ.

Haud bene primus secundusque Hermannus,

ἡγοῦ δέ γ' ὅδ' αὐτὸς
σὺ, κισσοφόρ', ὦ Ϝάναξ
Βάκχει'· ἐγὼ δὲ κώμοις
σ. φ. μ.

in quo ὅδ' αὐτὸς σὺ satis mire dictum videtur. Pessime et Reisigius,

α' ἡγοῦ δέ γ' ὧδ' αὐτὸς
α' κισσοφόρε Βάκχειε
β' δέσποτ'· ἐγὼ δέ σε κώμοις
φιλοχόροισι μέλψω,

et Wellauerus,

ἡγοῦ δέ γ' ὧδ' αὐτὸς
σὺ κισσοφόρε Βάκχειε
ὦ δέσποτ'· ἐγὼ δὲ κώμοις
σ. φ. μ.

Caeterum in cognomine Dionysi tam forma *Βάκχειος* quam notiore *Βάκχιος* Graeci utuntur. Productius *Βάκχειος* ut h. l. metra tutum praestiterunt in Sophocle Oed. Tyr. v. 1105 ὁ *Βακχεῖος θεός*. Sic etiam apud Herodotum est IV, 79 *Διονύσῳ Βακχείῳ τελεσθῆναι* et *ἐτελέσθη τῷ Βακχείῳ*. Et nostro quidem loco in libris nomen acuitur *Βάκχειε*, quod rectius puto circumflecti *Βακχεῖε*. Denique Rav. omnesque Edd. ante Brunckium contra versum habent *φιλοχόροισιν*, quod Scaliger, Bentlejus aliique passim mutarunt.

V. 990 sqq. Restat ultimum par stropharum, quarum ode v. 990 *Εὐϊον* — 994 *ἀναλοχεύων*, antode vero v. 995 *ἀμφὶ* — 1000 *θάλλει* complectuntur. Hi etiam versus brevem orationem desiderant, stropha maxime, in qua vehementer laborari video. Omnes scilicet libri ita scribunt itaque versus dispescunt

Εὐϊον, ὦ Διόννσε
Βρόμιε, καὶ Σεμέλας παῖ,
χοροῖς τερπόμενος κατ' ὄρεα Νυμφᾶν
ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις
Εὐϊον Εὐϊον εὐοῖ ἀναχορεύων.

Sed priusquam de veritate scripturae deque metrorum ratione exponam, necessarium est, ut constructio verborum nulli interpreti satis percepta declaretur. Ac prima quidem orationis pars haec cohaeret vinculo *ἐγὼ δὲ κώμοις σὲ φιλοχόροισι μέλψω, Εὐϊον — ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις Εὐϊον Εὐϊον εὐοῖ ἀναχορεύων*. Ante omnia videamus, quidnam sibi velit *Εὐϊον ἀναχορεύειν*, audax constructio saneque poëtica, quae non iterum reperitur in toto Aristophane. Enimvero *χορεύειν* vel *ἀναχορεύειν θεὸν* nihil est aliud, quam *deum saltationibus celebrare*. Ita videlicet scripserunt de ipso Baccho Euripides Bacch. v. 1153 *ἀναχορεύσωμεν Βάκχιον*, et Sophocles in Antigona v. 1139

— προφάνηθι Ναξίαις
ἅμα περιπόλοισι σαῖς
σιν, αἳ σε μαινόμεναι πάννυχοι
χορεύουσι τὸν ταμίαν Ἴακχον.

ad quem locum Brunckius et sensum dictionis perspexit, et apte contulit Pindarum Isthm. I, 8 *καὶ τὸν ἀκειρεκόμαν χορεύων*, et phrasi illi *χορεύειν τινὰ* alias quoque tribui significationes ostendit. Quodsi *Εὐϊον ἀναχορεύειν* est Evium saltationibus celebrare, vel propterea dubitare non licet, quin illa quoque *ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις* cum v. *ἀναχορεύων* connectenda sint sensu aptissimo, *amabilibus hymnis Evium et choreis celebrare*. Pessime vero locum construxit in versione sua Brunckius — Evium, ô Bacche, Bromie et Semelae gnate, *choris gaudens, quique in montibus, Nympharum amabiles inter hymnos Evium, Evium, euoë cum cantu et choreis iteras*, quem sequitur Vossius, praeterquam quod saltem verba *χοροῖς τερπόμενος κατ' ὄρεα* non divellit,

Εὐϊον, ὦ Διός τε στρ. ε' 990
Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ,

— Euio! dir, Dionyſos,
Bromios, Semeleſproß du,
Der Chortanzes ſich freut im Gebirg, und häufig
Zu der Nymphen Luſtlied Euio,
Euio, Euó tönt in dem Chortanz.

Hi igitur falso putarunt, *ἀναχορεύων*, cujus verbi subjectum est chorus, ad Bacchum ipsum referri, a quo errore ne Hermannus quidem sibi cavit apud Dindorfium: *Vulgatum Εὐϊον* (v. 993), inquit, *ne ad sensum quidem recte se habere videtur, siquidem ἀναχορεύων de Baccho, non de choro dicendum fuit.* Jam Andreas Divus in versione infelicissima hic etiam verbum verbo subjecit, Kusterus autem tam ambigue vertit, ut nescias, utrum bene construxerit, ego enim te celebrabo Euion — cum cantu et choreis iterans, an potius male ordinaverit verba (et ita videtur) — ô Bacche, — choris qui delectaris — cum cantu et choreis iterans. Non rectius profecto Kusterus, Brunckius, Vossius aliique interpretes verba *χοροῖς τερπόμενος κατ' ὄρεα Νυμφᾶν ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις* construere sciverunt. Illi enim conjungunt *Νυμφᾶν ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις* idque a. v. *ἀναχορεύων* suspensum faciunt. Ego jam supra docui, *ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις* omnino a v. *ἀναχορεύων* pendere (et plane absurdum foret, verba *τερπόμενος — ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις* conglutinare): sed non minus dilucidum est, verba *χοροῖς τερπόμενος κατ' ὄρεα Νυμφᾶν* conjungi debere. Bacchus enim delectari solebat choris Nympharum in montibus, in Cithaerone, in Helicone, in altero jugo Parnassi, quibus in locis Bacchus Nymphaeque invicem ludebant, saltabant, addo etiam amabant, quum nocte non sine facibus choreas agerent, minime vero amabiles cantabant hymnos. Quae quum ita sint, totum hunc locum ita transferendum esse liquet: *ego vero comissationibus te chorisque honorabo, Evium. — o Bromie, Jovis et Semelae nate, quem juvant Nympharum chori in montibus - amabilibus hymnis Evium Evium euoë choreisque celebrans.* Veniamus ad singula.

V. 990. Libri, ut supra diximus,

Εὐϊον, ὦ Διόνυσε,
Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ —.

Sed corruptum esse *Διόνυσε* et metra docent, et inaudita minimeque graeca oratio, *ὦ Διόνυσε, Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ.* Scripsi igitur certa emendatione,

Εὐϊον, ὦ Διός τε
Βρ.,

qui versus praeclare respondet antistrophico, *ἀμφὶ δέ σοι κτυπεῖται.*

χοροῖς * * * *
τερπόμενος κατ᾽ ὄρεα Νυμφᾶν ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις

Sed nihil mutandum versu proximo, *Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ*, ad quem bene haec referuntur, *Κιθαιρώνιος Ἠχώ*.

V. 992. 993. In scriptura librorum,

χοροῖς τερπόμενος κατ᾽ ὄρεα Νυμφᾶν
ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις

metra neque secum ipsa concordant, neque cum versu antistrophico. Sed praeclare apud Dindorfium Hermannus. *Vereor autem*, inquit, *ne et in stropha et in antistropha vox exciderit, quae ad usitatas choriambicorum formas requiritur, in stropha παννυχίοις, in antistropha μεγάλως ante βρέμονται.* Ita videlicet legebat Hermannus,

χοροῖς τερπόμενος
[παννυχίοις] κατ᾽ ὄρεα Νυμφᾶν ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις,

et in antistropha,

μελάμφυλλά τ᾽ ὄρη
δάσκια καὶ νάπαι πετρώδεις [μεγάλως] βρέμονται.

Hermannum jure optimo imitatur Dindorfius (ed. tert.) positis post v. *τερπόμενος* et ante *βρέμονται* signis lacunae. Tantoque certius Hermanno adstipulor, quod nimis denudata nec satis poëtica haec talis oratio est, *χοροῖς τερπόμενος κατ᾽ ὄρεα Νυμφᾶν*, nisi aptum inseratur epitheton,

χοροῖς εὐκελάδοις
τερπόμενος κατ᾽ —,

vel

χοροῖς τερπόμενος
παννυχίοις κατ᾽ —.

De forma alterius versus,

$$\overset{\times}{\smile}\ \smile\ \smile\ -\ \overline{\smile}\ \overset{\times}{\underset{\smile\smile}{\smile}}\ \smile\ -\ \|\ \overset{\times}{\smile}\ \smile\ \smile\ -\ \smile\ -\ \overline{\smile}$$

sic habendum est. Hephaestio p. 52 eum dicit tetrametrum choriambum, ejusmodi tamen, cujus secunda syzygia ubique diiambo constet. Rectius hunc versum dixeris asynartetum esse, e dimetro choriambo acatalecto et catalectico tam severa lege compositum, ut iambi non magis, quam choriambi violarentur, caesura tamen ut in satis brevi versu esset liberior. In tanta enim horum versuum multitudine iambi quoque semper fere puri servantur, nisi quod prima arsis semel soluta est, *κατ᾽ ὄρεα Νυμ* — bis autem producta syllaba prima,

ἠλίθιον πλουτοῦντα δ᾽ εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμί,
οἶδα μὲν ἀρχαῖόν τι δρῶν, κοὐχὶ λέληθ᾽ ἐμαυτόν.

Attamen illi tres versus erroris coarguunt Hermannum, cui in Elementis D. M., aureo libro, p. 430 verisimilius videtur, logaoedicos versus esse quam choriambicos, hac forma,

$$\overset{\times}{\smile}\ \smile\ \smile\ -\ \smile\ -\ \smile\ -\ |\ \overset{\times}{\smile}\ \smile\ \smile\ -\ \smile\ -\ \overline{\smile}$$

ὦ Εὖϊ' Εὖϊ' εὐοῖ

Exempla hujusce versus apud Hephaestionem duo exstant, unum Anacreontis,

Ἐκ ποταμοῦ 'πανέρχομαι πάντα φέρουσα λαμπρά,

alterum Aristophanis in Amphiareo,

Οἶδα μὲν ἀρχαῖόν τι δρῶν, κοὐχὶ λέληθ' ἐμαυτόν.

Sedecim de hoc genere versus continui ex Adulatoribus Eupolideis depromti apud Athenaeum inveniuntur, VI, p. 236 e, ubi (si ab unico illo versu discesseris) nihil variant iambi. Verum choriambis nostros versus rectissime adscribi, id etiam argumento est, quod et lyrici poëtae et tragici justo tetrametro, catalectico et ipso, usi sunt, hunc dico,

– ◡ ◡ – – ◡ ◡ – – ◡ ◡ – ◡ – ◡

substitue hic tantum choriambo secundo pedes specie mensuraque pares, diiambum, noster continuo versus emerget. Jure autem hoc genus versuum a me inter asynartetos relatum esse, certo demonstrare indicio possum. Clare enim res elucet e Nubibus v. 559 sqq.

Ὑψιμέδοντα μὲν θεῶν
Ζῆνα τύραννον ἐς χορὸν
πρῶτα μέγαν κικλήσκω,
τόν τε μεγασθενῆ τριαίνης ταμίαν,
γῆς τε καὶ ἁλμυρᾶς θαλάσσης ἄγριον μοχλευτήν.

atque ex antistropha v. 591 sqq.

Ἀμφί μοι αὖτε, Φοῖβ' ἄναξ,
Δήλιε, Κυνθίαν ἔχων
ὑψικέρατα πέτραν·
ἢ τ' Ἐφέσου μάκαιρα πάγχρυσον ἔχεις
οἶκον, ἐν ᾧ κόραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβουσιν.

Et sic quidem versus in Hermanni editione recte distributi sunt. A quo Dindorfius ita tantum discessit, ut quintum sextumque versum in unum conjungeret ederetque,

γῆς τε καὶ ἁλμυρᾶς θαλάσσης ἄγριον μοχλευτὴν

et,

οἶκον, ἐν ᾧ κόραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβουσιν:

haud dubie enim illum ipsum versum, de quo jam diu quaerimus reperisse sibi videbatur. At enim fallitur Dindorfius. Nam constantiae fuerat, alterum quoque tetrametrum excogitare, secundo tertioque versu in unum conflatis,

Ζῆνα τύραννον ἐς χορὸν πρῶτα μέγαν κικλήσκω

et,

Δήλιε, Κυνθίαν ἔχων ὑψικέρατα πέτραν.

Caeterum a tam temerario consilio Dindorfium primus versus, qui necessario dimeter est, haud dubie absterruit. Atqui eo ipso efficitur dimetros in utrisque locis retineri debere; poscit enim initium carmi-

ὦ Εὔϊ', ἀναχορεύων.

---

nis, non ut tetrametri, sed dimetri potius sequantur. Adeo vel ipso Aristophane judice vici, tetrametrum nostrum

$$\acute{-}\,\upsilon\,\upsilon - \upsilon - \upsilon - \;|\; \acute{-}\,\upsilon\,\upsilon - \upsilon - \bar{\upsilon}$$

asynartetum esse atque e dimetris duobus compositum. Aristophanes enim tetrametrum illum in duo dimetros versus dissecuit, hoc exemplo,

$$\acute{-}\,\upsilon\,\upsilon - \upsilon - \upsilon -$$
$$\acute{-}\,\upsilon\,\upsilon - \upsilon - \bar{\upsilon}.$$

V. 994. 995. Libri, *εὔϊον εὐϊον εὐοῖ ἀναχορεύων*, bona sententia, metro autem admodum nullo. Optime vero cecidit, ut nihil vitii facerent antistrophica,

Κύκλῳ δὲ περὶ σὲ κισσὸς
εὐπέταλος ἕλικι θάλλει.

Recepi elegantissimam correctionem Hermanni,

ὦ Εὔϊ' Εὔϊ' εὐοῖ
ὦ Εὔϊ' ἀναχορεύων.

Neque qui gradus fuerint corruptionis, obscurum est. Librarii enim, qui vocativi loco accusativum *Εὔϊον* reponebant, de metro securi, perbene tamen animadverterant, accusativum *Εὔϊον* v. 990 a v. *ἀναχορεύων* suspensum esse. Neque eo minus tamen Hermanni emendatio locum tuetur suum, quippe quum chorus verbis *Εὔϊον ἀναχορεύων* egregie interponat

ὦ — Εὔϊ' Εὔϊ' εὐοῖ
ὦ Εὔϊ'.

Simul enim et dicit chorus Evium choreis celebrandum esse, et celebrat Evium reapse. De Evio egregia dedit Lobeckius Aglaopham. p. 1042—1045. Sed Reiskii conjecturam *ἄνα* (ab *ἄναξ*) *χορεύων*, et Burgesii *ὦ 'να χορεύων* non magis referre operae est, quam Bentlejana *τερπόμενον* vel *τερπόμενε* pro *τερπόμενος*.

V. 990—995. Ad hunc locum reliquas doctorum indoctorumque super his versibus conjecturas metricas potissimum reservavi, veritus, ne forte, si tot tantisque nugis rerum ordinem interpellare coepissem, taedio nauseaque enecarer: sed hanc quoque molestiam devorabo. Hotibius igitur verbis *Εὔϊον ὦ Διόνυσε* deletis ita haec corrumpit,

Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ,
χοροῖς τερπόμενος, κατά γ' ὄρεα, (sic) *Νυμφᾶν*
ἐρατοῖσιν εἶν (sic!!) *ὕμνοισιν*
Εὔϊον, Εὔϊον εὐοῖ ἀναχορεύων.

Magis etiam lepidi planeque basilici versus sunt, quos finxit Burgesius,

Εὐΐον, ὦ Βρόμιε
καὶ Σεμέλας παῖ χο-
ροῖς τερπόμενος κατ᾽ ὄρη
Νυμφᾶν ἐράτοισιν ἐν ὕμν-
οισιν Εὐΐον εὐὰν
εὐὰν ὦ ᾽να χορεύων.

Veruntamen quod alter verba Εὐΐον ὦ Διόννσε, alter unicum Διόννσε delevit, bene senserunt, vitium aliquod in v. Διόννσε latere. Reisigius has adhibuit conjecturas,

Εὐΐον ὦ Διόννσε,
Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ,
χοροῖς τερπόμενος κατ᾽ ὄρεα Νυμ-
φᾶν ἐρατεινοῖς ἐν ὕμνοις,
Εὐΐον, Εὐΐον, εὐοῖ,
εὐοῖ, ἀναχορεύων.

Ex his prior conjectura ἐρατεινοῖς infelicissima est, posterior autem, qua εὐοί sive potius εὐοῖ ante ἀναχορεύων inseritur, haud ita procul abest a sanissimo judicio Hermanni. Wellauerus ita hariolatur,

Εὐΐον, ὦ Διόννσε
Βρόμι᾽ ὦ Σεμέλας παῖ,
χοροῖς τερπόμενος κατά γ᾽ ὄρεα Νυμφᾶν
ἐραστοῖς (sic!) ἐν ὕμνοις
Εὐΐον, Εὐΐον, εὐοῖ ἀναχορεύων,

idemque Διόννσε v. 990 trium esse syllabarum fabulatur, id quidem post Reisigium Conj. p. 291. Caeterum ineptias in Aristophane εἶν, ἐραστὸς aliaque hujusmodi scribentium consolabitur Hermannus. Quanquam vir egregius finem strophae melius, quam initium constituit. Et apud Dindorfium quidem scribit,

εὐοῖ, ὦ Διόννσε
Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ,
χοροῖς τερπόμενος
παννυχίοις κατ᾽ ὄρεα Νυμ-
φᾶν ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις,
ὦ Εὐῖ᾽ Εὐῖ᾽ εὐοῖ
ὦ Εὐῖ᾽ ἀναχορεύων.

Mecum vero postea has conjecturas communicavit minus etiam bonas ab initio,

ὦ Διόννσ᾽ ἰὼ᾽ εὐοῖ
Βρόμι᾽, ὦ Σεμέλας παῖ,
ἄκουσον δὲ χοροῖς τερπόμενος κατ᾽ ὄρεα Νυμ-
φᾶν ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις
ὦ εὐῖ᾽ εὐῖ᾽ εὐοῖ
ὦ εὐῖ᾽ ἀναχορεύων.

In quibus illud certe, Βρόμι᾽, ὦ Σεμέλας παῖ et in antistropha Κιθαρώνιος ἠχώ Hermanno excidit invito, utpote qui antea apud Din-

ἀμφὶ δὲ σοὶ κτυπεῖται ἀντιστρ. ε' 995

---

dorfium nihil mutarit in stropha, *Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ*, in antistropha autem vere correxerit, *Κιθαιρώνιος Ἠχώ*.

V. 995. *ἀμφὶ δὲ σοὶ*] *ἀμφὶ δὲ σοῖ* Ravennas, Juntina, aliaeque Edd. veteres. *Σοῖ* haud dubie etiam Augustanus, de quo tacet Brunckius. Emendatum est jam ante Scaligeri tempora, qui, *σοὶ κτυπεῖται*, inquit, *ut et alii, non σοῖ*.

Ibidem. *κτυπεῖται*] Indocte vir omnium facile doctissimus, Valckenaerius apud Dobraeum ad Plut. v. 758, 759: „Thesm. 1004 *ἀμφὶ δέ σοι κτυπεῖται Κιθαιρώνιος ἠχὼ Μελάμφυλλά τ' ὄρη*. Lege *κτυπεῖ τε Κιθ.* sequitur enim *τέ*." Vir summus grandi vitio *Κιθαιρώνιος* relicto verbum *κτυπεῖται*, quo nihil sanius est, mutare non dubitavit. Idem in Pluto l. l., ubi Comicus versibus tragicis calceos inseruit seniles,

— γελῶντες, εὐφημοῦντες· ἐκτυπεῖτο δὲ
ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβήμασιν,

correxit vel depravavit potius ita,

ἐκτύπει γε δὴ (sive *ἐκτύπησε δὲ*)
ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις δρομήμασιν,

in quo mirum est oppido, currere senes, qui alias vix possunt repere. Verum enimvero Graeci non solum activis verbis, sed etiam neutris maximeque iis, quae aliquem sonum exprimunt, passive utuntur, ubi quidem notio passiva recte cogitari possit. Nam ut *κτυπεῖ Κιθαιρὼν* est *sonat Cithaeron*, ita *κτυπεῖται Κιθαιρώνιος ἠχὼ* significat, *sono tunditur echo Cithaeronis*, eodemque jure ac modo dictum est illud *ἐκτυπεῖτο — ἐμβάς*. Recte igitur etiam Philostratus Vit. Apollon. V, 16. p. 201 *κτυπεῖταί τις ἐνταῦθα ὑπ' αὐτοῦ ἄκμων*, incus tunditur sonatque et alio loco VIII. 14 p. 358 *κτυπεῖσθαι δοκοῦντος τὰ ὦια ὑπὸ ἐννοίας ἵππων*. Vesp. 1228

τουτὶ σὺ δράσεις; παραπολεῖ βοώμενος·
φήσει γὰρ ἐξολεῖν σε —

peribis clamore circumfusus, a Cleone scilicet, magno et in concionibus et in judiciis clamatore. I. Marklandus ad Supplices Eur. v. 932 interpungit,

παραπολεῖ· βοώμενος
φήσει γὰρ

periclitaberis perire. clamans dicet enim etc., quasi vero non plurimum differat inter *βοᾶν* atque *βοᾶσθαι*. Eurip. Heleu. 1434

πᾶσαν δὲ χρὴ
γαῖαν βοᾶσθαι μακαρίαις ὑμνῳδίαις,
ὑμέναιον Ἑλένης κἀμόν, ὡς ζηλωτὸς ᾖ.

Ubi permale opinatur Pflugkius, *βοᾶσθαι* dictum esse pro *βοᾶν* itaque videri etiam Dobraeo, cui ne in mentem quidem venerat, tale quidquam dicere. Atqui praeter Dobraeum Elmslejus quoque vere

Κιθαιρώνιος Ἠχώ,
μελάμφυλλά τ' ὄρη

---

explicavit Euripidis locum hoc dicentis: *omnem autem terram oportet clamoribus impleri beatisque hymnis*, et tum sequitur adpositio, *ὑμέναιον Ἑλένης κἀμόν*. Quam ego nolim a Pflugkio, viro alias graece doctissimo, duram minimeque probabilem rationem dictam esse. Iphig. Taur. 367

αὐλεῖται δὲ πᾶν
μέλαθρον . . . . . .

tota domus tibiae sonitu impletur. Iphig. Aul. 438 — *λωτὸς βοάσθω καὶ ποδῶν ἔστω κτύπος*, tibia cum magno sono inflatur et sic porro. Rectissime Suidas, *Ψαλλόμενος*: *ὁ ἀκροώμενος ψάλτου. καὶ κιθαριζόμενος. ὁ κιθάρας ἀκροώμενος.* Philetaerus ap. Athen. XIV, 633, e. *ὦ Ζεῦ, καλόν γ' ἔστ' ἀποθανεῖν αὐλούμενον*, eo mori tempore, quum tibiarum cantum audias. Macho apud eundem VIII, 348, f.

ψάλτης κακὸς Στρατόνικον ἐστιῶν ποτε
ἐπεδείκνυτ' αὐτῷ τὴν τέχνην παρὰ τὸν πότον.
οὔσης δὲ λαμπρᾶς καὶ φιλοτίμου τῆς δοχῆς
ψαλλόμενος ὁ Στρατόνικος —,

ubi optime Casaubonus, *quum obtunderetur ejus cantu Stratonicus*. Luciani Pollucisque tempore hic usus jam doctis viris quam vulgo erat notior. Hic enim in glossematum isto thesauro etiam *καταυλεῖσθαι* reposuit IV. 67, ille autem Lexiphanem suum haec facit dicentem c. 10 *καὶ μὴν ἐκεῖνός γε, ἦδ' ὅς, ὁ τέως αὐλούμενος, ἤδη ἔμπεδός ἐστιν.* Quam miror, pro *αὐλούμενος* Gronovium patrem, magnum virum, requirere *ἀλώμενος*, Gesnerum diffidentem tamen sibi *ἁλλόμενος*, Lehmannum vix dubitare, quin in voce *αὐλούμενος* mendum insit inveteratum. At illi omnes nosse debebant, in quo edendo tummaxime versabantur, Lucianum, qui dixit Phalar. I, 11 *ὡς τὸν μὲν κολάζεσθαι, σὲ δὲ τέρπεσθαι μεταξὺ καταυλούμενον*, Bis Accusat. c. 16 *ψαλτρίας ἔχων καὶ κατᾳδόμενος ἕωθεν ἐς ἑσπέραν*, ibid. c. 17 *διὰ τῆς ἀγορᾶς μέσης καταυλούμενος*, Neron. c. 3 *ἐπὶ τὴν ὀρχὴν ἦξε, κροτούμενός τε καὶ ᾀδόμενος —*. De Saltat. c. 2 *κάθηται κατανλούμενος*, ubi optima adnotatio est Graevii. Plura hujusce usus exempla in Luciano quidem non leguntur. Sed alibi eundem usum habent verba *ψάλλεσθαι* et *καταψάλλεσθαι*, de quibus vide H. Stephani Thesaur. ed. Londin. s. h. v. Docte, caeterum parum dilucide parum etiam distincte hoc genus nuper tractavit Bernhardyus in nova Syntaxi p. 342.

V. 996. *Κιθαιρώνιος*] Ravennas, Juntina aliaeque Edd. veteres *Κιθαρώνιος*. Turpius etiam Ed. Lugduno-Batavensis *Κιθαρώνις* (sic). Miror, tam aequo animo tulisse mendam *Κιθαρώνιος* Kusterum, Brunckium, Valckenarium, Hermannum tertium, Wellauerum aliosque passim. Bene Reisigius p. 38 „nomen *Κιθαιρώνιος* in ple-

*δάσκια, καὶ νάπαι πετρώδεις * * * βρέμονται,*
κύκλῳ δὲ περί σε κισσὸς
εὐπέταλος ἕλικι θάλλει. 1000

---

risque exemplaribus usque a Juntino macula est affectum, quam in uno Veneto Zanetti elutam reperio; nam in relicuis omnibus, quae mihi praesto sunt, est *Κιθαρώνιος*, unius privatione literulae absonum et absurdum. Nihil tamen vera scriptura Bisetum praeteriit, neque Hotibium p. 127. Virgilius Aeneide, libro IV vv. 302, 303

— audito stimulant trieterica *Baccho*“
Orgia, nocturnusque *vocat clamore Cithaeron.*

Quod Virgilii locum Reisigius adposuit, unus ac praeter caeteros interpretes tandem intellexisse videtur, orgia in choro nostro celebrari; neque enim is erat Reisigius, qui e Virgilio doceret, montem non Citharonem, sed Cithaeronem adpellatum esse. Vitium *Κιθαρώνιος* paene eo valuerat, ut optimus Burgesius *Κιθαρονόμιος* conjiceret, veruntamen eo abjecto edidit pessime,

ἀμφὶ σοὶ δὲ κτυπεῖ
τοῦ Κιθαιρῶνος Ἠχ-
ὼ —.

Recte *Κιθαιρώνιος* scripserunt etiam Hermannus secundus, Dindorfius primus, secundus tertiusque, et Bothius. Apte vero cum verbis *κτυπεῖται Κιθαιρώνιος ἠχὼ* comparare licet (et comparavit Burgesius) Horat. Od. I, 20, 8

— redderet laudes tibi Vaticani
montis imago.

V. 997. Libri hic versus ita dividunt,

μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια καὶ νάπαι
πετρώδεις βρέμονται.

Ravennas scribit *μελάνφυλλα*, Juntina autem *ὀρηδάσκια*. Hermannus et apud Dindorfium et in literis ad me datis verbum *μεγάλως* inserit ante *βρέμονται*, aptissima emendatione, quam laudo proboque. Confer Eqq. 151 *μεγάλως εὐδαιμονεῖς*, et Nub. 590 *μεγάλως σέβουσιν.*

ΤΟΞΟΤΗΣ, ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ, ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

Ἐνταῦτα νῦν οἰμῶξι πρὸς τὴν αἰτρίαν.

V. 1001. *Ἐνταῦτα νῦν οἰμῶξι*] Ut primum chorus mulierum conticuit, Mnesilochus et qui miserum senem in crucem sustulit, lictor in scenam reversi colloquuntur, paulloque post supervenit Euripides socerum suum e custodia liberaturus. Barbari autem homines, qui saepe verba faciunt in comoedia, tametsi corrupto vitiosoque sermone uti debent, tamen plus minusve graece sciunt ad unum omnes. Velut incredibilis inscitia est Triballi dei in Avibus, qui ipse tamen clare perspicueque dicit v. 1572 *ἔξεις ἀτρέμας;* Deinceps ita risum poëta captat, ut Triballum sonos inanes edere jusserit omnique intellectu expertes, cujusmodi sunt, v. 1615 *ναβαισατρεῦ* et v. 1628

σαυνάκα
βακταρικροῦσα,

quum Hercules lepide ex eo quaesivisset, *ὁ Τριβαλλὸς, οἰμώζειν δοκεῖ σοι;* Ac tamen vel Triballus loqui dilucide potest v. 1676

καλάνι κόραννα καὶ μεγάλα βαδισιλιναῦ
ὄρνιτο παραδίδωμι.

Quid apertius? Recte enim Hercules, *παραδοῦναι λέγει*, pessime autem veterator Neptunus,

μὰ τὸν Δί' οὐχ οὗτός γε παραδοῦναι λέγει,
εἰ μὴ βαδίζοιν (ita legendum) *ὥσπερ αἱ χελιδόνες,*

quae merae sunt calumniae. Mirifice vero interpretes vexavit Pseudartabae versus in Acharn. 100 *ἰαρταμιὰν ἔξαρᾶ' ἀναπισσόναι σάτρα*, eoque nonnullos redegit, ut hominem persice loquutum putarent (nec minus ridicule Bourdinus lictori nostro scythicam linguam attribuit). Codices et Aldinae lectio postulare videntur, ut scribamus, *Ἰάρτα τὰν Ἐξάρᾶ' ἀναπισσόναι σάτρα* h. e. *Ἦ κάρτα τὸν Ἀρταξέρξην ἀναπεῖσαι σαθρά* sive *σαθρόν*. Satis bene jam ante nos interpretatus est Suevernius in illa caeteroquin infelicissima dissertatione De Avibus p. 93 adnot. *ἦ μὴν τὸν Ἀρταξέρξην ἀναπεῖσαι σαθρόν*. Nihil errarunt viri docti nec potuerunt errare in hoc ejus-

dem Pseudartabae versu 104 *οὐ λῆψι χρῦσο, χαυνοπρῶκτ' Ἰαοναῦ*. At enim qui nostra in fabula semibarbare loquitur, Scytha lictor jam aliquantum Athenis in lingua graeca profecerat. Quocirca vix ullo loco quidnam sentiat homuncio, obscurum est. Nam etsi omnis generis vitia et plurima et maxima committere debet (quo ipso tum spectatores oblectati sunt), ubique tamen perlevi momento ac saepe paucarum literularum inclinatione sermo plane atticus restituitur. Itaque non erat, quod diceret Kusterus, Scythae orationem, hominis imperitissimi, plenam esse barbarismis. Res enim ipsa loquitur, neque periculum erat, ne quisquam librariorum menda vel typothetarum oculis sibi cernere videretur. Egregie vero Brunckius vidit, Scythae orationem, quamvis barbaram, justo tamen versu scriptam esse, quippe partem comoediae metricae; barbarismos personae, versus autem poëtae esse, denique in comoedia metro vincta omnes personas tantum non ubique versu loqui. Eademque ratione in hodierna comoedia, dummodo versum habeat, rusticos peregrinosve semibarbare loqui versu ipso non violato. Scilicet ita placuisse etiam Aristophani quum Scythae ipsius docet persona, cujus verba sic corrupta sunt, ut tamen versum ubique adgnoscas, tum comparatio ostendit Triballi in Avibus et in Acharnensibus Pseudartabae. Quod autem Brunckius rem ab editoribus animadversam negat, ex parte tantummodo verum est; quando jam ante Brunckium doctissimus quisque tacens licet nec quidnam sequeretur, professus Scythae sermonem ita conformavit, ut metro congrueret. Caeterum illo tempore viris egregiis in optima metri restituendi voluntate facultas saepe viresque defuerunt. Ita factum est, ut Brunckius versus plane vitiosos a Kustero aliisque sibi traditos acciperet (quum praesertim scribae hanc partem minime intellectam certatim inquinassent) tantoque melius de restituendis Scythae versibus ipse mereri posset et mereretur. Et hic quidem vulgo scritum *Ἐνταῦτα νῦν οἰμώζει* —. Ravennati et Bekkerus et ICtus tacito adsignant *ἐνταῦτα*, Brunckii conjecturam, quam recepi. Recte enim Berglerus Brunckiusque dicunt, Scytham id habere, ut adspiratas literas mutet in tenues. Tum *οἰμώξει* Augustanus et Ravennas, *οἰμῴξει* Juntina. Bene *οἰμῶξι* Brunckius, a quo prope abest Bentlejanum *οἰμωξι*. Apte multi contulerunt Aeschyli Prometh. v. 82 *Ἐνταῦθα νῖν ὕβριζε, καὶ θεῶν γέρα* —. Quanquam Roboris verba Comico haec scribenti obversata esse nego; major est enim rei similitudo, quam verborum. Etiamne Aristophanes sive hic sive in Pluto v. 1129 *ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν*, sequutus est illa Homeri, quae supra ad v. 225 designavimus, *Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν* —, *Ἐνταυθοῖ νῦν ἧσο* —, *Ἐνταυθοῖ νῦν ἧσο μετ' ἀνδράσιν οἰνοποτάζων*, *Ἐνταυθοῖ νῦν πύθευ ἐπὶ χθονὶ βωτιανείρῃ*? Imo omnes Graeci in hoc genere ita loqui solebant, ut ipse Aristophanes tertium in Pluto v. 724 *ἐνταῦθα νῦν κάθησο κατιπεπλασμένος*, et quartum in Vespis 149 *ἐνταῦθα νῦν ζήτει τίν' ἄλλην μηχανήν*. Neque omittam Schol. Rav. ad h. l. *ἀντὶ τοῦ πρὸς τὴν αἰθρίαν. βαρβαρίζει δὲ ὁ τοξότης*.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ὦ τοξόθ', ἱκετεύω σε.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

μή μ' ἱκετεῦσι σύ,

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

χάλασον τὸν ἧλον.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ἀλλὰ ταῦτα δρᾶς ἐγώ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

οἴμοι κακοδαίμων, μᾶλλον ἐπικρούεις σύ γε.

V. 1002. Ravennas, *μή μ' ικετευση σύ*, Juntina *μή μ' ἱκετεύση σύ*. Male Brunckius edidit, *μή μ' ἱκέτευε σύ*, sed postea in Addendis vere dixit legendum esse, *μή μ' ἱκετεῦσι σύ*. Ducitur analogia vel in ipsis barbarismis Scythae, quem mire juvat terminatio ῑ per omnes personas, ut v. 1001 *οἰμῶξι*, v. 1108 *λαλῆσι*, v. 1127 *ἀποκεκόψι* (si lectio vera) v. 1176 *ἀνεγεῖρι*, v. 1179 *ὀρκῆσι καὶ μελετῆσι*. Bentlejus, *lege*, inquit, *ἱκετεῦσα i. e. ἱκέτευσον*. At neque Attici vulgo dicebant, *μὴ ἱκέτευσον* (ut aliquando Sophocles *μὴ ψεῦσον*), sed *μὴ ἱκέτευε* potius, et lictor iste spiritum asperum cane pejus et angui fugere videtur. Dindorfius edidit, *μή μ' ἱκέτευε σύ*, Bothius paullo melius tamen, *μή μ' ἱκέτευε σύ*. Conferas autem Terentium in Andria III, 3, 11 Per te ego deos oro et nostram amicitiam, Chreme — Chr. ah, ne me obsecra.

V. 1003. *δρᾶς*] Schol. R. *ἀντὶ τοῦ δρῶ. τοῦτο δὲ εἰπὼν πλέον αὐτὸν ἐπισφίγγει*. Berglerus quoque *δρᾷς* pro *δρῶ* accepit, neque diffiteor, jocose dici posse, *Atqui ego id facis*. Veruntamen ut *δρᾶς* pro *δράσω* potius dici censeam (quae etiam Biseti fuit Bothiique sententia), inclinat animus maxime ob similitudinem loci Nub. v. 436

ἀλλὰ σεαυτὸν θαῤῥῶν παράδος τοῖς ἡμετέροις προπόλοισι.
Στρ. δράσω ταῦθ' —.

Sed lictor aut intelligit contrarium pro sua imperitia, (idque placuit Berglero), aut intelligere se fingit.

V. 1004. *ἐπικρούεις*] Libri omnes *ἐπικρούσεις*, id quod nemo quisquam correxit praeter Wellauerum De Thesmophor. p. 60. Recte tamen Vossius interpretatur, Weh mir, ich Armer! mehr hinein noch hämmerſt du! (Bernardus Thiersch quum ipse probat *ἐπικρούεις*, tum id ipsum legi testatur in Augustano.).

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ἔτι μᾶλλο βοῦλις;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἀτταταῖ, ἀτατταταῖ· 1005

κακῶς ἀπόλοιο.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

σῖγα, κακοδαίμων γέρον.
πέρ᾽ ἐγὼ ᾽ξενίγκι πορμὸς, ἵνα πυλάξι σοι.

V. 1005. Vulgo *Το*ξ. ἔτι μᾶλλον βουλῇς; *ΜΝ*. ἀτταταὶ, *τατ*ταταί. Ravennas, ἔτι μᾶλλον βοῦλις αττατὰι τατταταί, atque etiam Juntina βοῦλις et tum ἀτταταὶ τατταταί. Foede haec interpolavit Brunckius, *To*. ἔτι μᾶλλον, ἂν βουλῇς. *Μν*. ἀταταὶ, ἀτατταταῖ. Scribendum erat, *To*. ἔτι μᾶλλο βοῦλις; *Μν*. ἀτταταῖ, ἀτατταταῖ et sic edidi. *Βοῦλις* praebuit etiam Ed. Farrei. Bentlejus prope verum, *μᾶλλο* — *ἰαττα*ταί, et certe *ἰαττα*ταί Porsonus quoque. Male Dindorfius *To*. ἔτι μᾶλλο βουλῇς. *Μν*. ἀτταταῖ ἰατταταῖ. Longe praestat Bothianum, *To*. ἔτι μᾶλλο βοῦλις; *Μν*. ἀτταταῖ, ἰατταταῖ. Visne etiam amplius? inquit lictor, willſt du noch mehr? Recte Vossius Mog me verlangen? et jam Andreas Divus, Adhuc magis vis? Perperàm vertit Kusterus, Adhuc magis volo.

V. 1006. σῖγα] *σίγα* Edd. ante Brunckium. Ravennati tacito adtribuunt *σῖγα*.

V. 1007. Vulgo et in Juntina flagitiose, *πέρ᾽ ἐγὼ ξενίγκι πορμὸς, ἵνα πυλάξῃ σοι*. Augustanus, *πέρ᾽ ἐγὼ ξυνίγκι πορμὸς, ἵνα πυλάξι σοι*. Ravennas apud Bekkerum, *περεγὼ ξεινιγκι πορμὸς, ἵνα πυλάξι σοι*, apud Invernizzium spiritu leni, *πέρ᾽ ἐγὼ ξενίγκι πορμὸς, ἵνα πυλάξι σοι*. Putavi scribendum esse, *πέρ᾽ ἐγὼ ᾽ξενίγκι πορμὸς, ἵνα πυλάξι σοι*, cum Bothio atque etiam Dindorfio, qui tamen *ἵνα* edidit. Brunckius autem quum male edidisset, *πέρ᾽ ἐγὼ ξυνίγκι πορμὸς, ἵνα πυλάξι σοι* in adnotatione apte emendavit, *πέρ᾽ ἐγὼ ᾽ξενίγκι* —. Bentlejus voluerat *ξένιγκι* sine spiritu et *πόρμος*. Semibarbare haec dici pro *φέρ᾽ ἐγὼ ἐξενέγκω φορμὸν, ἵνα φυλάξω σε*, observarunt Bisetus, Berglerus, Brunckius, Bothius. Schol. R. *πορμὸς ἀντὶ τοῦ φορμὸς, ψίαθος.* — *ἀντὶ τοῦ ἵνα φυλάξω σε*. Absurde vero Toupius ad Suidam T. II. p. 352 *φορμὸν* hic de fune accipi voluit. Recte enim Brunckius ostendit, vincto jam antea Mnesilocho crucique suffixo, nihil aliud restitisse, nisi ut Scytha vinctum eum observaret, neque alios accedere ad eum sineret, proinde lictorem, ne stando fatigaretur, stoream, in qua recumberet, petivisse. His dictis abit lictor.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ταυτὶ τὰ βέλτιστ' ἀπολέλαυκ' Εὐριπίδου.
ἔα· θεοὶ, Ζεῦ Σῶτερ, εἰσὶν ἐλπίδες.
ἀνὴρ ἔοικεν οὐ προδώσειν, ἀλλά μοι 1010
σημεῖον ὑπεδήλωσε Περσεὺς ἐκδραμών,

V. 1009. Bene Schol. R. ὁρᾷ Εὐριπίδην προσιόντα.

V. 1011. ὑπεδήλωσε] Ita Scaliger, Reiskius, Brunckius, Dindorfius, Bothius. Vulgo ὑπεδήλωσεν, quod est etiam in Ravennate.

Ibidem. Περσεὺς ἐκδραμών] Recte Schol. R. ἀντὶ τοῦ ὡς Περσεύς. Aeschylus in Persis v. 72 — πολύγομφον ὄδισμα ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου. Aristophanes in Pace v. 620 τήνδε μὲν δικροῖς ἐώθουν τὴν θεὸν κεκράγμασιν. Quem versum falso explicant cum Scholiastis Suidaque Florens Christianus et caeteri. Tu verte: hanc deam (Pacem) clamoribus, tanquam furcis, expellebant. Egregie hunc usum inlustravit Dobraeus ad Plutum v. 314, a quo in nonnullis mihi dissentiendum est. Ac primum minime intellexit facetissimum locum Vesp. v. 19, cujus sententiam alia occasione aperui. Non magis autem ille percepit Aristophanem Athenaei II, 53, A.

Ἄγε νυν τὰς ἀμυγδαλᾶς λαβὼν
τασδὶ κάταξον τὴν κεφαλὴν σαυτοῦ λίθῳ.

Requirit enim τῇ κεφαλῇ provocatque ad Avv. 55. Dobraei vestigia legit Dindorfius ad Fragmenta p. 203. Falluntur. Sensus est enim: sume hasce nuces iisque caput tuum comminue (infringe) *tanquam aliquo lapide*. Qui graece sciet, fatebitur hic ne dici quidem potuisse modo vulgari, κάταξον τῆς κεφαλῆς σαυτοῦ —. Caeterum aliquis ridiculam alteri suppeditat semet ipsum occidendi rationem. Vide Equit. 80 — 85, praeterea locum minime tragicum Eurip. Helen 299 sqq., (quidnam velim, patebit conferenti Helen. v. 136), denique Plaut. Menaechm. II, 2, 29 Hei mihi! Quum nihil est, illi qui homini diminuam caput. Verissime autem ad eundem dicendi usum Nub. 179 — κύμψας ὀβελίσκον, εἶτα διαβήτην λαβὼν revocant Dobraeus, Hermannus, Dindorfius. Late haec patet dicendi consuetudo, neque Dobraeus in tanta exemplorum multitudine omnes vel ipsius Aristophanis locos exhausit. Omisit enim in aliis Aristophanem Athenaei XV, 700, c. — Ἀριστοφάνης δ' Ἱππεῦσι·

Τῶν δ' ἀκοντίων
συνδοῦντες ὀρθὰ τρία λυχνείῳ χρώμεθα.

Quae quum in Equitibus nullo exstent loco, Porsonus et post eum Dindorfius ad Fragm. p. 245 Ἀντιφάνης δ' Ἱππεῦσι corrigi volunt, quia Antiphanes quoque Equites fabulam scripsit. De cujus conjecturae veritate nos quidem vehementer dubitamus. Nam simillimus

ὅτι δεῖ με γίγνεσθ' Ἀνδρομέδαν· πάντως δέ μοι

---

ad sententiam locus est bene longus in Pace v. 1218 sqq., et in fragmento apud Pollucem VII, 108

πλὴν εἴ τις πρίαιτο δεόμενος
βασκάνιον ἐπὶ κάμινον ἀνδρὸς χαλκέως.

Quocirca Athenaeus in fabulae potius nomine videtur errasse, fallente etiam argumenti similitudine. Plane enim fragmentum illud ex ejusmodi comoedia depromtum esse oportet, in qua bellum a perpetuo pacis saluberrimae auctore dissuaderetur, hoc est e Babyloniis, vel Georgis, vel Holcadibus.

V. 1010—1012. Signum, inquit, occulte mihi dedit Euripides, ut qui tanquam Perseus procurrerit, oportere me fieri Andromedam. Ex his intelligitur, Euripidem Persei habitu indutum in scenam venisse, inprimisque Persei ipsius egisse personam, sicuti Mnesilochus partes Andromedae peragebat. Quae tamen, ut in parodia, varie confunduntur; quando et Euripides Perseus in Echus abit personam ipsique adeo Andromedae versus quosdam subfuratur, et Mnesilochus saepenumero in se redit atque e pulcherrima virgine senex fit capularis. Adeo Euripides, homo astutus, quoniam Helena nihil quidquam profuit, nunc Andromedae suae ope miserum socerum liberare e vinculis custodiaque studet. Multas haud dubie Aristophanes habuit causas Andromedae potissimum irridendae, vel quod uno ante anno data erat, vel quod una cum novitia ista Helene erat commissa, (praeclare enim Schol. R. ad v. 1012 Ἀνδρομέδαν] πιθανῶς· συνδεδίδακται γὰρ τῇ Ἑλένῃ), quam supra diutissime lusit, vel quod mira est argumenti similitudo (Euripides enim Mnesilochum e vinculis liberaturus est, ut Perseus Andromedam; Mnesilochus autem vinctus est ut Andromeda scopulis adligata, unde dicit ipse,

πάντως δέ μοι
τὰ δέσμ' ὑπάρχει,

isque sub muliebri veste facilius potest virginem mentiri), vel quod Euripides frigide omnino ridiculeque Echo finxerat resonantem et repercusso sono lugubres Andromedae voces referentem, quem locum omnium acerrime diutissimeque vexavit Comicus. Accedit etiam alia res sat gravis momenti. Etenim Andromedae mala ceto expositae multi Comici ridicule imitabantur. Id fecerant quatuor minimum Comici, Phrynichus (in Andromeda ut videtur) et qui hunc expilavit in Maricante Eupolis (Aristoph. Nub. 553

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν —
προσθεὶς ταὐτῷ γραῦν μεθύσην τοῦ κόρδακος οὕνεχ' ἥν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.

Hic Scholiastae, εἰσῆγε γραῦν Φρύνιχος ὑπὸ κήτους ἐσθιομένην, κατὰ μίμησιν Ἀνδρομέδας, διὰ γέλωτα τῶν θεατῶν. ἦν δὲ καὶ

τὰ δέσμ᾽ ὑπάρχει. δῆλος οὖν οὗτός γ᾽ ὅτι

αὐτὸς κωμῳδίας ποιητής), porro Amipsias in Conno ap. Athen. VII, 327 d. ὀρφοῖς σελαχίοις καὶ φάγροις ἔσῃ βορά, denique Plato in Cleophonte ibid. p. 315 b.

Τοιγὰρ σὲ γραῦ συγκατώκισεν σαπρᾷ
ὀρφοῖσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βοράν.

Neque hanc partem omisit Aristophanes v. 1033 κήτει βορὰ Γλαυκέτῃ πρόκειμαι. Itaque tantum abest, ut Andromeda tragica unice persona fuerit, ut spectatores attici a tot Comicis inducti longe facilius riserint Andromedam, quam deplorarint. Neque vero rationes nostras Sophoclis evertit Andromeda, de quo dramate infra, ut spero, locus erit dicendi.

V. 1013. „Lege ὑπάρχειν. immo ὑπάρχει. vid. 858 (851 ed. nostrae) —" *Bentlejus*. Nimia mira narrat vir summus. Nam ὑπάρχει in omnibus Codd. atque Edd. invenio.

Ibidem. Libri omnes contra versum, δῆλον οὖν ἔσθ᾽ ὅτι —. Scripsi, ut res postulat, δῆλος οἶν οὗτός γ᾽ ὅτι —. *Adparet igitur*, inquit, *hunc quidem venturum esse mei servandi causa.* Apte vero dicitur οὗτός γ᾽ cum vi singulari, quia non de Euripide in universum sermo est, sed de eo Euripide, qui Perseum imitetur. Quocirca male olim ipse conjeci, δῆλος οὖν ὅδ᾽ ἔσθ᾽ ὅτι —. Lenissima autem mutatio est pro δῆλον οὖν ἔσθ᾽ ὅτι reponentis δῆλος οὖν οὗτός γ᾽ ὅτι —. Quam et sermo linguaque requirit (Graeci enim δῆλός ἐστιν, ὅτι ἥξει dicunt potius, quam δῆλον —) et vero etiam simillimus locus commendat Pac. v. 1013

δῆλός ἐσθ᾽ οὗτός γ᾽ ὅτι
ἐναντιώσεταί τι ταῖς διαλλαγαῖς.

Quantum ad emendationes firmandas similium locorum comparatio valeat tempore instituta, unico ostendam exemplo, quum plurima suppetant. Praeclare enim Hermannus optimorum Codd. nutum significationemque recte interpretatus elegantem scripturam restituit in Nub. v. 822 καί σοι φράσω τι πρᾶγμ᾽, ὃ μαθὼν ἀνὴρ ἔσει. Sed extra dubitationem Hermanni judicium hoc ponitur loco Pac. v. 395

καί σοι φράσω τι πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα,
ὃ τοῖς θεοῖς ἅπασιν ἐπιβουλεύεται.

Nostro autem versu conjecturae doctorum subabsurdae sunt ad unam omnes. Satis mire enim Bentlejus δῆλον οὖν ἔσθ᾽ ὅτι ταχὺ vel simile quiddam requirit; Kusteri depravationem, δῆλον οὖν ἔστιν γ᾽ ὅτι Brunckius recepit, nihil moratus vitiosam particulam; Reiskius haud absimili errore tum quidem excusato scripsit, δῆλον οὖν μοί γ᾽ ἔσθ᾽ ὅτι (hodie enim vel pueri μού γ᾽, μοί γ᾽, μέ γ᾽ taliaque explodunt); Porsonus apud Kiddium ad Dawes. p. 494 δῆλον οὖν ἔτ᾽ ἔσθ᾽ ὅτι

ἥξει με σώσων· οὐ γὰρ ἂν παρέπτατο.

---

conjecit, quas nugas Dindorfius I, II, III, suscepit. Ubinam viderant illi audierantve durissimam vocabuli ex alio membro in aliud migrationem, δῆλον ἔτ' ἔσθ' ὅτι ἥξει pro δῆλον ἐσθ' ὅτι ἔτι ἥξει? Et quid tandem sibi vult istuc ἔτι, quum paene jam adsit Euripides, non olim sit venturus? Bothius vero quum Kusterianum illud δῆλον οὖν ἔστιν γ' ὅτι in contextu posuit, tum infra conjecit, δῆλον οὖν ἂν ἔσθ' ὅτι vitio erubescendo. Praestabiliora his sunt commenta Dobraei δῆλον οὖν ἐμοῦσθ' ὅτι vel δῆλον οὖν τοῦτ' ἔσθ' ὅτι, nihilo veriora tamen.

V. 1014. *σώσων*] *σῶσον* Rav. et Juntina, *σώσων* Augustanus et vulgo.

Ibidem. *παρέπτατο*] Infeliciter Euripides nec sine risu populi videtur Persei volatum imitatus esse, *pennis non homini datis*. *Παρέπτατο* autem libri omnes habent, etiam Ravennas. Falso Brunckius ad Aves v. 90 requirit *παρέπτετο*, id quod tacite Invernizzius Bothiusque adoptarunt.

V. 1015. Ab hoc versu usque ad v. 1135 variae sequuntur et cantantium et loquentium parodiae, omnes fere ex Euripidis Andromeda, quasi e communi quodam thesauro depromtae. Quodsi haec tragoedia tota aetatem tulisset, aliquanto facilius quum de ipsa, tum vero etiam de inrisione ejus judicare nobis liceret. Ego quid de his rebus sentiam, paucis declarabo. Nam si aut tot fragmenta, aut ipsius argumenti inventio haud obscure tradita quidquam valere debent, Helenae, quam supra exagitavi, dissimillima fuit Andromeda, atque inter optimas Euripidis tragoedias jure meritoque reposita est. Quin etiam ipse Aristophanes diligenter rem aestimanti laudasse Euripidis Andromedam videbitur in Ranis v. 53

καὶ δῆτ' ἐπὶ τῆς νεὼς ἀναγιγνώσκοντί μοι
τὴν Ἀνδρομέδαν πρὸς ἐμαυτὸν ἐξαίφνης πόθος
τὴν καρδίαν ἐπάταξε πῶς οἴει σφόδρα;

Bacchus enim Andromeda potissimum lecta desiderio ictus Euripidis abitum ad inferos comparat. Quae non debebat Scholiasta claro loci sensu neglecto ironice dicta accipere, *τὴν Ἀνδρομέδαν*] *διὰ τί μὴ ἄλλο τι τῶν πρὸ ὀλίγου διδαχθέντων καὶ καλῶν, Ὑψιπύλης, Φοινισσῶν, Ἀντιόπης; ἢ γὰρ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει προῆκται. ἐπειδὴ οὐ συκοφαντητέα ἦν τὰ τοιαῦτα.* Scio futuros, qui Andromedam displicuisse Aristophani hoc indicio adfirment, quod hanc tragoediam longa parodiarum serie deriserit. At vero non ut supra totam Helenam, quanta est cunque, ludibrio omniumque sibilis atque cachinnis exposuit, ita etiam h. l. Andromedam tragoediam ipsam condemnare inque risum detorquere audet. Imo quum pulchre vidisset, Andromedam in universum plausu et adprobatione dignam esse, callide non

φίλαι παρθένοι, φίλαι, 1015
πῶς ἂν ὑπέλθοιμι, καὶ

---

magis quam maligne de tam venusto corpore membra quaedam commoda irridenti decerpsit ac potissimum vexavit Echus personam nullo judicio introductam et quas omnino in Euripide male oderat, monodias. Quum igitur aegram pulcherrimae tragoediae partem tanquam aliquod ulcus denudasset, facile vir summo ingenio praeditus ejusmodi hic parodias scribere potuit, quibus nihil usquam excellentius sit, nihil magis in suo genere perfectum.

V. 1015 sqq. Edd. vetustiores hic praefigunt *Εὐριπίδης ὡς Περσεύς. Μνησίλοχος ὡς Ἀνδρομέδῃ* (*Ἀνδρομέδα*) similiterque infra Ravennas non habet adscriptitium Persei Andromedaeque nomen. Recte. Nam neque Persei personam Euripides, neque Andromedae Mnesilochus constanter tuiti sunt, quum Euripides maxime alias atque alias partes ageret, utpote in parodia.

Ibidem. Libri,

Φίλαι παρθένοι, φίλαι
πῶς ἂν ἀπέλθοιμι, καὶ
τὸν Σκύθην λάβοιμι;

Carae virgines ex uno Euripide huc redundarunt, quae in comoedia nostra nullae possunt cogitari; at enim parodiae scriptor omnia minima non magis quam praetor curare solet. Enimvero in iis, quae praesenti consilio adcommodantur, ut in proximis verbis, ubi Scythae mentio fit diserta, bonam ac sanam inesse sententiam oportet. Atqui minime Euripidi hoc dicere licet: *Utinam abire possim et Scytham comprehendere;* nihil absurdius. Quare Brunckius, Dindorfio I, II, III probante, *ἐπέλθοιμι — λάθοιμι* correxit. At quum potius subblandiendi notio et occultis fallaciis alterum circumveniendi requiratur, nos pariter ac Bothius emendationem Bentleji *ὑπέλθοιμι — λάθοιμι* suscipiendam putavimus. Sed Bentlejus, quum antea etiam *λάθοιμι* conjecisset, postea male profecto *λάβοιμι* servatum voluit. G. Burgesius autem, qui totum hunc locum ineptiis suis contaminavit, sic emendat videlicet,

φίλαι παρθένοι,
φίλαι πῶς ἀπέλθ-
οιμι, καὶ τὸν Σκύθην ἐκλάθοιμ' ἂν· κλύοις κτλ.

Nunc fontem hujusce corruptionis aperiam. Accidit enim, quod centies in parodia, ut ipsa derisi poëtae verba e margine contextum occuparent; Euripides enim omnino *ἀπέλθοιμι — λάβοιμι* scripserat. In qua sententia animum meum confirmat Schol. R. *παρὰ τὸ ἐξ Ἀνδρομέδας Εὐριπίδου „φίλαι παρθένοι, φίλαι μοι.“ τὰ δὲ ἐπιφερό-*

τὸν Σκύθην λάθοιμι;
κλύεις, ὦ

μενα πρὸς τὸ αὐτὸ (immo, αὐτοῦ) χρήσιμον. Hoc est, *quae subjiciuntur, suo ipsius consilio adcommodavit.* Andromedae locum hunc fuisse censeo,

Ἀνδρ. Φίλαι παρθένοι, φίλαι μοι,
πῶς ἂν ἀπέλθοιμι καὶ
[τὸν πόσιν] λάβοιμι;

Andromeda rupibus adligata Chorum adloquitur virginum indigenarum, cupitque e vinculis evadere atque Perseo marito potiri.

V. 1018. κλύεις, ὦ —] Sic Rav. Aug. Junt. Nescio, quid viris doctis in mentem venerit, ut pessimam Biseti conjecturam, κλύοις, ὦ probarent, id quod fecerunt Scaliger, Kusterus, Brunckius, Dindorfius a primo ad tertium. Recte vero Bothius indicativum κλύεις restituit. Vide Sophoclem Oed. Col. v. 175 κλύεις, ὦ πολύμοχθ' ἀλᾶται; et ipsum Euripidem Phoeniss. v. 1536 κλύεις, ὦ κατ' αὐλὰν ἀλαίνων —; v. 1019 Ravennas, προσαιδούσσαι τὰς ἐν ἄντροις, Augustanus, προσαιδοῦσσαι (non προσαιδοῦσσα ut ait Brunckius) τὰς ἐν ἄντροις, Juntina προσεδοῦσσαι τὰς ἐν ἄντρος. Hic ordiendum est ab loco Euripidis itidem depravato. Schol. R. πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας. πρὸς τὴν ἠχὼ Ἀνδρομέδα λέγει „προσαιδοῦσσαι τὰς ἐν ἄντροις ἀπόπαυσον ἔασον ἄχοῖ με σὺν φίλαις γόου πόθου λαβεῖν.“ διὰ τὸ λαμβάνειν ἀποσπάσματα ἀσύνδετον τὸ ὅλον γίνεται, ὡς ἐν κωμῳδίᾳ. (Inepte Bekkerus, γίνεται. 1021. ὡς ἐν κωμῳδίᾳ.) Praeclare Seidlerus,

πρὸς Αἰδοῦς σε τὰν ἐν ἄντροις,
ἀπόπαυσον, ἔασον
Ἄχοῖ με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.

Bene tamen de ἀπόπαυσον dubitavit Matthiaeus ad Eurip. Fragm. p. 45, qui addidit, apud Aristophanem esse κατάνευσον, sed hoc abire longius. Scilicet neque ἀπόπαυσον vim habere neutralem videtur, *desine*, quemadmodum Attici saepe dicunt παῦε pro παύου, neque ullum accusativum, nisi perquam dure cogitando licet adjicere. Ego quum omnia iterum iterumque tentassem nihil tamen melius indagare potui. Illud sine dubio: Imperativus Aoristi primi latet (qua forma Comicus quoque utitur, κατάνευσον, ἔασον), et quidem verbum latet ejusmodi, quo significetur vel *desine*, vel *tace*, vel etiam *abi*. Sive igitur ἀπόπαυσον vocis παῦε similitudine defenderis (ac profecto lenissima correctio est ἀπόπαυσον pro ἀπόπασον, usurpatque Euripides verbum ἀποπαύειν tribus quatuorve locis), sive aliud quiddam substituas, in summa re revolveris eodem. Egregia vero Seidleri emendatio est, πρὸς Αἰδοῦς σὲ τὰν ἐν ἄντροις et ob vim sententiae ipsius necessaria. Quum enim Scholiasta teste potissimum Echo sit,

πρὸς Αἰδοῦς σὲ τᾶς ἐν ἄντροις,
κατάνευσον, ἔασον ὡς 1020

---

quam Andromeda adloquitur, apte hanc Echo nominat, *σὲ τὰν ἐν ἄντροις*, ideo quod Echo in antris specubusque habitabat. Ovidius Metam. III, 395 de Echo:

spreta latet silvis, pudibundaque frondibus ora
protegit; *et solis ex illo vivit in antris.* —

Ossa ferunt lapidis traxisse figuram. Aeschylus Pers. 390

ὄρθιον δ' ἅμα
ἀντηλάλαξε νησιώτιδος πέτρας
ἠχώ.

Eurip. Hecub. 1110 *πέτρας ὀρείας παῖς — ἠχώ.* Centies autem tragici dicunt, *σὲ τὸν — σὲ τὰν —*, velut Euripides in Helena 1116

σὲ τὰν ἐναυλείοις ὕπο δενδροκόμοις
μουσεῖα καὶ θάκους ἐνίζουσαν ἀναβοάσω,
σὲ τὰν ἀοιδοτάταν —.

Sed versus parum recte a Seidlero descriptos ita ut Comici suadet imitatio, dividamus,

πρὸς Αἰδοῦς σὲ τὰν ἐν ἄντροις.
ἀπόπαυσον, ἔασον, Ἄχοῖ,
ἐμὲ σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.

Echo apud Euripidem, ut infra demonstrabo, fletus Andromedae singultusque garrula, ut est, referebat; quam rem aegre ferens aegra animi Andromeda ita infit: *Audisne? Per te pudoris deam obtestor, quae habitas in antris, desine, patere, Echo, me et amicas meas* (Chorum dicit) *lacrimandi desiderium explere.* Veniamus ad Comicum illa ipsa Euripidis verba ridentem. Seidlerus igitur Aristophani pariter atque Euripidi hunc versum restitui jubet, *πρὸς Αἰδοῦς σὲ τὰν ἐν ἄντροις* probavitque hanc opinionem secundo ac tertio Dindorfio. Injuria quidem. Nam comicus Euripides Scytham lictorem adloquitur modo (v. 1017 *τὸν Σκύθην*) nominatum. At quomodo tandem Scytham his potest verbis compellare, *σὲ τὰν ἐν ἄντροις*? Num igitur foemina erat miserrimus lictorum, num denique antrum ille, quasi fera bestia, incolebat? Imo vero nihil certius est, quam *σὲ τὰν ἐν ἄντροις* scribi ab Aristophane non potuisse. Huc accedit, quod libri omnes *τὰς ἐν ἄντροις* propagant, idemque Scholiastes Andromedae tribuit Euripidis, *προσαιδουσσαι τὰς ἐν ἄντροις —*. Edat igitur mihi aliquis, unde tandem utrobique *τὰς ἐν ἄντροις* exortum sit, nisi alter horum scriptorum vel ipsum *τὰς* vel simillimum quiddam posuerat. Etenim *σὲ τὰν ἐν ἄντροις* uni tribuere Euripidi, minime abnuo; poterat enim ex Aristophane *τὰς* male in Euripidem transferri. Illud acriter pugno, non temere esse posse, quod et Euripidi *τὰς* adsignatur, et idem tuentur omnes libri Aristo-

τὴν γυναῖκά μ' ἐλθεῖν.

---

phanis. Bonum etiam factum, quod lectione *τὰς* in usum converso versus tragicus paullum aliquid mutatur; Comici enim in parodiis plus minusve corrumpere omnia solent. Quid quaeris? certissime scribendum est,

κλύεις ὦ
πρὸς Αἰδοῦς σε τᾶς ἐν ἄντροις —.

Audisne, lictor? *o per Pudoris te deam obsecro eam, quae est in antris, adnue, sine me ad uxorem meam venire.* Vin scire, quaenam dea pudoris dicatur in antris habitare? Est nimirum ea *Αἰδώ*, cujus ara Athenis in acropoli dedicata erat. Bekk. Anecdot. p. 355, 15 *Αἰδώ: — καὶ ὁ βωμὸς ὁ ἐν τῇ ἀκροπόλει.* Eadem Favorinus s. v. *Αἰδώ.* Pausanias I, 17, 1 *καὶ γὰρ Αἰδοῦς σφισι (τοῖς Ἀθηναίοις) βωμός ἐστι.* De Verecundiae ara in acropoli videndus Meursius De Ath. Att. III, 2 et De Acropoli cap. XXVIII. Recte vero Pudoris simulacrum in arce positum antra habitare dici, e Pausania adparebit I, 21, 5 *ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ θεάτρου σπήλαιόν ἐστιν ἐν ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν —*, ubi cf. Siebelisium. Ad hanc ipsam Atheniensium Verecundiam, quae in arce fuit, adluditur Nubib. v. 995 in loco jam antiquitus interpolato varieque a doctis corrupto, in quo liber Ravennas haud dubie sequendus est,

— καὶ μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας σκαιουργεῖν, ἄλλο τε μηδὲν
αἰσχρὸν ποιεῖν, ὅτι τῆς Αἰδοῦς μέλλεις τἄγαλμ' ἀναπλάττειν,

quoniam Verecundia simulacrum (vita tua) expressurus es. Confer etiam (Demosth.) in Aristogit. I, 35, 1 Bekk. (Lucian.) Amorr. c. 37 fin. Pausaniam III, 20, 10. Quin etiam aliquando putabam, in Andromeda quoque eam Verecundiam, quae fuit in acropoli, memoratam legendumque esse ut nostro loco, *πρὸς Αἰδοῦς σε τᾶς* (*τὰς* Schol. R.) *ἐν ἄντροις*, atque id apte dictum arbitrabar, quod et Echo et illa Verecundia rupes et antra ambae incolerent; *per sociam tuam vicinamque Verecundiam.* Nec sane Verecundiam arcis Atticae inter medios Aethiopas et Indos mirabitur, qui tragicos adsiduo legerit atque exempli causa contulerit Schol. Vesp. 870, Bekk. Anecd. p. 332, 5, Harpocrationem et Suidam s. *Ἁγνιαὶ — καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Λαοκόωντι, μετάγων τὰ Ἀθηναίων ἔθη εἰς Τροίαν, φησὶ, Λάμπει δ' ἁγνιὰς βωμός —.* Verum enimvero quum una literula Echo, notissima antrorum incola restitui queat, nunc non equidem dubito, quin *τὰς* h. e. *τᾶς* ex Aristophane falso inrepserit, rectissimeque Seidlerus Euripidem haec dicentem faciat, *πρὸς Αἰδοῦς σὲ τὰν ἐν ἄντροις —.* Caeterum hic locus Criticos jam diu misere exercuit: sed quum plerique ingenti praesidio Scholiastae R. Euripideum ver-

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἄνοικτος, ὅς μ' ἔδησε τὸν

---

sum (qui loci fundus est) adferentis destituti essent, non est, quod miremur, nugas maximas ab eis in medium adferri. In Edd. Lugdunensi, Kusteriana aliisque veteribus invenio, προσιδοῦσα τὰς ἐν ἄντροις —. Nugae. Conjecturam προσιδοῦσα memorat etiam Bisetus, qui προσιδοῦσαι ponit loco scripturae vulgatae, denique Bisetus fuisse ait, qui scriberent, προδιδοῦσα τὰς ἐν ἄντροις. Nugae. Scaligerum ita legere dicit Bentlejus, πρὸς σὲ Διὸς λίταισιν ἄντομαι, profecto non nimis modeste. Ed. Lugdun. minor hic non ut saepe alibi Scaligeri conjecturam prodidit, sed facetas ineptias „πρός σε Διὸς ἀήτας ἔναντρος. Alii Κλύεις ὦ Προδιδοῦσα." Nec minus facete Ed. Frobeniana προεδούσσαι. Brunckius edidit προσανδῶσα τὰς ἐν ἄντροις; Echus enim opem implorari, quae antrorum incolas Nymphas alloquatur. At ubinam nomen Echus? ubi Nymphae? postremo ubi antrorum incolae nymphae, qualem Echo potius fuisse constat. Nugae. Atque hae Brunckii nugae in primam Dindorfii editionem migrarunt. Dobraeus nuper legendum esse censuit, προσᾴδουσα τὰς ἐν ἄντροις, comparato v. 1059 Ἦχώ, λόγων ἀντῳδὸς —. Id vero est, literas solas rimari, de sententia interim securum esse. Primum Echo recinit (ἀντᾴδει) non accinit (προσᾴδει), tum deest nomen Echus, denique v. τὰς ἐν ἄντροις plena sunt nugarum. G. Burgesius ita scribit,

κλύοις
ὦ προσανδῶσ' ἀϋτὰς ἐν ἄντροις —.

At quantae nugae. Unus Bothius ea finxit, non dicam quae probare debeamus (nihil enim profecto minus), veruntamen quae intelligi et aequo animo legi possint,

Κλύεις, ὦ; προσανδῶ σὲ, τὰν ἐν ἄντροις.
κατάνευσον ὡς τὴν γυναῖκά μ' ἐλθεῖν.

Ac retinendum esse ἔασον, quod ille expungit, satis nunc docet locus Euripidis. Tamen Burgesius etiam novas res molitur, qui

ἐα-
σον κατάνευσον ὡς
τήνδε γυναῖχ' ἑλεῖν

scribit perabsurde.

V. 1022. In hac monodia Mnesilochus, observante Brunckio, modo e sua modo ex Andromedae persona loquitur propter ingentem, quam scilicet fingit, animi perturbationem. Brunckio recte adsensus est Matthiaeus ad Andromedam p. 46, qui opportune testimonii loco esse voluit ipsius verba Mnesilochi v. 1012 ὅτι δεῖ με γίγνεσθ' Ἀνδρομέδαν. Illud autem Matthiaeo minime concedi oportet, Aristophanea hic cum Euripideis sic commixta esse, ut inter se vix dignosci queant: nam plerisque in locis omnem errorem quum res ipsa,

πολυπονώτατον βροτῶν.

---

tum etiam Scholiasta Ravennas sustulit. De summis hujus totius loci virtutibus disputare nihil est necesse; sentient eas ipsi ac facile intelligent, qui et comoediam amabunt et valebunt ingenio, caeteri autem ne attingant, ne in manus sumant Aristophanem.

V. 1023. Pro πολυπονώτατον G. Burgesius et alius vir haud paullo major Burgesio πολυστονώτατον conjecerunt fortassis ob metricam causam, de qua ad sequentem versum dicetur. At plane tragoediam spirat hoc genus loquendi,

τὸν
πολυπονώτατον βροτῶν.

Vide Eurip. Hecub. 721

ὦ τλῆμον, ὡς σε πολυπονωτάτην βροτῶν
δαίμων ἔθηκεν,

Orest. 175

πότνια πότνια νὺξ,
ὑπνοδότειρα τῶν πολυπόνων βροτῶν —,

ibid. v. 977

ἰὼ ἰὼ πανδάκρυτ' ἐφαμέρων
ἔθνη πολύπονα —,

Alcest. 971

οὐδ' ὅσα Φοῖβος Ἀσκληπιάδαις ἔδωκε
φάρμακα πολυπόνοις ἀντιτεμὼν βροτοῖσιν,

Soph. Oed. Col. 205

αὔδασον, τίς ἔφυς βροτῶν;
τίς ὁ πολύπονος ἄγει;

Aesch. Suppl. 382

τὸν ὑψόθεν σκοπὸν ἐπισκόπει
φύλακα πολυπόνων
βροτῶν —.

Quanquam enim tragici etiam voce πολύστονος uti solent, tamen illi πολυπόνους βροτούς, id quod in omnes mortales cadit, dicunt potius, quam πολυστόνους, quippe quum id non fere sit nisi paucorum. Sed quid haec consector, quum

τὸν
πολυπονώτατον βροτῶν

mutari nullo modo possit propter locum Andromedae? Schol. R. παρὰ τὰ τοῦ χοροῦ ἐν Ἀνδρομέδᾳ „ἄνοικτος ὃς τεκών σε τὴν πολυποινοτάτην (sic) βροτῶν μεθῆκεν Ἅιδᾳ πατρὸς ὑπερθανεῖν.“ Versus duce etiam Aristophane ita dispescendi,

Ἄνοικτος, ὃς τεκὼν σὲ τὴν
Πολυπονωτάτην βροτῶν,
Μεθῆκεν Ἅιδᾳ πατρὸς ὑπερθανεῖν.

μόλις δὲ γραῖαν ἀποφυγὼν
σαπρὰν, ἀπωλόμην ὅμως.
ὅδε γὰρ ὁ Σκύθης φύλαξ 1025

Ac bene singulos versus distribuit Matthiaeus p. 45, sed non correxit vitium manifestum. Nempe scribendum est, *ματρὸς ὑπερθανεῖν*. Neque enim pro Cepheo patre morti exposita est Andromeda, sed pro Cassiope matre sua, quae temere jactaverat, majorem suam esse pulchritudinem, quam Nereidum. Nam in hac memoria consentiunt Eratosthenes Catasterism. 16 et 36, Sophoclis auctoritate utens, Apollodorus Bibl. II, 4, 3. Ovidius Metam. IV, 670 aliique passim. Minime igitur Euripides aliam famam (quae quidem nusquam exstat) potest sequutus esse.

V. 1024 sq. Reisigius in Conj. p. 303 transpositis vocibus *μόλις* et *σαπράν* conjecit,

σαπρὰν δὲ γραῖαν ἀποφυγὼν
μόλις, ἀπωλόμην ὅμως,

quod haec referri diceret ad versus praecedentes,

ἄνοικτος ὅς μ' ἔδησε τὸν
πολυπονώτατον βροτῶν.

De eadem responsione Burgesius cogitasse videtur, ut qui legi vellet *πολυστονώτατον* caeteris non mutatis. Festiva opinio. Idemne Mnesilochus nullo intervallo et stropham canat et antistropham? Et quum in toto cantico v. 1022—1055 nullum usquam signum sit antistrophae, quatuor versiculi tamen sibi respondebunt? Quod vero summum est, senex quum ipse canit monodiam, tum Andromedae monodiam ludicre imitatur. Itaque non magis apud Euripidem ulla fingi antistropha potest: neque enim monodiae in strophas antistrophasque dividi solebant. Caeterum vetulam dicit eam, quae supra v. 852 sqq. custodiam egit. Schol. R. *τὴν τηρήσασαν αὐτὸν ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις*. Deinceps homo optimus strenue nugatur, *δέον εἰπεῖν ἐσώθην, ἀπωλόμην εἶπε χάριν γέλωτος*. Hoc dicit: quum putidam anum aegre effugissem ideoque nova spe tenerer, interii tamen.

V. 1026. Rav. Aug. Junt.

ὅδε γὰρ ὁ Σκύθης φύλαξ
πάλαι ἐφέστηκ', ὀλοὸν,
ἄφιλον ἐκρέμασε κόραξι
δεῖπνον —,

scripsi e conjectura,

— ἐφέστηκ', ὅς ἔμ' ὀλοὸν
ἄφιλον ἐκρέμασεν —.

Nam neque ullus versus est, *πάλαι ἐφέστηκ' ὀλοόν*, neque verba, *ἐφέστηκ' — κρέμασε* sine copula se possunt excipere, neque pronomen *ἐμὲ* hic non desideratur. Olim paullo deterius conjeceram, *πάλαι ἐφεστηκὼς ἔμ' ὀλοὸν —*. Brunckius e conjectura edidit,

πάλαι ἐφέστηκ', ὃς ἔμ' ὀλοὸν
ἄφιλον ἐκρέμασεν, κόραξι
δεῖπνον· ὁρᾷς; οὐ χοροῖσιν,

— πάλαι ἐφέστηκ', ὀλοὸν
ἄφιλον κρεμάσας κόραξι,

metro utriusque versus mirabili. Hunc tamen nemo audivit praeter Hotibium, ita legentem, — ὀλοὸς. Ἄφιλον κρεμάσας κόραξι —. Bothius edidit, — ὀλοὸν, ἄφιλον δ' ἐκρέμασεν κ. δ. De Burgesio satius est tacere. Uni ex amicis meis scribendum esse videbatur,

ὁ δὲ γὰρ ὁ Σκύθης φύλαξ ἐμοὶ πάλαι
ἐφέστηκ', ὀλοὸν, ἄφιλον ὃς ἐκρέμασε
κόραξιν δεῖπνον,

versibus minime aptis. Caeterum in aprico est, hos quidem versus ad Andromedam Euripidis nihil quidquam adtinere. Duo tantum vocabula ὀλοὸς et ἄφιλος tragica sunt, atque in ipso etiam Euripide leguntur.

V. 1029 sqq. Rursus ad Andromedam delabitur festivus senex. Verum ante omnia quaeramus, quidnam dixerit ipse Aristophanes. Ac primum v. 1031 pro *ψήφων* in Rav. Aug. Junt. legitur *ψῆφον*, correctum illud jam ab antiquis editoribus. Scholiasta R. invenisse videtur *ψηφόκημον*, vocem inauditam. Scribit enim, *παρὰ τὴν ξιφοθήκην* [imo *ψηφοθήκην*]. *οὐ δικάζω, φησὶν ὁ γέρων.* Tum pro ἔστηκ' in Aug. Junt. ἕστηκ' est. Verba *ψήφων κημὸν* a Comico inserta sunt, qui judiciorum amorem Atheniensibus quum saepe alibi, tum in totis Vespis exprobravit. Recte locum sic acceperunt Kusterus Brunckiusque, *Viden? non inter choros, neque aequales puellas calculorum fiscellam sto habens;* argute enim sibi opponuntur ἕστηκ' et deinceps *πρόκειμαι*. De metris aliquamdiu laboravi, fuitque, quum v. ἕστηκ' transposito legerem,

οὐδ' ὑφ' ἡλίκων ἕστηκα νεανίδων,
ψήφων κημὸν ἔχουσα·

ita ut *νεανίδων* trium esset syllabarum. Nunc autem nihil temere mutaverim, ac potius tragicos numeros agnosco in his versibus

δεῖπνον· ὁρᾷς; οὐ χοροῖσιν,
οὐδ' ὑφ' ἡλίκων νεανίδων
ψήφων κημὸν ἕστηκ' ἔχουσ'·

etsi metra aliter constituit etiam amicus conjecitque,

ὁρᾷς; οὐ χοροῖσιν οὐδ' ἡλίκων
ὑπὸ νεανίδων * κη-
μὸν ἕστηκ' ἔχουσ'

in quo ipsum nervum sententiae *ψήφων κημὸν* haud sane feliciter incidit.

οὐδ' ὑφ' ἡλίκων νεανίδων, 1030
ψήφων κημὸν ἔστηκ' ἔχουσ'·
ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπλεγμένη,
κήτει βορὰ Γλαυκέτῃ πρόκειμαι,

V. 1032. Falso Dindorfius I, II, III versus ita distinxit,

ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμ-
πεπλεγμένη κήτει βορὰ
Γλαυκέτῃ πρόκειμαι.

imo verissime Ravennas omnesque editiones senarium hunc constituunt, ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπλεγμένη, et tunc versum asynartetum subnectunt, κήτει βορὰ [τῷ] Γλαυκέτῃ πρόκειμαι. Caeterum Ravennas exhibet ἐνπεπλεγμένη, Juntina autem ἐνπεπλιγμένη. Sed ἐμπεπλεγμένη jam explicat Bourdinus, itaque legi jubent Bisetus et Scaliger.

V. 1033. *Γλαυκέτῃ*] Vulgo τῷ Γλαυκέτῃ. Articulum recte deleverunt Dindorfius atque Bothius cum Ravennate. Augustano, Thierschius *Γλαυκέτῃ* sine articulo, Juntinae autem Bergkius τῷ *Γλαυκέτῃ* tacite uterque adsignant. Vetus liber apud Scaligerum item praebet *Γλαυκέτῃ* sine articulo, quem neque metrum fert, neque sententia. De Glauceta Schol. R. ἐπεὶ ὀψοφάγος καὶ γαστρίμαργος ὁ Γλαυκέτης, ὡς ἐν Εἰρήνῃ δηλοῦται. Qui aptissime utitur verbo ὀψοφάγος. Namque *κήτει — Γλαυκέτῃ* propterea conjunguntur, quod et belluae marinae piscibus vesci solent, et Glaucetas belluo erat piscium. Versus Pacis est 973

— καὶ περὶ ταύτας ἡμᾶς ἀθρόους
ὀψωνοῦντας τυρβάζεσθαι
Μορύχῳ, Τελέᾳ, Γλαυκέτῃ, ἄλλοις
τένθαις πολλοῖς.

Adde Platonem comicum in Perialge ap. Schol. ad Nub. v. 110

Ὦ θεῖε Μόρυχε, νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς,
καὶ Γλαυκέτης ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας,
οἳ ζῆτε τερπνῶς; οὐδὲν ἐνθυμούμενοι.

Rhombus magis etiam, quam alii pisces, gulosum hominem oblectabat, unde ipse totus comice *rhombus* dicitur, *Γλαυκέτης ἡ ψῆττα*. Verum illo Platonis loco lepide Burgesius abutitur ad nostrum versum ita corrumpendum,

ψήττῃ βορὰ Γλαυκ-
έτῃ πρόκειμαι.

Qui minime cogitavit, eandem Platoni causam fuisse, Glauceten *ψῆτταν*, quae Aristophani fuit eundem *κῆτος* adpellandi et vel propterea hic *κήτει* mutari non debere. Multo minus secum reputavit, verba *κήτει βορὰ πρόκειμαι* ex Andromeda fluxisse, tametsi ipse Burgesius

γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν

---

crepat Andromedam. In quo non vidit, magnam esse hujus loci gratiam, ipsis verbis tragici retentis nec nisi unico nomine *Γλαυκέτῃ* inserto, contra autem, si *κήτει* quoque mutaveris, omnem parodiae venustatem nobis perire. Sed vel maxime mira et lepida sunt, quae Kusterus commiiscitur. Is vero ita interpretatur, *Ceto praeda marino exposita sum*, atque serio contendit, *Γλαυκέτῃ* vocem esse ancipitem; quum enim Andromeda belluae marinae objecta fuerit, *videri κήτει — Γλαυκέτῃ hic nihil aliud significare, quam ceto marino, quia θάλασσα a poëtis graecis vocari soleat γλαυκή*; sed revera aliquem nomine *Glauceten* hic obiter notari. Merito tantas nugas risit Berglerus, ostenditque, per adpositionem Glauceten vocari cetum, quia instar ceti vorare pisces soleret. Quid quod tam palmare inventum ne domi quidem natum est Kustero, sed ab Andrea Divo acceptum, cujus haec est interpretatio, *Ceto cibus caeruleo* [*Glaucetae*] *exposita sum.*

1034. *ξυμ παιῶνι* Ravennas, *ξὺμ παιῶνι* Augustanus, *ξυμπαίωνι* Juntina, scribendi genere in Codicibus tantum non omnibus usitato. Longe gravius id est, quod nunc dicam. In omnibus enim, quae ubique exstant, Editionibus hi versus foedissime sic interpunguntur,

— πρόκειμαι.
γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν
παιῶνι, δεσμίῳ δὲ,
γοᾶσθέ μ', ὦ γυναῖκες —.

Brunckius ita convertit — *exposita sum. Cum Paeane, non nuptiali, sed qui vinctis conveniat, lugete me, o mulieres*, caeterique omnes interpretes ad eundem modum. Quae quidem plurimis de causis absurda et ridicula sunt. Primum quid tandem hoc est, *lugete me non cum paeane nuptiali sive hymenaeo?* Deinde quodnam istuc tam novum genus est constructionis, *γοᾶσθαί τινα ξὺν παιῶνι?* Porro quis graece doctus non puncto temporis intelligat, novam prorsus sententiam incipere ab his verbis debere, *γοᾶσθέ μ' ὦ γυναῖκες, ὡς —?* Praeterea versus 1029 — 1035 paene ad verbum ex Andromeda manarunt, contra v. 1036, certe quidem *ὦ γυναῖκες* verba sunt Aristophanis ipsius. Denique quonam judicio viri doctissimi illa divellunt, quae arctissime connexa sunt, *ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπλεγμένη — δεσμίῳ δέ?* Quamobrem ita haec interpunxi, ut vides,

πρόκειμαι,
γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν
παιῶνι, δεσμίῳ δέ.
γοᾶσθέ μ' —

densis vinculis implicata ceto tanquam cibus Glaucetae ex-

παιῶνι, δεσμίῳ δέ. 1035

---

posita sum, neque id cum hymenaeo nuptiali, sed cum carmine vinctae consentaneo. Maluerat enim Andromeda virgo laetissimum hymenaeum citare, quam vinculis constricta lamentari et tristes canere monodias. Tum vero haecce verba,

γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν
παιῶνι, δεσμίῳ δὲ

cuivis notum illum Aeschyli ὕμνον δέσμιον in memoriam revocabunt. Et profecto Hotibius, *Respicere per jocum videtur*, inquit, *Aeschyli Furiarum ὕμνον δέσμιον.* Per jocum vero? Id fieri certe non potest. Namque hi versus,

γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν
παιῶνι, δεσμίῳ δέ,

ex Andromeda sumti sunt, ut post paullo ostendam. Atqui Euripides, tragicus poëta ne potuit quidem Aeschyli verba per jocum imitari. Quin ne Euripides quidem illud Aeschyli in animo habuit et omnis ista utriusque loci similitudo specie quam re major atque inlustrior est. Sic enim Aeschylus in Eumenid. v. 306 ὕμνον δ' ἀκούσει τόνδε δέσμιον σέθεν et v. 331 atque iterum 344

ὕμνος ἐξ Ἐρινύων,
δέσμιος φρενῶν —.

Vides, v. δέσμιος hic primum notionem habere activam, quam Abreschius Animadverss. III, p. 45 inepte etiam cum nostro loco communicavit. Deinde ὕμνον δέσμιον recte exponunt et Stanlejus, comparans ille ἐπῳδὰς καὶ καταδέσμους, ligaturas exsecrabilium remediorum in praecantationibus, et magicas devinctiones, et Schuetzius, qui hoc carmen refert ad incantationum genera, quo furiae Orestem quasi constricturae et in potestatem suam redacturae sint. Eximie autem hunc usum verborum καταδεῖν, λύειν, ἀναλύειν similiumque explicavit Lobeckius in Aglaophamo p. 644 infra. At plane contra loco nostro v. δεσμίῳ et ad vera spectat vincula, et notionem habet longe diversam: ut enim γαμήλιος παιὼν carmen significat nuptiale, ita δέσμιος, παιὼν is est, qui ad vincula pertineat h. e. a vinctis canatur. Quare haud scio, an cum h. l. multo rectius conferre liceat memoriam Athenaei XIV, 618 d. sqq., unde constat, Graecos, gentem canendi cupidam, ne vulgares quidem res atque adeo tristes sine cantu quodam transegisse. Quocirca ex hoc Euripidis et Aristophanis loco παιῶνα δέσμιον memorantium haud dubie colligendum est, vel captivos homines in vinculis custodiaque temporis fallendi causa cantitasse et ipso cantu licet tristiore pectus levasse suum. Similiter excubitores in vigiliis cantasse ex Aesch. Agamem. v. 16 et Arist. Nub. v. 917 adparet. Restat, ut quaeramus, quidnam in Andromeda dixisse Euripides videatur. Scholiasta R. ad v. 1029 πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας. τὸ δὲ ἐπιφερόμενον σκώπτοντός ἐστι τοὺς Ἀθηναίους

γοᾶσθέ μ', ὦ γυναῖκες, ὡς

ὡς φιλοδίκους. Hoc igitur teste cognovimus, inde a v. 1029 hoc est a verbis ὁρᾷς; οὐ χοροῖσιν — versus sequi Andromedae, deinceps tamen inserta esse, quae ad inridenda Atheniensium fora et judicia pertinerent; dicit autem haud dubie verba ψήφων κημὸν v. 1031. Porro idem Scholiastes ad v. 1033 κήτει βορὰ Γλαυκέτῃ πρόκειμαι haec adscripsit, καὶ τοῦτο ἐξ Ἀνδρομέδας: negligentius sane, ut qui non addiderit Γλαυκέτῃ unius esse Aristophanis. Sed omnino versus 1029 — 1035 tam in Andromedae personam, quam ad tragicae dictionis ingenium conveniunt; tu modo ludicris illis ψήφων κημὸν quiddam Euripideum substituas, et Glauceten tollas, importunum helluonem, verba adeo ipsa emergent Euripidis. Scripsisse autem tragicus videtur,

ὁρᾷς; οὐ χοροῖσιν,
οὐδ' ὑφ' ἡλίκων νεανίδων
[ἱστῶν κερκίδ'] ἕστηκ' ἔχουσ'·
ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δέσμοισιν ἐμπεπλεγμένη
κήτει βορὰ πρόκειμαι,
γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν
παιῶνι, δεσμίῳ δέ.

Nihil aptius inseri potest, quam ἱστῶν κερκίς, quando radium textorium ubique crepant mulieres Euripideae. Veluti in Troad. 199

οὐκ Ἰδαίοις ἱστοῖς κερκίδα
δινεύουσ' ἐξαλλάξω,

Ione 747

γυναῖκες, ἱστῶν τῶν ἐμῶν καὶ κερκίδος
δούλευμα πιστὸν —,

Bacch. 118

— ἔνθα μένει
θηλυγενὴς ὄχλος
ἀφ' ἱστῶν παρὰ κερκίδων τ'
οἰστρηθεὶς Διονύσῳ,

Ibid. v. 1236 ἢ τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας —, Iphig. Taur. 222

— οὐδ' ἱστοῖς ἐν καλλιφθόγγοις
κερκίδι Παλλάδος Ἀθήδος εἰκὼ
καὶ Τιτάνων ποικίλλουσ' —

et saepe alias. Jam vero Matthiaeus l. l. p. 46 refert, Valckenarium in nota MS. (cui quidem falso adjicit Kusterum ad h. l. nihil tale suspicantem) in vv. 1029. 31 Br. vestigia fabulae Euripideae agnovisse, et sibi quoque haec verba colorem Euripideae dictionis habere videri. Idemque cum verbis,

οὐ χοροῖσιν,
οὐδ' ὑφ' ἡλίκων νεανίδων —

μέλεα μὲν πέπονθα μέλεος,

---

haud male comparat Phoeniss. 1265

οὐκ ἐν χορείαις οὐδὲ παρθενεύμασι
νῦν σοι προχωρεῖ δαιμόνων κατάστασις.

Priusquam ab hoc loco discedam, res ipsa cogit, ut insignem Asclepiadis grammatici sive fraudem sive errorem e tenebris tandem aliquando protrahamus. Schol. ad Avv. 348 Ἀσκληπιάδης φησὶν ἀπὸ Ἀνδρομέδας εἶναι, ὡς καὶ τὸ (Avv. 423) „σὰ γὰρ ταῦτα πάντα καὶ ἐκεῖσε δεῦρο“ [hic excidit ἐκ Φοινισσῶν]. — Ἄλλως. παρὰ τὸ Εὐριπίδου ἐξ Ἀνδρομέδας „ἐκθεῖναι κήτεϊ φορβάν,“ ὡς Ἀσκληπιάδης, τὰ μηδὲ διδαχθείσης τῆς τραγῳδίας παρατιθέμενος· καὶ τὸ (Avv. 423) „σὰ γὰρ ταῦτα πάντα καὶ τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε“ παρὰ τὰ ἐκ τῶν (sic) μηδέπω διδαχθεισῶν Φοινισσῶν φησίν „καὶ ἐκεῖσε καὶ δεῦρο μηδόλως τίσση“ (dicit Phoeniss. v. 266 κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο, μὴ δόλος τις ᾖ). καὶ ὅλως παραπλήσιον [F. παρὰ πλείστοις] πολὺ τὸ τοιοῦτον. Cf. Schol. ad Avv. 423 — τοῦτο ἐκ τῶν μηδέπω διδαχθεισῶν Φοινισσῶν φησὶ (scilicet Asclepiades), „καὶ τὸ κεῖσε καὶ τὸ δεῦρο“ (versus ille est Phoenissarum). καὶ ὅλως πολὺ παρὰ πᾶσι τοιοῦτος [lege τὸ τοιοῦτον]. Asclepiadis, in Avv. 423 versum e Phoenissis rideri statuentis interpretatio, ut bene alii docent grammatici, vel temporibus refellitur. Nam de tempore Phoenissarum magnopere errarunt J. Meursius, J. Scaliger et alii, qui Phoenissas sine ulla causa in Ol. 87, 1, conferre ausi sunt. Sed Valckenarius, qui ad Phoeniss. v. 272 Asclepiadis errorem temere sequutus erat, in Praefatione p. VII bene docuit e Schol. ad Ran. 53 διὰ τί μὴ ἄλλοτι τῶν πρὸ ὀλίγου διδαχθέντων καὶ καλῶν, Ὑψιπύλης, Φοινισσῶν, Ἀντιόπης; ἡ γὰρ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει προῆκται —, Phoenissas inter Euripidis Andromedam et comicas Ranas tempore interjectas esse, hoc est datas intra Ol. 92, 1 (minime Ol. 91, 3, ut ait Valckenarius) atque Ol. 93, 3. Sine ullo probabili argumento Phoenissas Ol. 92, 3 datas esse conjicit Valckenarius, qui idem pulchre existimat, Hypsipylen, Phoenissas et Antiopen trilogiam fuisse, simul publice commissam. Enimvero si certum est, Phoenissas post Andromedam, ergo post Ol. 92, 1 primum editas esse, qua tandem audacia fingit Asclepiades, Phoenissas in Avibus Ol. 91, 2, uti constat, editis derideri? Simillimus quidam error est Pflugkii ad Helenam v. 1111, dicentis, illum Euripidis locum ab Aristophane in Avv. 212 imitatione expressum esse. Quid, quod hunc errorem jam Valckenarius ad Phoeniss. v. 1517 commiserat. Horum scriptorum si utique ab altero alter penderet, quod secus est, nimirum Aves Ol. 91, 2 datas Euripides in Helena Ol. 92, 1 imitaretur. Atque haec praemittenda erant Andromedae causa. Asclepiades igitur, non optimus sane temporum divisor, praefracte dixit, hunc versum Avv. 348 καὶ δοῦναι ῥύγχει φορβὰν parodiam esse loci Eu-

ὦ τάλας ἐγὼ, τάλας,
ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλ' ἄν'

---

ripidei in Andromeda, quem non dubitat ad verbum adponere, ἐκθεῖναι κήτει φορβάν. Hunc recte alius grammaticus temporibus refutat; Aves enim incidunt in Ol. 91, 2, Andromeda vero tribus demum post annis in lucem prodiit, de qua re supra diximus ad v. 808, 809. Illud vel sic dubium est, an Euripides in Andromeda hunc paroemiacum, ἐκθεῖναι κήτει φορβὰν omnino posuerit: quod ego contra esse et impudentissime Asclepiaden mentiri non de temporibus solum, verum etiam de re ipsa demonstrabo. Paullo ante vidimus, Andromedam apud Euripidem sic loquutam esse, — κήτει βορὰ πρόκειμαι, id quod docet non dubia Aristophanis parodia, docet etiam Scholiasta Ravennas, qui ad illum ipsum versum diserte scribit, καὶ τοῦτο ἐξ Ἀνδρομέδας. Quin etiam alii scriptores de eadem re verbis κήτει βορὰ utuntur, velut Apollodorus II, 4, 3, 4 — ἐὰν ἡ Κασσιεπείας θυγάτηρ Ἀνδρομέδα προτεθῇ τῷ κήτει βορὰ —. Denique verbum βορὰ apud Euripidem saepe recurrit. Cujus Euripidei loci quum obscurius meminisset Asclepiades, quem hic omnino festinasse satis liquet, finxit homo temerarius Euripidis versum, qui nullus unquam fuit, ἐκθεῖναι κήτει φορβάν, nempe ut simillimus esse videretur commentitiae imitationi Aristophanis, καὶ δοῦναι ῥύγχει φορβάν. Quocirca falsum istum Andromedae Euripideae versum, ἐκθεῖναι κήτει φορβὰν ab omnibus, qui fragmenta collegerunt, temere adscitum rursus expungi debere censeo. Nam viri docti ad unum hanc rem satis mire inverterunt. Velut Berglerus ad h. l. versum ab Asclepiade excogitatum tribuit Euripidi, eodemque errore Matthiaeus p. 46 censet, Euripidei versus, qui re vera Asclepiadis est, rationem hic esse habitam ab Aristophane. Quasi vero non plus fidei mereantur ipse Aristophanes et doctissimus ille Scholiasta Ravennas, quam homo hic quidem plane mendax, Asclepiades.

V. 1039. Ravennas,

ἀπὸ δὲ συγγόνων, ἀλλ' ἀν'
ἄνομα πάθεα —.

Augustanus in postremis, ἀλλὰν ἄνομα πάθεα, Juntina,

— ἀλλ' ἄν
ὄνομά πάθεα.

Scaliger, Ἄλλα, vel Ἄλλαν, non Ἀλλ' ἄν. Recte vidit vir summus, ἄλλ' pro ἀλλ' scribendum esse. Bothius edidit, ἀπὸ δὲ συγγόνων ἀλλ' ἄνομα πάθεα, recte caetera, praeterquam quod illud ἀν' vel ἄν non erat delendum. B. Thierschius non male scripsit,

ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλ' ἄνομ'
ἄνομα πάθεα —.

Omnino et Euripides saepissime idem nomen iterat, et ridet hanc ejus malam consuetudinem Aristophanes verbi causa in Ranis 1347

ἄνομα πάθεα, φῶτά τε λιτομέναν, 1040

ὃ δ' ἀνέπτατ' ἀνέπτατ' ἐς αἰθέρα
— ἐμοὶ δ' ἄχε' ἄχεα κατέλιπε,
δάκρυα δάκρυά τ' ἀπ' ὀμμάτων
ἔβαλον ἔβαλον ἃ τλάμων.

Ego scripsi secundum codices,

ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλ' ἄν'
ἄνομα πάθεα —.

Nam simillimo modo ἄν' ἄνομα valet ad inridendum Euripidem, in quem dicitur illud Ran. 1310 εἰ εἰ εἰ εἰ εἰ εἰλίσσετε et v. 1444 εἰ εἰ εἰ εἰ εἰλίσσουσα. Reiskius voluerat ἀπὸ δὲ συγγόνων αἰνὰ, ἄνομα, male ad literas, sed adcommodate ad sententiam Mnesilochi, de qua nulla esse potest dubitatio. *Lugete me mulieres*, inquit, *quoniam misera passus sum miser, infelix ego infelix a cognatis autem alia injusta injusta mala* (passus sum). Indigna patitur Mnesilochus, quippe qui cruci haereat adfixus, a cognatis autem aliae si injuriae inlatae sunt, h. e. ab Euripide genero, qui socerum perfidem decepisse ejusque prodidisse causam videbatur. Bene jam Bisetus, ὑπὸ συγγόνων (τὸν Εὐριπίδην αἰνιττόμενος, ὃν σώζειν ἐβούλετο).

V. 1040. φῶτά τε λιτομέναν] Hic locus jam olim interpretes graecos magnopere exercuit. Schol. R. ἀπὸ κοινοῦ λάβωμεν πέπονθα ἄνομα πάθεα. καὶ ταῦτα ἐξ Ἀνδρομέδας. — δεομένη τοῦ βαρβάρου. προεῖπε δὲ „γοᾶσθέ με ὦ γυναῖκες." γρ καὶ φῶτα ἀντομένα· καὶ τοῦτο ἔχει νοῦν πρὸς τὰ ἑξῆς, φῶτ' ἀντομέναν, ὃς ἔμ' ἀπεξύρησε πρῶτον. Quae valde conturbata sunt, et ut justo ordine legantur, multifariam transponi debent. Tu scribe, καὶ ταῦτα ἐξ Ἀνδρομέδας. ἀπὸ κοινοῦ λάβωμεν πέπονθα ἄνομα πάθεα, δεομένη τοῦ βαρβάρου. προεῖπε δὲ (rectius dixisset, Ἄλλως. προεῖπε-) „γοᾶσθέ με et sic porro. Ac primum quidem Scholiastam hic non λιτομέναν, sed λιτομένα nominativum invenisse, satis ex eo clarum est, quod et πέπονθα e superioribus tacite repetit, et ipsas voces φῶτα λιτομένα sic exponit, δεομένη τοῦ βαρβάρου. Et utrumque casum in libris veterrimis exstitisse, altera quoque scriptura ostendit, φῶτα ἀντομένα, tametsi mox sequitur adcusativus, φῶτ' ἀντομέναν. Contra secundus Scholiasta, quum scriberet, προεῖπε δὲ „γοᾶσθέ με ὦ γυναῖκες" manifesto legit et defendit adcusativum λιτομέναν, eumque a verbo γοᾶσθε v. 1036 pendere voluit. Nos vero λιτομέναν, haud dubie retinebimus. Namque altero λιτομένα substituto consequens erit, ut etiam v. 1041 φεύγουσαν (φλέγουσαν) contra omnes libros in φλέγουσα nominativum mutari oporteat, quo facto hiatus existet ingratior,

φλέγουσα
αἰαῖ —.

Tum λιτομέναν docta ac prorsus exquisita lectio est. Licuit sane vulgari modo scribere, φῶτα λιτομένα, scilicet *μέλεα πέπονθα virum obsecrans indigna perpessa sum.* At enim praecedit etiam illud, γοᾶσθέ μ', ad quod verbum, quum in tota enuntiatione primarium sit, magis poëtice nec refragante sensu participia adcommodantur. Quam constructionem γοᾶσθέ μ' — φῶτα λιτομέναν Reiskius bene ille quidem probavit, sed non idcirco tot verba, ὡς — ἄνομα πάθεα, ut ait ipse, parenthesi coercenda sunt. Imo poëta ad superius illud γοᾶσθέ μ' ita revertitur, ut tamen etiam eorum, quae in medio posita sunt, rationem habuerit. Id quo pertineat, e diligenti explicatione verbi φῶτα intelligetur. Ac certum est, φῶτα aut ad Euripidem, aut ad Scytham lictorem referri oportere, quae utraque explicatio jam est apud Scholiastas. Nam de Euripide cogitavit aliquis in Scholio extremo, καὶ τοῖτο ἔχει νοῦν πρὸς τὰ ἑξῆς (v. 1043), φῶτ' ἀντομέναν, ὃς ἐμ' ἀπεξύρησε πρῶτον. Tam speciosa haec est interpretatio, ut mihi quoque olim impense placuerit. Finge enim, φῶτα Euripidem esse; omnia tum v. 1039 — 1046, nulla persona alia interpellante, ad unum tendent Euripidem aptoque inter se vinculo cohaerebunt, — συγγόνων (Euripidem dicit) — φῶτα — πολυδάκρυτον Ἅϊδα γόον (de Euripide) — ὃς ἐμ' ἀπεξύρησε — ἐνέδυσεν — ἀνέπεμψεν. Sed quid multa? Mnesilochus minime Euripidem rogaverat neque obsecrarat, adeo ut nugae istae atque mendacia, φῶτα (Euripidem) λιτομέναν ferri nullo modo queant. At forsitan depravatum est verbum λιτομέναν, latetque in eo aliud quiddam, quod pulchre cadat in Euripidem, veluti *virum servare studens.* Equidem de hac re vehementer dubito. Principio necessaria sic haec foret constructio, ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλ' ἄνομα πάθεα (πέπονθα) φῶτα (σώσουσα). Tum igitur ponendi essent nominativi, (λιτομένα) — φλέγουσα, id quod fieri non posse supra vidimus. Quid, quod ne altera quidem lectione, φῶτ' ἀντομέναν suscepta cogitare de Euripide licebit, quippe quae ad sententiam nihil omnino discrepet. Postremo optime habet locus, si v. φῶτα cum primo Scholiasta (qui his verbis utitur, δεομένη τοῦ βαρβάρου) ad Scytham lictorem revocaverimus. Nihil jam mentietur Mnesilochus, ut qui lictorem plane obsecraverit supra v. 1002 ὦ τοξόθ' ἱκετεύω σε et mox iterum, χάλασον τὸν ἧλον. Apta erit sententiarum conjunctio, quum tria potissimum lugeat Mnesilochus, crucem, in quam sublatus est, fraudem ac proditionem Euripidis, a quo se queritur desertum, durum animum Scythae, hominis inexorabilis, abs quo indignissime tractatus est. Denique meminerimus, hanc esse Andromedae parodiam, in qua satis habere comicus debebat, si verba longe aliter ab Euripide dicta aliquo tamen modo congruere ad praesentem causam viderentur. Quaeris, quid sentiam de varia lectione apud Scholiastas, φῶτα ἀντομένα sive φῶτ' ἀντομέναν. Hanc vero contemnimus, non solum quod obscura ejus origo est (puto autem enatam ex inutili alicujus grammatici correctione), verum etiam quia ad intellectum loci nihil ea proficitur. Libri Editionesque omnes exhibent, φῶτα λι-

πολυδάκρυτον Ἄϊδα γόον φλέγουσαν,

τομέναν, id quod propagavi, inserto tamen τε sententiae causa, *φῶτά τε λιτομέναν*. Nimirum *φῶτα λιτομέναν* sine particula Euripides, non etiam Aristophanes, videtur posuisse. Etenim haec verba constructione ad illud *γοᾶσθέ μ'* referuntur, re autem et argumento etiam cum mediis verbis copulata sunt. Transeo ad opiniones criticorum. Omittam autem Hotibii conjecturas, ut nec per se memorabiles, et tacite a Bothio rejectas. Illud miror Brunckium aliquid h. l. deesse ratum inter v. 1038 *ὦ τάλας ἐγὼ τάλας* et v. 1039 *ἀπὸ δὲ συγγόνων* — signa posuisse lacunae. Nam si quidquam deesset, id nimirum excidisset v. 1040 ante verba *φῶτα λιτομέναν*. Kusterus autem locum dicit obscurum et procul dubio corruptum, sed more suo meliores Codices exspectat. Caeterum diu licet exspectemus, dum melior ullus Codex hujus quidem comoediae usquam inveniatur. Jam monstruose Burgesius,

γοᾶσθέ μ' ὦ γυναῖκες, ὅσα
μέλεα πέπονθ' ἐγὼ μέλεος,
ὦ τάλας , τάλας,
τάδ' ἀπὸ συγγόνων·
ἀλλ' ἀν' ἄνομα πάθεα
φῶτα λιτόμεθα πολυ-
δάκρυτον Ἄιδαν
φλέγειν γόοις ἄν —,

quam graecitatem si ipse ejus parens intellexit, bene est. Denique amicus meus locum ita corrigebat,

γοᾶσθέ μ' ὦ γυναῖκες,
ὡς μέλεα μὲν πέπονθα,
ὁ μέλεος, ὦ τάλας ἐγὼ, τάλας, τάλας,
ἀπὸ δὲ συγγόνων, τάλαν' ἄνομα πάθεα,
φῶτά τε λιτομέναν,
τὸν πολυδάκρυτον ἴδα
γόον φλέγουσαν, αἰαῖ,

quae conjecturae inutiles sunt omnes aut parum prosperae praeter unam, quae mihi cum ipso communis est, *φῶτά τε λιτομέναν*.

V. 1041. *πολυδάκρυτον Ἄϊδα γόον*] Scholiasta R. *ἀντὶ τοῦ πολυδακρύτου*. Fallitur, deceptus fortasse hujusmodi locis, qualis est Eurip. Herc. Fur. 426

τόν τε πολυδάκρυον
ἔπλευσ' ἐς Ἄιδαν —.

Imo flebilia lamenta significantur, quae dixit Aeschylus in Choëph. 449 *πολύδακρυν γόον*. Tum *Ἄϊδα γόον* intelligo lamentationem morientis, den Todtengesang; nam et Andromeda et Mnesilochus animam sibi agere videbantur et praesentissimam mortem ante oculos videre. Aliter haec explicare placuit Lobeckio ad Ajacem p. 342

ed. l. sive p. 352 ed. II, quem video nonnulla cum h. l. a me jam olim comparata et ipsum adferre, in his Eurip. Electr. 143

— *ἵνα πατρὶ γόους νυχίους*
ἐπορθοβοάσω,
ἰαχὰν μέλος Ἄϊδα τ'
Ἄϊδα πάτερ,
σοὶ κατὰ γᾶς ἐνέπω γόους —.

Et hic quidem *μέλος Ἄϊδα* carmen Orci tristem notat cantum de mortuo, Agamemnone scilicet. Sic etiam *τοὺς Ἄιδου νόμους* in Sophoclis fragmento N. 407 ed. G. D. aliquo modo ad Orcum adtinuisse certum est. Simillimus autem nostro locus est, Eurip. Suppl. 773

ἀλλ' εἶεν, ἀρῶ χεῖρ' ἀπαντήσας νεκροῖς,
Ἄιδου τε μολπὰς ἐκχέω δακρυρρόους,
φίλους προσαυδῶν, ὧν λελειμμένος τάλας
ἔρημα κλαίω.

Hic vero Adrastus flebiles dicit cantus de mortuis. Sed Lobeckius h. l. *Ἄϊδα γόον* lamentationes diras esse arbitratur, nullo alio nixus testimonio, nisi Aeschyl. Agam. 1235 *Ἄιδου μητέρ'*, quam ipse verbis *αἰνομήτωρ* vel *κακομήτωρ* explicare studet, ego autem, nec solus, istam Orci matrem a librariis procreatam censeo. Eandem tamen quam Lobeckius explicationem sequitur Bothius, qui rem certe pertenuem (tantopere placet ipsi) saepenumero repetit; idem enim prorsus scribunt Hotibius et Bothius ad h.l., Bothius ad Aesch. Agam. 1235, Bothius ad Antigonam v. 1190. Et ita quidem olim solebat Phocylides Milesius, *καὶ τόδε Φωκυλίδεω*, sed rem ipsam videamus. Igitur novus Phocylides *Ἄιδου* Orci dicta esse censet, quaecunque tristissima essent atque abominanda. At hoc quidem e testimoniis a Bothio adlatis minime sequitur: in omnibus enim ad unum locis de ipso Orco et morte agitur; atqui multa alia praeter mortem tristissima sunt atque abominanda. Profert autem haec, primum Aesch. Agam. 1115, ubi Casandra dicit,

— *τί τόδε φαίνεται;*
ἦ δίκτυόν τί γ' Ἄιδου;

Omnino obscurius loqui fatidicae consuerunt; veruntamen recte sic Casandra indusium adpellat, quo inretitus Agamemnon descendere in Orcum cogebatur, neque Aeschylus, ut Bothio visum, ein Höllennetz, sed potius ein Todtennetz, denotavit. Porro Antig. 1190 *νυμφεῖον Ἄιδου κοῖλον* de spelunca, in quam viva Antigone conclusa est; recte conferunt Musgravius Erfurdtiusque cum v. 810, ubi ipsa Antigone, — *ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω*, inquit, ac praeterea cum v. 650. Neque enim Haemoni misera puella, sed Morti nuptiis juncta est, et quasi thalamum Orci ingressa. Parum enim poëtice Bothius Orcinum h. e. mortiferum thalamum intelligit. Tum in Cyclope v. 397 *Ἄιδου μαγείρῳ* de Polyphemo dicitur socios Ulyssis obtruncante; nimirum Cyclops homines illos *Ἄιδι προΐαψεν*. Nec denique obscuritatem habet illud in Phoeniss. 1489 *βάκχα νεκύων*, quippe quum An-

tigone non Dionysi, sed fratrum mortuorum quasi Baccham (paene enim insaniebat prae dolore) semet ipsa adpellet. Prorsus eadem ratione dictum est illud in Hecuba 1059 *Βάκχαις Ἄιδου*. De Bothio satis. Deinceps libri omnes, etiam Ravennas, *φεύγουσαν* exhibent. Primum *φλέγουσαν*, quae haud dubie vera scriptura est, tacens restituit Musgravius ad Orestem v. 1402, cujus verba haec sunt „*φλέγουσιν*, *incendunt*. Bacchylides apud Stobaeum Tit. LV *παιδικοί θ' ὕμνοι φλέγονται*. Aristoph. Thesm. *ἀΐδα γόον φλέγουσαν*. p. 636 Ed. Bas. Virg. Aen. IX. v. 500 *Illam incendentem luctus*." Musgravio obsequutus est Brunckius et ad Aesch. Pers. v. 393 et ad h. l. receperuntque *φλέγουσαν* etiam Dindorfius ac Bothius. Videsis eundem Musgravium ad consimilem Sophoclis locum Oed. Tyr. 186 *παιὰν δὲ λάμπει στονόεσσά τε γῆρυς ὄμαυλος*. Sed paullo longius distant, quae Stanlejus protulit ad hunc Aeschyli versum Pers. 393 *σάλπιγξ δ' ἀϋτῇ πάντ' ἐκεῖν' ἐπέφλεγεν*. Alibi quoque verba *φεύγειν* et *φλέγειν* a scribis inter se permutata sunt, non tamen in Antigona v. 263

εἷς γάρ τις ἦν ἕκαστος οὐξειργασμένος,
κοὐδεὶς ἐναργὴς, ἀλλ' ἔφευγε, μὴ εἰδέναι.

Ita recte primum scripsit Erfurdtius pro *ἔφευγε τὸ μὴ εἰδέναι*, sed postea nescio quo modo retractavit id ipsum. Nesciverunt enim interpretes, quos quidem ego conferre potuerim, *φεύγειν* hic vim habere forensem: *sed quasi reus*, inquit, *defendebat se, dicens se id nescire*, er vertheidigte ſich mit ſeiner Unwiſſenheit. Caeterum etsi librarii saepe alias *Ἄϊδης* male pro *Ἄιδης* posuerunt, hic tamen *Ἄϊδα* mordicus retinendum est, nec rescribi debet verbi causa,

πολύδακρυν Ἄιδα γόον φλέγουσαν,

versu per se optimo eoque asynarteto,

$$\upsilon \overset{\upsilon\upsilon}{\underline{}} \upsilon - \;\|\; \overset{\upsilon}{\underline{}} \upsilon - \upsilon - \overline{\upsilon}.$$

Imo vero hunc versum,

πολυδάκρυτον Ἄϊδα γόον φλέγουσαν

trimetrum habeto trochaicum, frequens metri genus, quod supra adtigi ad v. 114. Certum est enim, *Ἄϊδα* nunc prima syllaba dici producta. Scilicet quum versus noster sit Euripidis, ex Andromeda petitus, tum Euripides, id quod nemo dubitare possit, etiam alias in choris primam syllabam verbi *Ἄϊδης* longam esse voluit. Modo alia de causa adposui Electr. 143, 144

ἰαχὰν μέλος Ἄϊδα
Ἄϊδα, πάτερ,

ubi syllaba ista bis producitur. Eadem prosodia cadit in duo locos Hecubae, v. 1004

θανάσιμον πρὸς Ἄϊδαν, ὦ τάλας·
ἀπολέμῳ δὲ χειρὶ λείψεις βίον

et v. 1073

— σὺν ὄσσων αὐγὰς, ἢ τὸν ἐς Ἄϊδα
μελανοχρῶτα πορθμὸν ἄξω τάλας.

αἰαῖ, αἰαῖ, ἒ ἒ,

Ac priore loco creticum Ἄϊδῆς agnovit etiam Hermannus, Porsonum Erfurdtiumque sequutus. Nam Porsonus dixerat, in choro fieri posse, ut Ἄϊδαν vim habeat cretici, quam prosodiam semel in senarios adeo recepisse videri Euripidem Luciani in Necyomant. c. 1 *Οὔκ, ἀλλ' ἔτ' ἔμπνουν Ἄϊδης μ' ἐδέξατο*, fortassis exemplo motum Simonidis ap. Stobaeum XCVI (XCVIII) p. 403 Grot. 529, 36 Gesn. *Πέμπει μελαίνης Ἄϊδης ὑπὸ χθονός.* Ἄϊδης creticum pedem defendit etiam Erfurdtius ad Antigonam v. 1226, Simonidis versum corrigendum esse negans, sed corrumpens trimetrum Euripidis, qui in Luciano exstat. Sane ibi aliquot codices, *οὔκ, ἀλλὰ ζῶντά με ἅιδης* (vel ἄδης) *ἐδέξατο*, manifesto glossemate, quo abuti Boissonadius non debebat. Vulgatam tueri videtur etiam Matthiaeus ad Fragmenta p. 411. Vix crediderim, Luciani potius hunc trimetrum esse, quam Euripidis. Tametsi Ἄϊδης ne trisyllabum quidem, nedum prima longa, alibi usquam in senariis tragicis invenitur. Nec (si recte memini) Aeschylus atque Sophocles vel in choris suis Ἄϊδης pedem creticum tulisse videntur.

V. 1042. *αἰαῖ, αἰαῖ, ἒ ἒ*] Ita scripsi cum Dindorfio. Bothius, *αἰαῖ, αἰαῖ, ἐέ*, quod et ipsum ferri potest. Ravennas, *αἲ, αἲ, αἲ, αἲ. ἐέ*, Augustanus, *αἳ αἳ αἳ αἳ ἒ ἒ*, Juntina denique *αἳ αἳ αἳ αἳ* (omittens ἒ ἒ).

V. 1036—1042. Age nunc exploremus, quidnam in Andromeda dixisse Euripides videatur. Nam quum tragica oratio semet ipsa satis prodat, tum Scholiastes R. ad verba *ἄνομα πάθεα φῶτα λιτομέναν* v. 1040 diserte monuit, *καὶ ταῦτα ἐξ Ἀνδρομέδας.* Sed in hac quaestione nihil adjuvamur a Matthiaeo l. l. p. 46, 47, ut qui satis habuerit Scholiastam corrupisse. Tantum enim abfuit, ut intelligeret, partem Scholii *δεομένη τοῦ βαρβάρου* verbis *φῶτα λιτομένα* explicandis inservire et Scytham dici, ut erat, barbarum: ut conglutinaret diversa itaque reponi juberet, *καὶ ταῦτα ἐξ Ἀνδρομέδας, δεομένης* (pro *δεομένη*) *τοῦ βαρβάρου.* Andromedam enim tragicam nescio quid a barbaro h. e. ut ipse opinatur a Perseo expetisse, ideoque videri haec dicta esse, quum Perseus jam advenisset. A principio verba *ὦ γυναῖκες* mihi non videntur esse Euripidis. Nam in Andromeda chorus e virginibus constabat, sicuti dictum est ad v. 1015. Contra Mnesilochus chorum adloquitur mulierum, quae Thesmophoria agebant. Deinceps autem v. *ω τάλας ἐγὼ, τάλας* a Mnesilocho patet inserta esse, qui modo utitur masculino genere ut vir, modo femineo quasi Andromeda. Caetera omnia ex Andromeda derivamus. Sed nisi egregie fallor, Aristophanes, ut solet in parodiis, duo diversos locos lepide conflavit; plane enim a vocibus *φῶτα λιτομέναν* novus incipere locus videtur. Quare legendum esse suspicor,

ὃς ἐμ᾽ ἀπεξύρησε πρῶτον,

Ἀνδρ. γοᾶσθέ μ᾽ ὦ [γοᾶσθέ μ᾽,] ὡς
μέλεα μὲν πέπονθα μέλεος,
ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλ᾽ ἄνομι᾽
ἄνομα πάθεα.

Et alio loco ejusdem monodiae.

Ἀνδρ. φῶτα λιτομέναν,
πολυδάκρυτον Ἄϊδα γόον φλέγουσαν,
αἰαῖ αἰαῖ ἒ ἔ.

Lugete me, quoniam misera patior ego misera (misera enim rupibus adfixa haerebat), *a cognatis autem alia injusta mala patior.* Vin' dicam, quae injuria a cognatis Andromedae inlata sit? Apud Euripidem virgo prius non Agenori, ut est apud Hyginum Fab. LXIV, sed Phineo patruo suo, quem ipsa oderat, erat desponsa. Apollodorus II, 4, 3, 6 Ἐπιβουλεύοντος δὲ αὐτῷ Φινέως, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Κηφέως, ἐγγυώμενος πρῶτος τὴν Ἀνδρομέδαν —. Quae haud dubie conveniunt cum Andromeda Euripidis, omninoque quidquid est fragmentorum, id cum ea fabulae hujusce forma, quam expressit Apollodorus, mirifice conspirat. Accedit disertius etiam Apollodori ejusdem testimonium II, 1, 4, 4 — καὶ αὐτῷ (τῷ Βήλῳ) γίνονται παῖδες δίδυμοι, Αἴγυπτος καὶ Δαναός, ὡς δέ φησιν Εὐριπίδης, καὶ Κηφεὺς καὶ Φινεὺς προσέτι. Hanc memoriam Heynius T. II. p. 104 probabiliter refert ad Andromedam idemque post Salmasium et alios multos erroris convincit Hyginum, qui Cepheum Phoenicis filium ab Euripide et caeteris traditum esse dicit. De Phineo Andromedae amatore consentit Ovidius, mire tum etiam ille luxurians, Metam. V, 10

Primus in his Phineus, belli temerarius auctor, —
En, ait, en adsum praereptae conjugis ultor.

Et Cephei fratrem is quoque dicit v. 13. Denique quod adtinet ad verba φῶτα λιτομέναν, Andromeda sive Phineum videtur obtestata esse, ut sibi importuni amoris significatione molestus esse desineret, sive Cepheum patrem, ut ne rupibus se adligaret, sive Persea, ut se liberaret: sed de his vaticinari nolo. Unum etiam placet adjicere, tam bene versus 1034 — 1040 cohaerere, ut etiam ab Euripide ordine continuo positi esse videantur. Utrobique enim puella et de vinculis suis loquitur et de nuptiis negatis.

V. 1043. Revertitur Mnesilochus ad Euripidem supra v. 1039 designatum, justo etiam rerum ordine servato. Primum enim Euripides barbam soceri sui quasi tonsor deraserat v. 215 — 235, deinde eum aliquanto post v. 253 crocota indui jusserat, postremo v. 277 demum in templum hominem submiserat. Tribus minimum vitiis eisque ingentibus laborat detestabilis conjectura Burgesii,

* ὃς ἐμὲ κροκόεντ' ἐνέδυσεν·

ὃς ἔμ' ἀπεξύρησε πρωκτόν.

Alioqui librarios in comoedia nonnunquam πρῶτος scripsisse, quum deberent πρωκτός, satis constat. Quod autem nuper vir quidam magnus atque eximius in Nubibus v. 1370 conjecit, ut audio, ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρωκτὸν (pro πρῶτον) ἐν ποιηταῖς —, aut vehementer lapsus est, aut jocum movit in re perquam seria. Praeterquam enim quod Aeschylum unice admirari Aristophanes solebat, ne intelligi quidem hoc potest, quid sit aut quid tandem sibi velit, Αἰσχύλος πρωκτὸς ἐν ποιηταῖς. Nam ubi est obsecro culi similitudo et poëtarum? Melius profecto censor subrusticus nescio quis,

Was der Steiß iſt unter den Geſichtern,
Das iſt Herr N. N. unter den Dichtern.

In Nubibus semper judicavi versum illum eo modo transponendum esse, quem praeclare vidit etiam Hermannus, sed nescio quo pacto defendit vulgatam. Tu scribe,

ἔπειτα δ' ἐκέλευσ' αὐτὸν ἀλλὰ μυρρίνην λαβόντα
τῶν Αἰσχύλου λέξαι τί μοι. κἄθ' οὗτος εὐθὺς εἶπεν·
ψόφου πλέων, ἀξύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν.
κάνταῦθα πῶς οἴεσθέ μου τὴν καρδίαν ὀρεχθεῖν;
ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς.
ὅμως δὲ τὸν θυμὸν δακὼν ἔφην· σὺ δ' ἀλλὰ τούτων,
λέξον τι τῶν νεωτέρων, ἅττ' ἐστὶ τὰ σοφὰ ταῦτα.

V. 1044. Libri omnes, ὃς ἐμὲ κροκόεντ' ἐνέδυσεν. Praefixi stellam, signum corruptionis. Necessario enim dimeter trochaicus requiritur, ut v. 1043, 1045. Hermannus mihi aliquando scripsit, legendum esse videri, ὃς ἐμὲ κροκόεν ἐπενέδυσεν. Lenis sane conjectura atque egregia, quam tamen probare vix audeo. Primum enim vereor, ne ἐπενέδυσεν in ambiguitatis reprehensionem incurrat. Scio, Hermannum sic interpretari posse, *qui postea* (scil. barba jam rasa) *crocotam mihi induit*, veruntamen crocota fuit interior vestis, ἔνδυμα (vide supra ad v. 261), verbum autem ἐπενέδυσεν paene flagitat pallii sive exterioris vestimenti notionem. Praeterea κροκόεν de crocota dici vix poterat, nedum, ut libri exhibent, κροκόεντ'. Nihil tamen hoc tam mirum verbum negotii exhibuit Kustero, qui narrat, κροκόεις hic idem significare, quod alias κροκωτὸς vel κροκωτὸν vestem crocei coloris, qua de re adeundum esse Ez. Spanhemium ad Callimach. p. 100, 101. Quid vero Spanhemius? Videlicet is hujusmodi locos protulit, veluti Eurip. Phoen. 1491 στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα τρυφᾶς, ubi sane, monente etiam Musgravio, crocota intelligitur, et Phalaeci apud Athen. X, 440, d. χρυσωτὸν κροκόεντα περιζώσασα χιτῶνα —. At si recte dicuntur στολὶς κροκόεσσα et χιτὼν κροκόεις, num idcirco nihil nos obfendet ὁ κροκό-

ἐπὶ δὲ τοῖσδε τόδ' ἀνέπεμψεν 1045
ἱερὸν, ἔνθα γυναῖκες.
ἰώ μοι μοίρας ἄτεγκτε δαίμων·

εις vel τὸ κροκόεν? Illud valet *croceus*, hoc genere neutro *croceum*, sed quid postea? Crediderim, plurimas res crocei coloris et antiquitus fuisse et esse hodienum praeter illam mulierum crocotam. Haud secus Euripides dicit in Hecuba v. 468 ἐν κροκέῳ πέπλῳ, sed ὁ κρόκεος vel τὸ κρόκεον inusitatum est et inauditum. Accedit, quod haec ipsa vestis per totam fabulam ὁ κροκωτὸς adpellatur, v. 253, 945 et alibi. Denique omnium facillima emendatio est rescribentis κροκωτὸν ἐνέδυσεν pro κροκόεντ' ἐνέδυσεν. Quid igitur faciendum est? Plerique editores mendo divulgato indormierunt. Unus Burgesius sic emendavit, ὃς ἐμὲ τὸν κροκωτὸν ἐνέδυσ', in quo praeter articulum ἐνέδυσ' quoque ut inelegans displicet. Nisi fallor, certa medicina huic loco ex antiquo fonte petenda est legendumque, ὃς κροκωτὸν ἀμφέδυσεν. Scholiasta R. ad h. l. haud dubie pro varia lectione, ... κροκωτὸν ἀμφέδυσεν. Ac ne quis verbum ἐνέδυσεν de crocota necessarium esse ducat provocetque ad versum hujus fabulae 253 ὅ τι; τὸν κροκωτὸν πρῶτον ἐνδύου λαβών, satis est unum locum opponere Eccles. 879 — ἔστηκα καὶ κροκωτὸν ἠμφιεσμένη.

V. 1046. Flebiles numeros habet versus, ἱερὸν, ἔνθα γυναῖκες et necessaria est ultima enuntiatio. Ob id ipsum enim poenas dedit Mnesilochus, quod vir mulierum turbae se tempore sacro immiscuisset. Burgesius sanissimum locum ita corrupit,

ἐπὶ δὲ τοῖσδε τόδ' ἀνέπεμψ' εἰς
ἱερὸν

ac tum ἔνθα γυναῖκες tanquam aliquod glossema proscripsit. Quousque tandem abutere patientia nostra, Burgesi? Quem ad finem sese effrenata tua jactabit audacia? Nugari te non vides? Errare te, falli, ruere non sentis? Ah Corydon, Corydon —!

V. 1047 sqq. Ultimi hujus monodiae versus perfaciles sunt ad intelligendum et vix ullo in loco graviter corrupti: neque viri docti tantopere hic laborassent, si modo parodiam carminis Euripidei rite adgnoscerent. Namque versus 1047—1055 paucis tantum verbisne an literis dicam immutatis ex Andromeda fluxisse, vel dictio Euripidea satis ostendere poterat. Quo licentius autem Aristophanes supra tragicos versus interpolaverat, eo magis cogebatur nunc certe in fine istius monodiae singula paene verba Euripidis reddere, ne spectatores propter tot tantasque mutationes de parodia ipsa dubitare possent. Et Matthiaeus quidem l. l. p. 46 nihil aliud dixit, quam v. 1050 sqq. inprimis colorem Euripideae dictionis habere videri. Ego vero si prius de Aristophanis scriptura satis constiterit, Euripidis quoque versus eruere conabor: sed ordine expediam de singulis. Igitur primo

ὦ κατάρατος ἐγώ· τίς ἐμὸν οὐκ ἐπόψεται
πάθος ἀμέγαρτον ἐπὶ κακῶν παρουσίᾳ;
εἴθε με πυρφόρος αἰθέρος ἀστὴρ 1050

---

versu, qui utrique poëtae videtur communis esse, pro ἄτεγκτε Rav. Aug. Junt. habent ἀνέτικτε. Ἄτεγκτε jam est in Ed. Amstel., ἀνάτεγκτε in Canin. Etiam Bisetus explicat ἄτέγκτε, quasi Codicum scripturam, memorans ille ἀτέγκτον, futilem conjecturam. Pro δαίμων autem scribi potest δαῖμον cum Burgesio.

V. 1048. ὦ κατάρατος ἐγώ·] Confer Eurip. Andromach. 839

κατὰ μὲν οὖν στένω δαΐαν τόλμαν, ἣν ἔρεξ'
ἁ κατάρατος ἐγὼ, κατάρατος ἀνδράσιν.

Tum pro τίς ἐμὸν Augustanus τί σεμνόν. Atque οὐκ ἐπόψεται omnes libri praebent, etiam Ravennas, in verbo ἐπόψεται ille quidem correctus. Nempe Andromedam dixisse probabile est, τίς ἐμὸν οὖν ἐπόψεται —; Neque enim illa quidem, si a choro Perseoque discederes, ab ullo conspiciebatur, sed in rupibus solitudineque deserta graviter lugebat. Contra Mnesilochus, ut coram mulieribus et in tam frequente spectatorum consessu ita prorsus loqui debebat, ut in libris est, τίς ἐμὸν οὐκ ἐπόψεται —; a nullo enim senex non cernebatur. Quocirca facile supersedeo conjecturis Brunckii,

τίς ἐμὸν οὐκ ἐποικτερεῖ
πάθος —;

amici mei, ὦ κατάρατος ἐγώ, τίς ἐπόψεται —; Burgesii, — τίς ἐμὸν οὖν κατόψεται —; Hotibius falso dicit, si nemo non adspecturus sit ejus miserias, auxilium exspectari posse. Ut enim spectatores omittam, qui nihil aliud quam ridebant, mulierum chorus plane contra puniri Mnesilochum volebat. Corrigit autem Hotibius eodem modo, quo amicus meus, ὦ κατάρατος ἐγώ! τίς ἐπόψεται —; Bothius vero nuper edidit,

ὦ κατάρατος ἐγώ!
τίς ἐμὸν οὖν ἐπόψεται —;

V. 1049. Calamitatem dicit, quam sibi nemo invideat ob malorum praesentiam. Commode adfert Berglerus Eurip. Hecub. 193 ἀμέγαρτα κακῶν, qui addere debebat ejusdem tragoediae v. 227

γίγνωσκε δ' ἀλκὴν καὶ παρουσίαν κακῶν
τῶν σῶν.

V. 1050. 1051. Scholiasta R. ἴσως τὸν ἥλιον ἀστέρα ἐκάλεσεν, ἢ μᾶλλον τὸν κεραυνόν. Qui somniavit de sole, illo poëtarum usu deceptus est, qui solem crebro ἀστέρα per eminentiam adpellant. Recte vero quum ipse haec de fulmine intellexit, tum singularem planeque poëticam fulminis periphrasin, πυρφόρος αἰθέρος ἀστὴρ Kusterus ac Bothius notarunt. In omnibus autem libris sic exstat,

τὸν βάρβαρον ἐξολέσειεν.

εἴθε με (*εἴθέ με* Junt.) *πυρφόρος αἰθέρος ἀστὴρ*
τὸν βάρβαρον ἐξολέσειεν.

I. Bekkerus tacite edidit, *εἴθ' ἐμὲ πυρφόρας* — non scilicet e Ravennate, verum *εἴθ' ἐμὲ* ex Ed. Brunckii resedit, *πυρφόρας* autem vitium est typothetae, qui idem supra v. 1015 *φίλοι παρθένοι* posuit. Vereor autem magnopere, ne Aristophanes, vir summo ingenio praeditus, bonos interprètes hic ut toties, naso suspenderit. Difficultas omnis in eo cernitur, quod Mnesilochus optare debet, non ut ipse, sed potius Scytha, homo barbarus, fulmine ictus pereat. Quomodo igitur factum est, ut diceret, *εἴθε με — τὸν βάρβαρον ἐξολέσειεν:* neque enim semet ipse inter barbaros referre poterat. Viri quidem docti non dubitant, quin aliquod subsit vitium. Corrigunt autem Kusterus ac Reiskius, *εἴθε μοι πυρφόρος —*, Bisetus Bothiusque *καὶ* addunt, *καὶ τὸν βάρβαρον —*, Burgesius *ἢ, ἢ τὸν βάρβαρον —*, contra metrum illi quidem omnes. Nam versus 1050 tetrameter est dactylicus, v. 1051 autem anapaestus dimeter catalecticus. Barbare Hotibius, *τῷ βαρβάρῳ ἐξολέσειεν* pro *αὐτῷ τῷ βαρβάρῳ*, ridicule et sine ullo sensu, *τὸν τάρταρον ἐξολέσειεν* Eldikius Spec. suspic. p. 37 (in Schaeferi Thesaur. Crit. p. 209). Melior caeteris nec idcirco tamen vera est Brunckii correctio, *τὸν δύσμορον ἐξολέσειεν*, quae certe haud malam omnino fundit sententiam, Haesisse autem in h. l. jam antiquos criticos, docet Scholiasta R. *διχ τὸν ἄθλιον*, hoc est *διχῶς, τὸν ἄθλιον.* Confer Schol. Rav. ad v. 1176 *διχ κωμοδρίαν*, Schol. ad Eqq. v. 1282 *ἐν κασαυρίοισι*] *διχῶς, ἐν κασαλβίοις —*, Schol. Venet. ad Pac. 126(125) — *διχῶς ἡ ἀνάγνωσις —*, et quae sunt hujusmodi plurima. Itaque pro *τὸν βάρβαρον* antiquitus nonnulli legebant *τὸν ἄθλιον*, in eandem sententiam, quam Brunckius requirit, sed metro pessumdato. Caeterum Brunckius quoque nimia audacia *τὸν βάρβαρον* in literas mutavit plane diversas, *τὸν δύσμορον.* At forsitan collato Soph. Oed. Col. v. 161 *ξένε πάμμορ'* scribendum est, *τὸν πάμμορον ἐξολέσειεν*? Ne id quidem. Qui enim cogitaverit, Mnesilochum non sane sibi, sed tantum Scythae mortem optare, atque hunc Scytham barbari nomine vocari infra v. 1129 *βάρβαρος φύσις* et v. 1171 *τὸν βάρβαρον δὲ τοῦτον —*, is verba *τὸν βάρβαρον ἐξολέσειεν* pisce saniora esse fatebitur. Neque magis scribi potest *εἴθε γε*, quae formula est apud Lucianum aliosque, neque omnino *εἴθε με* loco movere licet per contextam orationem. Sicut enim in tota monodia Mnesilochus de se ipso loquitur, ita in ultima ejus parte omnia ac singula ad ipsum referuntur, *ἰώ μοι — ὦ κατάρατος ἐγὼ, τίς ἐμὸν — εἴθε με — οὐ γὰρ — ἐστὶν ἐμοὶ φίλον, ὡς ἐκρεμάσθην —.* Vides, *εἴθε με — τὸν βάρβαρον* mutari vix ullo modo posse. Imo lepide actor tragico-comicus ita sese impedit, ut oratio ejus mirum inveniat exitum. Nam Andromeda Euripidea sic cecinerat, puto,

οὐ γὰρ ἔτ' ἀθανάταν φλόγα λεύσσειν
ἐστὶν ἐμοὶ φίλον, ὡς ἐκρεμάσθην,

εἶθε με πυρφόρος αἰθέρος ἀστὴρ
τὴν πάμμορον ἐξολέσειεν.

Mnesilochus autem τὸν βάρβαρον pro τὴν πάμμορον, sono etiam simili, dicit facete, quum Scytham barbarum mori velit, non se ipsum, ut Andromeda. At, inquit, coire non possunt diversa et dissentanea, εἶθε με atque τὸν βάρβαρον. Vero: sed id ipsum comicum est, actorem ex Andromedae persona ad suum ipsius animum non gradibus transire, sed plane praecipitare. Nam quid h. l. vellet Mnesilochus, spectatores profecto intelligebant. Similiter Mnesilochum in toto hoc loco nunc masculino genere nunc feminino personam describere suam vidimus. Atque hac occasione opportuna sane utar ad quandam memoriam Pollucis in veritatis luce collocandam, IV, 111 Τῶν δὲ χορικῶν ἀσμάτων τῶν κωμικῶν ἓν τι καὶ ἡ παράβασις ὅταν ἃ ὁ ποιητὴς πρὸς τὸ θέατρον βούλεται λέγειν, ὁ χορὸς παρελθὼν λέγῃ ταῦτα. ἐπεικῶς δὲ αὐτὸ ποιοῦσιν οἱ κωμῳδοποιηταί. τραγικὸν δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' Εὐριπίδης αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν. ἐν μέν γε τῇ Δαναΐδι τὸν χορὸν τὰς γυναῖκας ὑπὲρ αὑτοῦ τι ποιήσας παρειπεῖν (plerique Codd. παράδειν) ἐκλαθόμενος ὡς ἀνδρας λέγειν ἐποίησε τῷ σχήματι τῆς λέξεως τὰς γυναῖκας. καὶ Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀμίλλης ποιεῖ σπανιάκις, ὥσπερ ἐν Ἱππόνῳ. Vulgo legebatur τῇ Δανάῃ, sed Codices fere omnes id exhibent, quod supra posui, τῇ Δαναΐδι. Kuehnius comparata Aeschyli tragoedia Δαναΐδες emendat ταῖς Δαναΐσι, Jungermannus et Δαναΐσι laudat, nec tamen immemor est Danaes, fabulae Euripideae, Hemsterhusius Kuehnii conjecturam ταῖς Δαναΐσι in textu reposuit. Sed qui nuper hunc locum adtigerunt, omnes uno ore scripserunt, ἐν μέν γε τῇ Δανάῃ, veluti Matthiaeus ad Danaën p. 145, G. Dindorfius ad Soph. Fragm. N. 283 et (quem librum nunc ipsum adcipio) Hermannus ad Helenae v. 1649. Nec dissimulandum Euripidem, cujus plane nota est Danaë, nullas unquam Danaidas scripsisse. Sed incredibilia sunt, et miraculis simillima, quae narrat nobis optimus iste Pollux. Euripidesne in Danaë, quum chorum e mulieribus constantem pro ipso poëta aliquid, ut in parabasi, dicere jussisset, eas mulieres esse usque eo oblitus est, ut muliebrem chorum, quasi virorum, masculino genere de se loqui faceret? Matthiaeus non intelligit, quomodo mulieres virorum sermone et genere dicendi usae fuerint: neque enim Pollucem tragicae dictionis tam imperitum esse potuisse, ut nesciret, mulieres chori, ubi de se numero plurali loquantur, masculino genere uti. Hermannus optima sententia dicta Pollucem vehementer errasse statuit. Ego vero jam ante hos octo annos, adjutus etiam antiqua lectione τῇ Δαναΐδι intellexisse videor, quidnam haec monstri alerent

λαιμότμητ' ἄχη δαιμόνων, αἰόλαν

Pollux mentem suam habere alibi solebat. Antiquior autem scriptor, quem expilavit Pollux et expilando corrupit, haud dubie sic scripserat, *ἐπιεικῶς δὲ αὐτὸ ποιοῦσιν οἱ κωμῳδοποιηταί. ἐν μέν γε ταῖς Δαναΐσιν* [*ὁ Κωμικὸς*] *τὸν χορὸν τὰς γυναῖκας — τῆς λέξεως τὰς γυναῖκας.* Tum *τραγικὸν δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' Εὐριπίδης αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν. καὶ Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀμίλλης ποιεῖ σπανιάκις, ὥσπερ ἐν Ἱππόνῳ.* Adeo adparet, hancce memoriam haud sane ad Euripidis Danaën, sed potius ad Aristophanis Danaidas referendam esse. In illa enim comoedia quum Danaidum choro poëta suus in parabasi defendendus esset, jocose finxit Aristophanes, Danaidas prae ardore pugnae sexus sui oblitas esse, easque de se loquentes genere uti masculino jussit, ut saepe nominando Aristophanem ejusque adversarios poëtas de se quoque tanquam de viris loqui inciperent. Quid fuerit in Danaidibus, Mnesilochi monodia v. 1222 sqq. optime ostendit. Nam is quidem toties mutat genus suum, ut vir an femina esset, postremo ipse ignorasse videatur.

V. 1054, ss. Haec vitiata esse, certum habet Kusterus (neque enim aut sensum ullum esse aut constructionem), veruntamen tacet et meliorum Codicum desiderio contabescit. Reiskius conjecit, *δειμαίνων αἰόλα — πορείᾳ*, quos dativos, sat scio, nemo intelliget. Bisetus multis temere dictis postremo probat conjecturam nescio cujus, *διαμένων* pro *δαιμόνων*, receptam illam in Ed. Lugdunensi minore cum hac adnotatione, „*δαιμόνων αἰόλαν* Vet. non *διαμένων αἰόλ.*“ Bentlejus memorat non solum conjecturam *διαμένων*, verum aliam quoque *δαιμόνων αἰόλων*, quam miror ab eo non castigatam, nimium miri sunt enim daemones isti versicolores. Brunckius edidit infeliciter sane,

— *λαιμότμητ' ἄχη δαιμονῶν, αἰόλᾳ*
νέκυσιν ἐπὶ πορείᾳ,

quae omnia liberaliter suscepit Bothius. Construit autem Brunckius ita, *ὡς ἐκρεμάσθην ἐπὶ πορείᾳ αἰόλᾳ νέκυσιν* (i. e. pro *νεκύων* ut putat per figuram Colophoniam!) *δαιμονῶν ἄχη λαιμότμητα*, vertitque *postquam suspensus fui, doloribus guttur angentibus furiatus, ut celeri itinere ad mortuos descenderem.* Tanta scilicet Brunckii fuit levitas, ut et locum falso construeret, et de Colophonia figura inepte somniaret, et inauditam syntaxin *δαιμονῶν τι* excogitaret, et omnia valde permisceret. G. Dindorfius in ed. I omnes istas Brunckii conjecturas posuit, sed in edd. II et. III prudenter caetera damnavit, praeter *δαιμονῶν* tamen, quae conjectura et ipsa admodum infelix est. Nihil hic quidem depravati praeter mentem editorum haud semper profecto integram. Primum libri nihil fere fluctuantur; v. 1052 *λεύσειν* est in Aug. Junt., v. 1054 *ἀχηδαιμόνων* una voce Juntina, *ἄχη δαιμόνων* ut vulgo Augustanus.

νέκυσιν ἔπι πορείαν. 1055

Invernizzius tanto fuit stupore, ut omnes Brunckii conjecturas Ravennati imputaret; l. Bekkerus autem tacens Ravennati adtribuit *δαιμονῶν*, absurdam Brunckii conjecturam. At ne dubitandum quidem est, quin Ravennas quoque justo accentu, ut caeteri libri exhibeat, *ἄχη δαιμόνων*. Postremo v. 1055 *ἐπιπορείαν* uno verbo exstat in Aug. Junt. Quin tu reponis Codicum scripturam, *λαιμότμητ' ἄχη δαιμόνων*, praesertim consentiente etiam Schol. R. *λείπει ἔσχον, ἐκ τῶν δαιμόνων τὰ ἄχη ἔσχον.* Ipsa hic iterum Euripidis verba retinentur. *Ἄχη δαιμόνων* mala intelligit a diis immissa, videlicet a Neptuno et a Nereidibus. Vide exempli causa Apollodorum II, 4, 3, 3 *ὅθεν αἱ Νηρῇδες ἐμήνισαν. καὶ Ποσειδῶν, αὐταῖς συνοργισθείς, πλημμίραν τε ἐπὶ τὴν χώραν ἔπεμψε καὶ κῆτος.* Quamobrem illud *ἄχη δαιμόνων* tam apte hic dictum est, quam quod aptissime, facileque caremus etiam amici mei emendatione, *λαιμότμητ' ἄχη δαιμόνι', αἰόλᾳ* (sic), cui videtur illud Aeschyli obversatum esse Pers. 581.

τοκέες δ' ἄπαιδες
δαιμόνι' ἄχῃ, ὰ
δυρόμενοι γέροντες
τὸ πᾶν δὴ κλύουσιν ἄλγος.

Notissimum est autem adpositionis genus adcusativo enuntiatum ac toti sententiae commune, *ἐκρεμάσθην, λαιμότμητ' ἄχη δαιμόνων, αἰόλαν νέκυσιν ἔπι πορείαν.* Quem adcusativum adpositionis inprimis frequentat Euripides, velut Andromach. 292. Hercul. F. 226. Hecub. 1075. Orest. 842. Iphig. Aul. 234. Alcest. 7. Iphig. Taur. 1459. Electr. 1180. In horum explicatione locorum egregie versatus est vir longe doctissimus, Pflugkius. Alia Euripidis exempla perite tractavit Matthiaeus G. Gr. p. 803. sq. ed. II. Breviter, sed distincte hunc usum explicavit Boeckhius in Explicatt. ad Pindarum p. 169 et p. 203. Ecce alia offensio in adjectivi *αἰόλαν* explicatione. Brunckius vertit, *celeri itinere* Vossiusque raſchen Gang ad eundem modum. Contra Kusterus transtulit, *obscurum* ad mortuos iter atque eandem esse Bothii sententiam ostendit adscriptus ab eo locus Catulli III, 11

Qui nunc it *periter tenebricosum*
Illuc, unde negant redire quenquam.

Et haec altera interpretatio gravem habet auctorem Scholiastam R. qui ad *αἰόλαν* adpinxit *σκοτεινήν*, eodemque pertinet Suidae glossa, *Αἰόλαν: σκοτεινήν.* Recte vero Brunckius, tum quod *αἰόλος celerem* vere significat (Hom. Il. XIX., 404 *πόδας αἰόλος ἵππος, Ξάνθος.* Achaeus apud grammaticum Bekkeri p. 361, 1 *Αἰόλη: ἡ ταχεῖα. οὕτως Ἀχαιούς*), tum quod in itinere (*πορείᾳ*) celeritas multo potius spectatur, quam obscuritas, tum quia et Andromede et Mnesilo-

chus celerrimam ad inferos profectionem exspectare debebant. Contra altera explicatio facile refutatur, quod αἰόλος aut nunquam aut certe non florentis tempore graecitatis obscurum aut tenebricosum denotavit. Notissimi sunt autem Sophoclis loci in Trachin. v. 94

> Ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα
> τίκτει κατευνάζει τε φλογιζόμενον
> Ἅλιον Ἅλιον αἰτῶ, —

et v. 132

> μένει γὰρ οὔτ' αἰόλα
> νὺξ βροτοῖσιν, οὔτε κῆρες
> οὔτε πλοῦτος —.

Facilis conjectura fuerit, significationem v. αἰόλος *caliginosus* ementitiam esse, neque alio fundamento niti, quam Sophoclei illius αἰόλα νὺξ falsa explicatione. Quanquam aliter etiam statuere licet propter Scholiastam ad priorem locum, Αἰόλα νύξ: Μέλαινα, ὡς οἱ νεώτεροι. Ἢ ποικίλη διὰ τὰ ἄστρα ἢ νύξ. Ἢ ταχεῖα διὰ τὸ Νυκτὶ θοῇ παρ' Ὁμήρῳ (Il. XII, 463). Hoc igitur auctore αἰόλος apud recentiores quidem nigrum significavit, et antiquum est graecis interpretibus, suae aetatis jam balbutientis linguam atticis scriptoribus inserere. Sed proximam explicationem, secundum quam αἰόλα νύξ nox est astris distincta, merito plerique probarunt, apteque contulerunt Aeschyl. Prometh. 24 ἀσμένῳ δέ σοι ἡ ποικιλείμων νὺξ ἀποκρύψει φάος. Caeterum ad Sophoclis locum multo olim pleniora Scholia exstitisse indicio sunt grammatici, qui ea descripserunt, Hesychius, Αἰόλη νύξ: ἤτοι μέλαινα, ἢ ποικίλη, διὰ τὰ ἄστρα. Σοφοκλῆς Τραχινίαις, Suidas, Αἰόλη νύξ: ἤτοι μέλαινα ἢ ποικίλη διὰ τὰ ἄστρα, grammaticus Bekkeri p. 359, 3 Αἰόλη νύξ: ἤτοι μέλαινα ἢ ποικίλη διὰ τὰ ἄστρα, praecipue vero Eustathius p. 814, 22, ubi disputat de Homeri νυκτὶ θοῇ, Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ὁ φιλόμηρος Σοφοκλῆς τὸ θοὴ μεταλαβὼν αἰόλα νὺξ λέγει, οὐ μόνον κατὰ τὸ ἐν ἄστροις ποικίλον αὐτῆς, καθ' ὃ καὶ ποικιλείμιων παρ' Αἰσχύλῳ λέγεται, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ῥηθείσας Ὁμηρικὰς ἐννοίας. Tum πορεία ἐπὶ νέκυσιν non magis offendere quenquam potest, quam nota illa et ubique obvia loquutio, ἀπάγειν τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Jam vero in ipso carminis fine magnum errorem commisit Burgesius loco non corrupto solum, verum etiam dilatato,

> ποῦ γὰρ ἔτ' ἀθάνατον φλόγα λεύσσειν
> ἐστὶν ἐμοὶ φίλον. ὡς ἐκρεμάσθην
> λαιμότμητ' ἄχη δαιμονᾷ με, μέλαν —
> ὄνεκν ὡς ἐπὶ πορείαν· οὐδὲ τὸν
> βάρβαρον ἐγὼ γουνάσομαι,
> οὐδ' ἔτ' ἐπ' ἐμαυτῷ κλαύσομαι.

Postea maluit idem

> — οὐ γὰρ ἔτι
> γουνάσομαι τὸν βάρβαρον
> οὐδ' ἐπ' ἐμαυτῷ κλαύσομαι.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

χαῖρ', ὦ φίλη παῖ· τὸν δὲ πατέρα Κηφέα,

Sed undenam haec talia accepit Burgesius? Nempe e Suida, *Γουνάσομαι*: *λιτανεύσω. παρακαλέσω. Οὐκέτι γουνάσομαι τὴν βάρβαρον οὐδ' ἐπ' ἐμαυτῷ κλαύσομαι.* Ignorabat igitur Burgesius, quod olim monuerat Kusterus, epigramma integrum, unde haec decerpta sint, exstare in Anthol. lib. VII. p. 613 (sive Anthol. Palat. I. p. 83 sive Brunck. Anal. III. 1, 317)

Τὴν καταφλεξίπολιν Σθενελαΐδα, τὴν βαρύμισθον,
τὴν τοῖς βουλομένοις χρυσὸν ἐρευγομένην,
γυμνήν μοι διὰ νυκτὸς ὅλης παρέκλινεν ὄνειρος
ἄχρι φίλης ἠοῦς προῖκα χαριζομένην.
οὐκέτι γουνάσομαι τὴν βάρβαρον οὐδ' ἐπ' ἐμαυτῷ
κλαύσομαι, ὕπνον ἔχων κεῖνα χαριζόμενον.

Denique Euripidis locum hunc fuisse censeo,

Ἀνδρομ. Ἰώ μοι μοίρας ἄτεγκτε δαῖμον·
ὦ κατάρατος ἐγώ· τίς ἐμὸν οὖν ἐπόψεται
πάθος ἀμέγαρτον ἐπὶ κακῶν παρουσίᾳ;
εἴθε με πυρφόρος αἰθέρος ἀστὴρ
τὴν πάμμορον ἐξολέσειεν.
οὐ γὰρ ἔτ' ἀθανάταν φλόγα λεύσσειν
ἐστὶν ἐμοὶ φίλον, ὡς ἐκρεμάσθην,
λαιμότμητ' ἄχη δαιμόνων, αἰόλαν
νέκυσιν ἔπι πορείαν.

Nihil in his non tragicum, ne verbo *ἐκρεμάσθην* quidem excepto: saepius enim tragici quoque poëtae formis *ἐκρεμάσθην*, *κρεμαστὸς* similibusque utuntur.

V. 1056. Hic *Εὐριπίδης ὡς Ἠχώ* et mox *Μνησίλοχος ὡς Ἀνδρομέδα* praefigunt Editiones pleraeque, ut Lugdunensis, Kusteriana, Brunckiana, Bothiana, Dindorfianae. Ravennas et Juntina personarum loco non habent nisi *Εὐ.* ac deinceps *Μν.* Augustanus tamen, in quo v. 1058 nulla est persona, hic ponit *εὐριπίδης ἠχώ.* Certe Echus partes aguntur ab Euripide et a Mnesilocho Andromedae, attamen voculas *ὡς Ἠχὼ — ὡς Ἀνδρομέδα* delevi ut inutiles et vero etiam noxias ob ambiguitatem. Neque enim ut Andromeda, ut Perseus aliique, sic etiam Echo apud Euripidem in scenam progressa erat, sed post scenam vidente nullo resonabat. Manifesto autem erravit Dobraeus, non putans ille Echûs personam egisse Euripidem, sed alium nescio quem, idcirco quoniam Euripides v. 1061 suum ipse nomen memoret *Εὐριπίδῃ*, tanquam diversus. At saepe homines de se tertia persona utuntur, veluti in nostra fabula et in hoc ipso nomine bis v. 77 atque v. 209. Jam nemo alius Echus personam suscepisse potest, nisi Euripides, qui unus Mnesilochum suum e custodia liberare cupit. Confirmat vero rem minime dubiam Schol. R. ad h. l. *ὑποκρί-*

ὅς σ' ἐξέθηκεν, ἀπολέσειαν οἱ θεοί.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

σὺ δ' εἴ τίς, ἥτις τοὐμὸν ᾤκτειρας πάθος;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

Ἠχώ, λόγων ἀντῳδὸς ἐπικοκκάστρια,

νεται Εὐριπίδης τὸ πρόσωπον τῆς Ἠχοῦς, tumque addit explicationem illorum τὸν δὲ πατέρα Κηφέα haud sane necessariam, πατὴρ γὰρ τῆς Ἀνδρομέδας ὁ Κηφεύς.

V. 1056. 1058. Latent his in locis quaedam fragmenta Andromedae, quae ab Aristophanis sermone adcurate secernenda sunt. Perseus enim Andromedam primum ita videtur adloquutus esse (v. 1056) χαῖρ' ὦ φίλη (φίλη Juntina) παῖ —, paullo post autem perrexisse in hunc modum, (v. 1110) Ὦ παρθέν' οἰκτείρω σε —. Huic continuo Andromeda (v. 1058) Σὺ δ' εἴ τίς (τις Aug. Junt.), ὅστις (apud Aristophanem est ἥτις) τοὐμὸν ᾤκτειρας πάθος; Rursum ad haec Perseus respondet (v. 1101)

Περσεὺς, πρὸς Ἄργος ναυστολῶν τὸ Γοργόνος
κάρα κομίζων.

Et jam ante nos Barnesius certe duo versus continuos Euripidi restituit, (v. 1110)

Περσ. ὦ παρθέν', οἰκτείρω σε, κρεμαμένην ὁρῶν.
Ἀνδρομ. σὺ δ' εἴ τίς, ὅστις τοὐμὸν ᾤκτειρας πάθος; (v. 1058).

Quem tamen fugit, vocabula κρεμαμένην ὁρῶν unius esse posse Aristophanis. Male Heathius p. 164 dubitavit, versum 1058 Aristophani anne Euripidi adsignaret, quem optime Euripidi convenire p. 48 vidit Matthiaeus.

V. 1059. Aug. ἐπικοκκάστρεια, Rav. Junt. ἐπικοκκάστρια, quam scripturam merito nuper reposuit Dindorfius. Suidas Kusteri, Ἠχὼ λόγων ἀντῳδὸς ἐπικοκκάστρια: ἀντὶ τοῦ εἰωθυῖα γελᾶν, γελάστρια. Haec quoque sumsit a Schol. R., qui nostro loco adscribit, εἰωθυῖα γελᾶν, γελάστρια. Caeterum in Suida magna est lectionum discrepantia. Nam Kusterus ἐπικοκκάστρια e duobus libris Parisinis et Aristophane edidit, adjecitque in prioribus Editt. legi ἐπικοάστρια. Codex Oxoniensis ἐπικαχάστρια substituit, haud dubiam grammatici emendationem, quam non debebat amplecti Porsonus. Ed. Mediolanensis αὐτῶ δὸς ἐπικοάστρια. Denique Suidae Cod. Harlejanus no. 3100 habet ἐπὶ κακοστρά teste G. Burgesio. Plane vero insignem Aristophanis grammatici locum de verbo κοκκάζειν Eustathius servavit p. 1761, 26 Rom. ὁ δὲ τὸν σάνναν τοῦτον πιρασχμινάμενος Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς, κἄλλας ἐκτίθεται καινοφώνους λέξεις οἷον καὶ τὸ ἐπικοκκάζειν ὕβρει, ἢ κατὰ τινὰς, ἐπιμηκάζειν (imo τ

ἥπερ πέρυσιν ἐν τῷδε ταὐτῷ χωρίῳ 1060

---

vero legendum est, ἐπικηκάζειν). ὅθεν παρὰ Ἀριστοφάνει τὸ, ἀοιδὸς ἐπικοκκάστρια. Aristophanis locus hic ipse est Thesmophoriazusarum, in quo ἀιτῳδὸς (non ἀοιδὸς) ἐπικοκκάστρια exstat: male enim illud Eustathii ἀοιδὸς ἐπικοκκάστρια pro incerto Comici fragmento n. CXXXVIII numeravit Brunckius, notatus jam a Porsono in Adversarr. p. 281 (249 Lips.). Enimvero verbum κοκκάζειν, cujus nulla inveniri origo graeca potest, necesse est pro peregrino barbaroque habeatur, cujusmodi voces in Aristophane bene multas reperire licet. Et diserte Aristophanes gr. l. l. exponit καινοφώνους λέξεις et τὰ ξενικά, voces minime atticas, sed chalcidicas, aegyptias, formas Aetolorum. Profert autem grammaticus e scriptore nescias quo ἐπικοκκάζειν ὕβρει, pro quo alii novitate verbi insolentiaque offensi ἐπικηκάζειν vocem ad sensum simillimam substituisse videntur. Quoniam vero Aristophanes potissimum grammaticus verbum κοκκάζειν tuitus est, non est, quod miremur, in Codicibus fabulae nostrae ἐπικοκκάστρια magno scribi consensu; ea enim, quae ad nos pervenit Comici recensio huic ipsi grammatico debetur. Habemus igitur duo verbi ἐπικοκκάζειν testimonia, alterum scriptoris incerti, alterum Aristophanis Comici. Utraque autem memoria satis superque docet, hoc vocabulum nullam aliam vim quam deridendi habuisse, quando et ἐπικοκκάζειν ὕβρει significat *fastu aliquem irridere*, et Echo ἐπικοκκάστρια dicitur, quod reciprocando mox sonum homines illudat. Accedat vero etiam tertius locus Equit. 694.

ἥσθην ἀπειλαῖς, ἐγέλασα ψολοκομπίαις,
ἀπεπυδάρισα μόθωνα, περιεκόκκυσα.

Posui vulgatam lectionem, quam adparet vitiatam esse; nam hic quoque notio deridendi requiritur. Atqui Ravennas subficit περιεκόκκαυσα, id est, ut perbene explicat Dindorfius, περιεκόκκασα. Ipsum vero περιεκόκκασα hic invenerat adhuc Photius p. 416, 16 Περιεκόκκασα: περιεγέλασα καὶ κατωρχησάμην· Ἀριστοφάνης. Quis est itaque, quin Dindorfio περιεκόκκασα reponenti lubens adsentiatur? Vulgatam Suidas retinet, Περιεκόκκυσα: κόρδακα ὠρχησάμην. Ἀριστοφάνης. et bis praeterea sub Ἀπεπυδάρισεν, ubi Oxoniensis liber habet περιεκόκκισα. Paene omisi Scholiastam ad Equites l. l. περιεκόκκυσα: περιεκορδάκισα. ἔστι δὲ εἶδος ὀρχήσεως. τινὲς δὲ τὸ μὲν ἀπεπυδάρισα ἀπέπαρδον, ἄλλοι δὲ ἀπεσκίρτησα καὶ ὠρχησάμην, τὸ δὲ περιεκόκκυσα περιερύγχασα καὶ ὑπερεῖδον καὶ κατεφρόνησα. Pessime vero et Scholiastes verbum περιεκόκκυσα interpretatur περιεκορδάκισα, et Photius κατωρχησάμην, et Suidas κόρδακα ὠρχησάμην. Scilicet in Aldina, Juntina I et II aliisque Edd. ante Portum falso interpungitur, ἀπεπυδάρισα, μόθωνα περιεκόκκυσα. Hinc factum est, ut Scholiastae περιεκόκκυσα ridicule ad cordacem referrent, quoniam μόθων testantibus ipsis φορτικὸν ὀρχήσεως εἶδος fuit.

Εὐριπίδῃ καὐτὴ ξυνηγωνιζόμην.

Atqui vel caesura versus ostendit, verba *ἀπεπυδάρισα μόθωνα* cohaerere, quae bene copulavit Irenaeus in Etymol. Magn. p. 696, 6. *περιεκόκκασα* autem per se positum esse, ut in caeteris locis *ἐπικοκκάζειν ὕβρει* et *ἐπικοκκάστρια*. Quamobrem *ἀπεπυδάρισα* nequaquam significat *ἀπέπαρδον*, sed potius *ἀπεσκίρτησα καὶ ὠρχησάμην*, sive ut alii Scholiastae paullo ante loquuntur, *πυδαρίζειν ἐπὶ τοῦ ἅλλεσθαι — δηλοῖ δὲ τὸ λακτίζειν*, alterum vero *περιεκόκκασα* minime valet *περιεκορδάκισα*, sed potius *κατεγέλασα* vel simile quiddam. Caetera verbi *περιεκόκκασα* glossemata, *περιερόγχασα καὶ ὑπερεῖδον καὶ κατεφρόνησα* ejusmodi sunt, ut satis pateat, Scholiastas ipsos, quidnam id verbi sibi vellet, nescivisse. Sed verbum *κοκκάζειν* humile fuisse atque abjectum facile nobis persuadet et comoediae usus et vicinia contemtae vocis *ἀπεπυδάρισα*, de qua Eustathius p. 1679, 37 *τοιοῦτον δὲ καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ τὸ, ἀπεπυδάρισα. λέξις δὲ αὕτη οὐ σεμνὴ, δηλοῦσα ἢ τὸ λὰξ ποδὶ καθ' Ὅμηρον ἐνθορεῖν ἰσχίῳ ἀφραδίμοιν* (Odyss. 17, 233 et hanc explicationem comprobo), *ἢ τὸ ἀποπνευματίσαι ἅραντα τὸν πόδα*. Quae quum ita sint, v. *κοκκάζειν* fortasse alius est dialecti graecae existimandum pro attico *καχάζειν* (vulgo *καγχάζειν*), quo ipse utitur Comicus Ecclesiaz. 849 et Nub. 1074, ubi videndus est Hermannus. Quanquam satis habeo, et usum verbi *κοκκάζειν* stabilivisse, et potestatem ejus certam eruisse: de origine enim hujus verbi minime laboro. Credo futuros, qui *κοκκάζειν* aut omnino peregrinum fuisse verbum statuant, aut cohaerere dicant cum *κακκάζειν*, quod est *caccabare*. Tantae molis erat, Echo *τὴν ἐπικοκκάστριαν* ab injuria editorum defendere. Nam quum aliquis *ἐπικοκκύστρια* conjecisset, id quod exposuit non tamen ut primus auctor Bisetus transiit id ipsum in Ed. Lugdunensem, Kusterianam, Brunckianam, Bothianam, qui omnes ac praeterea Vossius *ἐπικοκκύστρια* diserte probarunt. Cedo, quid tandem secum portat Ἠχὼ — *ἐπικοκκύστρια*? neque enim inrisor est cuculus, sed pervulgatum signum stultitiae. Mirae enim versiones, *verborum resonans assibilatrix*, vel *verba recinens sono garrulo*, et magis fida caeteris Vossiana, der Wort antwortende Nachkukukerin, vix intelligi possunt. Per scire velim, an infelix iste cuculus etiam simillimum locum ex Equitibus porro dehonestaturus sit: tametsi monstra loquuntur interpretes, A. Divus atque L. Kusterus, *saltavi turpiter circumque coccysavi*, Brunckius haec emendaturus inauspicato sane cum falso etiam interductu, *saltito, mothonem alta voce canto*. Omnium sine dubio lepidissime Vossius,

Ab trampl' ich den Plumptanz, und umher kukuk' ich eins!

V. 1059—1061. Recte Aristophanes naturam Echus declarat, quam dicit verbis respondere inridendo; soni enim Echus ita compa-

rati sunt, ut audita tuae vocis parte ultima te crederes inludi. Consentiunt autem cum Aristophane alii scriptores, veluti Horatius Od. I, 12, 4

cujus recinet jocosa
Nomen imago —?

et ibid. I, 20, 8

— ut paterni
Fluminis ripae, simul et jocosa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

atque etiam Sophocles in Philoct. v. 189 *βαρεῖα δ' ἀθυρόστομος ἀχὼ τηλεφανὴς* —. Quod autem noster poëta addit, Euripidem anno superiore in hoc eodem loco ab Echo et ipsa adjutum esse, carpit nimirum Euripidem, qui jocosam plane Echus personam non dubitarit in Andromeden tragoediam inducere. Qua ratione autem Echus persona introducta fuerit, Schol. R. aperit his verbis, *ἐπεὶ εἰσήγαγε κακοστένακτον τὴν Ἠχὼ ὁ Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ, εἰς τοῦτο παίζει.* Itaque Echo apud Euripidem graviter ingemiscebat. Nempe Echo tunc fletibus Andromedae singultibusque respondisse, ex eo fragmento patet, quod supra ad v. 1018 tractavi,

Ἀνδρ. *Κλύεις, ὦ*
πρὸς Ἀΐδου σὲ τὰν ἐν ἄντροις,
ἀπόπαυσον, ἔασον Ἀχοῖ,
ἐμὲ σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.

In scenam vero neque venit Echo Euripidea, nec potuit quidem venire. Namque Echo nec perpetua oratione uti didicerat (Ovid. Metam. III, 359, 360.), et vox erat corpore penitus amisso (Ovidius ibidem v. 368, 399.) et *τηλεφανὴς* esse h. e. e longinquo conspici audirive debebat. Quum igitur Andromedam, quae rupibus adfixa erat, in ipsa scena mala sua deflentem videres, Echo resonans post scenam tantummodo audiebatur. Nobis quidem (licet difficile sit de amissis tragoediae locis judicare) parum tragice Echo ista videtur introducta esse, quum praesertim lamentatio ejus virgini ipsi molesta fuerit. Dulcis saepe Echo esse potest, gravis vero nunquam: nec si Echus sonum Weberus ille eximia cum arte musico dramati, cui nomen est *Preciosa*, inseruit, ideo etiam tragoediae vox ista videbitur convenire. Comicus vero Echo tragicam magis etiam depravavit, quippe cui extremae verba caveae tribueret, veluti *βάλλ' ἐς κόρακας, οἴμωζε, ὀτότυζε, κλαύσει.* Comparandus est eximius quidam locus Ovidii, in quo primum Echo ita prorsus loquitur uti apud Aristophanem, Metam. III, 381 sqq.

Dixerat, Ecquis adest? et, Adest responderat Echo. —
Voce Veni clamat magna. Vocat illa vocantem. —
Quid, inquit,
Me fugis? et totidem, quot dixit, verba recepit.
Huc coeamus, ait: nullique libentius unquam
Responsura sono, Coeamus, rettulit Echo.

ἀλλ', ὦ τέκνον, σὲ μὲν τὸ σαυτῆς χρὴ ποιεῖν,

Postea autem apud Ovidium Euripidea Echo lamentatur v. 493 sqq.

— Quotiesque puer miserabilis, Heu, heu!
Dixerat, haec resonis iterabat vocibus, Heu, heu! —
Heu frustra dilecte puer! totidemque remisit
Verba locus; dictoque Vale, Vale inquit et Echo.

Et in vetere quidem tragoedia Echus vocem praeterea nusquam auditam esse censeo, quod magno argumento est, tragicis poëtis lusum satis illum quidem ineptum displicuisse: veruntamen Euripidem imitatus est Ptolemaeus Philopater teste Scholiasta R. ad h. l. *ἐζήλωσε δὲ αὐτὸν (τὸν Εὐριπίδην) Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἐν ᾗ πεποίηκε τραγῳδίᾳ Ἀδώνιδι, περὶ ἧς ὁ ἐρώμενος αὐτῷ Ἀγαθοκλῆς γέγραφεν, ὁ ἀδελφὸς τῆς ἐρωμένης αὐτοῦ πάλιν Ἀγαθοκλείας.* Itaque Ptolemaeus Philopater et tragoediam scripserat sub nomine Adonidis, et in ea ipsa Euripidis Andromedam sequutus Echo fecerat resonare. Quo saepius autem aliorum opera Ptolemaeorum a grammaticis Alexandrinis utpote clientibus laudata sunt, eo magis demiror, caeteros omnes praeter unum Scholiastam de Ptolemaei Adonide penitus tacere, cujus ne nomen quidem, nedum fragmenta alius quisquam servavit. Quocirca vereor, ne ignorabilis iste Adonis ad Euripidis imitationem compositus etiam pejor tragoedia fuerit, quam tragoediae Dionysii fuerunt majoris. Hic enim Aeschyli pugillaribus emtis alter videlicet Aeschylus trimetros scripsit ejusmodi, *Δωρὶς τέθνηκεν, ἡ Διονυσίου γυνή*, et mox, *οἴμοι, γυναῖκα χρησίμην ἀπώλεσα*, et iterum, *αὐτοῖς γὰρ ἐμπαίζουσιν οἱ μωροὶ βροτῶν*, ridente, ut par erat, Luciano Adv. Indoctum c. 15. Scripsit tamen de Ptolemaei Adonide Agathocles, quem rex iste nequiter amaverat, frater idem notissimae feminae, Agathocleae. Et hanc quidem pluribus in locis memoravit Polybius, ac praeterea Athenaeus XIII, 577, a. *τοῦ δὲ Φιλοπάτορος βασιλέως Πτολεμαίου οὐκ Ἀγαθόκλεια ἡ ἑταίρα ἐκράτει, ἡ καὶ πᾶσαν ἀνατρέψασα τὴν βασιλείαν.* et Strabo XVII p. 795 *ὁ Φιλοπάτωρ, ὁ τῆς Ἀγαθοκλείας.* Caeterum alios quoque praeter Agathoclem de Adonide Ptolemaei scripsisse, e quodam Clementis Alexandrini loco efficitur, quem mihi Bachmannus noster designavit, Protrept. III, cap. II, §. 45 (p. 22 ed. Lugdun.) *Πτολεμαῖος δὲ ὁ τοῦ Ἀγησάρχου ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ τὸν Φιλοπάτορα, ἐν Πάφῳ λέγει ἐν τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ Κινύραν τε καὶ τοὺς Κινύρου ἀπογόνους κεκηδεῦσθαι.* Satis habuit Bachmannus hunc locum adposuisse, credo ut in re perspicua. Nimirum Cinyras arctissimo vinculo cum Adonide cohaerebat. Quamobrem Ptolemaeus Agesarchae f. in vita Philopatris de Cinyrae sepulchro vix ac ne vix quidem scribere potuisset, nisi Adonin, Ptolemaei tragoediam enuclearet. — Caeterum Juntina et v. 1059 et infra personam praefigit *Ἡχ.* non *Εὐ.* ut 1056, deinde *ἀντῳδὸς* habent Aug. Junt. moxque *ταυτῷ* iidem, denique v. 1061

καὶ αὐτὴ (καὶ αυτὴ Rav.) Rav. Aug. Junt., Juntina etiam ξυνηγονιζόμην.

V. 1062. Aequo animo editores vulgatam lectionem tulerunt, qua nihil ineptius est ἀλλ' ὦ τέκνον, σὲ μὲν τοσαῦτα χρὴ ποιεῖν. Juntina τοσαύτα exhibet, de Augustano libro siletur, proxime autem a vero abest scriptura Ravennatis, τοσαύτης. Legendum est enim, sicut edidi, τὸ σαυτῆς, *at, filia*, inquit, *te oportet tuas partes agere, flere miserabiliter*. Andromeda enim Euripidis, quae nunc Mnesilocho exprimenda est, mala sua defleverat. Unus tamen Bentlejus quum bene sensisset, scripturam τοσαῦτα vehementer laborare, reponi voluit, σὲ μὲν τὸ σαυτοῦ χρὴ ποιεῖν, sententiam ille recte adsequutus, grammaticae tamen lege violata. Nam quum in Andromedae locum Mnesilochus successerit, feminino genere opus est τὸ σαυτῆς, licet neutrum, ὦ τέκνον, antecedat. Nota est autem Porsoni observatio, dilaudata quum ab aliis passim, tum saepe a C. Reisigio, velut in Syntagm. Crit. p. 26, et ad Oedip. Colon. Comm. Crit. p. 333, ad Hecubam v. 293. *Cum enim personam circumlocutione significant Graeci, quam citissime ad ipsam personam revertuntur.* At quid tandem hoc est, *quam citissime?* Voluit dicere Porsonus, simulatque per grammaticam liceat, tum primum eos reverti. Absurde dixeris de puella, ὦ φίλη τέκνον, ὦ φίλη γένειον; at non minus vitiosum est, de puella dicere, ὦ φίλον τέκνον, τὸ σαυτοῦ ποίει pro σαυτῆς. Verum lex acute a Porsono indagata non valet nisi de pedestribus scriptoribus, et ut quisque horum simillimus est sicuti Aristophanes. Itaque simplex ille Homerus, qui re potius et argumento quam oratione ac verbis poëta est, constanter dixit, βίῃ Ἡρακληείῃ, ὅσπερ —, atque adeo II. XI, 690 ἐλθὼν γάρ ῥ' ἐκάκωσε βίῃ Ἡρακληείῃ atque Odyss. XIII, 20

καὶ τὰ μὲν εἶ κατέθηχ' ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο,
αὐτὸς ἰὼν διὰ νηός.

Videndus apud Porsonum Schaeferus, qui non debebat contra hanc regulam adferre Lucian. Tragodopod. v. 313

Οὔτε Διὸς βρονταῖς Σαλμωνέος ἤρισε βία,
Ἀλλ' ἔθανε ψολόεντι δαμεῖσα θεοῦ φρένα βέλει.

Imo vero rectissime emendavit Hermannus, — δαμεὶς ἄθεον φρένα βέλει, probante etiam Reisigio. Alia ratio, quam Porsonus temere neglexit, sublimium est poëtarum. Hi tum demum Porsoni legem servant, ubi re ipsa cogantur, ut Euripides v. 287

ἀλλ' ὦ φίλον γένειον, αἰδεσθητί με,
οἰκτειρον· ἐλθὼν δ' —:

nam et γένειον personae est circumlocutio, neque mentum omnino venire potest. Sed quum poëtae orationis insolentiae, prosopopoeiae aliisque figuris studere debeant, sequitur, hos quidem, quam saepissime possint, a Porsoni regula discedere. Quam derelinquere ita tantum prohibentur, si qua circumlocutio cum ipsa re primarioque

κλαίειν ἐλεινῶς,

---

verbo pugnabit, ut si dicas τῆς σῆς σοφίας, ἣ λῆρεῖ, *sapientiae tuae, quae ineptit*; neque enim quisquam, quatenus sapiens est, potest desipere. Ubicunque vero circumlocutio in rem ac verbi notionem pulchre cadet, aut certe ac minime repugnabit, grandis poëtae est, spreta Porsoni regula ad circumlocutionem potius quam ad personam subjectum adcommodare. Optime igitur scripsit Euripides v. 296

τίς ἐστιν οὕτω στερρὸς ἀνθρώπου φύσις,
ἥτις γόων σῶν, καὶ μακρῶν ὀδυρμάτων
κλύουσα θρήνους, οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ;

Neque enim homo lacrimans naturam suam (τὴν φύσιν) exuit. Optime etiam paullo post v. 301

ἐγὼ τὸ μὲν σὸν σῶμι' (Hecubam dicit), ὑφ' οὗπερ ἠὐτύχουν,
σώζειν ἕτοιμός εἰμι;

sine corpore enim suo Hecuba servare Ulixem non potuit. Ita vero facillimum erit, de versu contentionis pleno 293

τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ τὸ σὸν
πείσει,

judicare. Rectissime enim et libri omnes Euripidei, et A. Gellius, Stobaeus, Tzetzes λέγῃ tuentur. Sane in vulgari sermone κἂν κακῶς λέγῃς dicendum esset. At recte poëta τὸ σὸν ἀξίωμα κακῶς λέγει, tua majestas inutilia suadet, aliis verbis, σὺ ἐν ἀξιώματι ὢν κακῶς λέγεις, tu magnae homo dignitatis inutilia suades: videlicet homo et majestate potest insignis esse, et idem tamen perniciosum aliis consilium dare. Falso itaque λέγῃς pro λέγῃ conjecerunt Muretus, Wassius, Valckenarius, Musgravius, Brunckius, Porsonus, Elmslejus, Reisigius aliique, poëtica oratione et pedestri confusa. Nihil enim moramur cavillationem Porsoni: „Qui λέγῃ cum τὸ ἀξίωμα construunt, inquit, Euripidem Italorum vel Gallorum hodiernorum idiomate uti volunt. Si *votre Grandeur* savoit lire, *elle* verroit bientôt, que je ne *Lui* ai rien dit que de veritable." Credo scribere voluit, — que je ne *Lui* ai dit que des choses vraies. — Pro ποιεῖν Rav. Junt. ποεῖν uti solent. Schol. R. ῥῆμα ὃ κηδεστὴς τοῦτο πρὸς τὸν Εὐριπίδην, id quod pertinet ad v. 1063 σὲ δ' ἐπικλαίειν ὕστερον. Is submissa voce loqui Mnesilochum statuit, ne scilicet exaudiat lictor, de qua re dicemus ad v. 1083.

V. 1063. κλαιειν (et deinceps ἐπικλαιειν) Rav. κλαίειν Aug. Junt. Formas mere atticas κλάειν — ἐπικλάειν e conjectura tacita reposuit Brunckius, quem Bothius tacito sequitur.

Ibid. ἐλεινῶς] ἐλεεινῶς Aug. Junt. et haud dubie Ravennas quoque, cui Invernizzius ἐλεεινῶς, Bekkerus autem ἐλεινῶς attribuunt

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

σὲ δ' ἐπικλαίειν ὕστερον.

---

tacentes. Recte vero ἐλεινῶς ediderunt Dindorfius ac Bothius. Forma contracta ἐλεινὸς tragici maxime utuntur, eamque metra poscunt in Aesch. Prometh. 246, Soph. Philoct. 858, 1115, commendant autem in Soph. Oed. R. 672 et Eurip. Helen. 992. Comici in tragicis potissimum locis istud ἐλεινὸς adsciverunt, ut in Ranis v. 1063 (ubi clamat metrum), Acharn. 388 et nostro in loco. Vide etiam Antiatticistam Bekkeri p. 92, 9 Ἐλεινόν: ἀντὶ τοῦ ἐλεεινόν. Εὔπολις Αἴξίν. Ita vero Graeci interdum etiam ἐλήμων pro ἐλεήμων dixisse videntur; Grammaticus in Bekk. Anecd. p. 400, 30 Ἀνελήμων καὶ ἀνελεήμων φασί. Νικοχάρης δὲ ἀνηλεήμων λέγει. Hic Bekkerus confert Ruhnk. ad Hymn. Cer. 283 et Schaefer. ad Schol. Apollon. p. 312, ad Corinth. p. 163. Formam ἀνηλεήμων a Nicochare usurpatam conferre licebit cum voce ἀνήριθμος, quae saepe invenitur pro ἀνάριθμος (vel ἀναρίθμητος) velut in Theocrit. XVI, 3, Soph. Trachin. 246, Ajac. 598, Lucian. Gall. c. 24 e Cod. Gorlic., Polluc. III, 88, Athen. VI, c. 64 e vera lectione a Dindorfio repudiata. Compara etiam ἀνώλεθρος, ἀνώϊστος et quod valde mirum est ἀνώνητος pro ἀνόνητος; Bekk. Anecd. p. 412, 6 Ἀνώνητον: ἀνωφελές. Denique si Graeci saepius etiam ἀνηλεὴς quam ἀνελεὴς dixerunt (vide Lobeckium ad Phrynich. p. 710), ne ἀνεηλεήμων quidem pro ἀνελεήμων admirationi esse debet. Nunc ad ἐλεινὸς revertamur. Quam contractionem opinione latius patere indicio est Vesp. v. 967, ubi verissime emendavit Dindorfius, ὦ δαιμόνι' ἔλει τοὺς ταλαιπωρουμένους. Alterum ἐλεεινὸς vel propterea ionicum dicere vix licet, quod epici poëtae utroque juxta utuntur, ut Hom. Il. 24, 309 δός μ' ἐς Ἀχιλλῆος φίλον ἐλθεῖν ἠδ' ἐλεεινόν, et contra Homerid. Hymn. Cerer. 283 τοῦ δὲ κασίγνηται φωνὴν ἐσάκουσαν ἐλεινήν, ad quem l. pulchre disputavit Hermannus. Qui primum formam ἐλεινός a diuturna oblivione vindicavit Porsonus in Praefat. Hecub. p. VII, paullo negligentius hanc rem, minutam illam quidem sed subdifficilem tractasse videtur. Atticae linguae analogia scripturam ἐλεινὸς flagitari dicit, sic enim ab ἔλεος formari ἐλεινός, ut a δέος δεινὸς (minime δεεινός), a κλέος κλεινὸς (minime κλεεινός). At si a substantivo nomine adjectiva in — εινὸς ducta essent, profecto ab ἔλεος existere ἐλεεινὸς deberet, ut a πόθος ποθεινός, a φάος φαεινός, recteque Choeroboscus in Bekkeri Anecd. p. 1368 crasin esse statueret δεινὸς pro δεεινὸς ut ἐλεινὸς est pro ἐλεεινός. Nunc autem adjectiva in — εινὸς recte a verbis derivavit Buttmannus Grammat. Gr. T. II, p. 340. Atqui sic quoque uti ποθέω in ποθεινός, ita contra ἐλεέω in ἐλεεινὸς transire debet. Ergo facile adparet, Graecos proprie et debuisse ἐλεεινὸς dicere et plerisque in locis dixisse, interdum tamen contractione et crasi ἐλεινὸς usos esse. Atque hinc statues, quo jure Porsonus quum formam ἐλεεινὸς *ionicam*

ἐμοὶ μελήσει ταῦτά γ'. ἀλλ' ἄρχου λόγων.

---

nominarit, tum vero dixerit, confidenter sane, ἐλεεινὸς *verbum est Atticis ignotum, qui semper* ἐλεινὸς *usurpant.* Quo haec serpant, videamus. Nam si Attici pro ἐλεεινὸς constanter ἐλεινὸς dixerunt, certe sequitur, eos eandem constantiam in ἐλήμων pro ἐλεήμων et ἀνελήμων pro ἀνελεήμων adhibuisse. Exstat autem ἐλεήμων in Aristoph. Pac. 417, ubi ἐλήμων comici trimetri elegantiam perdiderit, apud Demosthenem, Isocratem aliosque passim. Porro si Attici solum ἐλεινὸς noverunt, eidem pro ἐλεεῖν dixerint ἐλεῖν necesse est. Ergone periculum est, ne in posterum canatur ab sollicita anima, *Κύριε ἐλῆσον*, non ut ad hunc usque diem, *Κύριε ἐλέησον*? At salva res est; quippe ἐλέησον ipso metro stabilitur in Soph. Philoct. v. 501 ἥκω, σὺ σῶσον, σύ μ' ἐλέησον εἰσορῶν. Denique si scriptores attici tantummodo ἐλεινὸς dixerunt, quî fit, ut Codices semper et ubique ἐλεεινὸς (atque etiam ἐλεήμων) exhibeant? Quae quum ita sint, graecae atque adeo atticae formae ἐλεεινὸς, ἐλεήμων, ἐλεεῖν existimandae sunt, pro quibus soli poëtae, contractione dicamne usi an synizesi quadam, interdum ἐλεινὸς, ἐλήμων, ἔλει posuerunt. Saepe equidem risi istorum temeritatem, qui poëticas formas, veluti ἑόρακα, cum prosaicis etiam scriptoribus communicare solent. Abeant igitur et Corayus et Passovius, quorum ille Heliodoro VI, 169, hic autem Longo isti p. 313 poëticam formam ἐλεινὸς adsignarunt. Ne Lobekkium quidem possum, quin leniter reprehendam, qui ἐλεεινὸς apud Platonem certe ac Demosthenem dubium videri posse concesserit ad Phrynichum p. 87. Et Plato quidem in uno loco Gorgiae p. 75, 76 Hdf. ter scripsit ἐλεεινός, nulla tot librorum dissensione, et alibi etiam Platonem ἐλεεινὸς dixisse diserte testatur Antiatticista Bekkeri p. 92, 10. Neque magis variatur in Demosthene. De Fals. Legat. p. 65, 2 B. p. 81, 4, in Midiam p. 186, 2, p. 211, 1, in Stephanum p. 88, 6, ubi Schaeferus T. V, p. 201 ἐλεεινότερον tuitus est ut potuit. Adjice praeter alios Lucianum in Necyomant. c. 14 et De Saltat. c. 79. Quanquam non illud miror, in Codd. pedestrium scriptorum nullum formae ἐλεινὸς vestigium exstare; neque enim ne in poëtarum quidem Codicibus id usquam exstat. Hoc dico, saepe omnium scriptorum Codices ἐλεινὸς praebituros fuisse, si ita Graeci saepe loquuti essent.

V. 1064. λόγων] Bentlejus γόων conjecit. Omnino deinceps flebiliter canit Mnesilochus quasi Andromeda. Sed non cogitaverat Bentlejus, Euripidem necessario sic ἀλλ' ἄρχου λόγων dicere debere, quoniam supra v. 1059 Echus naturam sic descripserat, Ἠχώ, λόγων ἀντῳδὸς ἐπικοκκάστρια. Echo, inquit, *verbis* recinit ac respondet; quin tu igitur incipias verba facere. Scilicet etiam cantus

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ὦ Νὺξ ἱερὰ, 1065

---

flebilis, quoniam tamen verbis constat, jure ac merito inter λόγους refertur.

V. 1065 sqq. *Μνησ, ἀνδρομεδ.* praefigit Augustanus. Schol. R. ὁ *Μνησίλοχος ὡς Ἀνδρομέδα*, et statim *τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή*. Satis profecto obscure, ita ut fere nescias, quaenam pars tragoediae intelligatur. Verum hoc dicendi genus reperi etiam in Strabone XIII p. 616 *ῥεῖ δ' ἐκ τοῦ Τμώλου ποταμὸς Μύσιος, ἐμβάλλων εἰς τὸν Κάϊκον ὑπὸ ταῖς πηγαῖς αὐτοῦ. ἀφ' οὗ δέχονταί τινες εἰπεῖν Αἰσχύλον κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ ἐν Μυρμιδόσι προλόγου· ἰὼ Κάϊκε Μύσιαί τ' ἐπιῤῥοαί*. Recte negat Hermannus in Opusc. T. V p. 139 Strabonem his verbis totius fabulae exordium significasse; nam tunc eum potius *ἐν ἀρχῇ* dicturum fuisse. Neque vero a trimetris Myrmidones ordiebantur, sed ab hoc anapaesto, *Τάδε μὲν λεύσσεις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ* — (vide Hermannum ibid. p. 137). Denique Strabonem memoriae vitio pro Mysis nominasse Myrmidones, id Pauwius aliique sumserunt precario. Bene igitur judicat Hermannus, quem prologum dixerit Strabo, primam esse histrionis orationem jambicam similiter atque in Iphigenia Aulidensi anapaestos excipiat is qui ob argumenti enarrationem videri possit prologus. Quocirca non totius dramatis initium his verbis declaratur, sed pars post prologum proxima; haec enim dici solebat *εἰσβολὴ* eademque *εἰσβολὴ τοῦ προλόγου*, sive quod prologum ipsum statim insequebatur et cum eo arcte cohaerebat, sive quia erat in primis fabulae partibus. Clarius etiam res adparet in Andromeda, ubi itidem prima pars post prologum intelligenda est. De quo quidem tanto minus dubitare licet, quod nostro in loco anapaesti dimetri leguntur: atqui haec ipsa pars, *ἡ εἰσβολὴ* anapaestos dimetros habet in Medea v. 97 sqq., Alcestide v. 77 sqq., Troadibus v. 99 sqq., Ione v. 82 sqq., Hecuba v. 59 sqq. Sic igitur etiam in Andromeda prologo finito anapaestum dimetrum posuerat Euripides initiumque *εἰσβολῆς* ab his ipsis verbis fecerat, *ὦ νὺξ ἱερὰ* —. Itaque fefellit opinio Matthiaeum p. 44 ratum a Scholiasta prologum ipsum fabulae indicari. At vero omnes tragoediae Euripidis non ut aliquot fabulae Aeschyli ab anapaestis, sed a trimetris potius incipiunt, neque possunt aliter, quoniam Euripides mythorum novator ante omnia aperire debet, quam famam in fingendo sequutus sit. Ac Rhesum quidem nemo quisquam mihi opponet; de Iphigenia autem Aulidensi breviter, quid sentiam, declarabo. Etenim mihi quidem A. Boeckhius Iphigeniam Aulidensem eam, quae aetatem tulit, verissime videtur minori Euripidi tribuisse. Moverunt autem Boeckhium potissimum Aelianus Hist. Anim. VII, 39, Hesychius s. *Ἄθραυστα*, et Schol. ad Aristoph. Ran. v. 67. Verum enim

vero Boeckhii sententia extra omnem dubitationem ponitur parodia Aristophanis Ran. v. 1316—1319, ubi Scholiastae, ἔστι δὲ τὸ προκείμενον ἐξ Ἰφιγενείας τῆς ἐν Αὐλίδι. Nam Euripides in Iphigenia A. ita fere cecinerat,

Ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσης
κύμασι θρηνεῖτε, ῥανίσιν
τέγγουσαι νοτίοις πτερῶν
χρόα δροσιζόμεναι —

Alcedones, quae ad perennes maris fluctus lugetis, tingentes humidis guttis alarum colorem, rore humectatae —. Quae ita ridet Aristophanes,

Ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσης
κύμασι στωμύλλετε,
τέγγουσαι νοτίοις πτερῶν
ῥανίσι χρόα δροσιζόμεναι,

Alcedones, quae ad perennes maris fluctus garritis, tingentes humidis alarum guttis cutem, rore humectatae —, Certissimum est ergo, Euripidem majorem in sua Iphigenia scripsisse illa superiora, Ἀλκυόνες κτλ. Quae quum in nostra Iphigenia Aulidensi non magis, quam Aeliani locus legantur, sine dubio sequitur, eam quae ad nos pervenit Iphigeniam a majore quidem Euripide scribi nullo modo potuisse. Atqui idoneus auctor ex ipsis didascaliis refert, post mortem Euripidis majoris filium ejus sub eodem titulo Iphigeniam Aulidensem docuisse. Itaque summa suspicio est, ne dicam res ipsa loquitur, nostris manibus eam teri Iphigeniam A., quae ab Euripide filio interpolata erat, neque ullam partem excipio, praeter finem fabulae haud dubie imperitiorem, quam pro illis temporibus, sed docto alicui Alexandrino minime infitiandum. Magnopere enim falluntur, qui minorem Euripidem patris tragoedias nihil mutatas edidisse censent. Quasi non plurimos prologos Euripidis majoris Aristophanes faceto illo dicto λεκύθιον ἀπώλεσεν perdiderit. De qua re alibi dicetur; nunc enim ad Andromedam revertor. Nempe ipsa hic Euripidis verba legi jam pridem docti intellexerunt e Schol. ad Theocrit. II, 166

χαῖρε, Σελαναία λιπαρόχροε· χαίρετε δ' ἄλλοι
ἀστέρες, εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα νυκτὸς ὀπαδοί.

Νυκτός: ὅτι δὲ ἐπὶ ἅρματος ὀχεῖται ἡ νύξ, Εὐριπίδης· ὦ νὺξ ἱερά, ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις, ἀστροειδέα νῶτα διφρεύουσα. Quapropter recte ad Andromedae fragmenta totum hunc locum,

Ὦ νὺξ ἱερά,
ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις,
ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ'
αἰθέρος ἱερᾶς
τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου.

ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις,

---

retulerunt Barnesius sive Beckius p. 422, Matthiaeus p. 44 et jam Grotius in Excerpt. p. 370, ubi ita vertit,

O nox, sacra nox, quam tu longos
Agitas cursus super astrigerum
Vecta aetherii dorsum templi
Et per Olympi veneranda loca.

Neque omitto Varronem L. L. V, 8, p. 28 ed. Sp. Omnino eo magis puto a chao cavum et hinc caelum, quoniam ut dixi *Hoc circum supraque, quod complexu continet terram*, cavum, caelum. Itaque dicit Andromeda nocti:

Quae cava caeli signitenentibus
Conficis bigis.

Hic, *Andromeda nocti:* *Quae* luculenta est magni Scaligeri restitutio e scriptura librorum, *Andromacha noctique.* Vidit ille, anapaestos esse ex Andromeda Ennii, fabula ex Euripide conversa; id autem cognosci ex hoc Aristophanis loco, fragmenti Enniani illo et ad sententiam et ad metrum simillimo. Porro saepius haec nomina *Andromacha* et *Andromeda* inter se confundi. Scripsisse autem Andromedam tres summos poëtas veteres, Livium Andronicum, Ennium, Attium. Ex his Attium raro vertisse integras fabulas e Graecis, sed de suo edidisse, ut Andromeda quoque ex illius inventione esse videatur non ex aliquo poëta graeco (sed de Attio falli puto Scaligerum), Livii Andromedam ex Andromeda Sophoclis posse derivatam esse; nam Ennii Andromeda quin sit Euripidis interpretatio, ne dubitari quidem potest. Sed ordine dicam de singulis.

V. 1066. Scaliger ad Varronem l. l. tacite scribit, ἢ μακρὸν —, quem ne calami esse errorem interpreteris, locus impedit Ennî, Quae cava caeli —. At latini poëtae, ut hoc ipso in loco Ennius, non sane verbum de verbo reddere solebant. Quid vero habet admirationis, Andromedae rupibus adfixae in tanta solitudine noctem esse longam videri? Non magis enim, quam in primis Nubibus Strepsiades (ἰοὺ ἰού, inquit, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον!) prae sollicitudine somnum illa capere poterat. Deinde primum versum continuo sequitur paroemiacus, id quod indigne ferunt metrici. Quare Heathius conjicit, ὡς μακρόν γ' ἵππευμα διώκεις, absurde quidem, Seidlerus autem teste Matthiaeo post v. ἵππευμα excidisse aliquid suspicatur. At hunc paroemiacum ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις probabili conjectura tolli non posse, ipse sensi saepe frustra expertus. Consentiunt autem inter se et omnes libri poëtae, et Scholiastes Theocriti, et Suidas s. Ἵππευμα. Quodsi primo versu recte locatur paroemiacus (ut supra tragico versu 39 εὔφημος πᾶς ἔστω λεὼς et alibi), recte locatur etiam versu secundo. Porro Schol. Rav. Ἵππευμα: πορείαν. Hinc Suidas, Ἵππευμα: πορείαν. Ἀριστοφάνης· ὡς μακρὸν ἵππευμα

ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ'
αἰθέρος ἱρᾶς,

διώκεις ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ' αἰθέρος. Recte Kusterus e duobus libris Parisinis *διφρεύουσ' αἰθέρος*, in prioribus vero Editt. legebatur *διαφέρουσ' αἰθέρος.* Simili vitio Juntina, *διφρέουσ'* pro *διφρεύουσ'*. Postremo *ἵππευμα διώκειν cursum persequi, spatium emetiri* de eo dicitur, qui adhuc sit in itinere, quemadmodum tunc Nox viam nondum confecerat. Ita vero loquitur etiam Lucianus Ver. Hist. I, 29 — *περὶ ἑσπέραν ἀφικόμεθα ἐς τὴν λυχνόπολιν καλουμένην, ἤδη τὸν κάτω πλοῦν διώκοντες.*

V. 1067. *ἀστεροειδέ αν ὠτα* Augustanus liber, *ἀστροειδέα νῶτα* Scholiasta Theocriti. De adjectivo *ἀστεροειδὴς* Dindorfius citat Schaeferum ad Schol. Apoll. Rhod. p. 150.

V. 1068. Suidas, *Αἰθήρ*: — *Θηλυκῶς Ὅμηρος· αἰθέρος ἐκ δίης* (Il. XVI, 365). *καὶ Πίνδαρος· ἐρήμας δι' αἰθέρος* (Olymp. I, 10). *καὶ αὖθις ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ' αἰθέρος.* Ne hiscere quidem Suidas potest, quin foede proruat. Ridicule hic omisit *ἱερᾶς*, feminei generis signum; ridicule etiam utitur obvio illo *καὶ αὖθις*; neque enim Aristophanis aut Euripidis nomen antecedit, sed Pindari. Traxit autem Suidas Rittershusium ad Oppian. Hal. IV, 568 et postea Barnesium adeo ad Eurip. Iphig. Taur. v. 1445, qui verbis *ἀστεροειδέα — αἰθέρος* donarunt Pindarum. Kusterus ad Suidam apud Sophoclem haec sibi legisse videtur, ac prope est ut doleat Sophoclis loco frustra quaesito. Tandem aliquando Toupius Em. in Suid. T. I, p. 150 (p. 99 ed. Lips.) legi haec verba docet apud Aristoph. Thesmoph. v. 1068, quem et ipsum hausisse ex Euripide in Andromeda. Praeterea, librorum omnium scripturam *αἰθέρος ἱερᾶς*, correxi scribendo *αἰθέρος ἱρᾶς*. Sic etiam in Ranis v. 1521 *λαμπάδας ἱερὰς, χᾶμα προπέμπετε* rite *ἱρὰς* emendarunt Hermannus atque Dindorfius. Et Hermannus quidem in Elementis D. M. p. 377 comicos poëtas ut in diversis dipodiis et vero etiam in eadem dipodia interdum dactylo anapaestum subjicere confirmat. Sed rectius, ut opinor, Reisigius statuit in Conject. p. 260, 261 apud Aristophanem anapaesto excipi dactylum non in antistrophicis dimetrorum versuum anapaesticorum systematis, sed in monostrophicis tantummodo. Profecto cadit hoc praeceptum in Pac. v. 169, *καὶ μύρον ἐπιχεῖς; ὡς ἦν τι πεσών*, in Thesmophor. v. 822 *τἀντίον, ὁ κανὼν, οἱ καλαθίσκοι*, nec memini tertium locum, qui quidem certus sit et fidei indubitatae, legere in toto Aristophane. Neque vero dubitarunt comici in liberioribus anapaestis (monostrophica autem semper liberiora sunt systemate legitimo) vel proceleusmaticum pedem inducere; vide supra ad v. 707. Erunt fortasse, qui *αἰθέρος ἱερᾶς* hic tueantur, itaque disputent. Andromedae carmen, *Ὦ νὺξ ἱερὰ κτλ.*, inquient, oportet fuisse mo-

τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

δι' Ὀλύμπου.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν 1070

---

nostrophicum, quippe monodiam; fuisse enim μονῳδίαν (quo genere delectatus est Euripides) clare perspicitur e v. 1077 ὦγάθ' ἑασόν με μονῳδῆσαι —. Et propter id ipsum, quod libera est monodia ac systema monostrophicum, non dubitavit Euripides paroemiacum jam secundo versu locare, ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις. At ne in monodia quidem valde acceptus est post dactylum anapaestus, quem nemo expetat, ubi tam nullo negotio removeri potest. Denique accedit Hermanni auctoritas, qui ad me scribit, Erfurdtium αἰθέρος ὑγρᾶς legere voluisse, sed potius αἰθέρος ἱρᾶς scribi debere.

V, 1069. Ἠχῶ pro Εὐριπ. praefigunt Aug. Junt. Etiam Schol. R. τοῦτο ἡ ἠχὼ λέγει. Sed perinde est.

V. 1070. Scholiasta R. καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ προλόγου, quae quomodo interpretanda sint, ex eo loco adparet, ad quem referuntur v. 1065 sqq., ubi idem Scholiasta scripserat, τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή. Quapropter vel ipso Scholiasta judice evicimus, etiam v. 1070 sqq., plane ut v. 1065 sqq., ex initio εἰσβολῆς, sive partis post prologum proximae, quae fuit Andromedae monodia, fluxisse: id quod praeterea et metrum idem et argumenti similitudo et canens utrobique Andromeda docent clarissime. In quo mirari libet insignem Matthiaei levitatem, qui l. l. p. 44, positis verbis τί ποτ' Ἀνδρομέδα — ἐξέλαχον; haec scripserit: *E prologo fabulae ea sumta esse jam Porson. ad Eurip. Med.* 284. *conjectura assecutus est, et Schol. Rav. Bekk.* καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ προλόγου. At de prologo Andromedae ne cogitavit quidem l. l. Porsonus. Sed vide mihi, quid continuo addiderit: *Ad primam fabulae* (Andromedae) *partem referenda etiam sunt, quae Heath fragmentis addi voluit, apud Plutarch. de aud. poët. p.* 22, E. τῷ θοάζειν τὸ κινεῖσθαι σημαίνουσιν, ὡς Εὐριπίδης,

Κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός.

Haud dubie ex ipso Andromedae prologo hic trimeter repetitus est. Itaque quaecunque demum persona prologum recitabat, certe hic quoque prologus constabat e senariis, inque eo, ut facit in omnibus fere tragoediis, argumentum fabulae enarraverat Euripides. Quod quum Matthiaeus, quemadmodum spero, vidisset, quî tandem ex eodem prologo alteros etiam duo locos derivare potuit? Num igitur in uno eodemque prologo et anapaestis dimetris et senariis jambicis locus

μέρος ἐξέλαχον;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

μέρος ἐξέλαχον;

---

dabatur? An Euripides in prologis suis uti solet dimetro anapaesto? An denique vel ipse Scholiasta, quum diceret, τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή, primos totius fabulae versus mente complexus est? Sed praestat Scholiastam R. audire, qui ad versum 1072 θανάτου τλήμων peropportune haec adscripsit, λείπει, μέλλουσα τυχεῖν. Quin tu conjungis ea, quae perpetuo ordine posuit Aristophanes,

Τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν
μέρος ἐξέλαχον θανάτου τλήμων —,

atque id ipsum, quod deesse ait Scholiastes, μέλλουσα τυχεῖν, locus continuo elucebit pulcherrimus,

Ἀνδρομ. Τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν
μέρος ἐξέλαχον, θανάτου τλήμων
μέλλουσα τυχεῖν;

Cur tandem ego Andromeda prae caeteris malorum partem sortita sum, quum jam in eo sim misera, ut mortem oppetam? Atque hic quidem partim certe verum invenit l. l. Matthiaeus, qui profectus a verbis, Τί ποτ' — ἐξέλαχον; *His equidem*, inquit, *ad explendum secundum verbum addiderim ea quae sequuntur*: — θανάτου τλήμων. *ad quae Schol. Rav.* λείπει μέλλουσα τυχεῖν, *quae verba in Eurip. fabula lecta fuisse suspicor.* Juvat autem nonnihil adjicere de voce περίαλλα v. 1070, pro qua in Aug. Junt. περὶ ἄλλα scribitur. Etenim Porsonus ad Medeam v. 284 sic judicat, si Aristophanis verba, τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα — ἐξέλαχον, ipsius apud Euripidem Andromedae sint, sine dubio ea ad systema non legitimum pertinere. At περίαλλα reperitur etiam apud Sophoclem Oed. Tyr. 1219

δύρομαι γὰρ ὡς
περίαλλ' ἰὰν χέων
ἐκ στομάτων,

ita enim videtur scribendum esse; idemque vocabulum ipse Porsonus etiam in quodam Thamyridis Sophoclei fragmento restitui volebat. Sed vir summus hac ducebatur opinione, quod tragicos περὶ ante vocalem sive in eadem sive in diversis vocibus perraro tantum posuisse censeret. Tum exempli causa attulit ex Aeschylo περιόργως, περιώδυνος, e Sophocle autem περιώσιος. Quin etiam tantum ille observationi suae tribuebat, ut ea sola Dawesii emendationem in Soph. Oed. R. 1505

ὀλώλαμεν δύ' ὄντε, μή σφε παρίδῃς
πτωχὰς ἀνάνδρους ἐγγενεῖς ἁλωμένας —

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

Θανάτου τλήμων.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

Θανάτου τλήμων.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἀπολεῖς μ', ὦ γραῦ, στωμυλλομένη.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

στωμυλλομένη.

---

scribi jubentis *μή σφε περιΐδῃς* refelli diceret. Quare Porsonus aut *παρίδῃς* genuinae vocis esse interpretationem statuit, aut legit ipse *μὴ παρά σφ' ἴδῃς*, emendatione tali, in quas perraro inciderit Porsonus, barbara videlicet. Nusquam enim in universa Graecia visum auditumve est hoc genus dicendi, *παρορῶ σε ἀλώμενον patior te vagari*, imo vero Graeci millenis in locis summa consensione ita dixerant, *περιορῶ σε ἀλώμενον*. Quid igitur attinebat graecae atque atticae dictioni barbaram et ipso sensu ineptam substituere, ut modo tenuissimam observationem fulcire liceret? At enim quod *περιΐδεῖν* saepe occurrit apud comicos, id argumento esse statuit Porsonus tragicis eo uti non licere. Crederem plane, si *περιΐδεῖν*, *περιόψεσθαι* aut in comoedia sola legerentur: exstant autem in oratoribus quoque aliisque scriptoribus, ut non comica potius verba, quam omnino graeca et attica fuerint: aut si *περιΐδεῖν* natura sua vel micam haberet salis comici. In Sophocle quidem de Dawesii correctione dubitari potest, non sane ob regulam istam Porsoni, neque quod *περιΐδεῖν* non hic necessarium sit, sed quia Sophocles in senariis diverbiorum tribrachyn, quantum pote, evitat. Itaque haud scio, an ita potius dixerit Sophocles, *ὀλώλαμεν δύ' ὄντε, μὴ περί σφ' ἴδῃς κτλ.* Similia tmeseos exempla e tragicis Porsonus ipse protulit, *περὶ βρόχους ἔβαλλε*, et *ὁ περὶ χθόν' ἔχων φαεινὸς αἰθήρ*. Denique de illo Porsoni decreto prudentissime optimeque disseruit Hermannus ad Soph. Oed. R. v. 1505, cui id unum haud concedo, observationem istam genere toto utilissimam esse. Nam ipse Hermannus recte censet non hiatum istum, sed verbum vulgi sermonem referens tragicis displicuisse. At tum Porsoni observatio inutilis tota est. Denique gemino errore magnus Porsonus *τί* a tragicis cum hiatu dici negavit, refellentibus eum locis, in quibus est, *τί οὖν —; τί ἔστιν; τί εἶπας* et sic porro. Vide Hermannum ad Philoctetam v. 100. v. 723.

V. 1073. *ὦ γραῦ*] *ὦ γραῦς* Aug. Junt. Ravennat. tacite *ὦ γραῦ* adsignant fetus atque Bekkerus, sive ex vero, sive a Brunckio decepti, cujus editionem uterque sequi consuevit. Nam in Brunckii edi-

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

νὴ Δί', ὀχληρά γ' εἰσήρθηκας λίαν. 1075

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

λίαν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ὦ ᾽γάθ᾽, ἔασόν με μονῳδῆσαι, καὶ χαριεῖ μοι. παῦσαι.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

παῦσαι.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

βάλλ᾽ ἐς κόρακας.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

βάλλ᾽ ἐς κόρακας.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

τί κακόν;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τί κακόν; 1080

---

tione primum ὦ γραῦ emendatum est. Colligas autem ex hac adpellatione, Echo, cujus speciem nunc refert Euripides, vetulam decrepitamque anum vulgo putatam esse. Porro Ravennas, στωμυλλωμένη et statim στωμυλωμένη, Juntina bis στωμυλωμένη, Augustanus στωμυλομένη utroque loco. Στωμυλλομένη certatim Zanettus, Berglerus, Bentlejus, Porsonus, Brunckius, alii. Schol. R. exponit, φλυαροῦσα.

V. 1075. νὴ Δί᾽] νὴ Δία Aug. Rav. Junt.

V. 1077. ὦγάθ᾽] Absurde Schol. R. τὸ πλῆρες ὦγαθή, inductus vel nomine Echus, vel etiam adlocutione ὦ γραῦ v. 1073. At Mnesilochus hic quidem Euripidem ipsum in mente habet ideoque genus ponit masculinum. Caeterum μονωδῆσαι Aug. Junt., uti solent.

V. 1080. Τί κακόν;] Τί τὸ κακὸν; bis Rav. Aug. Junt., quod vitium Brunckio placuisse miror. Recte bis τί κακόν; Bentlejus, Porsonus, Hotibiusque Bothiusque, Dindorfius, quorum partim conferunt, versum 1085.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ληρεῖς.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ληρεῖς.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

οἰμωζ'.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

οἰμωζ'.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ὀτότυζ'.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ὀτότυζ'.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ουτος, τί λαλεῖς;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

οὗτος, τί λαλεῖς;

V. 1082. οἰμωζε ac tum ὀτότυζε bis utrumque Aug. Rav. Junt.

V. 1083. Τοξότης.] σκύθ. praefigunt Aug. Junt. et Edd. quaedam ut Kusteri. Tum libri omnes, οὗτος, τί λαλεῖς; Brunckius bis edidit, οὗτος σί λαλεῖς; quem sequitur Bothius, Dindorfius autem saltem σί pro τί ab eo accepit. At licet Scytha lictor alibi et spiritum asperum fugiat, et σί pro τί paullo post dixerit v. 1085, minime tamen singularis constantia ab homine barbaro postulanda est. Praeterea Scholiastam R. λαλῖς legisse patet; χωρὶς τοῦ ε̄ γράφεται, inquit, ὁ γὰρ Σκύθης βαρβαρίζει. Ac fieri potest, ut dixerit homo λαλῖς; neque idcirco tamen v. 1087 λαλεῖς verbum ejusdem Scythae libris invitis mutare ausim. Quidni enim lictor, non grammaticus, semel barbare λαλῖς, mox autem perbene λαλεῖς dicere potuerit? Verum enim cur tandem optimus lictor ad hunc usque locum mutus fuit, cur illa omnia, quae a v. 1015 inde leguntur, nihil prorsus curavit? Sensit hanc difficultatem, sed inepte solvit Vossius; der Trabant, inquit (mit dem Teppiche zurückkommend). Nempe lictor supra dixerat v. 1007

φέρ' ἐγὼ 'ξενίγκι πορμὸς, ἵνα πυλάξι σοι.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

πρυτάνεις καλέσω.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

πρυτάνεις καλέσω.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

σί κακόν;

At isto modo primum lictor tam longo spatio intus mansisset, modo ut stragulam vestem foras efferret, quem paucis post versibus reverti comoediae mos jubebat; deinde vero tum, id quod gravius est, quaecunque continentur v. 1015—1083, temere atque incassum scripta essent: haec enim omnia unius lictoris causa dicuntur, quo absente ne omnino quidem dici poterant. Nos vero non dubitamus, quin praeclare scripserit Bothius: ita lictor, *vocibus Euripidis et Mnesilochi expergefactus ex somno.* Principio conferamus v. 1016 sqq.

— πῶς ἂν ὑπέλθοιμι καὶ
τὸν Σκύθην λάθοιμι;

Nam quomodo tandem optare Euripides poterat, ut clam ad Mnesilochum subreperet, Scytha id ne sentiente quidem, si lictor tum vigilabat, nec potius obdormiverat? Deinde hac una ratione diuturnum Scythae silentium explicari commode potest. Nimirum Aristophanes id maxime studebat, id intendebat, ut jam Andromeda tragoedia ne plus, quam supra Helene, Euripidi prodesset. Quid ergo faceret? Dum Andromedae Mnesilochus, Euripides autem Echus personas agunt, canunt, paratragoediant, et decipiendi hominis causa omnes tragoediae istius quasi nervos contendunt: bonus lictor alto somno consopitus jacet, stertit, neque centum Euripidis tragoediae hanc vim habere videntur, ut Scytha tandem expergiscatur. Num potuit melius, quam alto somno lictoris demonstrari, nihil quidquam Euripidis tragoedia effici, neque communem ex ea quaeri utilitatem posse? Quare plus aliquanto portat hic somnus, quam prima specie promittere videtur, neque eo Scytha, excubitor non bonus videtur, sed Euripides, malus poëta. Dormitasse autem antea lictorem, etiam ii versus, qui proxime sequuntur, indicio sunt. Namque Scytha aliquando expergefactus (ut fere solent, qui vixdum edormiverunt) sensibus suis parum constare videtur, auditoque Echus sono primum loqui putat Mnesilochum (v. 1083 sqq.) deinde miratur, unde vox ista accidat (v. 1086) tandem a Mnesilocho edoctus, non illum, sed mulierem proximam resonare (v. 1090), ubinam sit mulier ista quaerit (v. 1092) et tunc demum fugientem Euripidem persequitur (v. 1094 sqq.).

V. 1085. σί] „pro τί corrupte, ut barbarus.“ *Berglerus.*

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

σί κακόν;

ΤΟΞΟΤΗΣ.

πώτε τὸ πωνή;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

πώτε τὸ πωνή;

ΤΟΞΟΤΗΣ.

σὺ λαλεῖς;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

σὺ λαλεῖς;

ΤΟΞΟΤΗΣ.

κλαύσει.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

κλαύσει.

V. 1086. *πώτε τὸ πωνή;*] Libri *πωτετοπωνή;* Bene Schol. R. *πόθεν ἡ φωνή; θαυμάζει τὴν ἠχώ*, eodemque modo interpretantur Berglerus ac Brunckius, male autem Bentlejus i. e. *ποῦ ἡ φωνή*; Veruntamen divisis verbis singulis cum Tyrwhitto Bothioque scripsi, *πώτε τὸ πωνή*;

V. 1087. In Lugdunensi, Kusteriana aliisque Edd. invenitur *σί λαλεῖς;* quid nugaris? idemque exponit Bisetus, nuper autem denuo edidit Bothius. Est haec infelix docti viri conjectura, qui non cogitaverat, jam supra v. 1083 lictorem dixisse, *οὗτος, τί λαλεῖς;* quae hoc loco repeti nisi inepte nequeunt. At Rav. Aug. Junt. bis exhibent, *σὺ λαλεῖς*; et Scaliger quoque *σὺ λαλεῖς Vet.* inquit, Juntinam, ut opinor, hic et alibi designans. Codicum scriptura a Brunckio Dindorfioque bene restituta est. Namque primum lictor prorsus existimat, Mnesilochum loqui, deinde undenam vox ista exorta sit, miratur, tum magis magisque animi pendens, *σὺ λαλεῖς*; inquit, *tune garris Mnesiloche.*

Ibidem. In Rav. Aug. Junt. contra metrum scribitur bis *κλαύσαιμι*. Nempe in Juntina aliisque Edd. vetustis supra legitur *κλαύσαιμι* et infra *κακκάσκιμοι*. Hinc conjicias, syllabas — *αιμι* ad alterum verbum pertinere hoc modo, *κακκάσκιμοι*, ut pro varia lectione exstiterit etiam *κακκάσκαιμι*. Ita remanebit tantummodo *κλαύσ*, cujus

ΤΟΞΟΤΗΣ.

κακκάσκῃ μοι;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

κακκάσκῃ μοι;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μὰ Δί', ἀλλὰ γυνὴ πλησίον αὕτη. 1090

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

πλησίον αὕτη.

---

loco non jam scribendum erit *κλαύσεμι*, ut videbatur Bentlejo, sed potius uti cum Brunckio, Bothio, Dindorfio edidi *κλαύσει* vel similiter cum aliquo forsitan barbarismo.

V. 1089. Rav. Aug. Junt. bis habent, *κακκάσκιμοι*. Hinc bis *κακκάσκῃ μοι*; scripserunt Bentlejus, Brunckius, Dindorfius, Bothius. At quid tandem hoc monstro significatum est? Bourdinus de verbo *κακκάζειν* somniavit, Bisetus autem, Berglerus, Brunckius, Bothius explicarunt, *καγχάζεις με*; Male sine dubio; nam verbum *καγχάζειν* sive *καχάζειν* casum regere nullum potest, neque lictor hujus generis vitia syntactica alibi commisit. Scholiastes R. exponit, *καταγελᾷς μου*; sententiam ille recte adsequutus. Ac verba quidem *κοκκάζειν* atque *κηκάζειν*, de quibus supra dixi ad v. 1059, eodem nomine, quo *καχάζειν*, vitiosa sunt. Nos potissimum conjicimus, *κακκάσκις μοι*; h. e. *καταχάσκεις μου*; Etenim *χάσκειν* pro *χαίνειν* habet ipse Aristophanes in Eqq. v. 1013 et 1027, praetereaque *χασκάζειν* in Vesp. 695. Jam vero *καταχαίνω τινὸς* (uti etiam *ἐγχαίνω τινὶ*) est rideo aliquem ore diducto, unde ortum est substantivum nomen *καταχήνη*, quo saepius Comici utuntur. Tametsi autem satis credo, verum me vidisse (*κακκάσκι* enim in lictoris ore vix aliud esse quidquam potest, quam *καταχάσκεις*) gaudebo tamen, si quis meliora adtulerit.

V. 1090. Hunc versum et Ravennas liber et Augustanus Mnesilocho tribuere videntur; nam de illo Invernizzius et Bekkerus, de hoc Brunckius et Thierschius tacite omnes consentiunt. Sed Juntina absurde praefigit *Σκ.* pariterque Lugdunensis *Το.*, Mnesilochi vero personam habet Ed. Kusteriana et omnes, quae hanc insequutae sunt. Attamen de hujus versus persona jam antiquitus dubitatum esse ex his verbis patet Scholiastae R. *τοῦτο ὁ χορὸς ἢ ὁ γέρων*. Verum sublato nomine Chori, qui toti huic scenae, in qua resonat Echo, se omnino non interponit, vera relinquetur Mnesilochi senis persona. Nequaquam, inquit Mnesilochus, ego te inludo, sed vicina haec mulier (Euripides sub Echus persona). Ostendimus jam supra, quod di-

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ποῦ 'σθ' ἡ μιαρά;

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

καὶ δὴ φεύγει.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ποῖ ποῖ φεύγεις;

---

cendum est saepius, lictorem, ne conspecto quidem primum Euripide, Mnesilochi potius vocem sibi audisse videri.

V. 1092. ποῦσθ' ἡ Aug. Junt. ποῦ 'σθ' ἡ Rav. Ravennatis scripturam restitui cum Dindorfio. Nam Brunckius Bothiusque ediderunt, ποῦ 'στ' ἠ μιαρά; Porro autem verba καὶ δὴ φεύγει in libris omnibus, adde etiam ab editoribus paene omnibus, lictori continuantur. Quanquam in Juntina, quae post Ποῦσθ' ἡ μιαρὰ satis grande intervallum habet, nova persona ante καὶ per incuriam omissa videtur. Sed verissime Ed. Lugdunensis Mnesilochi nomen in medio ponit, *To.* Ποῦσθ' ἡ μιαρά; et statim infra *Mv.* καὶ δὴ φεύγει. Dixerat enim Mnesilochus, non se, sed hanc in vicinia mulierem clamitare. Cui lictor, ubinam est detestabilis muliercula? Nunc profecto respondere Mnesilochus debet, quippe interrogatus, et ita loqui: *eccam, nunc ipsum fugit.* Contra lictor, plane dicere non potest, καὶ δὴ φεύγει, utpote qui postea demum fugientem conspiciat Euripidem.

V. 1091—93. Quomodo hi versus inter se distribuendi sint, quaeritur. Nam in Juntina, Aug. Rav. ita fere dividuntur,

Ηχ. πλησίον αὕτη.
Σκ. ποῦσθ' ἡ μιαρά; καὶ δὴ φεύγει.
ποῖ ποῖ φεύγεις; οὐκ αἰρήσεις.

Et recte ab initio haec ita disponuntur,

Mv. μὰ Δί' ἀλλὰ γυνὴ πλησίον αὕτη.
Εὐ. πλησίον αὕτη.

plane ut v. 1073, 1074

Mv. ἀπολεῖς μ', ὦ γραῦ, στωμυλλομένη.
Εὐ. στωμυλλομένη,

neque aut hic ambo ista πλησίον αὕτη, aut illic bina στωμυλλομένη in unum dimetrum contrahenda sunt. Repugnat enim locus 1069

Mv. — τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου.
Εὐ. δι' Ὀλύμπου,

ubi talis dimeter restitui nequit. Sed laboratur in eorum, quae sequuntur, divisione. Atque Brunckius quidem ita conjecit itaque versus divisit,

οὐ καιρήσεις.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

οὐ καιρήσεις.

Εὐ. πλησίον αὔτη.
Το. ποῦ ᾽στ᾽ ἡ μιαρά; καὶ δὴ φεύγει.
ποῖ ποῖ φεύγεις; Εὐ. ποῖ ποῖ φεύγεις;

Quam conjecturam Dindorfius Bothiusque susceperunt. Hi non sane erat, quod verba, ποῖ ποῖ φεύγεις; contra libros repeterent. Quin tu ita distinguis, ut supra posui,

Εὐ. πλησίον αὔτη. Το. ποῦ ᾽σθ᾽ ἡ μιαρά;
Μν. καὶ δὴ φεύγει. Το. ποῖ ποῖ φεύγεις;

Egregie hic multae personae interturbant, Euripide, lictore, Mnesilocho invicem declamantibus, egregie etiam similes voces καὶ δὴ φεύγει et ποῖ ποῖ φεύγεις; in unum versum coalescunt.

V. 1094. Libri omnes semel tantum ponunt verba Το. οὐκ αἱρήσεις; (vel οὐ καιρήσεις). Praeclare vero Brunckius intellexit, post Scytham haec verba repeti ab Euripide debuisse. Quamobrem sic ille edidit,

Το. οὐκ αἱρήσεις; Εὐ. οὐκ αἱρήσεις;

Brunckium sequuti sunt Bothius et Dindorfius. Nisi enim Euripides haec ipsa verba iterasset, non sane lictor continuo ita pergere posset v. 1095 ἔτι γὰρ γρύζεις; Verum enim vero scribi debet utroque loco, οὐ καιρήσεις. Omnino οὐκ αἱρήσεις; habent Juntina, Augustanus, et pleraeque Editiones, veluti Kusteriana, ubi est οὐκ αἱρήσεις; cum versione, *nonne capies?* Brunckiana, qui vertit, *nonne prehendes?* Dindorfianae, Bothiana, Vossius qui transtulit, Nič gri-per du ſe? Et caeteri quidem tacent, Bothio autem paene irascor, cui somniculosus lictor ridicule Mnesilocho cruci adfixo imperare videtur, ut aufugientem Euripidem corripiat. Ego citius Bothium dixerim somniasse, quam lictorem. Etenim Ravennas clare legit, Το. οὐ καιρήσεις, eodemque modo Schol. R., qui optime explicavit, ἀντὶ τοῦ οὐ χαιρήσεις. Habent denique οὐ καιρήσεις etiam quaedam Editiones, certe Lugdunensis, in qua ipsa tamen vertitur, *nonne capies?* [*moraberis hic?*] mire quidem, maxime in postremis. Apte profecto lictor ad Euripidem, a quo se putabat irrideri, dicit, οὐ καιρήσεις, poenas dabis, wird dir übel bekommen. Scio, ab Aristophanis editore vix postulandum esse, ut notissimas formulas οὐ χαίρων, οὐ χαιρήσεις exemplis inlustret. Sed quia tempore vivimus haud nimis musico, vide Plutum v. 64 οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρα χαιρήσεις ἔτι, Equites v. 235 οὔτοι μὰ τοὺς δώδεκα θεοὺς χαιρήσετον, ibid. v. 825

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ἔτι γὰρ γρύζεις;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἔτι γὰρ γρύζεις; 1095

ΤΟΞΟΤΗΣ.

λαβὲ τῇ μιαρᾷ,

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

λαβὲ τῇ μιαρᾷ,

ΤΟΞΟΤΗΣ.

λάλο καὶ κατάρατο γύναικο.

οὐ χαιρήσεις, ἀλλά σε κλέπτονθ'
αἱρήσω 'γὼ τρεῖς μυριάδας,

et Hermannum ad Viger. p. 765, 766 ed. IV, qui tamen non debebat adferre e Vespis v. 186 *Οὔτις, μὰ τὸν Δί', οὔ τι χαιρήσων γ' ἔσει.* Longe aliter enim scripserat Aristophanes, ita scilicet,

Βδε. Οὗτοι μὰ τὸν Δί', Οὔτι, χαιρήσων γε σύ.

V. 1095. *γρύζεις;*] Schol. R. λαλεῖς, parum recte, ut inter omnes constat.

V. 1096. *λαβὲ* Rav. *λάβε* Aug. Junt. Schol. R. *κάτεχε*. Jam *τῇ μιαρᾷ* dictum pro *τὴν μιαράν*, ut recte Bisetus et Berglerus. *τὴ μιαρᾷ* scripsit Bothius ob causam levissimam. Dobraeus „*λαβὲ* scil. *πληγὴν* vel *μάστιγα*, ut 1146 (1135)." Qui haud dubie censebat, Mnesilocho, ut qui ipse in crucem sublatus esset, imperari non posse, ut Euripidem comprehenderet. Imo *λαβὲ* non Mnesilocho, sed obvio cuique et praetereunti dicitur. Nam Dobraei explicationem alienissimam puto.

V. 1097. *λάλο καὶ κατάρατο γύναικο*] Recte Schol. R. *τὴν λάλον καὶ κατάρατον γυναῖκα*. Eodemque modo Bisetus ac Berglerus. Sed vulgo legitur, ut in Juntina est, unica voce, *Λαλοκαικαταρατογύναικο*. Ita etiam, sine accentu tamen, Augustanus. At perbene Ravennas, *λάλο καὶ κατάρατο γυναῖκο*. Edidi cum Bothio atque Dindorfio, *λάλο καὶ κατάρατο γύναικο*. Sic olim conjecerat Tyrwhittus, scribens ille tamen *γυναικό*.

V. 1098 sqq. Euripides quum infelicissimam istam Echo frustra imitatus esset, neque tanta loquacitate aut lictorem deludere aut servare Mnesilochum potuisset, ad aliam ejusdem tragoediae personam, quasi ad anchoram confugit et Persei sui habitu in scenam re-

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ

„ὦ θεοὶ, τίν' ἐς γῆν βαρβάρων ἀφίγμεθα
„ταχεῖ πεδίλῳ· διὰ μέσου γὰρ αἰθέρος

---

versus est. Sperabat enim, credo, futurum esse, ut, si Perseus in eadem scena anno superiore Andromedam regis filiam vinculis exsolvisset, ipse etiam, utpote Pseudo-Perseus felicitate pari e custodia Mnesilochum liberaret. Augustanus praefigit, *εὐριπ. περσεύς*, Juntina autem *Εὐρ. ὡς περσεύς*. Ravennas tantummodo habet *Εὐ.* ut recte Bekkerus; falli enim puto Invernizzium. Melius credo, Ravennas; istud enim *ὡς περσεὺς* per se intelligitur. Sed magna quaestio est, utrum hic unius Aristophanis versus, an etiam ex Andromeda Euripidis legantur. Caeterum hic quoque laborantibus nobis optime succurrit Schol. R., qui ad v. 1098 ita scribit, *εἰς Περσέα ἐξ Ἀνδρομέδας τρία τὰ πρῶτα. καὶ λοιπὸν ἐπέζευξε τὰ ἑξῆς.* Corrige, *ἐστὶ Περσέως ἐξ Ἀνδρομέδας τρία τὰ πρῶτα κτλ.* Totum scholium nequaquam intellexit Matthiaeus l. l. p. 47, qui ingenue, *num igitur*, inquit, *versus quartus cum dimidiato quinto non est ex Andromeda?* Imo ex Andromeda quidem omnes versus, sed non ex uno omnes loco petiti sunt. Nihil enim aliud Scholiastes quam hoc dicit, Perseum Euripideum tres primos versus *Ὦ θεοὶ — τίθημ' ὑπόπτερον* perpetuo ordine loquutum esse, proxime autem (*λοιπὸν*) hic ex alio Andromedae loco adjungi (*ἐπέζευξε*) ea, quae sequuntur, *Περσεὺς πρὸς Ἄργος — κομίζων.* Atque hoc judicium Scholiastae, qui neque usquam alias in hoc genere mentitur, et integram adhuc videtur Andromedam legisse, res ipsa corroborat. Praeterquam enim quod Comici in parodia diversos locos conglutinare solent, tres primi quidem versus tam arcto inter se vinculo connexi sunt, ut divelli nulla ratione queant, reliqua autem, satis illa quidem artificiose composita (*πόδα τίθημ' ὑπόπτερον, Περσεὺς —*) potius videntur esse Persei nomen suum atque itinera exponentis. Quocirca duo habemus Andromedae fragmenta, quorum alterum hoc erit,

Περσεύς. *Ὦ θεοὶ, τίν' ἐς γῆν βαρβάρων ἀφίγμεθα*
ταχεῖ πεδίλῳ; διὰ μέσου γὰρ αἰθέρος
τέμνων κέλευθον, πόδα τίθημ' ὑπόπτερον.

Nec difficile videtur, e quanam parte tragoediae hi versus depromti sint, statuere. Ac primum in oculos incurrit, Perseum tummaxime haec omnia, quum primum in scenam progrederetur, dicere necessario debuisse. Atqui Perseus, virginis primum liberator, deinde etiam maritus, eo ipso temporis momento procedere in medium debebat, quo Andromeda vinculis constricta omni jam desperato auxilio emori quam primum cuperet. Quare hi tres versus, quos Perseus recitabat, videntur statim subsequuti esse illum locum v. 1050 sqq. *Ἀνδρομ.*

„τέμνων κέλευθον, πόδα τίθημ' ὑπόπτερον, 1100
„Περσεὺς, πρὸς Ἄργος ναυστολῶν, τὸ Γοργόνος
„κάρα κομίζων.

— εἴθε με πυρφόρος — νέκυσιν ἔπι πορείαν: neque enim Chori aliquod canticum satis apte interjici poterat. Matthiaeus vero p. 47 quid diceret, nihil videtur pensi habuisse. Namque *quum Perseus jam advenisset*, proxime sequuta ea arbitratur, quae hic v. 1098 sqq. loquatur Euripides, haud dubie partim quidem ex Andromeda *et ejus initio* sumta. At tantum abest, ut statim ab initio Andromedae venire Perseus potuerit, ut post prologum, Chori *πάροδον*, colloquia Chori et Andromedae, lamentationem virginis atque Echus interpellationem, post lugubrem denique et bene longam Andromedae monodiam Persei in medium progressi vox primum audita sit. Quod autem idem Matthiaeus omnia, quae Euripides v. 1098—1132 loquitur, verum colorem quum tragicae orationis tum maxime Euripideae habere dicit, ideoque ea post alios ut in Addendis Barnesium inter Andromedae fragmenta reposuit: ego quovis pignore contendam, perpauca tantum ex his ab Euripide Andromedae scriptore inventa esse. Sic enim illa comparata sunt, partim ut comicus Euripides vulgi sermonem exprimat, partim ut Aristophanem modo ipsum tragico sono uti, modo alia Euripidis dramata, certe Medeam expilasse perspicuum sit. Sed de his postea videro; nunc enim alterum fragmentum excutiamus.

Περσ. Περσεὺς, πρὸς Ἄργος ναυστολῶν, τὸ Γοργόνος
κάρα κομίζων.

Conjecimus autem supra ad v. 1056, Perseum sic Andromedam adfatum esse, *χαῖρ', ὦ φίλη παῖ*— et paullo post dixisse, *ὦ παρθέν' οἰκτείρω σε*, tumque ita Andromedam loquutam,

σὺ δ' εἴ τίς, ὅστις τοὐμὸν ᾠκτειρας πάθος;

respondisse vero Perseum,

Περσεὺς πρὸς Ἄργος ναυστολῶν, τὸ Γοργόνος
κάρα κομίζων.

Quae res Scholiastae R. auctoritate quodammodo confirmatur, ab quo certe hoc discimus, verba *Περσεὺς — κομίζων* minime post illum locum, *πόδα τίθημ' ὑπόπτερον* ab Euripide posita fuisse.

V. 1098. Juntina, *ἀφθίγμεθα* et mox *διαμέσον*, et cum Rav. *τίθημι* et cum Rav. Aug. *ναυτολῶν*. *Τέμνειν ὁδὸν* poëtae dicunt de volantibus deque euntibus, qui ambo aëra dividunt, adde etiam de navibus, quarum vi undae quasi dissecantur. Apte Kusterus contulit Phoeniss. v. 1

Ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν
— Ἥλιε —

et eundem Euripidem (si tamen Euripidem) ap. Athen. II, 61, b.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

τί λέγι; τῇ Γόργος πέρι
τὸ γραμματέο σὺ τῇ κεπαλῇ;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τὴν Γοργόνος
ἔγωγε φημί.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

Γοργό τοι κἀγὼ λέγι.

Ὦ τὸν ἀγήραντον πόλον αἰθέρος ἥλιε, τέμνων —. Adjice Incerti Rhesum v. 423

τοιοῦτός εἰμι καὐτὸς, εὐθεῖαν λόγων
τέμνων κέλευθον, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.

Eodemque modo latini poëtae, *aethera secare*, *aequor secare*, *viam secare*. Contra in pedestri oratione τέμνειν ὁδὸν est *viam munire*, ut apud Thucyd. II, 100 τὰ νῦν ὄντα ἐν τῇ χώρᾳ ᾠκοδόμησε (sc. Archelaus) καὶ ὁδοὺς εὐθείας ἔτεμε — et Herodotum IV, 136 — καὶ τὰς ὁδοὺς οὐκ ἐπισταμένου, ὥστε οὐ τετμημένων τῶν ὁδῶν — ubi plura dedit Wesselingius. Quin etiam apud latinos *secta via* factam quoque, non solum calcatam designare potest.

1100. πόδα τίθημι' ὑπόπτερον] Ovidius Fast. v. 666 de Mercurio: — *alato qui pede carpis iter*. Schol. R. ἐλέγετο γὰρ ὁ Περσεὺς εἰς τοὺς πόδας ἔχειν τὰ πτερά. De talaribus Mercurii Perseique notae sunt mythologorum altercationes. Nimis lepide disputavit Heynius ad Apollodor. T. II, p. 121 sqq., qui satis mirari nequit, soleas habuisse vim eam, ut volaret Mercurius! nec nisi iis instructum eum volare potuisse! At nihil fere ad sententiam ab alis (πτεροῖς) distant illa πτερόεντα πέδιλα. Nimirum avium alae fere cum humeris colligatae sunt, Mercurî autem pedibus, quasi soleae quaedam, aptatae erant. Adeo non multum Mercurî Perseique volatus a volante differebat passerculo.

V. 1102—1104. In Dindorfii aliisque Edd. recentioribus haec ita circumferuntur,

Τοξότης. τί λέγι Γοργόνος πέρι;
τὸ γραμματέο σὺ τῇ κεπαλῇ τὴν Γοργόνος;
Εὐριπίδης. ἔγωγε φημί.
Τοξότης. Γοργό τοι κἀγὼ λέγι.

Quae mihi quidem somniorum videntur aenigmata esse. Sed permira excogitarunt interpretes de loco non sane difficillimo. Nam in Juntina scriptum est,

Σκ. τί λέγι τῇ γοργόνος πέρι
τὸ γραμματέο σὺ τῇ κεφαλῇ. τὴν γοργόνος.
Εὐ. ἔγωγε φημί. Σκ. γοργότοι κἀγὼ λέγι.

Ravennatis prima manus vss. 1102 et 1103 *κάρα κομίζων — τὴν Γοργόνος'* omittit, secunda autem cum Juntina plane consentit, praeterquam quod scribit *λέγι τῇ* sine iota subscripto et *κεφαλῆι* et mox *γοργό τοι* divisim. Augustanus vss. 1102 et 1103 et ipse ut Ravennas omittit (aberrarunt enim librariorum oculi ab uno *γοργόνος* ad alterum) et v. 1104 scribit *γόργοτοι*. Jam primum in versu ad metrum vitioso,

κάρα κομίζων. Σκ. τί λέγι τῇ γοργόνος πέρι;

forma *γοργόνος* diutius tolerari non potest. Etenim scriba, qui perperam a lictore intelligitur, nomine dictus est *Γόργος*, quod nomen nisi dilucide ac sine ulla ambiguitate expressum esset, periculum erat, ne jocus omnis periret, nullo spectatorum ne sentiente quidem. Et simillima nominum confusio supra invenitur, v. 874, 876, 881, 883, ubi sic Proteo Proteas substituitur, ut tamen utrumque nomen adcurate discerni videas, *Πρωτέως* et contra *Πρωτέας*, et iterum *Πρωτεὺς — Πρωτέας*. Deinde non solum lictor ipse infra dicit *Γοργό*, neque vero *Γοργόνα*, sed etiam Euripides, ut post paullo docebimus, ita loquutus est, *τὴν Γοργόνος ἔγωγέ φημι*, monens eo ipso lictorem, ut *Γοργόνος* ab alio quodam nomine sejungeret. Necesse est igitur, alio quopiam consimili nomine, non hoc ipso *Γοργόνος* usum esse lictorem, quippe quum mens Euripidis haec sit: ego dixi *Γοργόνος*, tu autem male subficis nomen diversum. Quapropter equidem pro *τῇ γοργόνος* scribendum esse judico *τῇ Γόργος*, idque barbare dictum accipio pro *τοῦ Γόργου*. Jam vero omnes, qui ubique nostrum locum adtigerunt, *πέρι* pessime habent loco praepositionis, atque sic interpungunt, *τί λέγι τῇ Γοργόνος πέρι;* vel *Γοργόνος πέρι;* quid ais de Gorgone? Quasi tum aut ullo modo locus explicari possit, aut non dixerit modo ipse Euripides,

τὸ Γοργόνος
κάρα κομίζων.

Imo vero *πέρι* Scythae balbutientis est pro *φέρεις*, quemadmodum idem homo supra v. 1007 *πέρ' ἐγώ* h. e. *φέρ' ἐγώ*, et in hoc ipso versu *λέγι* i. e. *λέγεις* usurpavit. Ita necessario efficitur, distinctionem in hunc modum emendari debere,

τί λέγι; τῇ Γόργος πέρι
τὸ γραμματέο σὺ τῇ κεφαλῇ;

(sive potius *κεπαλῇ* corrigendum est) hoc est, *τί λέγεις; τοῦ Γόργου φέρεις τοῦ γραμματέως σὺ τὴν κεφαλήν*; Nempe lictor, ubi Euripidem haec dicentem audivit, *Gorgonis caput portans*, mirabundus interstrepit: *quid ais? Gorgi tu scribae caput adfers?* Profecto nihil verius, nihil etiam apertius dici fingive potest. Ecce vero aliae eaeque multiplices salebrae, in quas continuo incidimus,

τὴν Γοργόνος.
Εὐ. ἔγωγε φημί. Σκ. Γοργό τοι κἀγὼ λέγι.

Principio verba *τὴν Γοργόνος* plane otiosa sunt, nihil agunt, nihil significant, nihil moliuntur. Deinde quo tandem modo Euripides verbis *ἔγωγε φημὶ* concedere potest, non se de fabulosa Gorgone, sed de Gorgo scriba supra loquutum esse? qui si sciens fallit ac mentitur, quonam inficetum istud mendacium pertinere potest? Denique postrema verba lictoris, *Γοργό τοι κἀγὼ λέγι*, *Gorgum sane ego et ipse dico*, ut quidem nunc est sententiarum habitus, tam sunt absurda, quam quod maxime. At enim verba *τὴν Γοργόνος*, quae in omnibus libris Scythae continuantur, Euripidi tribuenda sunt hoc modo

Εὐ. τὴν Γοργόνος
ἔγωγε φημί.

Equidem, inquit, *Gorgonis caput dico*, *non Gorgi*. Nunc jam lictor, cujus nihil scilicet intererat, utrum Gorgonis diceret, an Gorgi, eximie ita pergit ad Gorgum scribam denuo relapsus: *Gorgum sane et ipse intelligo*. Sed tempus est, Scholiastam R. ad h. l. audire, *τί λέγει περὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Γόργου τοῦ γραπτέως, ἐπεὶ προεῖπεν ἐκεῖνος „Γοργόνος κάρα κομίζων.“ ὁ δὲ Γόργος γραμματεὺς, ἀλλὰ καὶ βάρβαρος*. Male Scholiasta *λέγι* habuit pro tertia persona, pejus etiam *πέρι* pro praepositione; veruntamen quum dixerit *τοῦ Γόργου*, non videtur *Γοργόνος πέρι*, sed potius *Γόργος* (vel etiam *Γόργου*) *πέρι* legisse. De caetero adparet, verba *τὴν Γοργόνος* in Scholiastae Codice Euripidi adsignata fuisse; quippe haec interpretatur tantummodo

τί λέγι τῇ Γοργόνος πέρι
τὸ γραμματέο σὺ τῇ κεφαλῇ.

Verissime autem prodit Scholiastes, hominem, cui nomen esset *Γόργος*, tunc maxime Athenis scribam publicum fuisse. Nam *γοργὸς* trux in nomen abiit proprium retracto tamen, ut par erat, accentu *Γόργος*. Veluti clarissimus vir fuit *Γόργος ὁ Μεσσήνιος*, de quo longum Polybii locum Suidas adtulit in ipsa voce. Notus est etiam *Γόργος*, Salaminis Cypriae rex, de quo vide Herodotum V, 104, 115, VIII, 11 et VII, 98, ubi lectio *Γόρτος* pro *Γόργος* dudum explosa est. Tum alia quoque nomina *ἀπὸ τοῦ γοργοῦ* vel *ἀπὸ τῆς Γοργόνος* profluxerunt, ut *Γοργίας* Leontinus, porro *Γόργασος* Acharn. 1096, non sine manifesta ad nomen *Γοργὼ* adlusione. Vix autem huc adtinet Gorgenes dux Iberorum in Photii Biblioth. 26, b, 29 B. Latina vero nomina *Gorgonius* et *Gorgonia* e graeco fonte derivata et *ἀπὸ τῆς Γοργόνος* deducta esse recte statuit Bentlejus ad Horat. Sat. I, 2, 27. Dubitari potest, in quo virtus Comica hujus loci potissimum consistat. Scholiastam quidem vidimus ita loqui, *ὁ δὲ Γόργος γραμματεὺς, ἀλλὰ καὶ βάρβαρος*. Fuerit sane Gorgus homo natione barbarus (potest enim id vere dictum esse); at minime tamen Aristophanes eum h. l. ut barbarum notavit. Imo Gorgus truci vultu facieque turpissima fuisse videtur, ut haud imme-

rito cum Gorgone comparari posset. Et ita olim visum est Biseto, qui quum omnem locum perturbasset, falsoque scripsisset, ludis illis Gorgum interfuisse, improbum hominem dici atque adeo dignum, cui caput pariter atque Gorgoni a cervicibus abscideretur: optime tamen haec addidit in extremo, *ἴσως δὲ καὶ τὴν τούτου τοῦ γραμματέως δυσμορφίαν καὶ αἰσχρότητα καὶ τὴν ὀφθαλμῶν γοργότητα δηλοῦν οὕτως ἐθέλει, δεικνύων αὐτὸν τῇ Γοργόνι ὅμοιον.* Male tamen Bisetus, et post eum Bothius lictoris verba, *Γοργό τοι κἀγὼ λέγι* ita explicarunt, *Γοργώ τοι κἀγὼ λέγω (αὐτὸν εἶναι).* At *Γοργὸ* minime *Γοργόνα* valet, sed *Γόργον*, ac festive negat Scytha in nominibus erratum esse, significans, se quidem judice nihil omnino Gorgonem inter et Gorgum discriminis esse. Neque Gorgum potius Gorgonem dici mirum videbitur conferenti Pac. v. 781

— ἀδελφός τε καὶ αὐτὸς ἄμφω
Γοργόνες ὀψοφάγοι —

et pulcherrimam illam parodiam in Ran. v. 478

τῷ νεφρῷ δέ σου
αὐτοῖσιν ἐντέροισιν ἡματωμένῳ
διασπάσονται Γοργόνες Τιθράσιαι,
ἐφ' ἃς ἐγὼ δρομαῖον ὁρμήσω πόδα.

Quae fraudi fuerunt Voelckero in Geographia mythica p. 29 dicenti, Tithrantem pagum fuisse Atticae, ubi Gorgones habitasse crederentur, dictae Tithrasiae. Optime vero Hermannus De Graeca Minerva p. 21 „Quas, obsecro, inquit, Voelckerus hic vidit colubras? Nam quas Aristophanes dicit Gorgones Tithrasias, mulieres fuerunt istius pagi Gorgonum instar truces, non illae Noctis filiae ex fabula Hesiodea.“ Ac ne Gorgones Tithrasiae postero tempore facere quenquam ludos possint, etiam illud addamus, Tithrasias Gorgones, quas Aeacus cito se acciturum minatur, haud ita multo post v. 549 sqq. in scena ipsa adparuisse, duas fuisse hospitas copasque alteram Plathanem, alteram nomine incerto, et eas ipsarum Gorgonum instar truculentas fuisse tantamque saevitiam pugno etiam facto expromsisse, ut miser Bacchus nil tale meritus toto corpore contremisceret. Neque vero admirandum est, Plathanem aliamque Tithrasiam mulierem cognomen *Γοργόνες* accepisse. Graecum enim nomen fuit *Γοργὼ* eoque dicta est verbi causa Cleomenis Lacedaemoniorum regis filia eademque uxor Leonidae (Herodot. V, 48, 51, VII, 239). Sed eo, unde huc digressa est, revertatur oratio. Ego enim nisi brevem historiam interpretationis addere statuissem, explicatorum errores et hic et plerisque aliis in locis silentio praeterirem. Brunckius igitur observat, sic vulgo contra metrum legi v. 1102 *κάρα κομίζων. Το. τί λέγει τῇ Γοργόνος πέρι;* (et sic utique est in Lugdunensi, Kusteriana aliisque) sese tamen reponere, — *τί λέγι Γοργόνος πέρι;* Hanc conjecturam receperunt Bothius et Dindorfius I, II, III. Nos vero supra ostendimus, non *τῇ* sed *Γοργόνος* corruptum esse. Idem Brunckius monet v. 1104 cum Augustano et vett. Editt. legendum

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἔα· τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ, καὶ παρθένον 1105

---

esse, *Γοργό τοι κἀγὼ λέγι* (non *λέγω*, ut est in Kusteriana et aliis quibusdam); et adjicit mirabiliter sane, se *γοργὸ* pro *γοργὼ* adverbialiter accipere, ut alibi *Μορμώ*, ita ut tantundem hic valeat ac *βάλλ' ἐς κόρακας*! Berglerus male dixerat, v. 1103 ita resolvendum esse, *τοῦ γραμματέως σὺ τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος καλεῖς;* et aliquem scribam publicum perstringi, itaque placuisse Biseto, esse autem difficile intelligere Scythae verba graecissantis semibarbare; denique v. 1104 Farrei Editionem habere *λέγι* (non *λέγω*) barbaro convenienter, et *Γοργό τοι* dici pro *Γοργόνα τοι!* Bentleji haec fertur adnotatio ad v. 1102 „Dele bis *τῇ* et lege bis *Γοργόνο* et *λέγι* cum Gry." Scripserat vir summus, „Dele *τῇ* aut lege bis *Γοργόνο* et *λέγι* cum Gry." Nempe metri vitium, *κἀρα κομίζων. Σκ. τί λέγι τῇ γοργόνος πέρι;* aut ita tollebat Bentlejus, *κἀρα κομίζων. Σκ. τί λέγι Γοργόνος πέρι;* aut hoc modo, *κἀρα κομίζων. Σκ. τί λέγι τῇ Γοργόνο πέρι;* Jam vero B. Thierschius hunc locum, ita correxit, —

κἀρα κομίζων. Το. σί λέγι Γόργο τῇ πέρι;
τὸ γραμματέο σὺ τῇ κεφαλῇ; Εὐρ. τὴν Γοργόνος
ἔγωγε φημί. Το. Γοργό τοι κἀγὼ λέγι.

Sed haec quovis aenigmate et gripho obscuriora sunt. Denique amicus quidam, cui meam hujus loci interpretationem forte exposueram, scripsit mihi, opinionem meam in manifesto errore versari ac sibi verba lictoris, *Γοργό τοι κἀγὼ λέγι* potius lucem accipere videri ex hoc loco Ciceronis Epp. ad Famil. IX, 22 „Nihil est ergo in verbo; quoniam et ego graece scio *et tamen tibi dico, bini:* idque tu facis, quasi ego graece, non latine dixerim." Certe vir integerrimus nescio quo pacto delusus est: sed minus hoc jucundus amicus sit mihi? Quid faciam, si prodiderit commissa fidei, sponsumve negarit? Nostram explicationem probabat, si recte memini, Hermannus.

V. 1105. Scholiasta R. *πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας*

„*ἔα, τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ περίῤῥυτον*
ἁφρῷ θαλάσσης, παρθένου τ' εἰκώ τινα."

Primum Heathius e Maximo in Dionys. Areopag. T. II, p. 28 ed. Corder. et Pachymere ibidem p. 30 adtulit hos versus, —

παρθένου τ' εἰκώ τινα,
ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τειχισμάτων,
σοφῆς ἄγαλμα χειρός

eosque recte adjudicavit Andromedae. Postea Matthiaeus p. 47 e scholio R. intellexit, totum fragmentum ita comparatum fuisse,

Περσεύς. *Ἔα· τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ περίῤῥυτον*
ἁφρῷ θαλάσσης, παρθένου τ' εἰκώ τινα
ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τειχισμάτων,
σοφῆς ἄγαλμα χειρός.

„θεαῖς ὁμοίαν, ναῦν ὅπως ὡρμισμένην;

Optime vero ostendit Porsonus ad Phoeniss. v. 466, hunc locum nequaquam, ut visum est Musgravio, interprètis indigere; verba enim esse Persei, Andromeden (tunc primum et) e longinquo spectantis, quam imaginem esse ex ipso saxo cui adligata erat, sculptam sibi fingat. Bene etiam Jacobsius (Exercc. Crit. p. 214) simillimum comparavit Ovidii locum Metam. IV, 671

Quam simul ad duras religatam brachia cautes
Vidit Abantiades (nisi quod levis aura capillos
Moverat et trepido manabant lumina fletu,
Marmoreum ratus esset opus) trahit inscius ignes etc.

Necesse est igitur, Euripidem mythi ipsius fide haec ita tradidisse: neque enim Ovidius in hac quidem fabula ab uno videtur Euripide suspensus esse. Deinde Musgravii conjecturam εἰκὼ pro εἰκόνα (ita enim legit Maximus) probatam Porsono et Matthiaeo Schol. R. confirmat. Versu tertio αὐτομόρφου habet Pachymeres. Ibidem ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τυκισμάτων conjecit Jacobsius l. l. p. 215, quod miror a Seidlero comprobatum. Nam αὐτόμορφα ea dicuntur, quae sponte sua certam formam adsumserint (ſelbſtgeſtaltet), τυκίσματα autem lapides caesi intelliguntur et artificis manu difficti. Quomodo igitur haec non secum ipsa pugnant, ἐξ αὐτομόρφων — τυκισμάτων! Pessima etiam Monkii hariolatio est ad Eur. Alc. 358 τεχνασμάτων pro τειχισμάτων. Verbum τειχισμάτων ipso silentio tuitus est gravis auctor Porsonus. Nisi fallor, λάϊνα τειχίσματα, qui proprie muri sunt lapidei, hic vim habent lapidum muralium i. e. magnitudine ingentium. Verbo enim non re concinit locus Herc. Fur. 1096 πρὸς ἡμιθραύστῳ λάϊνῳ τειχίσματι. Vides, initium versus, ἔα, τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ — ex Andromeda huc redundasse. Quae autem sequuntur,

καὶ παρθένον
θεαῖς ὁμοίαν, ναῦν ὅπως ὡρμισμένην

adhuc habita sunt pro verbis Comici ipsius. A qua opinione tantum absum, ut paene certum habeam, etiam haec verba ex eadem tragoedia profluxisse. Namque et dictio prorsus Euripidea est, et optime ita loqui paullo post Perseum licebat, quum animadvertisset, non marmoreum opus esse, sed vivam videntemque virginem et eam pulcherrimam in vinculis teneri. Quare Perseus apud Euripidem postea haec fere videtur dixisse,

[Ἀλλ' οὐν ἐν ὄχθῳ τήνδ' ὁρῶ] καὶ παρθένον,
θεαῖς ὁμοίαν, ναῦν ὅπως ὡρμισμένην.

V. 1106. *Παρθένον θεαῖς ὁμοίαν* intelligi vult pulcherrimam. Ita jam Homerus de pulchra specie, *Γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν*. Vid. Hermannum ad Hecubam v. 354.

Ibidem. *ναῦν ὅπως ὡρμισμένην*] Ὁρμίζεσθαι *ναῦς* dicitur, ubi aut in stationem portumve subducta est, aut in alto ad ancoras consistit (ὁρμίζεσθαι ἐπ' ἀγκυρῶν, apud Homerum ἐπ' εὐνάων). Videsis H. Stephani Thesaur. L. G. p. 3616 ed. Lond. Utroque modo navis ita stabilitur, ut firmiter consistat, neque ventis huc illuc agitari possit. Bene igitur dicit Berglerus, hac comparatione uti tragicos ad vinculorum firmitatem significandam; dummodo vim illius similitudinis explicare voluisset. Recte convertunt A. Divus, *navim tanquam* (*appulsam et*) *littori alligatam*, et Brunckius, *tanquam navem in portu, vinclis adnexam*. Apte comparavit Berglerus Aeschyli locum in Prometheo soluto versum a Cicerone Tusc. II, 10

> Titanum suboles, socia nostri sanguinis,
> Generata Caelo adspicite religatum asperis
> Vinctumque saxis. *Navem ut horrisono freto*
> *Noctem paventes timidi adnectunt navitae,*
> *Saturnius me sic infixit Juppiter.*

Ita enim hunc locum cum Brunckio interpungendum esse, particulae *ut — sic* docent, quae ad se invicem referuntur. Male distinxit Orellius — saxis; — navitae. Saturnius —, quod miror non emendatum ab Hermanno in Opusc. IV, p. 270. Artificiosa atque falsa distinctio est Reisigii duplicem apodosin alieno loco fingentis in Conjectan. p. 315. Haud rectius statuit Reisigius p. 314 de illo Horatî,

> *Jam satis est. Ne me Crispini scrinia lippi*
> *Compilasse putes, verbum non amplius addam:*

latini enim scriptores verba, *Jam satis est* per se sola ponere consueverunt. Illuc revertor. Non minus apte contulit idem ille Berglerus Eurip. Herc. Fur. 1094

> ἰδοὺ τί δεσμοῖς ναῦς ὅπως ὡρμισμένος
> — ἧμαι —;

Eodemque pertinet, ut bene sensit Reisigius C. p. 201, illud in Hecuba v. 1053

> πᾷ στῶ; πᾷ βῶ; πᾶ κάμψω;
> ναῦς ὅπως ποντίοις πείσμασιν, λινόκροκον
> φᾶρος στέλλων —;

De quo loco egregie meritus est Hermannus in ed. II^da^, praeterquam quod illa ναῦς ὅπως ποντίοις πείσμασιν non ad πᾷ κάμψω; potius, quam ad πᾷ στῶ; referenda videntur, quemadmodum latini scriptores dicunt, navem in ancoris stare, in ancoris sive ad ancoram consistere. Scilicet hoc vult Euripides, *ubi consistam — tanquam aliqua navis sub funibus, vela contrahens?*

V. 1107. Juntina praeponit, Κηδ. ὡς Ἀνδρομέδη (sic), Aug. μνησ. ἀνδρομέδα. Caeterum Matthiaeus p. 47 putasse videtur, ex ipso Euripide haec etiam ad verbum translata esse,

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

„ὦ ξένε, κατοίκτειρόν με τὴν παναθλίαν·
„λῦσόν με δεσμῶν.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

οὐκὶ μὴ λαλῆσι σύ.

Ἀνδρ. ὦ ξένε, κατοίκτειρόν με τὴν παναθλίαν
λῦσόν με δεσμῶν,

quae haud dubie etiam Bothii opinio fuit. At quam parum decere ac rustice potius virgo prior peteret a juvene viro, ut se e vinculis liberaret. Imo longe aliter rem instituerat decoro bene servato, Euripides, a quo Ovidius hic quidem pendere videtur Metam. IV, 681

Primo silet illa, nec audet
Appellare virum virgo; manibusque modestos
Celasset cultus, si non religata fuisset.
Lumina, quod potuit, lacrimis implevit obortis.

Nam Perseus ingente amore percussus ultro se ad servandam virginem ostenderat paratum dixeratque, Ὦ παρθέν' εἰ σώσαιμί σ' εἴσῃ μοι χάριν; His auditis Andromeda primum, ut ingenuam virginem decebat, erat verecundata, postremo tamen, mutuo (ut fit) amore correpta, sine ambagibus haec loquebatur,

Ἄγου δέ μ' ὦ ξέν' εἴτε πρόσπολον θέλεις,
εἴτ' ἄλοχον εἴτε δμωΐδ' —.

Quamobrem fieri profecto non poterat, ut Andromeda, quum vinculis exsolvi cuperet, prior Perseo obferret se atque ingereret. Imo Aristophanis haec verba sunt tragoediam illam ludicre imitantis neque ullum verbum Euripideum retinentis praeter unicam adpellationem ὦ ξένε.

V. 1108. Ravennas, οὐκὶ μὶ λαλῆς σύ, Juntina, οὐκιμιλαλῆς σύ, Augustanus, οὐκ ἰμὶ λαλῆς συ. Οὐκὶ μὴ λαλῆσι σὺ emendarunt Brunckius atque Porsonus, idque recte interpretati sunt, οὐχὶ (vel οὐ) μὴ λαλήσεις σύ. Recepta est haec correctio a Dindorfio et Bothio. Barbarismus οὐχὶ μὴ λαλῆς σὺ Berglero et temporibus illis condonandus est. Minus bene corrigebat Bentlejus λαλῆσο.

V. 1109. Juntina,

— σύ.
κατάρατο τολμᾶς· ἀποτανουμένη λαλᾶς.

Augustanus τολμᾶς. Ravennas apud Ictum et Bekkerum,

σύ.
κατάρατο τόλμας· ἀποτανουμένη λαλᾶς;

Scripsimus, κατάρατο, τολμᾶς ἀποτανουμένη λαλᾶς; Berglerum sequuti, qui bene interpretatur, ὦ κατάρατε, τολμᾶς ἀποθανούμενος

κατάρατο, τολμᾷς ἀποτανουμένη λαλᾷς;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

„ὦ παρθέν', οἰκτείρω σε, κρεμαμένην ὁρῶν. 1110

λαλεῖν; *sceleste, audesne tu nugari moriturus?* et commode addit, in Editione Farrei notam interrogationis post τολμᾷς nullam esse. Recte etiam Schol. R. ἀποθανουμένη τολμᾷς λαλῆσαι; Fortasse tamen Scholiasta interpunxit, οὐκὶ μὴ λαλῆσι σὺ, κατάρατο· τολμᾷς ἀποτανουμένη λαλᾷς; Falso quidem, ita enim hiabit oratio. Sed plerique interpretes in ipsa luce caecutiunt, decepti interductu post τολμᾷς, qui nullus esse debebat. A. Divus *scelesta audes? moritura nugaris*, Kusterus, *scelesta, audesne? moritura loqueris*. Brunckius, *audesne sceleste? moriturus*, *linguax* (sic) *es tamen!* Dindorfius I, II, III. Ravennate inductus sine ulla sententia edidit, κατάρατο τόλμας· ἀποτανουμένη λαλᾷς; Nam si prima verba κατάρατε τόλμης *sceleste ob audaciam tuam* significare volebat, primum Graeci istud ὦ κατάρατε semper per se solum ponunt, deinde saltem articulo opus erat, τῆς τόλμης. Scio in Acharn. 798 legi Δι. πολυπραγμοσύνης νυν· ἐς κεφαλὴν τρέποιτό μοι. At verissime Ravennas, πολυπραγμοσύνη νυν ἐς κεφαλὴν τρέποιτό μοι. Bothius κατάρατο τολμᾷς contra usum loquendi explicavit, κατάρατον τολμᾷς *infandum quid audes?* Quid, quod Vossius ita convertit, O vordömbe Keckheed, fort vor de Dood to snacker nog! Quasi unquam dixerint Graeci ὦ καταράτου τόλμης o perditam audaciam, nec potius κατάρατος constanter ad personas retulerint.

V. 1110. Ab Euripide accepit haec, ὦ παρθέν', οἰκτείρω σε, quibus ipse addidit comica verba et propter tribrachyn et ob rem ipsam, κρεμαμένην ὁρῶν. Nempe in unum paene cum tragoedia miscet comoediam, velut si germanice dixeris, Mich jammert dein, o Mädchen — die ich da baumeln ſeh. Hoc illud est genus ridiculi. Scilicet prima illa, ὦ παρθέν' οἰκτείρω σε apud Euripidem fuerunt Persei qui Andromedam simili modo adloquitur in versu, ὦ παρθέν' εἰ σώσαιμί σ' εἴσῃ μοι χάριν; et alibi. Praeterea confer Aeschyl. Agam. 1321 ὦ τλῆμον, οἰκτείρω σε θεσφάτου μόρου et Eur. Iphig. A. 1336

ἐγὼ μὲν οἰκτείρω σε συμφορᾶς κακῆς
τυχοῦσαν —·

Tantoque minus dubitari potest, quin initium versus huc ex Andromeda translatum sit, quod ad haec ipsa Persei verba, ὦ παρθέν' οἰκτείρω σε sic respondisse videtur Andromeda σὺ δ' εἴ τίς, ὅστις τοὐμὸν ᾤκτειρας πάθος; Vide supra ad v. 1056. Matthiaeus p. 48 totum hunc versum, ὦ παρθέν' οἰκτείρω σε κρεμαμένην ὁρῶν non

ΤΟΞΟΤΗΣ.

οὐ παρτέν' ἐστὶν, ἀλλ' ἁμαρτωλὴ γέρων,
καὶ κλέπτο καὶ πανοῦργο.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ληρεῖς, ὦ Σκύθα.
αὕτη γάρ ἐστιν Ἀνδρομέδα παῖς Κηφέως.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

σκέψαι τὸ σκυτομῆτι· μικτὸν παίνεται.

---

dubitavit Perseo Euripideo adsignare. Nimirum vir egregius more suo festinabat.

V. 1111. Recte haec dilucidat Berglerus, οὐ παρθένος ἐστὶν, ἀλλ' ἁμαρτωλὸς γέρων, καὶ κλέπτης καὶ πανοῦργος. Jam ἀλλὰ ἁμαρτωλὴ habet Juntina, ἀλλὰ ἁμαρτωλὴ Ravennas, ἀλλ' ἁμαρτωλὴ Augustanus. Recte autem κλέπτο scriptum in Junt. Rav. Aug., Editio Kusteri et aliae quaedam κλέπτω, quod correxerunt Brunckius et jam Bentlejus.

V. 1113. Hunc versum Matthiaeus p. 48 ab Aristophane adjectum esse putat: neque enim Perseum, qui nunquam antea Andromedam vidisset, haec dicere potuisse; melius eum quadrare cum interrogatione prolatum, ita tamen ut Perseo primum advenienti neque Andromeda neque Cepheus noti fuisse videantur. Amicus quidam meus existimat, omnino apud Euripidem, *Αὕτη γάρ ἐστιν Ἀνδρομέδα, παῖς Κηφέως*; interrogantem dixisse Perseum, non illum quidem quum primo adveniret, sed in posteriore quodam loco tragoediae. Nobis evidentissimum videtur, non magis huncce versiculum, quam verbum mere comicum ληρεῖς ex Andromeda manasse. Etenim haec est sententia: *Scytha, ineptis (et nimium male tragoediam interpellas meam, qua socerum cupio servare;) scito enim a Mnesilocho nunc agi Andromedam Cephei filiam.* Itaque haec verba non ipsa ex illo dramate petita sunt, sed alios versus ex eo fonte ductos totamque hanc scenam quodammodo illustrant. Praeclare autem verba humi repentia, veluti ληρεῖς et totus, qui sequitur, versus inter locos plane tragicos quasi quaedam Euripideae poëseos emblemata interponuntur.

V. 1114. Juntina neque ante hunc versum nec post eum novam habet personam itaque scribit, *Σκέψαι τὸ σκυτομῆτι. μικτὸν παίνεται.* Ravennas, de quo mire fallitur Invernizzius, simillimo modo, *Το. σκέψαι τὸ σκυτομῆτι μικτὸν παίνεται;* Augustanus, *σκέψαι τὸ σητομῆτι μικτὸν παίνεται;* Recte quidem Schol. R. *δείκνυσιν αὐτῷ*

τὸ αἰδοῖον, sed parum utiliter ad emendationem versus. Locus est prope dixerim desperatus, e quo ne licet quidem sordes eluere; quo enim probabiliora adtuleris, hoc plus erit sordium. Ac primum Bisetus atque Berglerus ita hunc versum accipiunt, *σκέψαι τὸ σκῦτος· μή τι μικρὸν φαίνεται; σκῦτος* exponunt de pene coni in comoediis usitato, qualem ipsius Mnesilochi persona habet supra v. 643—648, *μικτὸν* autem pro *μικρὸν* retinet. Bisetus, Berglero dubitanter *μικκὸν* conjiciente adhibitis verbis Boeoti in Acharn. 873 *μικκύς γα μἄκος οἵτος*. Quae explicatio et metro et (si quis forte scribat, *σκέψαι τὸ κῦτο* vel potius, ne in aliud prosodiae vitium incurramus *τὸ σῦτο* barbare pro *σκῦτο*) re ipsa refellitur. Nam *σκῦτος* tametsi est e corio, fingitur tamen et sumitur pars corporis esse humani; quis autem ferat membra hominum e corio consuta? Frustra igitur Berglerus comparat Nub. 530

ἥτις πρῶτα μὲν
οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκύτινον καθειμένον,
ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου παχύ —.

Nam postrema, *μή τι μικκὸν παίνεται;* etsi nihil adjuvant Scythae argumentationem optime tamen defendi possunt; mutones enim in comoedia usitati mira erant magnitudine. Imo, si quis metri vitium cum ipso corio removerit, fateor idoneam hic sententiam esse, quae jam expressa est ab A. Divo, *Specta mutonem, numquid parvus videtur?* et Kustero, *specta veretrum hoc, num parvum appareat?* Scaliger ita conjecit, *σκέψαι τὸ κύστο· μή τι μικτὸν παίνεται*; Hoc in summa re probasse videtur Bentlejus „Scal. *κύστο μή τι.* (inquit) mox lege *μικκόν.*“ Kusterus permire Scaligero objecit, barbarismos Scythae emendari non posse, et omnia incerta esse, ubi semel a recta via discesseris. Optime autem Brunckius judicat, hanc illam esse viam rectam, ut metrum ne a Scytha quidem usquam violatum diligenter observes; ergo vitiosum esse *σκέψαι τὸ σκῦτο*, quia metrum reclamet. Facile etiam illud concedo, librarios, quorum ductus literarum supra posui, hunc versum nequaquam intellexisse, sed Scaligerum ne a Brunckio quidem refutatum esse arbitror. Dicit autem, *τὸ κύστο* h. e. *τὸν κύσθον* ferri nullo modo posse, quoniam Mnesilochus vir non femina fuerit, neque cum veste etiam sexum mutaverit. Profecto non is erat Scaliger, qui vim potestatemque graecorum vocabulorum, veluti etiam *ὁ κύσθος* ignoraret. Imo viderat vir eximius, hic loqui lictorem barbarum, qui facile, qua erat linguae graecae inscitia, cum pene cunnum confundere potuerit. Quae confusio inprimis festiva et lepida est nostro loco, tum quod Mnesilochus muliebri veste indutus erat, tum quia modo dixerat Euripides, cum esse Andromedam Cephei filiam. Quin etiam paene credo, prorsus ita scripsisse Aristophanem, *Σκέψαι τὸ κύστο· μή τι μικκὸν παίνεται;* Specta cunnum (dicere voluit penem); numquid parvus tibi videtur? Jam vero Brunckius particulis *μή τι* recte interrogandi vim subjecit, adlato unico loco Aesch. Prometh. 959

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

φέρε δεῦρό μοι τὴν χεῖρ', ἵν' ἄψωμαι κόρης· 1115
φέρε, Σκύθ'· ἀνθρώποισι γὰρ νοσήματα

μή τι σοι δοκῶ
ταρβεῖν —;

Licebat aliquanto pluribus uti, verbi causa Eupolideo in Capris p. 88 Runk. *Διόνυσε χαῖρε· μή τι πέντε καὶ δύο;* Alibi est *μή πού τι* ut Aesch. Prom. 24? *μή πού τι προὔβης τῶνδε καὶ περαιτέρω;* et *μή που*, de quo disseruit Blomfieldus ad Persas v. 350. Saepissime *μὴ* solum interrogat cum levi conjectura, velut in Aesch. Agam. 683, Pers. 350, Soph. Trach. 316. Mirum est autem, *ἆρα μὴ* in affirmante interrogatione poni (Aesch. Septem 193

τί δ' οἶν; ὁ ναύτης ἆρα μὴ εἰς πρῴραν φυγὼν
πρύμνηθεν, εὖρε μηχανὴν σωτηρίος;

ubi vide Blomfieldum), plane ut, *ἆρ' οὐ* Arist. Eccles. 1102 *ἆρ' οὐ κακοδαίμων εἰμί;* Quamquam eodem modo variant *μή τι* atque *οὔ τι*, quorum utrumque cum dubitatione interrogat. Nam in Acharn. 774 vulgo scriptum est contra sententiam, *ἀλλ' οὐχὶ πάσας κατέτραγον τὰς ἰσχάδας.* Tandem id praebuit Ravennas, quod dudum expetiveram, *ἀλλ' οὔτι πάσας κατέτραγον τὰς ἰσχάδας*; Non equidem statim in promtu habeo alterum locum, in quo *οὔτι* interrogat (nam extra interrogationem est illud Eurip. Herc. Fur. 1103 *ἀλλ' οὔτι Σισύφειον εἶσορῶ πέτρον —.*) sed res extra dubitationem ponitur frequentissimo usu particularum *οὔ τί που —*: quae leviter conjicientis interrogatio est eoque ipso differt a potestate vocum *οὐ δή που —*; Illuc, unde digressus sum, redeo. Brunckius enim certissime sibi videtur reponere, *σκέψαι τὸ πόστη· μή τι μικτὸν παίνεται;* id est *σκέψαι τὴν πόσθην· μή τι μικρὰ φαίνεται;* At ubi tum est literarum similitudo, res nunquam critico omittenda? Jure igitur mireris, tam incredibilem conjecturam a Dindorfio I, II, III recipi potuisse. Et tamen Bothius quoque edidit, *σκέψαι τὸ πόστη! μή τι μικκὸν παίνεται;* Probabilior caeteris Scaligeri emendatio est; sed fortasse veritas ipsa adhuc recondita latet.

V. 1115. *Φέρε δεῦρό μοι τὴν χεῖρ'*] Bis legitur *δεῦρο δεῦρο* in Juntina, (quae eadem lepide pergit, *ἵν' ἄψωμαι κόρεις*) in Ravennate, Augustano. Alterum *δεῦρο* bene deleverunt Bentlejus, Reiskius, Brunckius, Dindorfius, Bothius. Porrige, inquit, huc mihi manum, ut adpropinquem ad puellam eamque adtingam; porrige, Scytha. Caute Euripides animum lictoris tentat, qui si nihil pacati ostenderit, videt nunc iterum sibi aufugiendum esse; sin autem amice manum porrexerit, satis sperat, reliqua etiam prospere cessura Mnesilochumque liberatum iri. Ineptissime Bothius, *Eurip. sub persona Persei*

ἅπασιν ἐστίν· ἐμὲ δὲ καὐτὸν τῆς κόρης
ταύτης ἔρως εἵληφεν.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

οὐ ζηλῶσί σε·

---

manum sibi tendere jubet lictorem, ut ex Pegaso descendat (?!) et fictam Andromedam amplectatur.

V. 1116. Haec omnia,

ἀνθρώποισι γὰρ νοσήματα
ἅπασιν ἐστίν· ἐμὲ δὲ καὐτὸν τῆς κόρης
ταύτης ἔρως εἵληφεν

ex Andromedae dramate sumta existimarunt Matthiaeus p. 48 et jam in Addendis Barnesius. Verum enimvero secundus versus praeclaram regulam violat Porsoni, quem vide in Supplement. ad Praefat. Hecub. p. XXXII sqq. Nam si tragici senarii Cretico pede vel syllaba longa et jambo arcte, ut hic τῆς κόρης connexis terminantur et hypermonosyllabon praecedit, quintus pes jambus potius esse solet, quam spondeus. Ac multum in hac ratione veri inesse jure concessit Hermannus quum in Element. D. M. p. 113 sqq. tum passim ad singulos locos tragicorum. Et nova commendatio huic praecepto ex eo accedit, quod tales trimetri non solum, ut recte Porsonus atque Hermannus, in tragoediis perraro leguntur, verum etiam frequentissimi sunt in comoedia. Nam millenos hujusmodi versus vel ex uno Aristophane vel e reliquorum fragmentis Comicorum facili negotio coacerves. Atqui quae Comicis ut vulgaria placent, ea ob id ipsum a tragicis poëtis improbari solent. Itaque manifesto liquet, Euripidem in Andromeda illud certe, ἅπασιν ἐστίν· ἐμὲ δὲ καὐτὸν τῆς κόρης scribere non potuisse. Ego primum sic mihi persuasi, Perseum Euripideum sive ad Cepheum sive ad Andromedam haec dixisse, — ἀνθρώποισι γὰρ νοσήματα ἅπασίν ἐστιν. Deinde conjicio, Perseum aut ad Cephei personam conversum ita perrexisse,

ἅπασιν ἐστίν· ἐμὲ δὲ καὐτὸν [ὦ γέρον]
ταύτης ἔρως εἵληφεν,

aut eundem Persea in alio tragoediae loco ita loquutum, —

τῆς κόρης ἐμὲ
ταύτης ἔρως εἵληφεν.

Perseus enim Andromedam et παρθένον et vero etiam κόρην adpellasse videtur idque sedulo retinuisse Aristophanes hic et v. 1115 ἵν' ἄψωμαι κόρης.

V. 1118. Juntina οὐ ζηλῶ τί σε quod in Lugdunensem, Kusterianam aliasque Edd. transiit. Primum Brunckius οὐ ζηλῶ σί σε edidit e libro Augustano, ad quem accedit Ravennas. Sequuti sunt Bothius Dindorfiusque. Putat autem Brunckius σι pro τι poni ut

ἀτὰρ εἰ τὸ πρωκτὸ δεῦρο περιεστραμμένον,
οὐκ ἐπτόνησά σ' αὐτὸ πυγίζεις ἄγων. 1120

---

supra v. 1083 et v. 1085. At *οὐ ζηλῶ τί σε nihil tibi invideo* stribligo est mera pro eo, quod Graeci dicere solent *οὐδέν σε ζηλῶ*. Quare scripsi *οὐ ζηλῶσί σε*, ratus lictorem pro *ζηλῶ* dixisse *ζηλῶσι*. Certe frequentat bonus lictor terminationem verborum in — *σι*, de qua re supra diximus Brunckius (in Addendis) egoque ad v. 1002. Eadem fortasse Schol. R. opinio fuit, ita scribentis, *οὐ ζηλῶ σε, φησὶν, εἰ ἐρᾷς*.

V. 1119. 1120. *Τῶ πρωκτῶ* habent Juntina, Ravennas, Augustanus. Correctum jam in Ed. Lugdunensi, Kusteriana et recentioribus. Deinceps *ἐπτόνησας αὐτὸ* scriptum in Juntina, *ἐπόνησας αὐτὸ* in Augustano. Emendate Ravennas, *ἐπτόνησά σ' αὐτό*, et sic legi jusserunt Bentlejus, Brunckius, Dindorfius. Sed joculares quidam errores commissi sunt in loco facillimo. Recte verterat A. Divus, *sed si podicem huc conversum* [*haberet*], *non invidissem, si ipsum subagitares abducens*. Hoc enim vult lictor, *ἀτὰρ εἰ ὃ πρωκτὸς δεῦρο περιεστραμμένος ἦν, οὐκ ἂν ἐφθόνησά σοι ἄγοντι αὐτὸν πυγίζειν*. Recte etiam Schol. R., quem adparet et ipsum *ἐπτόνησά σ'* legisse, *εἰ μὴ τὸν νῶτον ἦν, φησὶ, πρὸς τῇ σανίδι, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς ἐτέτραπτο, οὐκ ἄν σοι ἐφθόνησα ἀπαγαγόντι περανεῖν*. Audi nunc somnia interpretum. Ac lepidissime vertit Kusterus, *Quare si podicem huc conversum non aegre fers, ipsum subagitare licet*, quod ipsum mutuatus est a Biseto, cujus verba haec sunt, *Ἀτὰρ εἰ τὸν πρωκτὸν δεῦρο ἐστραμμένον οὐκ ἐφθόνησας, αὐτὸν πύγιζε ἄγων*. Alio vitio Brunckius vertit, *Quandoquidem igitur podex huc conversus est, tibi non invideo, quin eum praecidas*. At non huc conversus erat podex, sed plane aversus; mox enim v. 1124 lictor Euripidi suadet, ut ligno perforato Mnesilochum a tergo paedicet. Male etiam Berglerus: Pro *ἀτὰρ εἰ τὸν πρωκτὸν δεῦρο περιεστραμμένον οὐκ ἐφθόνησας, αὐτὸν πύγιζε ἄγων* (hic consentit fere cum Biseto) aut *οὐκ ἐπτόνησά σ' αὐτὸ* pro *οὐκ ἐφθόνησά σοι, αὐτὸ* etc. (hic ipse nonnihil veri dixit, dummodo ne addidisset, *hic subaudiendum θέλεις*. Id enim non capio). Biseti explicationem ne graecam quidem nuper recoxit Vossius,

Dog wenn dat Arsgatt, dit Herumgebreiede,
Du nich vorsmäder, geern darin vorleewer dig.

Bothius adeo suavissimae cujusdam conjecturae periculum fecit,

οὐ ζηλῶ σί σε,
ἀτὰρ εἰς τὸ πρωκτὸ δεῦρο περιεστραμμένον,
οὐκὶ πτονήσας αὐτὸ πυγίζει σ' ἄγω.

Verum satis est ineptiarum.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τί δ' οὐκ ἐᾷς λύσαντά μ' αὐτὴν ὦ Σκύθα,
πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος;

ΤΟΞΟΤΗΣ.

εἰ σπόδρ' ἐπιτυμεῖς τῇ γέροντο πύγισο,
τῇ σανίδο τρήσας ἐξόπιστο πρώκτισον.

V. 1122. *ἐς εὐνὴν*] *ἔς τ' εὐνὴν* Juntina, Ravennas, Augustanus. Scaliger, *ἔστ' εὐνὴν Vet.* Correctum jam in Edd. Lugdunensi, Kusteri, Brunckii caet. Caeterum Porsonus ad Hecub. v. 1010 *ἁλίμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον πεσών*, ut *πεσεῖν εἴς τι* apud Tragicos usitatum esse ostenderet, adtulit praeter Hecub. v. 50 *τύμβου κυρῆσαι, κεἰς χέρας μητρὸς πεσεῖν*, ibid. v. 915 *ἐπιδέμνιος ὡς πέσοιμ' ἐς εὐνὰν* et tragicum senarium in Pace v. 139 *τί δ' ἦν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος;* etiam nostrum versum, *πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος*, quem rectissime ex Euripidis Andromeda sumtum esse judicavit. Ad Andromedam haec retulerat jam Barnesius in Addendis, sed is quidem nimirum stulte Euripidi contribuerat etiam hunc versum, *τί δ' οὐκ ἐᾷς λύσαντά μ' αὐτὴν, ὦ Σκύθα* — mere comicum illum et in medio positum colloquio. Expungere vero hunc trimetrum, non uncis circumdare debebat Matthiaeus p. 48. Omnino crebra apud Euripidem nuptiarum mentio facta sit oportet; veruntamen Perseus cupere se *πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος* Cepheo magis patri dixisse videtur, quam ipsi Andromedae, cui non sine verecunda circumitione amorem suum fatetur, *ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσῃ μοι χάριν;*

V. 1123. 1124. Juntina,

— τῇ γεροντοπύγισο
τῇ σανιδοτρήσας ἐξοπισθοπρώκτισον.

Augustanus similiter

τη γεροντοπυγισο
τῇ σανιδοτρήσας ἐξοπισθοπρώκτισον.

Juntinae errorem plerique editores, ne Brunckio quidem excepto propagarunt. At recte Ravennas *τῇ γέροντο πύγισο*, et sic emendavit Tyrwhittus, *τὴ γέροντο πύγισο* Bothius. Deinceps bene Rav. *τῇ σανίδο τρήσας*, itaque edidit Dindorfius, *τὴ σανίδο τρήσας* Bothius. Sed *ἐξοπισθοπρώκτισον* habet etiam Ravennas. Brunckiana Editio, *ἐξοπιστοπρώκτισον*. Recte Dindorfiana tertia et Bothiana, *ἐξόπιστο πρώκτισον*. Sensum hunc esse convenit inter Bisetum, Bergleruin aliosque, *εἰ σφόδρα ἐπιθυμεῖς τὸν γέροντα πυγίσαι, τὴν σανίδα τρήσας ἐξόπισθε πρώκτισον.*

V. 1125. *δεσμά*] *δέμας* Juntina et Augustanus, sed *δέσμας* Ravennas. Scaliger „*λύσω δέμας Vet. non δεσμά.*“ Correctum

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

μὰ Δί', ἀλλὰ λίσω δεσμά.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

μαστιγῶ σ' ἄρα. 1125

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

καὶ μὴν ποιήσω τοῦτο.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

τὸ κεπαλή σ' ἄρα
τὸ ξιπομάκαιραν ἀποκεκόψο τουτοΐ.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

αἰαῖ, τί δράσω; πρὸς τίνας στρεφθῶ λόγους;

---

erat jam ante Bisetum, qui δεσμὰ et ipse emendat. Imperite Edd. Lugdunensis, Zanetti et Faerni δέσμα. Certatim δεσμὰ Berglerus, Bentlejus, Kusterus, Porsonus, Brunckius, Dindorfius, Bothius. Tum lictor dicit μαστιγῶ σ' ἄρα pro μαστίξω σ' ἄρα vel μαστιγώσω σ' ἄρα.

V. 1126. Scythae persona in Aug. deest; in Juntina exstat demum ante τὸ ξιπομάκαιραν. Tum κεπαλῆς Aug. Junt., sed bene κεπαλή σ' Rav. in quo τὸ et vocis κεπαλὴ litera ε correctoris est. Deinde vulgo legebatur, τὸ ξιπομάκαιρον ἀποκεκόψοι τουτοΐ. Sed τὸ ξιπομάκαιραν Juntina Rav. Aug., ἀποκεκόψο Rav., et sine accentu tamen Aug. Ἀποκεκόψοι autem, ut in Juntina est, valet, ι
ἀποκεκόψο. Sensus est hic, τὴν κεφαλήν σου ἄρα τῇ ξιφομαχαίρᾳ ταύτῃ ἀποκόψω. Male enim ita explicant, τὴν κεφαλὴν ἄρα ἡ ξιφομάχαιρα ἀποκόψει αὕτη Bisetus, Berglerus, Bothius. Idem Brunckio placuisse videtur, qui scripsit non sine barbarismo ἀποκεκόψι pro ἀποκεκόψει. Denique Schol. R. ἔλεγε τὸ ξιφομάχαιρα ὡς δρεπανομάχαιρα. Falcatum ensem Persei fuisse constat.

V. 1128. Mnesilochi personam praefigunt Juntina, Kusteriana aliaeque. Correctum in Ed. Lugdunensi a Brunckio, Bentlejo, aliis. Tum αἰ αἰ Juntina, Aug., αἰ αἰ Ravennas, αἰ, αἰ Brunckius, αἰαῖ recte Dindorfius et Bothius.

V. 1129. Ἀλλ' οὐκ ἂν δέξαιτο Junt. Aug. Rav. Ἀλλ' οὐκ ἂν δεῖξαιτο Zanettus. Male Reiskius, ἀλλ' οὐκ ἂν ἀναδέξαιτο, vel ἀλλ' οὐκ ἂν οὖν δέξαιτο, quorum hoc ne graecum quidem est, male item Bentlejus, ἀλλ' οὐκ ἂν ἐσδέξαιτο. Verissima est Kusteri emendatio, ἀλλ' οὐκ ἂν ἐνδέξαιτο, quam merito probarunt Brunckius,

ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ἐνδέξαιτο βάρβαρος φύσις.

Porsonus, Dindorfius, Bothius. Nam sive hi versus unius sunt Aristophanis, sive huc ex Euripide translati, uterque scriptor alibi dixit *λόγους ἐνδέχεσθαι*, hoc est, *verba audita probare*. Vide Eqq. 630.

κἄγωγ᾽ ὅτε δὴ ἔγνων ἐνδεχομένην τοὺς λόγους,
καὶ τοῖς φενακισμοῖσιν ἐξαπατωμένην —.

Iam in Phoenissis v. 469

εἰς γὰρ ταὐτὸν ὄμμασι βλέπων,
λέξεις τ᾽ ἄμεινον τοῦδέ τ᾽ ἐνδέξει λόγους,

vulgo legebatur *ἐκδέξῃ*, quod male defendit Valckenaerius. Recte vero *ἐνδέξῃ*, sive *ἐνδέξει* e plerisque Codd. ediderunt Piersius, Kingius Burtonus, Brunckius, Porsonus, Matthiaeus. Sic ipse Euripides in Andromach. 1238 *ὧν δ᾽ οὕνεκ᾽ ἦλθον, σημανῶ, σὺ δ᾽ ἐνδέχου*, Heraclid. 549

— μὴ λέξῃς, γέρον.
ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἐνδέχεσθε καὶ βούλεσθέ μοι
χρῆσθαι προθύμῳ —,

Ione 1607

ὦ Διὸς Παλλὰς μεγίστου θύγατερ, οὐκ ἀπιστίᾳ
σοὺς λόγους ἐνδεξόμεσθα,

Suppl. 977

ἀοιδαὶ τὰς χρυσοκόμας
Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται.

Adde Thucydidem III, 31 *ὁ δὲ οὐδὲ ταῦτα ἐνεδέχετο ἀλλὰ τὸ πλεῖστον τῆς γνώμης εἶχεν* — ubi Scholiastes, *ἐνεδέχετο*] *ἐν ἑαυτῷ ἐδέχετο*, et eundem scriptorem VII, 49 *ὁ δὲ Δημοσθένης περὶ μὲν τοῦ προσκαθῆσθαι οὐδ᾽ ὁπωσοῦν ἐνεδέχετο —*. Eandem fere significationem habent *προσδέχεσθαι* atque *ὑποδέχεσθαι*. Quanquam *ἐνδέχεσθαι* proprie est *aliquid ad animum admittere*, *προσδέχεσθαι rem gratam accipere*, *ὑποδέχεσθαι* autem *difficilia subeundo probare*. Et *ὑποδέχεσθαι* quidem ita ponunt ionici potissimum scriptores, velut Homerus Il. VII, 93 *αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ᾽ ὑποδέχθαι*. In Iliade V, 492 libri omnes exhibent,

σοὶ δὲ χρὴ τάδε πάντα μέλειν νύκτας τε καὶ ἦμαρ,
ἀρχοὺς λισσομένῳ τηλεκλειτῶν ἐπικούρων,
νωλεμέως ἐχέμεν, κρατερὴν (vel *χαλεπὴν*) *δ᾽ ἀποθέσθαι ἐνιπήν.*

Quod tametsi defendi quodammodo, aut certe excusari potest, eleganter tamen conjecit Funkius meus, doctus juvenis et adsiduus lector Homeri, *χαλεπὴν δ᾽ ὑποδέχθαι ἐνιπήν*. Ita etiam Herodotus VI, 69 *ἐγὼ δὲ ἐφάμην ἐκεῖνον· ὁ δὲ οὐκ ὑπεδέκετο· ἐγὼ δὲ καιωμινύμην, φαμένη αὐτὸν οὐ καλῶς ποιέειν ἀπαρνεύμενον*, et III, 130 *σταθέντα δὲ ἐς μέσον εἰρώτα ὁ Δαρεῖος τὴν τέχνην εἰ ἐπίσταιτο· ὁ δ᾽ οὐκ ὑπεδέκετο, ἀρρωδέων μὴ —*. Verum enimvero hosce duo

versus ex Andromeda petitos esse, (licet Scholiasta R. hic taceat) ex ipsa tamen argumenti similitudine sonoque verborum tragico efficitur. Etenim, amanti ambientique Perseo Andromedam Cepheus primum negaverat, inductus a Phineo fratre, qui et ipse, ut supra dictum est, amore virginem deperibat. Itaque Perseus quum multis frustra tentatis Cephei animum flectere non potuisset, optime aptissimeque exclamaverit,

Αἰαῖ τί δράσω; πρὸς τίνας στρεφθῶ λόγους;
ἀλλ' οὐκ ἂν ἐνδέξαιτο βάρβαρος φύσις.

Matthiaeus p. 48 dicit, in aliqua tragoediae parte Cepheum et Agenorem, cui secundum Hyginum fab. 64 desponsa fuerit Andromeda, eam a Perseo abstrahere conatos, ad quem locum referre sese Aristophanea v. 1129. At Euripides, id quod e pluribus concludi indiciis possit, rivalem Persei non Agenorem fecerat, sed Phineum, sicut est etiam apud Apollodorum, Ovidium aliosque. Idem Matthiaeus p. 51 adjicit, Cepheum Euripideum Perseo in matrimonium petenti Andromedam negasse [fortasse quod eam jam Agenori, ut est apud Hyginum, desponsatam esse diceret]. Quae conjectura si vera sit, praeterea se suspicari, haec quoque verba Euripidis apud Aristophanem ex Andromeda vel sumta vel expressa esse,

Αἰαῖ τί δράσω; πρὸς τίνας στρεφθῶ λόγους;
ἀλλ' οὐκ ἂν ἐνδέξαιτο βάρβαρος φύσις.
σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ
μίαν ἀναλίσκοις ἄν. ἀλλ' ἄλλην τινὰ
τούτῳ πρέπουσαν μηχανὴν προσοιστέον,

e quibus versum tertium etiam in Medea legi. Laudo igitur, quod Matthiaeus jam ante nos duo versiculos, *αἰαῖ φύσις* ad Andromedam revocavit, atque ei potissimum scenae inseruit, in qua Perseus frustra sibi a Cepheo virginem expeteret. Verum quod etiam tres, qui insequuntur versus ex Andromeda repetere non dubitavit, id quale tandem esse dicemus? Scilicet Matthiaeus non magis quam alii quidnam esset parodia Aristophanea cognitum habebat. Nam fingamus, omnes hos quinque versus verbo tenus in Euripidis Andromeda exstitisse, quod tandem meritum, quae ars, qui sensus relinquatur Aristophani? Idne actum esse a principe Comicorum dices, ut Euripidis tragoediam stolide transcriberet? Imo vero parodiae est, locos aliorum corrumpere, seria jocis miscere, varia ac diversa confundere, delphinum silvis adpingere, fluctibus aprum. Velut hic ex eo ipso, quod tertius versus in Medea legitur certissime patet, illum quidem senarium in Andromeda minime inventum esse. Suavissime enim loci plane diversi copulantur; duo primi versus fluxerunt ex Andromeda, tertius e Medea, duo autem postremos tragica verborum pondera egregie imitatus ipse finxit Aristophanes.

V. 1130. *Σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφά* —] Tanta his verbis similitudo cum quodam loco Medeae intercedit, ut

σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ, 1130

---

jam Scholiasta R. dixerit inde potissimum expressa esse *παρὰ τὰ ἐκ Μηδείας*, inquit. Ac versum Medeae primus omnium Berglerus, post hunc Brunckius Bothiusque compararunt, v. 300

σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ
δόξεις ἀχρεῖος κοὐ σοφὸς πεφυκέναι.

In Euripide *προσφέρων σοφὰ* Mssc. et Edd. fere omnes retinent praeter Paris. B. Rom. E atque Ed. Lasc. in quibus est *προσφέρων ἔπη*. Porsonus conjecit Euripidem in prima editione *προσφέρων σοφὰ* posuisse, postea autem hac Aristophanis inrisione commotum esse, ut secundis curis *προσφέρων ἔπη* substitueret. Plane alibi Aristophanis parodiae eo valuerunt, ut totos adeo versus mutaret deleretve Euripides, sed ea res nihil sane ad locum nostrum. Elmslejus quod Porsono placuerit, fieri potuisse non negat, factum esse non credit. Itaque Elmslejus aliter ortam esse scripturae diversitatem ratus sic opinatur, in alia fabula nescias qua ab Euripide scriptum fuisse,

σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ
μάτην ἀναλίσκοις ἄν;

verba enim *μάτην ἀναλίσκοις ἄν* et ipsa tragici esse poëtae videri: Euripidem autem, quod nemo dubitaverit, versus e Medea in alias fabulas, vel ex aliis in Medeam transtulisse. Quae conjectura non ideo solum falsa est, quod temeraria, verum etiam idcirco, quod isto quidem modo plurimi Codd. non *προσφέρων σοφά*, sed *προσφέρων ἔπη* tueri deberent. Neque enim tum versus Medeae, *σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων ἔπη* rideri posset, sed alter iste fictus locus, in quo scriptum fuisset,

σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ
μάτην ἀναλίσκοις ἄν.

Tandem aliquando Matthiaeus T. VI, p. 460 intellexit, veram esse scripturam *σοφὰ* idque hoc ipso Aristophanis loco ostendi, *ἔπη* autem ex adnotatione grammatici natum esse, in *σοφὰ* intelligendum verbum *ἔπη* indicantis atque hoc in textum e margine inlatum veram lectionem expulisse. Sed ne nihil erraret Matthiaeus, verba *μάτην ἀναλίσκοις ἄν* Aristophanem paullum immutata sumsisse putat e Medea v. 326, ubi Creon dicit, *λόγους ἀναλοῖς· οὐ γὰρ ἂν πείσαις ποτέ*. Tamne ergo parum flos et robur Atticorum graece sciebat, ut nisi prius voculas *λόγους ἀναλοῖς* ab Euripide accepisset suo ipsius ingenio tria verba *μάτην ἀναλίσκοις ἄν* invenire non posset? Imo vero quoties ad parodias ventum est doctissimus quisque parodiae natura haud sane percepta turpiter errare mavult, quam sapienter tacere. Sicut hic quomodo tandem dubium esse poterat, quin senarius, *σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφά* pro parodia Euripidei versus, *σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφά* rectissime habeatur? Utrobique enim quum sententia, tum

μάτην ἀναλίσκοις ἄν. ἀλλ' ἄλλην τινὰ
τούτῳ πρέπουσαν μηχανὴν προσοιστέον.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

μιαρὸς ἀλώπηξ, οἷον ἐπιτήκιζέ μοι,

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

μέμνησο, Περσεῦ, μ' ὡς καταλείπεις ἀθλίαν.

---

ipsa adeo verba concinunt, neque alium scriptorem ullum saepius, quam Euripidem parodiis insectatur Aristophanes. Iam mihi comparet aliquis Theognidis v. 625 *Ἀργάλεον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πόλλ' ἀγορεύειν* et ipsius Euripidis Bacch. 480 *Δόξει τις ἀμαθεῖ, σοφὰ λέγων, οὐκ εὖ φρονεῖν*; sententiam quidem simillimam, verba tamen plane alia esse concedet. Vicissim simillimis verbis in longe dispari sententia Sophocles utitur a Berglero conlatus apud Athenaeum X, 433, e — *διὸ καὶ ὁ Σοφοκλῆς φησι·*

Διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ,
οὐκ ἂν πλέον τέρψειας, μὴ πιεῖν διδούς.

Ita libri omnes *μὴ πιεῖν* contra metrum. Casauboni emendationem *ἢ πιεῖν* probarunt Heathius, Brunckius, Schweighaeuserus, Dindorfius et Elmslejus ad Medeam v. 293. Ego scribere malim cum Porsono ad Pacem v. 1140 — *ἢ 'μπιεῖν διδούς.*

V. 1132. *τούτῳ*] *τοῦτο* Junt. Aug. Rav. Post Euripideum illud, *σκαιοῖσι — καινὰ προσφέρων σοφὰ* concinne pergit ipse Comicus *ἄλλην τινὰ τούτῳ πρέπουσαν μηχανὴν προσοιστέον.* Quidnam graece sit *μηχανὴν προσφέρων*, clare docet locus adlatus jam a diligentissimo viro St. Berglero, Nub. 475

ἄγε δὴ κάτειπέ μοι σὺ τὸν σαυτοῦ τρόπον,
ἵν' αὐτὸν εἰδὼς ὅστις ἐστὶ, μηχανὰς
ἤδη 'πὶ τούτοις πρὸς σὲ καινὰς προσφέρω.
Στρ. τί δέ· τειχομαχεῖν μοι διανοεῖ, πρὸς τῶν θεῶν;

Adjice Plautinum in Cistellaria II, 2, 5 Quot admoenivi illi fabricas? quot fallacias? atque etiam hoc Tullii De Oratore I, 14 num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos, vel etiam exstinguendos.

V. 1133. *ἐπιτηκίζειμοι* Juntina, *επιτηκίζει μοι* Rav. *ἐπίτηκίζει μοι* Aug. Recte *ἐπιτήκιζέ μοι* Berglerus, Brunckius, Bothius, Dindorfius. Optime vertit A. Divus, scelesta vulpes, ut simiam agit (agebat) mihi! Sensum quidem omnes perceperunt, etiam Kusterus Brunckiusque in versione, Improba vulpes, ut conatur (conabatur) decipere me. De verbo *πιθηκίζειν* ad Vespas v. 1290 exponetur.

V. 1134. *καταλείπεις*] *καταλειπεῖς* Juntina.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ἔτι γὰρ σὺ τὴ μάστιγαν ἐπιτυμεῖς λαβεῖν; 1135

V. 1135. *τὴν μάστιγα* Juntina, melius *τῇ μαστιγᾶν* Aug., optime vero *τὴ μαστίγαν* Ravennas, *τὴν μάστιγα* Edd. pleraeque ante Brunckium, ut Lugdunensis et Kusteriana. Brunckius edidit *τὴν μάστιγαν*, Bothius *τὴν μαστίγαν*, Dindorfius recte *τῇ μάστιγαν*. Hiatum non ferendum *μάστιγα* ita removebat Bentlejus, ut *μάστιγας* vel *μάστιγος* conjiceret. — Priusquam ab hoc loco discedamus, necessarium est, ut argumentum Andromedae Euripideae, quam ipsam temporum injuria nobis invidit, aperire studeam. De qua re quum dici permulta possint, ego nunc, ne librum in libro scripsisse videar, satis habebo, universae tragoediae ratione demonstrata unumquodque fragmentum breviter adtigisse. Et e prologo quidem, quem Cepheus vel Cassiope recitasse videtur, hic trimeter petitus est, *Κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός*, de quo supra disserui ad v. 1070. Itaque prologus constabat e senariis, et qui mos est Euripidis, tragoediae illius argumentum in eo enarrabatur. Ad prologum referri potest etiam alius versus apud Tiberium rhetorem §. 47 ed. Boissonadii, *Ὁρῶ δὲ πρὸς τῆς παρθένου θοινάματα*. Quum enim Tiberium neque Bachmannus neque ego possideamus, duae a nobis conjecturae excogitatae sunt, quas liber iste inspectus aut confirmabit aut refellet. Ego scilicet hunc locum a rhetore ideo adferri putabam, ut *θοινάματα* pro verbo *θοινατήρ*, abstractam notionem pro concreta et pro activa passivam poni declararet. Sic igitur vertebam *Video autem praeterea* (*πρός*, ut fit, adverbii vice) *virginis comedonem* (sumebam aut m, *ὁρῶ μὲν αὐτὴν τὴν παρθένον* vel ejusmodi quiddam praecessisse), neque nolebam hos duo versus ordine perpetuo conjungere

Ὁρῶ δὲ πρὸς τῆς παρθένου θοινάματα,
κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός.

Bachmannus vero legendum esse suspicatur, *Ὁρᾷ δὲ πρὸς τῆς παρθένου θοινάματα*, et quoniam *ὁρᾶν πρός τι* est etiam aliquid cupide exspectare, ut in Iphigenia A. v. 1624 *στρατὸς πρὸς πλοῦν ὁρᾷ*, cetum tummaxime putat adventasse, itaque transfert in latinum, *cupide autem exspectat* (cetus) *virginis epulas*. Caeterum hic versus legitur etiam in Walzii Rhet. Graec. T. VIII, p. 576, qui liber mihi nunc non est in promptu. Sequuta est *εἰσβολή*, sive pars post prologum proxima, qua parte nobilis illa Andromedae monodia continebatur. Initium monodiae hic exstat v. 1065 sqq.

Ἀνδρομ. *Ὦ νυξ ἱερὰ*
ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις,
ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ'
αἰθέρος ἱρᾶς
τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου.

Et paullo post (hic v. 1070 sqq.)

Ἀνδρομ. Τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν
μέρος ἐξέλαχον, θανάτου τλήμων
μέλλουσα τυχεῖν;

Caeterum anapaesti dimetri vestigia aliis quoque fragmentis impressa sunt, ut ei, quod est apud Schol. ad Lysistrat. v. 963 *ποία ψυχή;*] *παρὰ τὸ ἐξ Ἀνδρομέδας, ποία λιβὰς, σειρήν.* Schol. Rav. *παρὰ τὸ ἐξ Ἀνδρομέδας, ποῖαι αἰλιβάδ', ποῖος εἰρήν.* Recte correxit Matthiaeus p. 57 *Ποῖαι λιβάδες, ποία σειρήν*; Quaerere videtur Andromeda luctu perdita, qui scopuli quaeve Sirene querelas ipsius audituri sint. Veruntamen imitationis fontem vix animadvertissent Scholiastae, nisi Euripides interrogationem *ποῖος* —; pluribus versibus continuasset, ut ipse Aristophanes,

ποῖος γὰρ ἂν νεφρὸς ἀντίσχοι,
ποία ψυχὴ, ποῖοι δ' ὄρχεις,
ποία δ' ὀσφύς; ποῖος ἂν ὄρρος κτλ.

Pleniorem igitur hunc Andromedae locum adferre Scholiastae debebant. Deinde alios anapaestos, quos haud inepte Choro tribuere licet servavit Stobaeus Tit. 105 [103] p. 561 T. III, p. 356 Gaisf. *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας·*

Ὁ μὲν ὄλβιος ἦν τὸν δ' ἀπέκρυψεν
Θεός· ὡς κείνων τῶν ποτε λαμπρῶν
νεύει βίοτος, νεύει δὲ τύχα
κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων.

Ita enim puto scribendum esse. Versu primo pro *τόδ'* jam Valckenarius *τὸν δ'* correxit probante Matthiaeo; secundo versu legebatur, *θεύς. ἐκείνων*, cujus loco Grotius Matthiaeusque *θεός· ἐκ κείνων* scripserunt non sine infelici admodum praepositione. Male item Pflugkius in Actis Scholasticis a. 1831. II. n. 3 legi vult,

ὁ μὲν ὄλβιος ἦν, τὸν δ' ἀπέκρυψεν
θεὸς ἐκ κείνων τῶν τότε λαμπρῶν.
νεύει κτέ.

citans Stallbaumium ad Plat. Protag. p. 71. Namque et dictum oportebat, *ὁ μὲν ὄλβιός ἐστι*, neque asyndeton *νεύει* — ferri ullo modo potest. Eandem metri speciem illud habet apud Stobaeum, T. 67 [65] p. 412. T. III, p. 4 G. *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας·*

Τῶν γὰρ πλούτων ὅδ' ἄριστος,
γενναῖον λέχος εὑρεῖν.

Lemma deest in Trincav., Grotius praefixit *Incertus*, sed in Codd. Gesneri et in libro Paris. A. Euripidis Andromeda diserte nominatur. Patet autem, haec vitiata esse; quando et una syllaba minus habet versus secundus, neque duo paroemiaci se possunt excipere. At enim hunc locum Stobaeus ipse sic interpolavit, ut in universi capitis sententiam, *Ὅτι κάλλιστον γάμος* convenire videretur. Euripides

vero ita fere scripserat (praecedebat autem, *virum bonum esse*, vel *fortem*, vel denique aliud viri decus)

Τῶν γὰρ πλούτων ὅδ' ἄριστος [ἄρ' ἦν],
καὶ γενναῖον λέχος εὑρεῖν.

Hermannus emendavit similiter sane,

Τῶν γὰρ πλούτων ὅδ' ἄριστος . .
. . . . . .
[καὶ] γενναῖον λέχος εὑρεῖν.

Finita monodia flere ac lamentari Andromeda perrexit, respondente Choro, qui ex aequalibus indigenisque virginibus constabat. Et apud Aristophanem quidem Echo interpellat monodiam sive dimetros anapaestos v. 1069 sqq. Contra in ipso Euripide Echo hanc alteram Andromedae naeniam, cui responderet Chorus, interfando turbabat. Id enim necessario efficitur ex alio loco (hic v. 1018)

Ἀνδρ. *κλύεις ὦ*
πρὸς Αἰδοῦς σε τὰν ἐν ἄντροις
ἀπόπαυσον ἔασον Ἄχοι,
ἐμὲ σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.

Scilicet ne rogari quidem Echo posset, ut Andromedam ejusque amicas (Chorum autem dicit) flendi desiderium explere sineret, nisi Echo mutuum Andromedae et Chori cantum impedivisset. Adparet enim Echo, quae fletibus illis recinerit, hic ut aliquando loqui desinat, rogari. Caeterum sero ab Hermanno aliam accepi loci Euripidei correctionem non illam quidem probandam, ut ex adnotatione nostra ad v. 1018 intelligi potest, acutam tamen atque ingeni sani

προσαυδῶ σε τὰν ἐν ἄντροις,
ἀπόπαυσον ἔασον, Ἄχοι
[κόραις] με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.

Verum Andromedae ut molesta Echus loquacitas, ita Chori misericordia valde accepta et mire grata erat. Chorum igitur, quod secum dolere velit collaudat in alio fragmento apud Stobaeum T. 113 [112] p. 583, T. III, p. 412 G. *Τοῦ αὐτοῦ (Εὐριπίδου) Ἀνδρομέδας.*

Συνάλγησον ὡς ὁ κάμινων
δακρύων μεταδοὺς
ἔχει κουφότητα μόχθων.

Lemma hic etiam, ut plerumque omisit Trincavellus. Post ἔχει duo Codd. Parisini (A. B.) addunt *τινά*, quod miror a Grotio et Hermanno defensum, a Gaisfordo etiam receptum esse. Recte vero judicat Matthiaeus, glossema istud *τινὰ* adjectum vim frangere sententiae, et sine eo versum adcurate congruere; nam utrumque constare e dochmio et bacchio. Hoc igitur facit puellarum Chorus, plane ex animo et vehementer dolet (hic v. 1022)

Χορ. *Ἄνοικτος ὃς τεκών σε τὴν*
πολυπονωτάτην βροτῶν,
μεθῆκεν Ἅιδᾳ μητρὸς ὑπερθανεῖν.

Consolandi autem partes Chorus agit in alio loco apud Stobaeum Ecl. phys. et eth. p. 131 Grot. T. II, p. 166 Heeren.

Τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς
ὅπῃ μοίρας διεξέρχεται
στρέφει δ' ἄλλοις
ἄλλως εἰς ἡμέραν.

Nam ex Euripidis Andromeda haecce petita esse Heerenii Codices V. A. E. docent. Sed permirae atque incredibiles sunt quum Musgravii conjecturae, tum explicationes Matthiaei. Dochmiacos versus sic redintegrandos esse liquet,

[*Ἀλλὰ σὺ μὲν*] *τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς,*
ὅπῃ μοῖρα σου διεξέρχεται,
στρέφει δ' ἄλλον ἄλλοσ' εἰς ἡμέραν.

At tu, inquit, *deum non vides, quemnam exitum fata tua habeant; deus autem alium alio versat quotidie.* Versu secundo Canterus *μοῖραι*, V. A. E. *μοῖρα*, Grotius *μοίρας*. Certa videtur emendatio, *ὅπῃ μοῖρά σου διεξέρχεται*, quacum conferre licet Orest. 988

λεύσσεθ', ὡς παρ' ἐλπίδας
μοῖρα βαίνει.

Versu tertio libri omnes *στρέφεις* exhibent, pro quo *στρέφει* jam Barnesius Valckenarius et Matthiaeus dederunt. Enimvero scribendum erat, *στρέφει δ' ἄλλον ἄλλοσ'* ut in Eurip. Supplic. v. 413

οὐδ' ἔστιν αὐτὴν ὅστις ἐκχαυνῶν λόγοις
πρὸς κέρδος ἴδιον ἄλλος ἄλλοσε στρέφει.

Εἰς ἡμέραν recte *quotidie* interpretantur Heerenius et Matthiaeus, citantes Bacch. 1009 *εἰς νύκτα*. Non prorsus verae, attamen egregiae sunt conjecturae Hermanni,

. . . . *τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς*
ὅπῃ μοιρίδιον ἐξέρχεται,
στρέφει τ' ἄλλον ἄλλοσ' εἰς ἡμέραν;

Haud exiguam partem ejus lamentationis, quam Andromeda praesente ea respondente Choro canebat, Aristophanes servavit, (hic v. 1029 sqq.)

Ἀνδρ. *ὁρᾷς; οὐ χοροῖσιν,*
οὐδ' ὑφ' ἡλίκων νεανίδων
[*ἑστῶν κερκίδ'*] *ἕστηκ' ἔχουσ'·*
ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπλεγμένη
κήτει βορὰ πρόκειμαι,
γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν
παιῶνι, δεσμίῳ δέ.

Fortasse continuo illa consequebantur (hic v. 1036 sqq.)

Ἀνδρ. *γοᾶσθέ μ' ὦ* [*γοᾶσθέ μ'*] *ὡς*
μέλεα μὲν πέπονθα μέλεος,
ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλ' ἄνομ'
ἄνομα πάθεα.

Et alio loco ejusdem carminis,

Ἀνδρ. — *φῶτα λιτομέναν,*
πολυδάκρυτον Ἀΐδα γόον φλέγουσαν
αἰαῖ, αἰαῖ, ἒ ἒ

(hic v. 1040 sqq.). In ipso autem fine sic lugebat misera (hic v. 1047 sqq.),

Ἀνδρ. ἰώ μοι μοίρας ἄτεγκτε δαῖμον·
ὦ κατάρατος ἐγώ· τίς ἐμὸν οὖν ἐπόψεται
πάθος ἀμέγαρτον ἐπὶ κακῶν παρουσίᾳ·
εἴθε με πυρφόρος αἰθέρος ἀστὴρ
τὴν πάμμορον ἐξολέσειεν.
Οὐ γὰρ ἔτ' ἀθανάταν φλόγα λεύσσειν
ἐστὶν ἐμοὶ φίλον, ὡς ἐκρεμάσθην,
λαιμότμητ' ἄχη δαιμόνων αἰόλαν
νέκυσιν ἔπι πορείαν.

Oblitus sum supra dicere, ἐπὶ κακῶν παρουσίᾳ v. 1049 non tam ob praesentiam, quam potius ob *abundantiam* (παρουσία pro περιουσία) malorum significare videri. Vide Harpocrationem s. v. *Παρουσία* et quos praeterea adfert Dukerus ad Thucydidem VI, 86. Jam supra dictum est, Perseum statim post illa Andromedae verba, αἰόλαν νέκυσιν ἔπι πορείαν advenire debuisse, ne forte serum auxilium virgini ferret jam jam a ceto devorandae. Itaque Perseum, quum primum in scenam prodisset, ita scito loquutum esse (hic v. 1098 sqq.)

Περσεύς. Ὦ θεοὶ τίν' ἐς γῆν βαρβάρων ἀφίγμεθα
ταχεῖ πεδίλῳ; διὰ μέσου γὰρ αἰθέρος
τέμνων κέλευθον, πόδα τίθημι' ὑπόπτερον.

Deinceps Perseus, Andromeda primum e longinquo conspecta insolitam speciem mirans ita dicit,

Περσεύς. Ἔα, τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ περίῤῥυτον
ἁφρῷ θαλάσσης παρθένον τ' εἰκώ τινα
ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τειχισμάτων,
σοφῆς ἀγαλμα χειρός.

Vide supra ad v. 1105. Hic error Perseo non diuturnus fuit, ecce enim paullo post animadvertit, non marmoreum opus esse, sed virginem eamque pulcherrimam in vinculis teneri. Tum his fere verbis errorem suum corrigit (hic v. 1105)

Περσεύς. [Ἀλλ' οὖν ἐν ὄχθῳ τῷδ' ὁρῶ] καὶ παρθένον
θεαῖς ὁμοίαν, ναῦν ὅπως ὡρμισμένην.

Certum est, Perseum, priusquam liberaret Andromedam liberatamque in matrimonium duceret, diu multumque cum ea collocutum esse. Sed in iis versibus, qui ab una recitari Andromeda potuerunt, nonnunquam tamen ambiguum est, utrum illa cum Perseo, an cum Choro potius sermocinetur. Velut Andromedam verba facere adparet in versu apud Zenobium Cent. V. Pr. 45 *Οἵῳ μ' ὁ δαίμων θηρίῳ συνῴκισεν.* Quem versum parodia risit Theognetus comicus Stoicos perstringens in Spectro sive Avaro apud Athen. III, 104 c. et XV, 671 b.

ὦ τάλας ἐγὼ,
οἵῳ μ' ὁ δαίμων φιλοσόφῳ συνῴκισεν,

Bene Casaubonus ad priorem Athenaei locum dicit, parodiam esse Euripidei versus ex Andromeda, ubi sic exclamasse misellam ceto jam adpropinquante. Tum ita pergit Casaubonus „Similiter Ulysses

in Cyclope Philoxeni, in antro illius inhumani coclitis conclusus [apud Zenobium V, 45] *Οἴῳ με* ait, *ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξε.*" Sed quum Philoxenus quoque ab illo Euripidis loco videatur suspensus esse, optime correxit Valckenarius ad Hippol. v. 1389 *Οἴῳ μ' ὁ δαίμων τέρατι συγκατῴκισεν*: nam *συγκαθεῖρξεν* mera est interpretatio. Aliud fragmentum legitur in Stobaeo T. 111 [110] p. 581, T. III, p. 406 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας*·

Μή μοι προτείνων ἐλπίδ' ἐξάγου δάκρυ.
γένοιτο τἂν πόλλ', ὧν δόκησις οὐκ ἔνι.

Lemma *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας* habet Codex Parisinus A. Vulgo scribebatur, — *προτείνων ἐλπίδ' ἐξ ᾅδου δάκρυ, Γένοιτο ταν πολλαων δόκησις οὐκ ἔνι.* Posteriore versu A. B. *γένοιτο τῶν πολλὰ ὧν δόκησις.* Male Grotius *ἐξαίρου* pro *ἐξ ᾅδου.* Recte vero *ἐξάγου* Musgravius, Valckenarius, Gaisfordus, Matthiaeus. Vide mihi Eurip. Suppl. 770 *ἄκραντ' ὀδύρει ταῖσδέ τ' ἐξάγεις δάκρυ* et Jon. 361 *καὶ μή γ' ἐπ' οἰκτόν μ' ἔξαγ' οὗ λελήσμεθα.* Deinceps falso Grotius et Matthiaeus, *γένοιτο δ' ἂν* —, recte autem Musgravius Gaisfordusque *γένοιτο τἂν* —. id enim Codicum lectiones *ταν* et *τῶν* suadent. Lepide Gesnerus conjicit,

Μή μοι πρότεινον ἐλπίδ', ἐξ ἧς οὐ δάκρυ
Γένοιτο· δεινὰ δ' ὧν δόκησις οὐκ ἔνι.

Et Matthiaeo quidem prior versus Andromedae, alter Persei esse videtur. Ego plane existimo, Andromedam dixisse, *Μή μοι προτείνων ἐλπίδ' ἐξάγου δάκρυ*, illa autem verba, *γένοιτο τἂν πόλλ', ὧν δόκησις οὐκ ἔνι* magis etiam Choro, quam Perseo convenire videntur. Andromeda loqui potest, potest etiam Perseus, potest Chorus denique in hoc loco Stobaei T. 63 [61] p. 388, T. II, p. 458 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας*·

Ὅσοι γὰρ εἰς ἔρωτα πίπτουσιν βροτῶν,
ἐσθλῶν ὅταν τύχωσι τῶν ἐρωμένων
οὐκ ἔστι ποίας λείπεται τόθ' ἡδονῆς.

Lemma illud habet A. simpliciter *Εὐριπίδου* Trincavellus. Versu tertio *τοῦθ'* pro *τόθ'* B. Sed malim scribere cum Pflugkio, *οὐκ ἔσθ' ὁποίας* —. Aliud fragmentum in eodem Stobaeo legitur T. 64, [62] p. 399, T. II, p. 474 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας*·

Ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν· ἐκ δὲ τῶν λόγων
ἑλοῦ τὰ βέλτισθ'· ὥστ' ἄπιστόν ἐστ' ἔρως,
κἀν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν οἰκεῖν φιλεῖ.
ω

Versu primo pro *ἔχομεν* Codex *A ἔχομεν*, quo indicio scribere nolim, *Ἔρωτ' ἔχω μὲν δεινὸν* mala verborum collocatione deterritus. Versu secundo haud dubie legendum est, *ὡς ἄπιστον*, quippe quum *ὡς*, neque vero *ὥστε nam*, sive *quoniam* significet. Hoc vidit Matthiaeus, videratque Piersonus apud Valckenarium in Diatribe p. 159, b. Sed Piersonus longius justo progreditur legendumque esse pronuntiat, *ὡς κάκιστόν ἐστ' Ἔρως* — proximis verbis *κἀν τῷ κακίστῳ* deceptus. At non si Euripides in Danaë p. 149 Matth. scripsit,

Ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ, idcirco aut tragici semper tali modo luserunt, aut sincerum vas incrustandum est. Quis enim negabit, amori, rei omnium minime constanti, haud temere credendum esse? Versu tertio Codex A. perperam *καὶ* pro *κἂν* et *ναρκεῖν* (sic) pro *οἰκεῖν* exhibet. Inepte vero Matthiaeus hoc fragmentum in ea tragoediae parte positum fuisse censet, in qua Cepheus Perseo Andromedam in matrimonium petenti negabat. Quae conjectura rursus alia nititur ejusdem Matthiaei conjectura, sic opinati, apud Euripidem praecessisse,

μὴ λέγε,
Ἔρωτα. —

noli gravem amorem, quo te correptum esse dicis, praetexere, sed etc. At isto modo Stobaeus illum ipsum versum, in quo fuerit *μὴ λέγε* vix credo, omisisset. Et quid opus est, tam incertas capere conjecturas? Fac enim hosce versus Andromedam pronuntiasse cum Perseo colloquentem: ecquid amplius requirere potes? Optima est enim sententia ita loquentis, *Ingenti amore correpti sumus; verum e sermonibus meis optima quaeque tu elige: nam infidum est amor, pessimamque mentis partem incolere solet.* Caeterum haud satis certum videtur, Euripideum fragmentum, *Ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν* — ex Andromeda potissimum fluxisse, de qua re infra ad Fr. XI (apud Matthiaeum) dicemus. Porro haud dubie Andromeda loquitur in hoc fragmento Stobaei ejusdem T. 99 [97] p. 539, T. III, p. 304 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδᾳ·*

Ἥπου τὸ μέλλον ἐκφοβεῖ κἀθ' ἡμέραν·
ὡς τοῦ γε πάσχειν τοὐπιὸν μεῖζον κακόν.

Transeo nunc ad eos versus, in quibus manifestum est Perseum et Andromedam inter se colloqui. Ac primum quidem Perseus hac voce Andromedam videtur adfatus esse *Χαῖρ' ὦ φίλη παῖ* — (hic v. 1056) tametsi concedo, haec quidem etiam a Choro dici potuisse. Illud non dubium, quin idem ille Perseus mox ita perrexerit, *Ὦ παρθέν', οἰκτείρω σε* — (hic v. 1110). Quem statim his verbis virgo excepit, *Ἄνδρ', οὐ δ' εἴ τίς, ὅστις τοὐμὸν ᾠκτειρας πάθος;* (hic v. 1058). Et ille continuo respondebat

Περσ. Περσεὺς, πρὸς Ἄργος ναυστολῶν, τὸ Γοργόνος
κάρα κομίζων

(hic v. 1101). Aliud idque valde disertum ex hoc genere fragmentum infra posui. Diogenes Laërtius IV, 29 in vita Arcesilai, *καὶ αὐτοῦ Κράντωρ, ἐρωτικῶς διατεθεὶς, ἐπύθετο τὰ ἐξ Ἀνδρομέδης Εὐριπίδου προσενεγκάμενος* (bene Casaubonus *προσενεγκάμενος*) *Ὦ παρθέν' εἰ σώσαιμί σ', εἴσῃ μοι χάριν; καὶ ὃς τὰ ἐχόμενα, Ἄγου με ὦ ξένε, εἴτε δμῳᾶς ἐθέλεις, εἴτ' ἄλοχον. ἐκ τούτου συνήστην ἀλλήλοιν.* Pro *δμῳᾶς* legi *δμωΐδ'* auctor est H. Stephanus. Priorem versum habet etiam Suidas, *Εἴσῃ, γνώσῃ. Εὐριπίδης· εἰ σώσαιμί σ' ἐξ Ἀνδρομέδας, ὦ παρθένε, εἴσῃ μοι χάριν;* Quae ita transfert Kusterus, si eripuero

te ex Andromedae manibus o virgo, habebisne mihi gratiam? At scribendum est, *Εὐριπίδης ἐξ Ἀνδρομέδας· ὦ παρθέν' εἰ σώσαιμί σ', εἴση μοι χάριν;* Alter versus est apud eundem Suidam, *Ἄλοχος, γαμετή, Εὐριπίδου ἐξ Ἀνδρομέδας, Ἄγου με ὦ ξένε, εἴτε δμωῒδ' ἐθέλεις εἴτ' ἄλοχον.* Malae Toupii conjecturae, qui Em. in Suid. T. III, p. 25 ita corrigebat cum Casaubono fere, *ἄγε μ', ὦ ξέν', εἴτε δμωῒδ' εἴτ' ἄλοχον θέλεις* recte opposuit Porsonus App. ad Toup. Em. T. IV, p. 496 sqq., quam ipse merito praefert, scripturam Herodiani in Villoisoni Anecdotis II, p. 94 (sive in Walzii Rhet. Gr. VIII, p. 602, *περὶ σχημάτων* p. 58, 9.) *παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ παρεισάγεται ἡ Ἀνδρομάχη (Ἀνδρομέδα) λέγουσα τῷ Περσεῖ,*

Ἄγου δέ με, ὦ ξεῖνε, εἴτε πρόσπολον θέλεις,
εἴτ' ἄλοχον, εἴτε δμωῖδα —.

Cum hoc loco apte ad argumenti similitudinem comparat Valckenarius Catullum LXII (LXIV) v. 159—162, Matthiaeus autem Homer. H. III, 409 et alia quaedam. Totum igitur fragmentum fuit hujusmodi,

Περσεύς. Ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴση μοι χάριν;
Ἀνδρομέδα. — — — — — —
ἄγου δέ μ', ὦ ξέν', εἴτε πρόσπολον θέλεις,
εἴτ' ἄλοχον εἴτε δμωῖδ' —.

In primo Andromedae versu, qui interiit, mutuum amorem fateri virgo poterat. Tetigi hos versus jam supra aliquoties, veluti ad v. 1107. Caeterum primus versus ob sigmatismum Euripidis reprehenditur ab Eubulo comico apud Schol. ad Medeam v. 476 *πλεονάζει ὁ στίχος τῷ σ. ὅθεν καὶ Πλάτων ἐν ταῖς Ἑορταῖς φησιν· ἔσωσας ἐκ τῶν σιγμάτων* (lege *σίγμα τῶν* cum Porsono) *Εὐριπίδου. καὶ Εὔβουλος, ἐν δ' ἔσωσας ὡς ἴσασί σοι. καὶ παρθενεύσης ἕξει μοι χάριν καὶ τοῖς ἐμοῖσιν ἀγγελοῦσι πήμασι τὰ σίγμα συλλέξαντες ὡς αὐτοὶ σοφοί.* Codices Florentini, apud Matthiaeum T. V, p. 368 *Εὔβουλος ἐν Διονυσίῳ Εὐριπίδου δ' ἔσωσας — καὶ παρθενεύεις ἕξεις μοι χάριν —.* Scribo equidem adjutus a Porsono atque Elmslejo ad locum Medeae, *καὶ Εὔβουλος ἐν Διονυσίῳ.*

Εὐριπίδου δ' ἔσωσά σ', ὡς ἴσασ' ὅσοι,
καὶ παρθέν' εἰ σώσαιμί σ', ἕξεις μοι χάριν;
καὶ τοῖς ἐμοῖσιν ἐγγελῶσι πήμασιν
τὰ σίγμα συλλέξαντες ὡς αὐτὸς, σοφοί.

Primus versus est ille Medeae, sed partim tantummodo, *ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι*, secundus hic noster Andromedae, tertius e qua Euripidis tragoedia fuerit, nescitur. In secundo male corrigunt Marklandus ad Iph. Taur. v. 1068, Porsonus, Elmslejus, *καὶ* [sive adeo *καὶ, ὦ*] *παρθέν' εἰ σώσαιμί σ' εἴσει μοι χάριν;* sane *εἴσει* tuentur Diogenes Laërtius et Suidas, sed quum apud Scholiastam libri omnes *ἕξει* vel *ἕξεις* praebeant, sequitur Eubulum — *ἕξεις μοι χάριν*; dixisse sive per imprudentiam, sive potius ut rudiorem Euripidis sonum fingeret. In fine *ὡς αὐτοὶ σοφοί*, quod intelligi non

potest, retinuerunt, Porsonus, Elmslejus, Matthiacus. De Eubuli comoedia *Διονύσιος* ipsi diximus supra ad v. 135 p. 43 atque etiam Meinekius Qu. Scen. III, p. 20. Et in nostro quidem loco Eubulus serviles ineptosque Euripidis imitatores ridet atque hoc dicit: *si vero omnia Euripidis sigma collegerint, tam sibi sapientes, quam ipse est Euripides, videntur* (notum est autem Euripidis cognomen, ὁ σοφός). Ingeniose comicus poëta Euripideis versibus sigma plenis alium ipse addidit sigma litera plane refertum *τὰ σίγμα συλλέξαντες, ὡς αὐτὸς, σοφοί*. Quin etiam fieri potest, ut Eubulus Dionysium ipsum hic deludat, si tamen haec comoedia in majorem Dionysium scripta erat. Senior enim Dionysius tragoedias scripsit ejusmodi, quas jam antiqui scriptores multum ac saepe irriserint; vide interpretes ad Lucian. Adv. Indoct. c. 15. Denique hunc Eubuli locum cum fragmento Andromedae primum contulit I. Casaubonus ad Diogenem l. l. Perseus amans, redamatusque, spei ac laetitiae plenus ad Cepheum abit, qui ei, si cetum occiderit, Andromedam uxorem datum iri spondet. Et forsitan Perseus tum dixerat Cepheo inter alia (hic v. 1116)

— ἀνθρώποισι γὰρ νοσήματα
ἅπασίν ἐστιν· ἐμὲ δὲ καὐτὸν [ὦ γέρον,]
ταύτης ἔρως εἵληφεν,

mox autem ita pergebat (hic v. 1122) *πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος*. Quanquam non temere adfirmem, Perseum haec ad Cepheum dixisse; crebra enim apud Euripidem mentio esse debebat nuptiarum. Deinde Perseus Cepheo magis, quam Andromedae itinera sua atque labores paullo diligentius enarrasse videtur. Huc primum non nolim referre illud Stobaei T. 29 p. 199, T. II, p. 4 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας. Εὔκλειαν ἔλαβον οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων*. Certe Persei verba esse recte statuunt Valckenarius et Matthiaeus. Eodemque pertinere videtur hoc ejusdem Stobaei T. 52 [50] p. 358, T. II, p. 376 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας· Νεότης μ' ἐπῆρε καὶ σθένος τοῦ νοῦ πλέον*. Hunc versum una voce mutata Menippus Luciani recitavit in Necyomant. c. 1 dixitque *Νεότης μ' ἐπῆρε καὶ θράσος τοῦ νοῦ πλέον*. Apud Lucianum vulgo erat aut *τοῦ νέου* aut *τοῦ νεοῦ*, sed optimi quique Codices *τοῦ νοῦ* exhibent. Alia Persei verba dicta ad Cepheum Stobaeus habet, T. 29 p. 200, T. II, p. 9, ubi vulgo legebatur ante Gaisfordum *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδα*,

Οὐκ αἰσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς,
ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Andromedam enim lemmatis loco habet Gesnerus, male autem Grotius Andromacham, id quod correxit Gatakerus Advers. p. 515, A. At enimvero hi duo versus, quum sententiae vinculo cohaereant, nullo perpetuo ordine conjuncti esse non poterant. Nunc quoniam prior versus in Paris. B. nihil praefixum habet, nisi *Εὐριπίδου* et in Paris. A. plane omissus est, alter autem versus lemmatis loco in B. *Τοῦ αὐτοῦ Ἀνδρομέδα* et in A. simpliciter *Ἀνδρομέδα* praepositum ha-

bet, verissime edidit Gaisfordus, probante etiam Matthiaeo, *Εὐριπίδου· Οὐκ αἰσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.* Et statim, *Τοῦ αὐτοῦ Ἀνδρομέδᾳ· Ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.* Quam rationem nuper Boissonadius jure sequutus est. Andromedae versum proferunt etiam Aristoteles Rhetor. I, 11, 8 *τὰ μὲν οὖν μνημονευτὰ ἡδέα ἐστὶν οὐ μόνον ὅσα ἐν τῷ παρόντι, ὅτε παρῆν, ἡδέα ἦν, ἀλλ' ἔνια καὶ οὐχ ἡδέα, ἂν ᾖ ὕστερον καλὸν καὶ ἀγαθὸν τὸ „μετὰ τοῦτο· ὅθεν καὶ τοῦτ' εἴρηται" ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων,"* ubi *ἀλλ' ἡδύ τι* exhibent **Q. Y** $^{b.}$ **Z** ^{b}, et Plutarchus Symp. II, 1 p. 630, e (T. III, P. II, p. 555 Wytt.) *ὁ δ' Εὐριπίδης τοὐναντίον ὡς „Ἡδύ τι τὸν σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων."* Ita enim scriptum inveni quum in aliis Edd. tum in Wyttenbachiana. Latine eum reddidit Cicero De Fin. II, 32, 105. Vulgo enim dicitur, *jucundi acti labores:* nec male Euripides (concludam, si potero, latine; graecum enim hunc versum nostis omnes) *suavis laborum est praeteritorum memoria.* Ubi consuli jubent Davisium. Caeterum Meinekius ad Menandr. p. 86 bene observat, ex Archippi loco apud Stobaeum T. 59 [57] p. 376 T. II, p. 427 et ex hoc Andromedae versu profecisse Epictetum ap. Schweigh. T. III. p. 104 *ὡς ἡδὺ τὴν θάλασσαν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν, οὕτως ἡδὺ τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι τῶν πόνων.* Cepheus ac Perseus colloqui videntur etiam in hoc loco Stobaei T. 91 [89] p. 503 T. III, p. 220 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας·*

χρυσὸν μάλιστα βούλομαι δόμοις ἔχειν.
καὶ δοῦλος ὢν γὰρ τίμιος πλουτῶν ἀνὴρ,
ἐλεύθερος δὲ, χρεῖος ὤν, οὐδὲν σθένει.
χρυσοῦ νόμιζε σαυτὸν οὕνεκ' εὐτυχεῖν.

Versu secundo *γὰρ ὢν* pro *ὢν γὰρ* habet A, tertio *δ' ἀχρεῖος ὢν* legitur in A. B; quippe librarii *ἀχρεῖος* et *ἀχρήματος* diversissimas voces confuderant. In quarto nihil variatur, nisi *νόμιζ' αὐτὸν* in Voss. et Trinc. Sed infeliciter vertit Grotius. *Hoc te beatum crede, quod rem possides.* Paullo meliore sententia dicta Musgravius hunc versum cum prioribus jungendum esse negabat. Rectius haud dubie Stobaeus hunc versum omisisset. Tenendum est enim inprimis, id quod doctos homines fugit, aliam personam versu quarto loquutam esse. Sic nova persona dicit in Helena et in simillima quidem sententiae conformatione, v. 1272 *πλούτου λέγ' οὕνεχ' ὅ τι θέλεις ταύτης χάριν.* Quum enim Cepheus ut opinor, aurum laudasset (barbari autem vel magis etiam, quam Graeci inhiare auro putabantur), quumque sibi divitem generum exoptasset (ut equidem conjicio), tum Perseus ita respondit: *quod quidem ad aurum attinet, te puta beatum.* Sed videamus aliud fragmentum in eodem Stobaeo T. 298. [96] p. 531, T. III, p. 288 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας·*

χρήμασιν γὰρ εὐτυχῶ·
ταῖς συμφοραῖσι δ' ὡς ὁρᾷς οὐκ εὐτυχῶ.

A. habet lemma *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδου* (sic), *Εὐριπίδου* tantum

Trincavellus. Et Matthiaeus quidem haec esse Cephei verba videri ostendit, conjectura haud improbabili. Ille enim et opibus ut rex abundabat, et pater erat infelix ob gravissimum casum Andromedae. Nos tamen superioris comparatio fragmenti in hanc opinionem adduxit, ut Perseum, regium puerum ac divitem, sed laboribus valde exemtum, hic mihi audire loquentem viderer. Scilicet duo fragmenta hunc in ordinem cogi posse suspicabar,

Κηφεύς. *χρυσὸν μάλιστα βούλομαι δόμοις ἔχειν.*
καὶ δοῦλος ὢν γὰρ τίμιος πλουτῶν ἀνήρ,
ἐλεύθερος δὲ, χρεῖος ὤν, οὐδὲν σθένει.
Περσεύς. *χρυσοῦ νόμιζε σαυτὸν οὔνεχ' εὐτυχεῖν,*
[σὺν εὐτυχοῦντι·] χρήμασιν γὰρ εὐτυχῶ,
ταῖς συμφοραῖσι δ', ὡς ὁρᾷς, οὐκ εὐτυχῶ.

Quanquam caute hac via procedendum est, nec (ut quidam faciunt) plura fragmenta temere conglutinari debent. Namque et graecus sermo tam in omnes partes flexibilis est, ut vel diversissima uno alterove verbo interjecto aliquam nexus similitudinem accipiant, et probe meminisse oportet, ex quam ingenti versuum multitudine quam pauci, quam undelibet decerpti, interitum effugerint. Si non jam prius, hoc certe loco Chori Canticum interponi debebat. Tum nuntius quomodo cete interfectum esset, docuisse videtur. Eundem ordinem tenuerunt tum Ovidius Metam. IV, 703

Ut mea sit, servata mea virtute, paciscor.
Accipiunt legem, quis enim dubitaret? et orant
Promittuntque super regnum dotale parentes

(continuoque insequitur v. 706—735 bene longa neque injucunda descriptio caedis), tum Apollodorus II, 4, 3, 5 *ταύτην θεασάμενος ὁ Περσεὺς, καὶ ἐρασθεὶς ἀναιρήσειν ὑπέσχετο Κηφεῖ τὸ κῆτος, εἰ μέλλει σωθεῖσαν αὐτὴν αὐτῷ δώσειν γυναῖκα. ἐπὶ τούτοις γενομένων ὅρκων, ὑποστὰς τὸ κῆτος ἔκτεινε, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἔλυσεν.* Sed Ovidius Cepheum statim promisso stetisse ajt v. 736 sqq., contra Apollodorus hunc in modum pergit l. l. *ἐπιβουλεύοντος δὲ αὐτῷ Φινέως, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Κηφέως, ἐγγυώμενος πρῶτος τὴν Ἀνδρομέδαν* —. Quam famam sequutum esse Euripidem, fidem facit vel ipsius ingenium ad fraudes nectendas proclive. Phineus igitur Cepheo fratre convento, matrimonium illud variis artibus impedire studebat. Atque huc revocetur illud Stobaei T. 78 [76] p. 453, T. III, p. 104 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας·*

Ἐγὼ δὲ παῖδας οὐκ ἐῶ νόθους λαβεῖν.
τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς,
νόμῳ νοσοῦσαν, ὅ σε φυλάξασθαι χρεών.

Inepte Valckenarius conjecit, *νόθους λαθεῖν.* Haec est enim sententia: *ego autem, nothos veto filiorum loco accipere.* Versu tertio scriptum est vulgo ὥς σε, A. B. ὧ̃σ̣ε (sic), recte vero Grotius et post eum alii ὅ σε. Verba sunt Phinei, qui Cepheum a filia ma-

trimonio cum Perseo jungenda deterrere cupiebat. Hoc vidit Matthiaeus, praeterquam quod male Phineo hic quoque substituit Agenorem. At non placet Euripides, Ictus jam melior, quam poëta; apud quem Phineus omnia experiens illud tamen dicere non debebat, nothos, quum legitimis liberis natura inferiores non sint, legibus tamen premi. Perseus enim, licet furtivo amore susceptus, Jove tamen patre gloriari recte poterat. Optime talia dicuntur in comoedia ut in loco festivitatis pleno Avium v. 1644—1666; a tragoediae vero gravitate removeantur. Porro Scholiastes ad Ran. v. 105 *μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἔχεις γὰρ οἰκίαν* ita scribit, *καὶ τοῦτο παρὰ τὸ ἐν Ἀνδρομάχῃ, „μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.“* Quum hic versus neque usquam in Andromacha reperiatur, et Andromacha cum Andromeda ubique permixta sit: haud improbabilis est Matthiaei opinio versum illum, *μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω* ad Andromedam referentis. Et omnino ita loqui Cepheus poterat, molesta Phinei admonitione defessus. Veruntamen nescio quid scrupuli nobis injicit permira vox *ἢ οὕτω* apud Suidam: *μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἔχεις γὰρ οἰκίαν: παρὰ τὸ ἐν Ἀνδρομάχῃ Εὐριπίδου· ἢ οὕτω· Μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.* Quodsi obscura verba *ἢ οὕτω* recte interpretor, alii grammatici ab Aristophane Euripidis Andromachen (vel mea causa Andromedam) spectari censebant, alii vero versum ignoti auctoris hunc, *μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.* In Andromache quidem nihil simile Aristophaneo versui legitur; inepte enim Berglerus et alii quidam dici putabant Andromach. v. 237 *ὁ νοῦς ὁ σός μοι μὴ ξυνοικοίη, γύναι.* Attamen eam vim malae Phinei artes habuerunt, ut Cepheus retractaret sententiam suam nec jam servare promissa vellet; id enim clarissime docent fragmenta. Etsi dubitanter huc traho Hesychii glossam, *Ἀμείβεται, παραιτεῖται. Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ.* Nempe suspicor, subjecti loco esse Cepheum, qui jam stare promissis nolebat. Certe infelicissima est conjectura Kusteri, *Ἀμείβεται, πεῖραιοῦται*, quam mentione dignam habuit Matthiaeus. At non solum Marcianus ipse Codex Musuro hic suffragatur, verum etiam auctoritas accedit Etymologi M. p, 81, 35 — *καὶ ἀμείβεται, παραιτεῖται.* Necesse est igitur, Euripidem in Andromeda v. *ἀμείβεται* sic usurpasse, ut et Hesychius et vero Etymologus recte sibi verbum istuc exponere viderentur, *recusat.* Perseus autem, cognita perfidia Cephei Cupidinis dei saevitiam graviter adcusans, nobilissimum illum sermonem habuit, quem ipsum *τὴν τοῦ Περσέως ῥῆσιν* dixit Lucianus. Nam aptissimus haud dubie hic erat locus fragmentum interponendi, quod exstat apud Athenaeum XIII, 561, b. c. *Ἕτερος δέ τις προσέθηκε τῶν Εὐριπίδου τάδε·*

Σὺ δ' ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων Ἔρως,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλὰ,
ἢ τοῖς ἐρῶσιν, ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ
μοχθοῦσι μόχθους εὐτυχῶς συνεκπόνει.
καὶ ταῦτα μὲν δρῶν τίμιος θεοῖς ἔσει,

μὴ δρῶν δ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι φιλεῖν
ἀφαιρεθήσει χάριτας, αἷς τιμῶσί σε.

Primum versum aliter scriptum profert Lucianus, ita videlicet, Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων Ἔρως, quae vera scriptura visa est ad Athenaeum G. Dindorfio. At in his rebus vel minima auctoritas Luciani est, qui aut labi per imprudentiam poterat, aut de industria voces transponere; neque enim θεῶν etiam pro una syllaba esse curabat Lucianus. Contra perraro in talibus errat gravissimus scriptor, Athenaeus; cujus lectio hic quidem extra dubitationem ponitur versu parodiaque comici poëtae Σὺ δ' ὦ κάκιστε θεῶν τε κἀνθρώπων Ἔρως. Nec vero θεῶν cum vi singulari nescio qua praeponere per sententiam licet. Nihil enim aliud Perseus dicit, quam Cupidinem divina humanaque omnia gubernare (ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων). Secundus versus vulgo mutilatus legitur in Athenaeo, ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλά. Grotius igitur in Excerptis p. 421 scribi volebat, ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλά, vertitque, *Aut ne videri coge quae mala sunt, bona.* Grotium sequitur Barnesius Addend. ad Eur. Fr. p. 519. Pessime; neque enim Perseus amore incensus Andromedam suam inter mala (τὰ κακὰ) referre poterat. Imo Grotius res diversissimas confundit, Euripidis versum cum parodia Comici, ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλά. Rectissime supplevit Musgravius in Fragm. Eurip. p. 544 num. 7 ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλά, et plane eodem modo legit Codex antiquissimus A. Versu tertio male εἴη pro εἶ scribitur in Codice B. Versu quinto critici jure mirati sunt illud τίμιος θεοῖς ἔσει. Verum sane est, Cupidinem non carum esse Diis minimeque Jovi acute querenti verbi causa apud Lucianum in Dial. Deor. II, et prorsus ferri θεοῖς posset, si Jupiter aut deus alius loqueretur. Nunc autem, ubi et Perseus verba facit, et is Cupidinem non solum diis, verum etiam hominibus petulanter insultare dicit: pro θεοῖς ejusmodi notionem desidero, qua dii hominesque contineantur. Quo magis elegantem Musgravii conjecturam amplector, τίμιος νέοις ἔσει, jure illam Schweighaeusero probatam; juvenum enim, non senum est amare. Improspere corrigebat Dobraeus ad Vesp. v. 396 p. (133) τίμιος θνητοῖς vel τίμιος θεῶν ἔσῃ. Nam ἔσῃ et mox ἀφαιρεθήσῃ habent libri omnes. Sexto versu haud absurde idem Musgravius haesit in verbis ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι φιλεῖν, sed male tamen mutavit. Nempe διδάσκεσθαι loco moveri nequit, quoniam Perseus, uti docet pronomen αὐτοῦ (ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι φιλεῖν, respicit ad versum secundum, ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλά. Est autem poëtica oratio pro vulgari, ὑπ' αὐτῶν τῶν διδασκομένων φιλεῖν, *per eos ipsos, qui a te amare discunt, gratiam honoresque tuos amittes.* Proprie verba ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι φιλεῖν hoc significant, *per id ipsum, quod amare a te docetur,* gerade dadurch, daß man zu lieben belehrt wird. Totum locum eleganter, ut pleraque, vertit Grotius, *O inter homines et deos dominans Amor, Aut ne videri coge quae mala sunt bona;*

Aut certe amantum, causa tu quorum malis, Juva labores usque ad optatum exitum. Curabis hoc si facere, dì te ipsi colent; Sin, hoc ob ipsum, suasor ad amandum quod es, Rapietur a te nunc honorum quod capis. Incondite, sed tamen ut res possit intelligi, locum vertit Hermannus ad Lucian. De Conscr. Hist. p. 11. Is secundum versum bene reddidit. *Aut ne nos doceas pulchra pulchra ducere.* Tertio autem versu infeliciter scripsit, *Aut si quos in amorem injecisti tua manu*, haud percepta constructione, quam patet hanc esse, *μοχθοῦσι μόχθους, ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ*, ut recte Grotius. Difficiles explicatus habere visum est illud Stobaei in capite de malis ex amore oriundis T. 64 [62] p. 399, T. II, p. 474 *Εὐριπίδου·*

Σὺ δ' ὦ κάκιστε πάντων θεῶν τε κἀνθρώπων,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλά,
ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίστασο.

In primo versu lectionem posui vulgatam, quam praebet etiam Codex Stobaei Leidensis ap. Valckenarium in Diatribe p. 158, b. Grotius propagavit permalam conjecturam Scaligeri, *σὺ δ' ὦ κάκιστε παῖ θεῶν τε καὶ βροτῶν.* Sine dubio ita scribendum est, ut Gaisfordus edidit sive e conjectura sive e Codd. A. B, de quibus hic quidem plane tacet

Σὺ δ' ὦ κάκιστε θεῶν τε κἀνθρώπων Ἔρως
—.

Secundo versu *τὰ καλὰ* pro *τὰ κακὰ* exhibent Arsen. et B, quod vitium fluxit ex Athenaeo. Sed hic locus mentis aciem doctissimorum hominum nescio quo modo praestrinxit. Quum enim in Stobaeo et vulgo et in Cod. A. lemma *Εὐριπίδου* positum sit, plerique ita statuerunt, hanc Stobaei memoriam ab Euripideo loco ex Andromeda, qui apud Athenaeum est, non differre. Cujus opinionis auctores nominasse satis est Schweighaeuserum et Dindorfium ad Athenaeum l. l. Barnesius in ed. Eurip. Part. II, p. 442 num. 96 versus Stobaeanos ad Danaën Euripidis inepte retulit, credo, quod vidisset, fragmentum proximum superius in Stobaeo ex Euripidis Danaë petitum esse. Valckenarius in Diatribe p. 158 primum conjicit, Euripidem, qui interdum eosdem versus in tragoediis diversis repetiit, in Andromeda scripsisse sicut apud Athenaeum est, in alio autem dramate ita ut legit Stobaeus. Deinceps autem Stobaei versum explere mavult ex Athenaeo, *Σὺ δ' ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων Ἔρως* —. Ultra opinio sit infelicior, ambigo. Tandem aliquando Matthiaeus p. 49 de versibus Stobaei recte judicavit. *Mihi versus* inquit, *ab alio poëta, fortasse Comico, ex Euripideis leviter detorti esse videntur.* Adparet enim, parodiam esse comici alicujus poëtae, qui Euripideum locum ex Andromeda ante oculos habebat. Nempe apud Menandrum, qui saepe Euripidem imitando expressit, sive apud alium novae comoediae scriptorem juvenis, qui malam meretricem infeliciter amabat, in haec verba erupit,

Σὺ δ' ὦ κάκιστε θεῶν τε κἀνθρώπων ἔρως (non Ἔρως)
ἦ μὴ δίδυσκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλά,
ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίστασο.

Iam vero etiam illud, quaeso, considera. Stobaeus haud dubie comicam parodiam cum fonte ejus, i. e. cum Euripideo loco ex Andromeda confudit. Atqui proxime in Stobaeo haec subsequuntur, *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας· Ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν — τῶν φρενῶν οἰκεῖν φιλεῖ.* Quamobrem haud scio, an ita potius apud Stobaeum legi debeat, *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας· Σὺ δ' ὦ κάκιστε — εὐμενὴς παρίστασο.* Et statim *Εὐριπίδου· Ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν κτλ.* Quo probato, incertum est e quanam Euripidis tragoedia fragmentum illud, *Ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν* — derivatum sit. Verum enim vero quisnam auctor est, septem illos versus continuos, qui ab Athenaeo Euripidi adscribuntur, ex Andromeda profluxisse, et a Perseo in nota quadam oratione recitatos esse? Omnium primus id e Luciano didicit Gatakerus, docuitque Barnesium, Musgravium, Valckenarium in Diatribe p. 158, b, Schweighaeuserum, Dindorfium, Matthiaeum et editores ipsos Luciani. Dicimus hunc locum De Conscr. Histor. c. 1 *Ἀβδηρίταις φασὶ, Λυσιμάχου ἤδη βασιλεύοντος ἐμπεσεῖν τι νόσημα, ὦ καλὲ Φίλων, τοιοῦτο· πυρέττειν μὲν γὰρ τὰ πρῶτα πανδημεὶ ἅπαντας ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς ἐῤῥωμένως καὶ λιπαρεῖ τῷ πυρετῷ·* (scribendum est *λιπυρίᾳ* sive *λειπυρίᾳ τῷ πυρετῷ* cum Walchio et jam Bourdelotio, Hippocratem et Galenum testante, cujus sententiam Solanus Reitziusque non perceperunt) *περὶ δὲ τὴν ἑβδόμην τοῖς μὲν αἷμα πολὺ ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, τοῖς δὲ ἱδρὼς ἐπιγενόμενος πολὺς καὶ οὗτος, ἔλυσε τὸν πυρετόν. ἐς γελοῖον δέ τι πάθος περίστα τὰς γνώμας αὐτῶν· ἅπαντες γὰρ ἐς τραγῳδίαν παρεκίνουν* (non *παρεκινοῦντο*) *καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο καὶ μέγα ἐβόων, μάλιστα δὲ τὴν Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν ἐμονῴδουν, καὶ τὴν τοῦ Περσέως ῥῆσιν ἐν μέρει διεξῄεσαν· καὶ μεστὴ ἦν ἡ πόλις ὠχρῶν ἁπάντων καὶ λεπτῶν, τῶν ἑβδομαίων ἐκείνων τραγῳδῶν,*

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων (duo Codd. *καὶ ἀνθρώπων*) Ἔρως,

καὶ τἄλλα μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀναβοώντων, καὶ τοῦτο ἐπιπολὺ, ἄχρι δὴ χειμὼν καὶ κρύος δὲ μέγα γενόμενον, ἔπαυσε ληροῦντας αὐτούς. αἰτίαν δέ μοι δοκεῖ τοῦ τοιούτου παρασχεῖν Ἀρχέλαος ὁ τραγῳδὸς, εὐδοκιμῶν τότε, μεσοῦντος θέρους ἐν πολλῷ τῷ φλογμῷ τραγῳδήσας αὐτοῖς τὴν Ἀνδρομέδαν, ὡς πυρέξαι τε ἀπὸ τοῦ θεάτρου τοὺς πολλοὺς, καὶ ἀναστάντας ὕστερον ἐς τὴν τραγῳδίαν παρολισθαίνειν, ἐπιπολὺ ἐμφιλοχωρούσης τῆς Ἀνδρομέδας τῇ μνήμῃ αὐτῶν, καὶ τοῦ Περσέως ἔτι σὺν τῇ Μεδούσῃ τὴν ἑκάστου γνώμην περιπετομένου. Hermannus meus in Commentario p. 5 sqq. non solum monodia quid fuerit,

bene demonstrat, eamque inprimis convenire Andromedae scopulis adfixae et deorum hominumque auxilium imploranti, verum etiam unus ac praeter caeteros omnes verba τὴν Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν ἐμονῳδοῦν recte intellexit. Quae non hoc significare, *Andromedam Euripidis fabulam agere*, sed potius *Andromedae Euripideae partes singulari carmine canendo exprimere;* fere ut dicatur, ὀργεῖσθαι τὸν Ἕκτορα, saltare Cyclopa etc. Ac ne quidquam dubitationis relinquatur, nos ipsi supra Andromedae Euripideae monodiam, partim hodieque servatam, exponere studuimus. Porro in Qu. Lucian. p. 42 scribendum esse dixeram, καὶ τὴν τοῦ Περσέως ῥῆσιν ἐν μέρει διεξῄεσαν pro lectione nimium absurda, ἐν μέλει. Id quoque suo jure probavit Hermannus p. 7 et verba adeo mea (id quod nollem) adposuit, *per vices, altero excipiente alterum, illam sunt orationem perpetuo ordine exsecuti.* Nam haud paullo clarius ita scripsissem, *alternis modo Euripideae Andromedae monodiam canebant, modo Persei sermonem pronuntiabant;* siquidem formula ἐν μέρει tam ad ἐμονῴδουν pertinet, quam ad διεξῄεσαν. Denique postrema verba, καὶ τοῦ Περσέως — περιπετομένου unus perspexit, egregii vir judicii, Rudolphus. Neque enim haec metaphorice intelligenda esse, de imagine Persei et Medusae, Abderitarum animo obversante, sed potius spectari ad notum Persei iter per aërem volare soliti. Finito autem praeclaro hoc sermone Perseus egit cum Cepheo, eumque in fide jam ante data confirmare studuit. Quando autem Cepheus bis cum Perseo collocutus est, primum quum daret Andromedam prolixeque promitteret, et post iterum quum infitiaretur ac reddere promissam nollet: vel ea fragmenta, in quibus hi duumviri plane colloqui videntur, ad utrum sermonem fabulaeque partem pertineant, dubitari poterit. Eos tamen locos, in quibus non tam (uti ab initio debebant) amice inter se colloqui, quam litigare potius rixarique videntur, non sine magna veri specie ad secundum referre colloquium licet. Proficiscamur autem hic etiam a Stobaeo T. 81 [79] p. 469, T. III, p. 141 Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας·

> Ὦ τλῆμον, ὡς σοι τὰς τύχας μὲν ἀσθενεῖς
> ἔδωκ' ὁ δαίμων· μέγα φρονοῦσι δ' οἱ λόγοι.

Nempe Perseum his verbis adloqui Cepheus videtur, id quod adsentior Matthiaeo. Porro idem Stobaeus T. 5. p. 64, T. I, p. 146 Εὐριπίδου·

> Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων
> οὐ πώποθ' ὕβρισ' αὐτὸς ὀρθωδῶν παθεῖν.

Apud Trincavellum est, τὰς γὰρ συμφορὰς —. Deest locus in A, nec mirum: infra enim a Stobaeo atque id commodiore loco fragmentum repetitur T. 111 [119] p. 582, T. III, p. 406 Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας·

> Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων
> οὐ πώποθ' ὕβρισ' αὐτὸς ὀρθωδῶν παθεῖν.

Et hic quidem *γὰρ* om. Voss. et mox vitiose habet cum Trincavello *ὀῤῥοδῶν* pro *ὀῤῥωδῶν*. Tum apud Grotium et Gesnerum lemma est *Euripides Andromacha*, vitio et alias frequente, et hic tanto minus mirabili, quod continuo dicit Stobaeus, *Εὐριπίδου Ἀνδρομάχης* (v. 463). Nostro loco Trincavellus lemma omisit, ut ille solet, Codex autem A. dilucide praefigit, *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας*. Exstat autem locus etiam in Ammonio s. v. *Ἀῤῥωδεῖν καὶ ὀῤῥωδεῖν διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ ὀῤῥωδεῖν σημαίνει τὸ εὐλαβεῖσθαι, καθὰ Εὐριπίδης τὸν Περσέα εἰσάγει λέγοντα, Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων Οὐπώποθ' ὕβρισ'· αὐτὸς ὀῤῥωδῶν παθεῖν.* — Sic edidit Valckenarius, quum in apographo invenisset, *Εὐριπίδης τ. Π. ε. λ. τὰς γὰρ συμφορὰς τ. κ. πεπραχότων οὐ πώποθ' ὕβρις αὐτὸς ὁ π.* In animadv. ad Ammonium p. 37 summae jam tum spei juvenis Barnesium dicit sola mentis sagacitate ductum versus Stobaeanos ad Andromedam retulisse, merito quidem, ut intelligi ex Ammonii verbis, *Εὐριπίδης τὸν Περσέα λέγοντα εἰσάγει*; Perseo enim vel inprimis in Andromeda locum fuisse: postremo etiam Grotium in exemplari quodam Stobaei sua manu *Andromedam* correxisse. Sed ad Phoenissas v. 1549 vir summus hanc laudem Barnesio ademtam Th. Gatakero, cui debetur, reddidit. Objurgari autem his verbis a Perseo Cepheum, qui sibi calamitatem laboresque exprobraverit, non fugit Matthiaeum. Venio ad Stobaeum T. 34 p. 216, T. II, p. 42 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας· Σιγᾷς; σιωπὴ δ' ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων.* Gesnerus quoque habet, *Euripidis in Andromeda*, in Trinc. autem lemma deest. Totum locum omisit Grotius. Praeterea conferri jubent Musgravium in Exercitatt. p. 126. Apte comparavit simillimum versum Hippolyti 911 *σιγᾷς; σιωπῆς δ' οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς* Valckenarius in commentario p. 260, e. et optime conjecit versum ex Andromeda a Perseo dictum videri. Equidem probabilius duco, Perseum hic cum Cepheo potius, quam cum Andromeda colloqui. Sed in illo colloquio Perseus admonuisse Cepheum videtur, ut fidem sibi datam praestaret, sanctum Justitiae numen reveritus. Ita enim interpretor aliud fragmentum in Stobaei Ecl. Eth. p. 123 Grot. (T. I, p. 118 Heeren.)

Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Διὸς,
ἐγγύς τε ναίειν τῆς βροτῶν τιμωρίας.

Hos versus in Codd. et Edd. Euripidis Andromachae tributos Musgravius Matthiaeusque ad Andromedam bene revocarunt. At enim secundus versus, in quo certe *Τιμωρίας* deae scribendum est, magnopere displicet. Aut enim proprie interpretari verba *ἐγγὺς ναίειν* debemus; tum Justitia non longe habitare dicetur ab Ultione sive Poena mortalium. At contra plane Ultionis sedes definienda erat e domicilio Justitiae. Ubi enim Justitia habitaret, multi passim dixerunt; ubi autem Ultio, nemo quisquam, docuit. Aut formula *ἐγγὺς ναίειν* vim habet metaphoricam et translatam, ut ipse scripsit Euripides apud Athenaeum XIII, 561, a.

χωρὶς τ' ἀγρίων
ναίοιμι τρόπων.

Tum vero Justitia similis esse dicitur Ultioni mortalium. Atque hoc voluit Grotius, *Quam* (Justitia) *proxime hominum poena comitari solet.* At neque similis est Ultioni Justitia, sed potius eadem ipsa dea, ut quae non solum virtutem praemio adficiat, verum etiam puniat delicta; et nimis mira haec est oratio: Justitia filia est Jovis, nec dissimilis Ultioni mortalium. Quocirca dubitare noli, quin hic locus vitium fecerit. Sensit hoc Musgravius atque pro *τῆς βροτῶν* scripsit *τῶν βροτῶν et poenas in vicinia hominum habitare.* At vel sic sententiarum conjunctionem miror: *Justitia filia est Jovis, et Poenae habitant in vicinia hominum.* Praeterea exspectaveram non *Τιμωρίας*, sed *Τιμωρίαν*. Ego Euripidem dixisse contendo,

Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Διὸς,
ἐγγύς τε ναίειν τῶν βροτῶν τιμάορον.

Justitiam perhibent filiam esse Jovis, et propinquam (Jovi) *habitare, mortalium vindicem.* Adjectivo *τιμάορος* utitur in Danaë p. 150 ed. Matth. Justitiam vero (*Δίκην*) Jovis filiam esse et vicinam Jovi adsidere jam Hesiodus ait O. et D. 258 *Δίκη πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι.* Nempe pervulgata erat opinio, *τὴν Δίκην* Jovi *πάρεδρον* fuisse. Arrianus IV, 9, 7 *οἱ πάλαι σοφοὶ ἄνδρες τὴν Δίκην πάρεδρον τῷ Διὶ ἐποίησαν.* Subtile hoc inventum scenici etiam poëtae adoptarunt, ut Sophocles in Oed. Col. 1382

εἴπερ ἐστὶν ἡ παλαίφατος
Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις,

ubi vide Musgravium ac Brunckium. Sed minime viderunt interpretes, eodem spectare illud Aeschyli in Prometh. 186

οἶδ' ὅτι ταχὺς καὶ παρ' ἑαυτῷ
τὸ δίκαιον ἔχων Ζεὺς —,

et Aristophaneum in Nubib. 903

οὐδὲ γὰρ εἶναι φῄς; Ἀδικ. φέρε γὰρ ποῦ 'στίν; Δικ. παρὰ τοῖσι θεοῖς.

Euripides tamen id quoque decretum importune philosophando studet evertere in Melanippe *τῇ σοφῇ*, p. 218 Matth.

ἀλλ' ἡ Δίκη
ἐνταῦθά που 'στὶν ἐγγὺς, εἰ βούλεσθ' ὁρᾶν.

Nuper de hoc genere pulchre copioseque disseruit Lobeckius in Aglaophamo T. I, p. 391 et p. 396 sqq. Deinceps Perseus de duro animo Cephei conqueritur, qui sibi a Phineo fratre inductus Andromedam perfidiose rursus negaverit atque exclamat (hic v. 1128)

Περσεύς. Αἰαῖ, τί δράσω; πρὸς τίνας στρεφθῶ λόγους;
ἀλλ' οὐκ ἂν ἐνδέξαιτο βάρβαρος φύσις.

Veruntamen Cepheum refractariolum magis fuisse, quam refractarium, Perseumque Andromeda sua tandem potitum esse, vel constantissima mythi illius ratio docet. Itaque quum Cepheus aliquando filiam Perseo de manu in manum tradidisset, Chori carmen sequutum est, in quo virgines fortasse sponso sponsaeque fausta omnia et felicia precabuntur. Deinceps Persei Andromedaeque nuptiae minime in scena ipsa celebrari poterant, sed a nuntio debebant enarrari. Et in hac *ἀγγελικῇ ῥήσει* locum fuisse iis versibus censeo, qui exstant in Athenaeo XI, 477, a. *Νεοπτόλεμος δ' ὁ Παριανὸς ἐν τρίτῳ Γλωσσῶν τὸ κίσσινον ποτήριον σημαίνειν* (*κισσύβιον*) *παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀνδρομέδᾳ·*

πᾶς δὲ ποιμένων ἔῤῥει λεὼς,
ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος,
πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.

τὸ γὰρ κισσύβιον, φησὶ, λέγεται ἐπὶ συνόδου ἀγροικικῆς, ἔνθα προσήκει μάλιστα τὸ ξύλινον ποτήριον. Versu tertio pro *πόνων* habent *πίνων* Epitome et inde Eustathius p. 1632, 9 ubi vitiose Athenaeum descripsit *Εὐριπίδου δὲ τὸ, πᾶς δὲ ποιμένων ἔῤῥοι λαὸς, ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος, πίνων ἀνὰ ψυκτῆρα, ὅδ' ἀμπελέων γάνος.* Praeterea Euripidis locum adtulit Macrobius in Saturnal. V, 21. Inepte autem verba *πόνων ἀναψυκτῆρα* ad vinum non ad lac referunt Casaubonus et Matthiaeus, nec melius Schweighaeuserus istud *πόνων ἀναψυκτῆρα*, utpote in medio positum perinde et ad lac et ad vinum revocat. Imo grammatice clamat, *πόνων ἀναψυκτῆρα* unice ad lac pertinere; nam postea demum sequitur descriptio vini, *ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.* Et prorsus absurde vinum diceretur *πόνων ἀναψυκτήρ*, quoniam vino homines incalescunt, lacte autem refrigerantur. Nullum plane momentum facit Varronis locus apud Casaubonum, *Hoc* (vinum) *aegritudinem ad medendam invenerunt.* Recte alioqui Varro, et majorem etiam vim tribuunt vino alii, ut Euripides Bacch. 280

ὕπνον τε, λήθην τῶν καθ' ἡμέραν κακῶν
δίδωσιν, οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων.

Quod non mutasset Hermannus, si meminisset illius Horatiani, Od. I, 18, 4

Siccis omnia nam dura deus proposuit: *neque*
mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.

Omnis hyperbole veritati repugnat et genus est quoddam mendacii; at non idcirco poëtae nunquam licet uti hyperbolis. Falsum est etiam et plenum superlatione, nec ideo tamen expungendum, quod dicit Theocritus,

Οὐδὲν ποττὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο,
Νικία, οὔτ' ἔγχριστον, ἐμοὶ δοκεῖ, οὔτ' ἐπίπαστον,
ἢ ταὶ Πιερίδες.

Sed in nostro loco Eustathius *πίνων ἀνὰ ψυκτῆρα* non fortuito

scripsit errore, sed ridicula plane conjectura ductus. Pergit enim homo intempestive doctus in hunc modum *Ἔνθα σημείωσαι, ὅτι — ψυκτὴρ δὲ ἐνικῶς ποτήριόν τι κτλ.* Caeterum ex Athenaei loco satis longo et doctissime scripto constat, *primum* plerisque grammaticis nihil differre visa esse *κισσύβιον* et Euripidis *κίσσινον σκύφος*, *deinde* eosdem Euripidis locum ut clariorem cum verbo obscuro per se et ambiguo *κισσύβιον* de industria comparasse, (diserte enim Macrobius l. l. *Qui autem cissybium ex edera factum poculum οἱονεὶ κίσσινον dici arbitrantur, Euripidis auctoritate niti videntur*), *postremo* neminem dubitasse, quin *κίσσινον σκύφος* Euripidis poculum designaret ex hedera factum. Peramice enim consentiunt Eumolpus, Asclepiades Myrleanus, diligentissimus ille veterum poculorum investigator, et ipse Athenaeus, qui hic (quod facit perraro) suum interponit judicium, *εἰκάσειε δ' ἄν τις τὸ κισσύβιον τὸ πρῶτον ὑπὸ ποιμένων ἐργασθῆναι ἐκ κισσίνου ξύλου.* Quid quod Casaubonus demonstrat, et hodie et olim ex hederae ligno pocula fieri solita, utens versu poëtae, *Mollibus ex hederae tornantur pocula lignis;* copiosius autem de poculo hederaceo disputavit Victorius in Varr. Lectt. 16, 23. De toto hoc fragmento recte statuit Matthiaeus; *describi videtur*, inquit *conventus pastorum in nuptiis Persei et Andromedae.* Nam pastores sponsis doni loco pocula lactis uvasque adferunt. *Omnis autem pastorum confluebat multitudo, alius lactis hederaceum poculum ferens, recreationem laborum, alius vitium decora.* Sed paene omiseram, fragmentum nostrum tangi etiam a Valckenario ad Theocrit. I, 27. Ad convivium autem nuptiale haec pertinet Scholiastae Platonici memoria p. 43 Ruhnk. (p. 383 Bekk.) — *ἐκιρνῶντο γὰρ ἐν αὐταῖς (ταῖς συνουσίαις) κρατῆρες τρεῖς, καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον, τὸν δὲ δεύτερον ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον σωτῆρος, ὡς ἐνταῦθά τε καὶ δὴ καὶ ἐν Πολιτείᾳ. ἔλεγον δὲ αὐτὸν καὶ τέλειον, ὡς Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ καὶ Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς.* De re ipsa dici plurima possunt, quae in medium adferam sive ad Tagenistas, sive ad Pacem v. 300, sive ad Plut. 1176. Aristophanes in Tagenistis Euripidis ex Andromeda locum fortasse deriserat; certe Tagenistae ad seriores Aristophanis comoedias referendi sunt. Plura verba aliud fragmentum desiderat in Bekk. Anecd. p. 339, 5 sive in Bachmanni Anecd. T. I, p. 24, 22 *Ἄγορος καὶ ἄγοροι: Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ·*

οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα (Codex, *ἀμφιδέτα*) *καὶ τράπεζαν.*

Αἰθίοπες σημαίνει. Sic ediderunt et Bekkerus et Bachmannus. Qui certe scribere debebant, — *οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν Αἰθίοπες. σημαίνει* [*δὲ τὴν ἀγοράν*]. Quanquam vel sic locus in mendo cubat; nam et justi forma tetrametri trochaici et verbum *ἄγορος* necessario in Andromeda restitui debent. Enimvero corrigendum est, —

οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν [ἐν ἀγόροις]
Αἰθίοπες —.

Eodemque modo emendavit Hermannus, qui in fine versus secundi v. ἥμενοι positum fuisse conjicit. At participio tali nos quidem aequo animo caremus. Censor Bachmanni Anecdotorum in actis Scholasticis a 1839 II, N. 75 ἥμενοι post τράπεζαν deesse ratus absurde corrigit, οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν ἥμενοι. Sed mirabiliora sunt Matthiaei p. 58 somnia. Nempe is Αἰθίοπας σημαίνει tacite correcto, ex Euripide nihil nisi unam vocem ἄγοροι petitam videri dicit, qua ille Aethiopes designaverit, in convivio nuptiali mensae adsidentes. At primum isto modo τοὺς κατ' οἶκον — Αἰθίοπας σημαίνει corrigendum erat; deinde vero ἄγορος idem quod ἀγορὰ significat, minime vero Aethiopem mensae adsidentem. Quod autem idem addit, verba οἱ κατ' οἶκον — τράπεζαν humiliora esse, quam ut ea ipse pro verbis poëtae habere possit, id nihil adtinet refutare; quando et metrum et sermo poëticus Euripidis versum manifesto produnt. Quaeris fortasse, quisnam versum

οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν [ἐν ἀγόροις]
Αἰθίοπες —

pronuntiarit. Non, ut equidem censeo, nuntius; hic enim jambo trimetro uti consuevit. Qui quum initium tantummodo proelii ad ipsam nuptialem mensam commissi enarrasset, alius nescio quis supervenit, qui commotiore animo ostendere pergeret, quae mala facinora Aethiopes domi circa mensam epulasque in conventibus patrassent. Ubique enim a tragicis tetrameter trachaicus in majore quodam animorum motu infertur etiam circa finem fabulae ut in Helena v. 1621 sqq. Ἄγορος pro ἀγορὰ dixit Euripides in Andromach. 1038, Electr. 723, Herc. Fur. 412, Iphig. Taur. 1096. Quodsi quis pugnam in Persei nuptiis pugnatam victore Perseo cognoscere voluerit, adeat is Ovidium in Metam. V, 1 sqq., foeda hic luxuria, ut saepe lascivientem. Verum etsi Perseus ex hoc proelio superior discessit, dignus tamen vindice deo nodus inciderat, quem a Minerva constanti illa Persei patrona conjicio solutum esse. Fieri igitur potest, ut Minerva subito in conspectum progressa Andromedam cum Perseo Argos abire jusserit, eamque post mortem ad sidera evectum iri praedixerit. Auctor mihi est Eratosthenes in Cataster. 17 Αὕτη κεῖται ἐν τοῖς ἄστροις διὰ τὴν Ἀθηνᾶν, τῶν Περσέως ἄθλων ὑπόμνημα, διατεταμένη τὰς χεῖρας, ὡς καὶ προετέθη τῷ κήτει· ἀνθ' ὧν σωθεῖσα ὑπὸ τοῦ Περσέως οὐχ εἵλετο τῷ πατρὶ συμμένειν οὐδὲ τῇ μητρὶ, ἀλλ' αὐθαίρετος εἰς τὸ Ἄργος ἀπῆλθε μετ' ἐκείνου, εὐγενές τι φρονήσασα. Λέγει δὲ καὶ Εὐριπίδης σαφῶς ἐν τῷ περὶ αὐτῆς γεγραμμένῳ δράματι. Sed venio ad reliquias loci admodum incerti. Ad quod genus retulerim versus (hic v. 1015)

Ἀνδρ. Φίλαι παρθένοι, φίλαι μοι,
πῶς ἂν ἀπέλθοιμι, καὶ
[τὸν πόσιν] λάβοιμι;

„Carae virgines, carae mihi, utinam hinc abire queam, et (Perseo) potiri marito.“ Chorum adloquitur Andromeda. Ut quidem nunc est, Andromedam eo tempore haec loquutam esse oportet, quo Perseus cum Cepheo de fide non temere mutanda ageret. Caeterum quia pluribus modis versus isti constitui possunt, nihil quidquam adfirmare ausim. Nihilo magis certam sedem alii adsignare fragmento licet, in quo vix dubium est, quin Chorus loquatur, apud Stobaeum T. 105 [103] p. 563, T. III, p. 360 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας·*

Οὐκ ἔστιν, ὅστις εὐτυχὴς ἔφυ βροτῶν,
ὃν μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ συντέλει.

Et haec quidem lectio est vulgata, verum A. et B. *συνθέλει* pro *συντέλει* exhibent, Gesnerus autem dedit *σὺν τέλει*. Frustra laboratur in secundi versus emendatione. Grotianae conjecturae, *ὃν μὴ τὸ θεῖον ὡς τὸ τέλος ἀπολλύει* alterum vitium notavit Matthiaeus, qui ipse scripturam *συνθέλει* inscite defendit. Porsonus in Adversar. p. 274 (242 Lips.) *ᾧ μὴ* correxit, praeterea nihil. Videlicet reponendum est

Οὐκ ἔστιν, ὅστις εὐτυχὴς ἔφυ βροτῶν,
ᾧ μὴ τὸ θεῖον εἰς τὰ πολλὰ συντελῇ,

„Nemo quisquam mortalium felix est, cui non divinum numen ad plurimas res prosit.“ Prope ad verum accessit Heathius, quum conjiceret, *οὗ μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ συντελεῖ, ubi* vel *cuius ad plurima non confert numen*, verbis parum atticis, perapta autem sententia. Hermannus scribit, *ᾧ μὴ τὸ θεῖον εἰς τὰ πολλὰ συνθέλῃ*, recte caetera, modo verbum unice necessarium *συντελεῖν* servasset. Nam Conjunctivo quidem plane opus est, ut in universa sententia, quae patet latissime. Seidlerus conferri jubet Heynium ad Eratost. Catast. p. XXIII sq. Supersunt dubiae fidei fragmenta, quae fortassis ad aliam Euripidis tragoediam revocari debent. Nam Antiatticista quidem Bekkeri p. 78, 21 *Αἰσχροκερδής: Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ* si minus scripsit, at scribere tamen debuit *Ἀνδρομάχῃ*. Haud dubie enim designat locum Andromachae 451 *οὐκ αἰσχροκερδεῖς*; Quod quum ego dudum vidissem, tum nuper Pflugkius quoque l. l. monuit. Paullo difficilior quaestio est de loco Plutarchi Sympos. IX, 15 p. 747, d — *πολλὰς δὲ καὶ συνθέσεις τῶν ὀνομάτων κατὰ μέλη μιμητικῶς σχηματίζουσιν (οἱ ποιηταὶ), ὡς Εὐριπίδης,*

Ὁ πετάμενος (recte Matthiaeus *πετόμενος*) *ἱερὸν*
ἀνὰ Διὸς αἰθέρα γοργοφόνος.

Quae ex aliquo Euripidis cantico depromta esse, ipse docet Plutarchus (*κατὰ μέλη*). Describi autem Perseum in aprico est. Jam Valckenarius in Diatribe p. 49, b. qui hic per ambages ostendatur, fuisse in Andromeda Perseum divinat. Matthiaeus vero p. 45 ita agit, quasi jam Andromeden deprehensam manibus plane teneat. Praefatus igitur, Plutarchi locum ad primam Andromedae partem referendum esse (quod fieri certe non potest; neque enim Euripidis tra-

goediae ab ipsis canticis incipiunt) postremo tamen concedit, hoc in aliis etiam fabulae partibus locum habere potuisse. Equidem, si quis Plutarchi memoriam ex Andromedae aliquo Choro decerptam esse cum Valckenario fere censuerit, cum eo pugnare nolo. Hoc tamen dico, quum Persei mentio ab Euripide haud raro facta sit idque etiam in Choris (velut in Helen. 1464, Electr. 459, Iphig. A. 1500), posse jure eodem illum Plutarchi locum ex alius Choro tragoediae repetitum videri. Constat autem hic Euripidis versus undecunque demum petitus e dochmiis duobus, qui quatuor brevibus syllabis, ut fit, in medio positis distinentur,

Ὁ πετόμενος ἱερὸν | ἀνὰ Διὸς | αἰθέρα γοργοφόνος.

Restat locus non valde amoenus Stobaei in Titulo *περὶ ταφῆς* 123 [122] p. 614, T. III, p. 488 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας*·

Τὸ ζῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου.
Κενόν γ'· ὅταν γὰρ ζῇ τις, εὐτυχεῖ, Κρέων.

Lemma *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας* habet A, *Εὐριπίδου* simpliciter Trincavellus. Pro *ὅταν γὰρ* A. B. *ὅτου γὰρ* dederunt. Hinc Gaisfordus perinepte conjecit, *ὅπου γάρ*. Reponere poterat salva sententia, *Κενόν γ'· ὅτε ζῇ γάρ τις, εὐτυχεῖ, Κρέων*, sed nihil opus ulla mutatione. Pro *ἀφέντες* male *ἀφέντος* Grotius et Boissonadius. Falso etiam *κενοί γ'* Musgravius, qui idem recte primum versum personae *A*, secundum personae *B* tribuit, plaudente etiam Matthiaeo. Verte in hunc modum, A. *Omissa* (neglecta) *vita* (tua) *sepulturam tuam honore adficiunt.* B. *Vanum id quidem; quando enim aliquis vivit, felix est, Creon.* Verum enim vero quum Creon in Andromeda quidem profecto nullus commemorari potuerit, necesse est alterutrum aut lemma *Ἀνδρομέδας*, aut nomen ipsum *Κρέων* in errore Stobaei vel librariorum versari. Ac Musgravius quidem nomine *Κρέων* sublato edidit *εὐτυχεῖν χρεών*, speciose ille quidem, nisi absone vertisset, *praestat laeta experiri.* Imo tum hoc diceretur: *vanus est honor sepulturae; dum enim aliquis vivit, felix sit oportet* (quippe post mortem nulla felicitas). Ego de sepultura, aut certe de cenotaphio in Andromeda sermonem esse potuisse, nequaquam infitior. Veruntamen scriptorum auctoritates in illo Stobaei loco valde turbatae esse videntur; si quidem ei, qui proxime anteceduut, sex versus continui Euripidis Supplic. 531 temere adsignantur Moschioni. Quamobrem sic censeo, Andromedae Euripideae eum locum, qui ageret de sepultura, interisse (et sic periit etiam similis quidam locus Moschionis), lemma tamen *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας* integrum mansisse; qui autem sequuntur versus,

A. Τὸ ζῆν ἀφέντες, τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου.
B. Κενόν γ'· ὅταν γὰρ ζῇ τις, εὐτυχεῖ, Κρέων,

eos minime ex Andromeda, sed potius ex Antigona Euripidis fluxisse arbitror. Nam in hac fabula Antigone Haemoni, quocum deprehensa

ΧΟΡΟΣ.

Παλλάδα τὴν φιλόχορον ἐμοὶ προφδός

---

erat, postremo in matrimonium dabatur. Quodsi puella in Euripide metu supplicii, (quo apud Sophoclem reapse adficitur) forte perterrita erat: Creonti sic dicenti, *Mortem tuam, vita neglecta, populus honorat*, omnino respondere poterat, *Inane id quidem; nam dum quis vivit, beatus est, Creon*, quum praesertim vivere ipsa et nubere Haemoni suo discuperet. Parum verisimilis conjectura est Valckenarii, qui fragmentum nostrum ad Euripidis Alcmaeonem referebat, hoc commotus versu (p. 24 Matth.) Ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα—. Breviter, nec indiligenter tamen omnia Andromedae Euripideae fragmenta pertractavimus, nullo uno loco, qui quidem ad rem nostram adtineret, omisso, rursus autem deletis omnibus, qui temere adlati erant maximeque e Thesmophoriazusis. Spero equidem perpetuo fabulae ordine ob oculos quasi proposito satis superque demonstratum esse id, quod supra posui, Andromedam illam praeclaram tragoediam fuisse (si universam spectaveris) et omni laude cumulatam. De Sophoclis Andromeda alia occasione dicetur; jam enim Euripides orationem meam absorbuit. Unum hoc adfirmo, Sophoclis Andromedam drama fuisse satyricum, ut Brunckius vidit rectissime. Itaque Scaliger loco supra ad v. 1065 indicato male conjecit, Livium Andronicum Sophocleam Andromedam interpretatum esse videri. Quomodo enim Livius in tragoedia satyricum drama facere latinum potuit? Caeterum Andromedae Euripideae mentionem fecit Nicobule apud Athenaeum XII, 537, d, e quo loco Alexandrum Macedonem hac tragoedia delectatum esse constat, *Νικοβούλη δέ φησιν, ὅτι παρὰ τὸ δεῖπνον πάντες οἱ ἀγωνισταὶ ἐσπούδαζον τέρπειν τὸν βασιλέα, καὶ ὅτι ἐν τῷ τελευταίῳ δείπνῳ αὐτὸς ὁ Ἀλέξανδρος ἐπεισόδιόν τι μνημονεύσας ἐκ τῆς Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας ἠγωνίσατο, καὶ τὸν ἄκρατον προθύμως προπίνων, καὶ τοὺς ἄλλους ἠνάγκαζεν.* Hunc locum et alios quosdam viri docti neglexerunt.

V. 1136 sqq. Brevis hic Chorus vel minimum habet obscuritatis. Metricam ejus compositionem primus recte explicavit Reisigius in Conj. p. 302 sq. Docuit enim, v. 1136 *Παλλάδα* — 1139 *κούρην* proodum esse (et saepe proodorum versus primo Stropharum pari haud absimiles sunt atque in ipsa tamen similitudine diversi), deinde primam stropham sequi v. 1140 *ἦ* — 1142 *καλεῖται*, tum interponi mesodum v. 1143 *φάνηθ'* — 1144 *εἰκός*, porro antistropham primam contineri versibus 1145 *δῆμος* — 1147 *φιλέορτον*, denique ad secundam stropham, id est ad v. 1148 *ἦκετ'* — 1154 *ὄψιν* antistropham hanc referri v. 1155 *μόλετον* — 1159 *ἡμῖν*. Quam carminis descriptionem jure meritoque probavit Hermannus et apud ipsum Reisigium in Praefat. p. XXI, et in Elementis Doctr. Metr. p. 541 sq. Non aliter, sat scio, viri metrorum intelligentes judicabunt;

δεῦρο καλεῖν νόμος ἐς χορὸν,

---

est enim res tam certa tamque evidens, ut nihil supra. Strophicum esse hunc locum viderat etiam Hotibius, veruntamen somniabat, versus 1136 *Παλλάδα* — 1147 *φιλέορτον* pro unica stropha, et v. 1148 *ἥκετ'* — 1159 *ἡμῖν* pro antistropha habendos esse. In alias nugas postea incidit Bothius, qui Reisigii Hermannique sententiam nescire non poterat. Bothius igitur Chorum ita dividit, v. 1136 *Παλλάδα* — 1139 *κούρην στρ. α'*, v. 1140 *ἣ* — 1142 *καλεῖται ἀντ. α'*, v. 1143 *φάνηθ'* — 1147 *φιλέορτον μεσῳδ.*, v. 1148 *ἥκετ'* — v. 1150 *οὗ δῆτ' ἀνδράσιν οὐχὶ* (sic) *στρ. β'*, v. 1151 *εἰσορᾶν θεμίτ' ὄργια* (sic) — 1154 *ὄψιν ἀντιστρ. β'*, v. 1155 *μόλετον* — 1159 *ἡμῖν ἐπῳδ* . . Satis constat, singularem esse artem metricam, quam exercere Bothio placuit; quando et versus Bothiani nullo plerumque metro scripti sunt, et quas ipse fingit, strophae fere nusquam sibi invicem respondent. Restat nobis G. Burgesius, vir quum ingeniosus, tum etiam ingenii prodigus. Hic enim strophas indagare et ipse conatus Chorum nostrum in *στρ. α'*, *ἀντιστρ. α'*, *στρ. β'* *ἀντιστρ. β'* atque epodum distribuit. Caeterum singulis verbis versibusque totis multifariam transpositis sursum deorsum omnia versavit et summa imis miscuit usque eo, ut alium plane Chorum oculis tibi tuis cernere videare. Inusitate autem Burgesii Chorus et incipit, *Ἡ πόλιν ἡμετέραν ἔχει* et vero desinit,

φανῆτ' (sic) *ὦ τυράννους*
στυγοῦσ' ὥσπερ εἰκός.

Sed extra jocum: etsi Burgesius tum metra pessime constituit, tum Choro toti, quasi castae virgini vim intulit, tamen Burgesium semel atque iterum nominare debebo. Nam ingenio hic vir paene dixerim abundat, errare ac labi solitus, solitus vero etiam cogitare aut certe ingenio minime malo et animo suo obsequi. Porro argumentum cantici simplex est et jam ab aliis recte definitum; Chorus enim ab initio Minervam, deinde etiam Cererem ac Proserpinam cantu celebrat suo, easque deas ut propitiae adesse velint, precatur. Veniamus ad singula.

V. 1136. 1137. Epitheton *τὴν φιλόχορον* et ipsi Minervae et loco nostro et metro consentaneum est. Pallas enim vix in lucem edita pyrrhichen saltat apud Lucianum Dial. Deor. VIII, 2 *ἡ δὲ πηδᾷ καὶ πυῤῥιχίζει καὶ τὴν ἀσπίδα τινάσσει καὶ τὸ δόρυ πάλλει καὶ ἐνθουσιᾷ*, ubi vide Hemsterhusium. Hic autem Minerva propter id ipsum, quod saltationum amans dea est, invocatur, ut Choro volens propitia intersit. Mala igitur conjectura est G. Burgesii, qui metri causa, ut opinor, scripsit, *Παλλάδα τὴν φιλόχωρον ἐμοὶ* —. Tum loquutio *καλεῖν* — *ἐς χορὸν* non videtur cadere nisi in ipsum Chorum

παρθένον ἄζυγα κούρην·
ἣ πόλιν ἡμετέραν ἔχει, στρ. α' 1140
καὶ κράτος φανερὸν μόνη,
κληδοῦχός τε καλεῖται.
φάνηθ', ὦ τυράννους μεσῳδός.
στυγοῦσ', ὥσπερ εἰκός.

---

deos deasve precantem, ut descendant de caelo et saltationi suae intersint. Sic etiam Nubium Chorus canit v. 560

Ὑψιμέδοντα μὲν θεῶν
Ζῆνα τύραννον ἐς χορὸν
πρῶτα μέγαν κικλήσκω,

atque Equitum v. 557 δεῦρ' ἔλθ' ἐς χορὸν ὦ χρυσοτρίαιν' —. Denique de hoc Thesmophoriazusarum II

Μήτε Μούσας ἀνακαλεῖν ἑλικοβοστρύχους,
μήτε χάριτας βοᾶν εἰς χορὸν Ὀλυμπίας κτλ.

nunc paullo aliter sentio atque in dissertatione p. 75. Nihil tum quidem tribuebam conjecturae meae (mea enim fuisse videtur, non aliorum),

Μήτε Μούσας ἀναβοᾶν ἑλικοβοστρύχους,
μήτε χάριτας καλεῖν εἰς χορὸν Ὀλυμπίας,

quam emendationem nunc haud absurdam nec sane improbabilem esse censeo. Nam permire dictum est illud, βοᾶν εἰς χορόν, usitate autem et recte καλεῖν εἰς χορόν.

V. 1139. Rav. et Juntina versus ita distinguunt,

Δεῦρο καλεῖν νόμιος ἐς
χορὸν παρθένον
Ἄζυγα κόρην.

Tum κούρην pro κόρην emendatio est Hermanni in libro de metris p. 232 et in Elementis p. 541, jure probata illa Reisigio p. 303, Dindorfio, Bothio. Poëtica autem ubertas est, παρθένον, ἄζυγα κούρην, in qua male haesit et Zanettus ediditque παρθένων ἄζυγα κόρην, et Burgesius, qui inepte scripsit,

ἐς χορὸν,
παρθένον ἄζυγα, κουρᾶν

addiditque, ad χορὸν κουρῶν vocari Palladem virginem. At Chorus fabulae nostrae minime e virginibus, sed e matronis compositus est.

V. 1140. ἣ πόλιν non Ravennatis error est, sed typothetae etiam alias incuriosi apud Bekkerum. Mox Juntina, quae omni genere vitiorum scatet, κλῆδ' οὐχ ὅς τε καλεῖται.

V. 1143. 1144. Ravennas et Juntina,

φάνηθ' (Juntina φανῆθ') ὦ τυράννους
στυγοῦσ', ὥσπερ εἰκός.

δῆμός τοι σὲ καλεῖ γυναι- ἀντιστρ. ά 1145

Augustanus per errorem, quo fuit qui mire abuteretur, post *καλεῖται* ita pergit,

στυγνὰς ὡς ἐ-
φάνηθ' ὦ τυράννους
στυγοῦσ' ὥσπερ εἰκός.

Videlicet librarius duplicem primo errorem commissurus erat, tum omissurus versum *φάνηθ' ὦ τυράννους* tum male descripturus versum proximum, caeterum errores suos statim animadversos correxit ipse. Quaeritur vero, quo genere metri hi duo versus scripti esse videantur. Ac de dochmiaco quidem hypercatalecto nemo facile cogitabit. Neque bacchiacos hos versus putare licet cum Dindorfio ad Vespas v. 317. 318 ed. III. Nam et perraro bacchiaci inveniuntur, nec quidquam commune habent cum glyconeis. Tenendum est enim inprimis, hic glyconeos versus et antecedere et sequi. Quibus quum similes esse nostri versus debeant, ita eos metiri debebimus, ut jambum excipiat trochaeus, id quod saepenumero fit in glyconeis,

∪ ⏑́ | ⏑́ ∪ — ∪̄
φάνηθ' ὦ τυράννους
στυγοῦσ', ὥσπερ εἰκός.

Idem metrum cum glyconeis copulatur in Vespis 317

Φίλοι, τήκομαι μὲν
πάλαι διὰ τῆς ὀπῆς
ὑμῶν ὑπακοίων,

ab Euripide in Supplicibus v. 990

τί φέγγος, τίν' αἴγλαν
ἐδίφρευε τόθ' ἅλιος

et in antistropha v. 1012

ὁρῶ δὴ τελευτὰν,
ἵν' ἔστακα· τύχα δέ μοι

et alibi saepius. Praeclare de hoc metro cum glyconeis conjuncto disputavit Hermannus in Elementis p. 568 ne nostri quidem ille loci immemor.

V. 1145. Burgesius pro *δῆμος — γυναικῶν* legendum esse dicit *ἑσμὸς — γυναικῶν*, deceptus scilicet loco Lysistrat. v. 353 *ἑσμὸς γυναικῶν οὗτοσὶ θύρασιν αὖ βοηθεῖ*. At facete scribere Aristophanes poterat *δῆμος γυναικῶν*, ridens Athenienses suos, qui nulla re magis, quam populi libertate gloriabantur et verbum ipsum *ὁ δῆμος* in deliciis habebant. Quam mallem hanc ipsam fabulam diligentius legiuset Burgesius contulissetque v. 307 — *περὶ τὸν δῆμον τὸν τῶν Ἀθηναίων, καὶ τὸν τῶν γυναικῶν* et v. 335

εἴ τις ἐπιβουλεύει τι τῷ δήμῳ κακὸν
τῷ τῶν γυναικῶν.

κῶν· ἔχουσα δέ μοι μόλοις
εἰρήνην φιλέορτον.

Sed his omissis nostrum locum contemplemur. Egregie enim Chorus notiones contrarias sibi opponit dicitque, *Veni, Minerva, quae tyrannos abominaris, sicuti jus fasque est: populus te profecto mulierum invocat.* Φάνηθ', inquit, ὦ τυράννους στυγοῦσ', ὥσπερ εἰκός. δῆμός τοί σε καλεῖ γυναικῶν. Certe aptior oratio inveniri non potest. Cujus vim si intellexisset Burgesius, neque v. δῆμος temere mutasset, neque ei in mentem venisset, verba φάνηθ' — εἰκὸς transponere.

V. 1147. Pax festis amica esse dicitur, quia bello Peloponnesio Dionysia rustica aliique dies festi ob crebras hostium incursiones ne celebrari quidem poterant. Hinc ita queritur in Acharn. 255

ἔκτῳ σ' ἔτει προσεῖπον ἐς
τὸν δῆμον ἐλθὼν ἄσμενος,
σπονδὰς ποιησάμενος ἐμαυ —
τῷ, πραγμάτων τε καὶ μαχῶν
καὶ Λαμάχων ἀπαλλαγάς.

V. 1148 sqq. Adhuc una celebrata est Minerva, sequuntur nunc in ultimo stropharum pari Cereris laudes et Proserpinae. Sed in hac Chori parte et vitia quaedam librariorum tollenda sunt, et metra obruta partim erui debent. Et illud quidem facile patet, desinere Chorum in dactylicos versus, quoniam neque stropha quidquam vitii fecit, neque antistropha nisi perleviter corrupta est. Caeterum magna difficultate tres primi versus premuntur, quos in stropha ita scriptos usurpant Rav. Aug. Junt.

ἥκετ' εὔφρονες ἵλαοι,
πότνιαι, ἅλσος (ἄλσος Junt.) ἐς ὑμέτερον.
οὗ δὴ ἀνδράσιν οὐ (οὖ Junt.)
θεμιτὸν εἰσορᾶν
—.

In antistropha autem eidem libri exhibent,

μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθ' ὦ
Θεσμοφόρω πολὺ ποτνία. (πότνια A. R. J.)
εἰ καὶ πρότερόν ποτ' ἐπηκόω
—.

Hic vero ne litera quidem mutata usitatissimum genus metri bis reperitur,

— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ —
ὦ Θεσμοφόρω πολυποτνία
et εἰ καὶ πρότερόν ποτ' ἐπηκόω.

Quo quidem metro usum esse poëtam tanto certius esse debet, quod anapaestici versus cum dactylicis saepissime copulantur, velut in Nub.

εἰσήκετέ τ' εὔφρονες, ἵλαοι, στρ. β'

290, 312, in Avibus v. 254 etc. Ne longum faciam, reponendum est in stropha

Εἰσήκετέ τ' εὔφρονες, ἵλαοι,
Πότνιαι, ἅλσος ἐς ὑμέτερον·
Οὗ γ' ἀνδράσιν οὐ θεμίτ' εἰσορᾶν,

in antistropha autem,

Ὦ Θεσμοφόρω πολυποτνία,
Μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθα.
Εἰ καὶ πρότερόν ποτ' ἐπηκόω —,

quae justa est atque egregia responsio. Ac de antistrophicis postea dicetur. In stropha vero ne per sententiam quidem librorum omnium scripturam retinere licet, ἥκετ' εὔφρονες, ἵλαοι —. Quum enim poëta a Pallade ad Cererem Proserpinamque transeat, aut lacuna hic aliqua esse debet (cujus quidem vestigium exstat nullum) aut certe scripsit Aristophanes, ἥκετέ τ' εὔφρονες, ἵλαοι *Vosque, deae* (ut Pallas) *venite*. Nam in hujusmodi locis Graeci τὲ potius, quam δὲ particulam ponere solent, ut supra v. 973, 977 et saepe in Avibus a v. 230—260. Omnino de hac re alibi diximus, comparato etiam Latinorum *que* apud Ciceronem In Verrem II Lib. V c. 72 et saepius. Nunc quoniam anapaesticum versum restituendum esse antistropha loquitur et clamat, ajo poëtam scripsisse, Εἰσήκετέ τ' εὔφρονες, ἵλαοι —. Quae correctio primum lenissima est (quum enim super ἥκετ' positum sit εἰρήνην, facile in ἥκετ' degenerare εἰσήκετ' potuit) deinde etiam alioqui concinna et vix dubitanda. Nempe compositum verbum εἰσήκειν, quod parum firmarunt Lexicographi nostri, in ipso legitur Aristophane Vesp. 606 ὅταν οἰκαδ' ἴω τὸν μισθὸν ἔχων, κἄτ' εἰσήκονθ' ἅμα πάντες —. Ac tamen in Vespis etiam v. εἰσήκειν indoctis librariis displicuisse puto. Quantum enim colligo e scriptura Ravennatis, κἄπειτ' εἰσήκονθ', fuerunt, qui male olim scriberent, — κἄπειτ' ἤκονθ' ἅμα πάντες —. Priusquam caetera expedire licebit, doctissimorum hominum de v. 1148 conjecturas in medium adferam et dijudicabo. Nam principio Reisigius Conj. p. 303 in stropha hancce conjecturam periclitatus est,

ἥκετ' ἅλσος ἐς ὑμέτερον,
Πότνιαι, εὔφρονες, ἵλαοι,

et in antistropha vulgatam fere reliquit,

μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθ', ὦ
Θεσμοφόρω πολυπότνιαι (sic)

Et vero hanc opinionem ab Hermanno condemnatam in Praefat. p. XXI, qua erat obstinatione animi pervicaciaque, tenuit. Metra sane egregie tum congruent, sed duobus vitiis ratio ista laborat. Neque divellere licet verba arctissime connexa, ἥκετ' εὔφρονες, ἵλαοι *venite benevolentes, propitiae*, neque tria adjectiva unico versu consti-

Πότνιαι, ἄλσος ἐς ὑμέτερον·

---

pare fas est; *Πότνιαι, εὔφρονες, ἵλαοι.* Itaque ratio ipsa postulat, ut justus verborum ordo,

ἥκετ' εὔφρονες, ἵλαοι,
Πότνιαι, ἄλσος ἐς ὑμέτερον

ne turbetur. Hermannus apud Reisigium vulgata tuetur,

ἥκετ' εὔφρονες ἵλαοι,
πότνιαι, ἄλσος ἐς ὑμέτερον

atque in antistropha,

μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθα,
Θεσμοφόρῳ πολυποτνίᾳ,

nec quidquam mutat, nisi *ἀντόμεθ' ὦ* in *ἀντόμεθα.* Male negat Reisigius l. l. p. XXII, extremam arsin Glyconei versus solvi posse aut itiusmodi Glyconeum soluta ultima arsi cadere in Aristophanem. Ergone oblitus erat primi versus in hoc ipso Choro,

Παλλάδα τὴν φιλόχορον ἐμοί?

Quin in glyconeis solutiones choriambi non adeo raras esse exemplis ostendit Hermannus in Element. p. 546 sqq. Jure vero Reisigius miratur magnam strophae antistrophaeque dissimilitudinem, et insolentiam posteriori versui in stropha, priori eandem in antistropha adhibitam. Profecto enim apud Hermannum neuter versus antistrophico respondet, et plane planissimum est, verba *ὑμέτερον* et *ἀντόμεθα* necessario ad se invicem referri. Nolim igitur Hermannum, virum (ut constat) erroris minime tenacem hoc inventum tacite retinuisse in Elementis p. 542. Quanquam talem tantumque virum error manifestus non diu potuit latere. Minime dubitabam, quin hae strophae a me ipso recte atque ratione correctae essent; sed videbar mihi alibi perbonas Hermanni nostri conjecturas legisse; volvo igitur revolvoque omnes fere epistolas ab Hermanno ad me datas, ecce tandem invenio emendationes editis longe praestantes ac vere dignas Hermanno, quas infra posui,

στρ. β' *ἥκετε δ' εὔφρονες ἵλαοι,*
πότνιαι ἄλσος ἐς ὑμέτερον,
ἄνδρας ἵν' οὐ θέμις εἰσορᾶν
ὄργια σεμνὰ θεᾶν, ἵνα λαμπάσι
φαίνετον ἄμβροτον ὄψιν,
ἀντιστρ. β' *Θεσμοφόρῳ πολυποτνίᾳ,*
μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθα.
καὶ πρότερόν ποτ' ἐπηκόῳ
ἦλθετε, νῦν ἀφίκεσθ' ἀφίκεσθ' ἱκε-
τεύομεν ἐνθάδε χήμεῖν.

οὖ δὴ ἀνδράσιν οὐ θεμίτ' εἰσορᾶν 1150

Recte statim ab initio ille vidit, post ἥκετ' particulam aliquam deesse, vidit etiam, id quod gravius est, in antistropha duo versiculos transponi debere, de qua re ad ipsum locum plura dicentur.

V. 1150. Jam supra ostendi, Rav. Aug. Junt. hunc versum ita scribere,

οὖ δὴ ἀνδράσιν οὐ (οὖ Junt.)
θεμιτὸν εἰσορᾶν,

duos enim versus faciunt ex uno. Viri autem docti non magis quam primo loco, in quo erat, εἰσήκετέ τ' εὔφρονες ἥλαοι et Θεσμοφόρῳ πολυποτνία, in hoc altero anapaestos agnoverunt. Atqui in antistropha et libri omnes et res ipsa poëtam docent scripsisse, Εἰ καὶ πρότερόν ποτ' ἐπηκόω. Ad hanc igitur normam versum nostrum direxi certa, quemadmodum spero, emendatione, οὖ γ' ἀνδράσιν οὐ θεμίτ' εἰσορᾶν. Nam primum quidem singularis θεμιτὸν librarios redolet, pluralis autem θεμιτὰ melius quadrat in loquendi consuetudinem. Lubentius enim Attici dixerint, τὰ ὄργια οὐ θεμιτά ἐστιν εἰσορᾶν *orgia sunt inlicita ad intuendum* (ut τὰ ὄργια δίκαιά ἐστιν ἄγεσθαι), quam modo vulgari, οὐ θεμιτόν ἐστιν εἰσορᾶν τὰ ὄργια. Praeterea pro οὖ δὴ ἀνδράσιν hiatus vitandi causa Brunckius conjecit ediditque οὖ δῆτ' ἀνδράσιν idque recepit Bothius metro illi quidem invito. Reisigius autem p. 308 et Hermannus Elem. p. 542 vocales η̄ et ᾱ in δὴ ἀνδράσιν per crasin conjungi statuunt, idemque Dindorfio videtur placuisse; is enim δὴ ἀνδράσιν servavit. Ego si graece scio, tali in loco, ubi templum amplius describitur, potius οὖ γ' quam οὖ δὴ posuit Aristophanes. Gradus corruptionis hi esse poterant, οὖ γ', οὖ δ', οὖ δή. Neque de crasi ista nullus est relictus locus dubitandi. Hic enim minime δὴ ἀνδράσιν sed οὖ δὴ cohaerent; ego autem crasin η̄ ᾱ in verbis tantum arcto vinculo copulatis reperi, velut in articulo ἐν τἀγορᾷ Acharn. 803, 813, 820 et Equit. v. 1255, τἀγαθῇ Nub. 62, atque in formula τυχἀγαθῇ Av. 665 et saepius. Omnium vero saepissime particula μὴ cum ᾱ conliquescit, ut in formula nemini ignota μὴ ἀλλὰ (μἀλλὰ), quam supra explicavi ad v. 646, et vero etiam in εἰ δὲ μὴ ἀλλὰ (μἀλλὰ) supra v. 288 et ἵνα μὴ ἄλλην (μἄλλην) supra v. 476. Nec mirum; μὴ enim cum vocalibus aliis diphthongisve coit facillime, atque adeo μὴ οὐ unius syllabae est et duarum μὴ οὐχὶ in tota poësi Graecorum. Quare ne has quidem crases mirari poteris, εἰ δὲ μὴ, ἡμεῖς (quasi μἠμεῖς) supra v. 536 atque μὴ αὐτόν (quasi μαὐτὸν) in Ecclesiaz. 643. Jam Reisigius l. l. p. 303 hic vulgatam relinquit,

οὖ δὴ ἀνδράσιν οὐ
θεμιτὸν εἰσορᾶν,

in antistropha vero scribit

εἰ καὶ πρότερον
πώποτ' ἐπηκόω.

ὄργια σεμνὰ θεαῖν, ἵνα λαμπάσι

At ineptus est non solum dochmius, verum etiam *πώποτ'* pro *ποτ'* satis absurdum; singulis enim annis deae auditis precibus venire solebant. Idem tamen metrum ipsi placuit Hermanno l. l. p. 542 *οὔ δὴ ἀνδράσιν οὐ θεμιτὸν εἰσορᾶν* atque *εἰ καὶ προτερόν γέ ποτ' ἐπηκόω*, ubi miror etiam vocem *γέ*. Caeterum falsam de metro opinionem nuper Vir Summus retractavit scripsitque dactylico versu, *ἄνδρας ἵν' οὐ θέμις εἰσορᾶν* et in antithetico, *καὶ πρότερον ποτ' ἐπηκόω*. At tum strophan nimia audacia videtur conformasse, tum in altero versu calami errore *καὶ πρότερον* scripsisse pro *εἰ πρότερον* (neque enim *εἰ* ullo modo potest abesse); etsi in tali loco ne *εἰ* quidem solum pro *εἰ καὶ* ferri tolerarique posse censeo. Hotibius (si quem forte mala etiam delectant) conjiciebat,

Οὔ δῆτ' ἀνδράσιν οὐ θε-
μιστὸν ὄργια σέμν' ἐσο-
ρᾶν θεαῖν, ἵνα λαμπάσι
φαίνετ' ἄμβροτος ὄψις!

Bothius,

οὔ δῆτ' ἀνδράσιν οὐχὶ
εἰσορᾶν θεμίτ' ὄργια
σεμνὰ θεαῖν, ἵνα λαμπάσι
φαίνετον ἄμβροτον ὄψιν,

in quo semel literarum figuras *θεμίτ'* non sententiam consequutus est, falsoque hic *θεμιτὰ* attice dictum statuit pro *θεμιτόν*, ut in *καλά ἐστιν* pro *καλόν ἐστι*, Burgesius denique scripsit,

οὔ δῆτ' ἀνδράσιν εἰσορᾶν
οὐ θέμις ὄργια σεμνά.

V. 1151. Rav. Aug. Junt. recte scriptis versibus male autem distinctis,

ὄργια σεμνὰ θεαῖν·
ἵνα λαμπάσι φαί-
νετον ἄμβροτον ὄψιν.

Ego, ut res postulabat, ita distinxi,

ὄργια σεμνὰ θεαῖν, ἵνα λαμπάσι
φαίνετον ἄμβροτον ὄψιν.

Reiskius conjiciebat, *θεαῖν ὑπὸ λαμπάσι. φαίνετον* — permire sane, et Scaliger, — *ἐνὶ* (pro *ἵνα*) *λαμπάσι φ.* sublata etiam facultate construendi. Nescio equidem, cur *ἵνα* eximiis viris displicuerit. Quin simillimus ad syntaxin locus est Nubium v. 302

— εὔανδρον γᾶν
Κέκροπος ὀψόμεναι πολυήρατον,
οὗ σέβας ἀῤῥήτων ἱερῶν, ἵνα
μυστοδόκος δόμος
ἐν τελεταῖς ἁγίαις ἀναδείκνυται —.

φαίνετον ἄμβροτον ὄψιν.
ὦ Θεσμοφόρω πολυποτνία, ἀντιστρ. β' 1155

Corruptum esse non strophicum locum, sed antistropham Reisigius animadvertit, quippe qui antistropham non stropham corrigere studuerit. Aliter olim videbatur Hermanno, l. l. p. 542, ubi deleto verbo θεαῖν scripsit,

ὄργια σέμν', ἵνα λαμπάσιν
φαίνετον ἄμβροτον ὄψιν.

At ὄργια σεμνὰ θεαῖν supra quoque leguntur v. 948 ὅταν ὄργια σεμνὰ θεαῖν ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν, ἅπερ καί, unde hunc in locum vocem θεαῖν a librariis traductam esse prorsus incredibile videtur. Et quum valde anceps et periculosum sit, stropham praeter omnem necessitatem, sine ulla denique suspicione vitii mutare, metra autem non congruant, ea ratio haud dubie valebit, quae satis habuerit, antistropham manifesto corruptam strophae sanissimae illius modo ac pede metiri. Haec scilicet et talia Vir Egregius secum reputaverat, quum nuper Codicum lectione hic quidem servata unicam corrigere antistropham studeret.

V. 1155 sqq. Superest antistropha, cujus initium in Rav. Aug. Junt. hoc est,

Μόλετον, ἐλθετον, ἀντόμεθ' ὦ
Θεσμοφόρω πολὺ πότνια

(hoc ipso quidem accentu, πότνια). In Ed. Lugdunensi Batavorum πολὺ πότνιαι invenio, haud dubium errorem typothetae; male enim id e vetere libro Scaligeri derivat Reisigius p. 309. Vix credas autem, Reisigium eundem p. 303 typothetae istius auctoritate scribere potuisse cum ingenti barbarismo, Θεσμοφόρω πολυπότνιαι. Etenim nihil egerit, qui hoc vitium ab Hermanno et Schaefero acceptum esse mentiatur, ideo quod ita scripsit Reisigius p. 309, *sed duobus vocabulis ex Hermanni Schaeferique auctoritate conglutinatis* πολυπότνιαι *posui.* Imo Hermannus et in Elementis p. 542 et in literis ad me datis clare scripsit, Θεσμοφόρω πολυποτνία, eademque haud dubie sententia fuit Schaeferi. Itaque Hermannus Schaeferusque prudenter monuerant Reisigium, ut πολὺ ποτνία unam in vocem πολυποτνία contraheret, qua compositione etiam Apollonium Rhodium et Pseud-Orpheum usos esse docent Lexicographi. Receptum est autem πολυποτνία etiam a Dindorfio Bothioque. Tum Ravennas exhibet ἀντόμεθ', Augustano autem et Juntinae B. Thierschius ἀντώμεθ' imputat. Ac de Augustano fides esto penes auctorem, sed in Juntina ἀντόμεθ' ut vulgo legi testificor. At vero hoc ipsum ἀντόμεθ' ridicule depravarunt subsequuti editores. Editio Zanetti habet ἀντόμεσθ' atque adeo αἰτόμεθ' primum Frobeniana,

μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθα·
εἰ καὶ προτερόν ποτ' ἐπηκόω

---

deinde Lugdunensis et Aemilii Porti, porro etiam hinc *αἰτούμεθ'* Kusteriana et Brunckiana. Genuinum *ἀντόμεθ'* restituerunt in Excerptis Scaliger et Brunckius in Addendis. Verum enim vero edidimus in hunc modum,

Ὦ Θεσμοφόρω πολυποτνία,
μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθα.

Quae quidem versuum transpositio plane necessaria est ob has potissimum causas. Principio adcuratissime sibi respondent,

εἰσῆκετέ τ' εὐφρόνες ἵλαοι
πότνιαι ἅλσος ἐς ὑμέτερον

et *ὦ Θεσμοφόρω πολυπότνια*
μόλετον ἔλθετον ἀντόμεθα

(nam *πότνιαι*, ut plerumque in ipso etiam Aristophane, primam habet brevem, licet paullo post sequatur *πολυπότνια*), maximeque in oculos incurrit, *ὑμέτερον* et *ἀντόμεθα* ad se referri debere. Atqui supra demonstravimus, in stropha quidem nihil quidquam transponi per sententiam dictionemque poëticam licere. Necesse est igitur, (quod relinquitur unum) duo versus locum mutare in antistropha. Tum longe melior ad ipsum sensum hic ordo verborum est, *Ὦ Θεσμοφόρω πολυποτνία, μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθα.* Nempe melius sic incipit antistropha, ut novam sententiam cito agnoscas; saepissime ab initio stropharum dii deaeve invocantur, veluti a Sophocle Oedip. R. v. 151, 158, 190, 203 etc.; postremo orationis concinnitas rationem nostram postulat (*ὦ Θεσμοφόρω πολυποτνία*, tum *μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθα.* et *εἰ καὶ πρότερόν ποτ' ἐπηκόω ἦλθετον*, tum *ἔλθετε νῦν, ἀφίκεσθ' ἱκετεύομεν ἐνθάδε χἠμῖν*). Quid, quod suus quemque sensus, qui saepe omnibus argumentis potentior est, facillime docet, quidnam h. l. monstri alatur. Nam ego ipse jam olim certam hanc emendationem per me vidi, vidit Hermannus ac reponi voluit dactylos

Θεσμοφόρω πολυποτνία,
μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθα,

vidit adeo Burgesius atque stropham secundam ita inchoavit, *ἥκετ' εὔφρονες ἵλαοι*, antistropham vero sic, *Θεσμοφόρω πολὺ ποτνία.* Denique ut ne lenitatem quidem emendandi desideres, perfacilis erat librariorum error, quod uterque versus in *ᾱ* literam desinit, *πολυποτνία — ἀντόμεθα.*

V. 1157. Rav. Aug. Junt. *Εἰ καὶ πρότερόν ποτ' ἐπηκόω* (*ἐπικόω* Juntina, quod vitium Gelenius correxit in Frobeniana). Juntinam sequuti sunt antiqui editores, ut Zanettus Farreusque: sed

ἦλθετον, ἔλθετε νῦν, ἀφίκεσθ' ἱκε-
τεύομεν, ἐνθάδε χἠμῖν.

Gelenius pro καὶ suo arbitratu posuit γὰρ eodemque modo Edd. Lugdunensis, Aem. Porti, Burmanni, Kusteri, Brunckii. Recte εἰ καὶ dederunt Dindorfius Bothiusque. Primum Berglerus καὶ reduci jussit apteque contulit illud Sophoclis in Oedipo Rege v. 164

ἰὼ
τρισσοὶ ἀλεξίμοροι προφάνητέ μοι·
εἴποτε καὶ προτέρας ἄτας ὕπερ
ὀρνυμένας πόλει
ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα πήματος, ἔλθετε καὶ νῦν.

Defendit autem vocem καὶ Reisigius quoque p. 314, caeterum duplicem apodosin et Sophocli tribuit commate interpungens post προφάνητέ μοι (idemque interductus est in editione Hermanni), et vero Aristophani, apud quem verba in medio posita, εἰ — ἦλθετον tam a superioribus μόλετον, ἔλθετον pendere vult, quam a sequentibus νῦν ἀφίκεσθον. Novum scilicet hoc argumentum fuerit transpositionis nostrae, si hoc ordine verba decurrent, μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθα, εἰ καὶ πρότερόν ποτ' — nisi tum molestus foret hiatus pro ἀντόμεθ'. Attamen persuasum habeo, colo distinguendum esse et post ἀντόμεθα, et apud Sophoclem post illa προφάνητέ μοι. Sic enim dicendi genus erit usitatum; duplex vero apodosis in longiore tantum verborum circuitu usurpata est. Neque eo magis tamen opus erit γὰρ particula; recte enim sensus continuabitur etiam propria et quae sui sit juris periodo.

V. 1158. 1159. Rav. Aug. Junt.

ἦλθετόν, νῦν ἀφίκε-
σθον ἱκετεύομεν ἐνθάδ' ἡμῖν.

Quovis pignore contenderim, scribendum esse,

ἦλθετον, ἔλθετε νῦν ἀφίκεσθ' ἱκε-
τεύομεν ἐνθάδε χἠμῖν.

Prope a vero abfuit Reisigius,

ἦλθετον, ἔλθετε νῦν, ἀφίκεσθ' ἱκετεύομεν
ἐνθάδ' ἐν ἡμῖν,

praeterquam quod praepositio ἐν vitiosa est. Hermannus in priore loco,

ἦλθετε, νῦν ἀφίκεσθον ἱκε-
τεύομεν ἐνθάδε γ' ἡμῖν

(scribere voluit ἀφίκεσθ' ut stropha docet ipsius), in posteriore autem,

ἦλθετε, νῦν ἀφίκεσθ' ἀφίκεσθ ἱκε-
τεύομεν ἐνθάδε χἠμῖν.

Et ἀφίκεσθ' quidem repetitum inane mihi jejunumque videtur, sed χἠμῖν

pro ἡμῖν unice probo. Ita enim Graeci in comparationibus loquuntur, ut supra Sophocles, εἴποτε καὶ προτέρας — ἐλθετε καὶ νῦν et noster poëta in Nub. 355

καὶ νῦν εἴπερ τινὶ κἄλλῳ
οὐρανομήκη ῥῆξατε κἀμοὶ φωνὴν —

et alii millenis aliis in locis. Quod autem cum Reisigio pro ἦλθετον, νῦν ἀφίκεσθον emendavimus, ἦλθετον, ἔλθετε νῦν ἀφίκεσθ', demonstrabimus, verbum ἔλθετε (cujus ipsius causa ἀφίκεσθ' non ἀφίκεσθον scribi debet) recte a nobis interpositum esse. Tametsi ipse jam Reisigius caesuram πενθημιμερῆ (quae in heroico versu et omni genere dactylorum prope legitima est) et in stropha et antistropha concinne positam

ὄργια σεμνὰ θεαῖν, |
ἦλθετον, ἔλθετε νῦν |

praejudicii cujusdam loco esse intellexit, addiditque, ἔλθετε post ἦλθετον facile propter verborum similitudinem negligi potuisse. Sed nimirum omnia ad integritatem verbi ac formae ἦλθετον referuntur, qua satis firmata v. ἔλθετε vel metri causa non poterimus non inserere. Principio attice dicendum est, ἐπηκόω ἦλθετον, non ἦλθετε. Constanter enim aut plurali numero utendum est, ut εἰσήκετε εὔφρονες, ἵλαοι et ἔλθετε νῦν ἀφίκεσθε (non ἀφίκεσθον), aut duali sicut θεαῖν ἵνα — φαίνετον, et μόλετον, ἔλθετον — ὦ Θεσμοφόρω πολυποτνία et rursus ἐπηκόω ἦλθετον. Scilicet pluralis verborum cum duali non adjectivi, sed tantummodo aut pronominis aut participii conjungi potest. Cum duali pronominis Av. 664 νὼ θεασώμεσθα, Plut. 609 ὑμεῖς — μεταπέμψεσθον, Ran. 883 εὔχεσθε — σφώ, Av. 120 ἱκέται νὼ — ἀφίγμεθα. Cum duali participiorum, ut Av. 4 ἀπολούμεθ' — προφορουμένω, ib. v. 43 sqq. ἔχοντε — πλανώμεθα ζητοῦντε — ὅπου καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ' ἄν, ubi pessime Ravennas et Venetus, Plut. 447 sqq. ἀπολιπόντε — φευξούμεθα — δεδιότε, μηδὲ διαμαχούμεθα, ibid. v. 458 νομίζετε — πειρωμένω, Sophocl. Antig. 58 μόνα — νὼ λελειμμένα — ὀλούμεθ', Eurip. Helen. 1060 σωθησόμεσθα κενοταφοῦντ', ibid. v. 1095 αἰτούμεθ' — ῥίπτονθ', Orest. 1061 δράσαντε κατθανούμεθ', Electr. 1242 παύσαντ' ἀφίγμεθ', Phoeniss. 71 τὼ δ' ἐς φόβον πεσόντε — ξυμβάντ' ἔταξαν. Et sic jam Homerus, ut in Il. V, 275 τὼ δὲ τάχ' ἐγγύθεν ἦλθον, ἐλαύνοντ' ὠκέας ἵππους, quem locum cum aliis quibusdam adtulit Matthiaeus Gramm. Gr. p. 600 ed. II. Sic etiam in Nub. 1489, si quidquam valet Codicum auctoritas, reponendum est,

Τί γὰρ μαθόντ' εἰς τοὺς θεοὺς ὑβρίζετε,
καὶ τῆς Σελήνης ἐσκοπεῖσθε τὴν ἕδραν;

Admodum infeliciter conjecit Elmslejus, Τί γὰρ μαθόνθ' ὑβριζέτην εἰς τοὺς θεοὺς ac deinceps ἐσκοπεῖσθε. Nempe rara et singularia

Elmslejum delectabant, ut dualis junctus plurali *ὑβριζέτην — ἐσκοπεῖσθε*, quemadmodum Plut. 73 *κακόν τί μ' ἐργάσεσθε κοὐκ ἀφήσετον*. At ne ferri quidem in Nubibus dualis potest, quoniam Strepsiades omnes omnino dicit Socraticos (vide v. 1502 *εἰλήφατε* et 1513 *ἠδίκουν*). Tametsi scribere etiam licet prorsus cum Ravennate, *Τί γὰρ μαθόντες τοὺς θεοὺς ὑβρίζετε —*; Gradus quidem errorum hi maxime fuerunt, *τί γὰρ μαθόντ' ἐς τοὺς θεοὺς ὑβρίζετον*; postea accessit transpositio et vocula *γὲ* inficeta, *τί γὰρ, μαθόνθ' ὑβρίζετόν γ' ἐς τοὺς θεούς*; Quae quum ita sint, contrariis vitiis laborant J. Marklandi conjectura *εὑρήμεθον* minime necessaria in Eurip. Iphig. Taur. 777 *ποῦ ποτ' ὄνθ' εὑρήμεθα;* et Elmsleji correctio in Soph. Electr. 950 *ἀπεστέρηκε, καὶ μόνα λελείμμεθον*, ubi vitium (quod nullum est) correcturus vitium commendavit, *μόνα λελείμμεθα*. Scribi utique posset cum Elmslejo eodem *ὁρμιώμεθα* in Philoct. 1079 *νὼ μὲν οὖν ὁρμιώμεθον*, si modo ulla esset causa probam formam damnandi. Addere autem licebit, non solum participia dualis cum verbo multitudinis, sed etiam dualem verbi cum plurali participiorum consociari posse. Namque in hoc Aristophanis fragmento p. 212 D. *κατηντιβολεῖτον αὐτὸν ὑποπεπτωκότες*, haud conjecisset *ὑποπεπτωκότε* Dindorfius, si meminisset similis loci Plut. 429 *δεδράκατον, ζητοῦντες*. Verum enimvero fuit, qui *ἤλθετον*, certissimae fidei formam, quae nullis ex h. l. removeri machinis potest, ferri diutius posse negaret. Elmslejum dico, virum (dum fuit) egregie et doctum et cordatum, qui ad Acharn. v. 733 hic *ἠλθέτην* legendum esse pronuntiavit neque perpendit, *ἠλθέτην* metro vehementer repugnare. Sed paullo altius repetatur oratio nostra. Vulgaris opinio est, qua Valckenarius adeo captus tenebatur ad Phoeniss. v. 1310, in historicis temporibus verbi et activi et passivi et medii secundam dualis personam a tertia differre, illam in — *ετον* et — *εσθον*, hanc in — *έτην* et — *έσθην* desinere, veluti *ἐτύπτετον ἐτυπτέτην* et in Passivo Medioque, *ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθην*. Caeterum verissime ostendit Elmslejus l. l. et postea iterum ad Medeam v. 1041 secundam quoque horum temporum personam in — *ην* exisse, exemplis pluribus adlatis, in quibus omnibus Activa leguntur, Soph. Oed. Tyr. 1511 *εἰχέτην*, ubi ne per metrum quidem conjici *εἶχετον* licet, Eur. Alcest. 671 *ἠλλαξάτην*, Scol. ap. Athen. XV, 695 b. *κτανέτην — ἐποιησάτην*, Platon. Euthydem. p. 273 e. *εὑρέτην* et mox *ἐπεδημησάτην*, ubi vulgo erat *ἐπεδημειέτην*, ibid. p. 294 e. *ἤσιην*, ubi unus Codex e correctione *ἦτον*, Conviv. p. 189 c. *εἰπέτην*, De Legg. VI, 753 a. *ἐκοινωνησάτην*, Eryx. p. 399 *ἐπετελεσάτην*. Platonis locos Bekkerus, caeteros autem Valckenarius Brunckiusque temere mutarunt. Hoc quum ita esse pulchre Elmslejus animadvertisset, quumque idem nullum invenire versum potuisset, qui hujus personae formationem — *ην* metro ipso refutaret: novitate rei et gratia inlectus rationem non conclusit, sed praecipitavit, planeque negavit, atticos scriptores — *ον* secundae personae terminationem usurpasse, sed eam grammaticos demum Alexandrinos male fabricatos esse. Hinc ad obstantium sibi locorum casti-

gationem eam, quae fit per ferrum et ignem, conversus primum secundas personas in — *ον* terminatas ex Homero tollere instituit, oblitus id ipsum jam Zenodoto placuisse. Quare in Il. VIII, 448 pro *κάμετον* Elmslejus conjicit *καμέτην*, ut olim Zenodotus apud Scholiastas Venetos, *ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει καμέτην διὰ τοῦ η̄ ἀντὶ τοῦ ἔκαμον. τὸ δὲ κάμετον πρὸς τὸ πρόσωπον ἀντὶ τοῦ ἐκάμετε, ὃ καὶ συμφωνεῖ.* Hic Zenodotum sic ab aliis grammaticis refelli, ut dicatur secundam personam *κάμετον* cum tertia *καμέτην* perperam commiscuisse, haud sane mirum videbitur caeteros Zenodoti errores et grammaticae inscitiam recordanti (vide Wolfii Prolegom. p. CC sqq.); nam nulla fere Zenodoti est in grammaticis quidem rebus auctoritas. Quamquam in hoc genere injuria Zenodoto inlata est, quem adparet eadem opinione ductum, quam tuetur Elmslejus, non solum pro tertia persona *καμέτην*, verum etiam pro secunda habuisse. Porro autem pro *λάβετον* secunda persona in Il. X, 545 Elmslejus conjicit *λαβέτην* post Zenodotum, *λάβειον: ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει λαβέτην. ἔστι δὲ τοῦτο τρίτου προσώπου ἀντὶ τοῦ ἔλαβον· λέγει δὲ νῦν πρὸς αὐτούς.* Deinde Elmslejus *ἐπέτην* poscit pro *ἔπετον* Il. XI, 776, et idem scilicet Zenodoto placebat, quantumvis hic taceant Scholiastae Veneti. Paucis post versibus (v. 782) secunda persona sequitur *ἠθέλετον:* immo vero *ἠθελέτην*, inquit Elmslejus duce Zenodoto, *ἠθέλετον: Ζηνόδοτος ἠθελέτην.* Quibus in locis omnibus in promtu est, conjecturas Zenodoti, minime vero antiquas lectiones propositas esse. Jam vero etiam sic considera: Scholiastae Veneti supra plus semel dicunt, secundam dualis personam esse *κάμετον, λάβετον, ἔπετον, ἠθέλετον*, tertiam vero *καμέτην, λαβέτην, ἐπέτην, ἠθελέτην*; quin etiam omnes ad unum grammatici, qui quidem has formas memorarunt, de secunda dualis — *ον* deque tertia — *ην* sic loqui solent, ut de rebus sanequam pervulgatis. Minime igitur grammatici Alexandrini ipsi, ut voluit Elmslejus, hoc discrimen finxerunt, sed ab atticis scriptoribus acceptum sicuti rem vulgo notam et nemini dubiam propagarunt. Itaque certissimum est grammaticos illos IIam — *ον* et IIIam — *την* in longe plurimis scriptorum locis reperisse; ut minime vitio dandum sit sive Eratosthenis sive alii Alexandrino, qui primus scripsit grammaticam, quod tot certissimae fidei locis in normam et legem tractis ita prorsus rem se habere dictitavit. Nec valde absimilem sententiam tulit Buttmannus Gr. Gr. T. II. p. 418. Verum etsi hoc uno Elmslejus videtur refutatus esse, tam gravis tamen haec disputatio est, tamque et singularis et speciosa Elmsleji opinio, ut etiam plura verba desideret. Nam Homerus quidem vel tertiam dualis personam temporum praeteritorum, quam omnes volunt in — *ην* desinere, etiam in — *ον* terminavit. Tanto certius esse debet, eum in secunda terminationem vulgatam — *ον* reliquisse, non mutasse. Ecce in nobili loco Il. X, 364 *διώκετον* tertia est dualis persona Imperfecti pro *ἐδιωκέτην*, ut recte explicavit Eratosthenes. Male enim Scholiasta Venetus *διώκετον* accipit de Praesente historico, quo plane abstinet Homerus in Iliade,

neque id in Odysea frequentat, ubi tamen vide VII, 104 sqq. Pejus alii Scholiastae *διώκετον* non pro duali habent, sed pro adaucto plurali nescias quo et *διώκετον* valere ajunt *ἐδίωκον;* quod quale sit ne intelligi quidem potest. Metra formam *διώκετον* a crudeli manu Zenodoti alicujus *διωκέτην* scripturi et hic vindicarunt et in duobus proximis locis Il. XVIII, 583 *λαφύσσετον*, ubi Scholiastae Veneti iterum stupent, et *τετεύχατον* Il. XIII, 346, ubi eidem Scholiastae usque eo ineptiunt, ut secundam praesentis personam *ἐπείγετον* Il. X, 361 cum pervagato illo *διώκετον* Il. X, 364 confundant. Sed in illo Homeri loco,

> *Τὼ δ' ἀμφὶς φρονέοντε δύω Κρόνου υἷε κραταιὼ*
> *ἀνδράσιν ἠρώεσσι τετεύχατον ἄλγεα λυγρὰ*

de scripturae veritate dubitatum est. Plurimi Codices praebent, uti etiam vulgo legitur, *τετεύχατον*, lectionem sanissimam. Est enim *τετεύχατον* Plusquamperfectum Homericum pro vulgari forma *ἐτετευχάτην*. Recte liber Victorii (*διὰ μέτρου*) *ἀντὶ τοῦ ἐτετευχάτην*. Neque vero est, quod Plusquamperfecti loco Imperfectum requiras. Imo verbum *τεύχω* naturâ sua inchoativum est, *facere incipio*, *τέτευχα* facere coepi, facio, *ἐτετευχάτην* facere coeperant, faciebant. Alia scriptura est, memorata illa etiam in panno Scholii, *τετεύχετον*, quam recepit Wolfius: quasi vero *τετεύχω* pro *τεύχω* non mera sit barbaries. Nos vero etiam illud miramur, a Buttmanno Gr. T. II, p. 236, qui vim formae *τετεύχατον* nullo modo percepisset, scripturam *ἐτευχέτον* (pro *ἐτευχέτην*) probari potuisse. Quae primo vilissimum habet auctorem, unum omnino Codicillum Scholiastae Veneti, qui contemtim sane, *ἐν ἄλλῳ* (scil. *ἀντιγράφῳ*) inquit, *ἠρώεσσιν ἐτεύχετον*: et *fortassis* Scholiastas ad Il. X, 364. Deinde, id quod multo gravius est, ne uti quidem Homerus tertia persona *ἐτεύχετον* potuit. Quum enim jam antiquissima aetate tertia dualis persona illorum temporum in — *ην* cadere soleret, egregie operam dedit Homerus, ut syllabico augmento constanter evitato Imperfecta sua et Plusquamperfecta certe externa specie ad Praesentis atque Perfecti similitudinem reduceret, neque usquam scripsit *ἐδιώκετον*, *ἐλαφύσσετον*, *ἐθωρήσσεσθον*, sed potius *διώκετον*, *λαφύσσετον*, *θωρήσσεσθον* caet. Neque nos omnia Homeri exempla exhausimus, sed alia quaedam restant, primum Il. XIII, 301 *θωρήσσεσθον*, (contra Il. XVI, 218 *πάντων δὲ προπάροιθε δύ' ἀνέρε θωρήσσοντο* nihil mutandum est, licet Scholiasta Venetus in lemmate habeat *θωρήσσεσθον* et pro varia tantum lectione *θωρήσσοντο;* quippe *θωρήσσεσθον* eis debetur, quorum animo versus superior obversabatur, *τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον*), deinde Il. XIII, 613, ubi vulgo legitur, *ἅμα δ' ἀλλήλων ἐφίκοντο* potius *ἐφίκεσθον* legendum esse videatur Scholiastam Venetum comparanti, *ἐφίκοντο*: *οὕτως Ἀρίσταρχος· ἄλλοι δὲ ἀφίκεσθον, Ἀριστοφάνης δὲ ἀφικέσθην* (*ἐφικέσθην* Codex Victorii). Nam

in Il. XXIII, 506 τὼ δὲ σπεύδοντε πετέσθην nihil commoveor exigua ista memoria Scholiastae Veneti, πετέσθην: ἐν ἄλλῳ πέτεσθον. Multo minus autem verbum ἴτον forma praesens, significatione futurum Hesiod. O. et D. v. 199 ad nostrum locum adcommodari debebat a Matthiaeo Gr. Gr. p. 347 ed. II. Demonstratum est igitur, Homerum non modo secundam dualis personam horum temporum, sed tertiam quoque haud raro in — ον terminasse. Verum enim ne attici quidem scriptores terminatione secundae personae in ον abstinuerunt. Primum enim si Attici etiam in tertia persona interdum formatione — ον usi sunt, quanto magis poterant atque adeo debebant in persona secunda. Atqui idem de his scriptoribus, quod de Homero, valere Aristophanes ostendat apud Etymol. M. p. 280, 28 Διώκετον: ὅτι οἱ Ἀττικοὶ καὶ ἐν τοῖς τρισὶ προσώποις τῶν δυϊκῶν τοῖς δυϊκοῖς χρῶνται, ὡς Ἀριστοφάνης, Καταντιβολεῖτον αὐτὸν ὑποπεπτωκότες Ἐκβαίνετον τὸν πατέρα τοῖς ὀρχήμασι: — τοιαῦτα καὶ τὰ παρὰ τῷ ποιητῇ, — διώκετον ἐμμενὲς αἰεὶ (Il. X, 364): — ἅπερ ἔνιοι φασὶ διὰ τὸν (lege τὸ τὸν) κρητικὸν πόδα, ἤγουν τὸν ἀμφίμακρον μὴ δυνάμενον (imo δύνασθαι) παραλαμβάνειν, εἰς σύμφωνον λήγειν· οὐκ ἠδύνατο γὰρ εἶναι διωκέτην. ἀκαθαρτον γὰρ ἦν ἀμφίμακρος. Repetivit haec usque ad vocem ὀρχήμασι cum omnibus vitiis Dindorfius, Ar. Fr. p. 211 sq. Scribendum, ὅτι οἱ Ἀττικοὶ καὶ ἐν τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν δυϊκῶν (adcuratius dixisset, τῶν τοῦ παρῳχημένου δυϊκῶν) τοῖς εἰς ῡ̄ δυϊκοῖς χρῶνται — Deinceps in Aristophanis versu ex ipsa vi sententiae legendum, κατηντιβολεῖτον αὐτὸν ὑποπεπτωκότες et fortasse ita pergendum, καὶ, Ἐφαίνετον τὸν πατέρα τοῖς ὀρχήμασι. Obsecrabant *eum suppliciter* et alio loco, *Indicabant* (prodebant) *patrem saltatione sua.* Tertias quidem dualis personas Imperfecti in utroque Aristophanis versu restitui debere, satis superque docet omnis adnotatio grammatici. Constat igitur Aristophanem Homeri auctoritate ductum κατηντιβολεῖτον et fortassis ἐφαίνετον, certe aliam hujusmodi formam personae tertiae ponere pro κατηντιβολείτην et ἐφαινέτην non dubitasse. Quocirca reponatur omnium scriptura librorum in Plat. Euthydem. p. 274 a. Ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὦ Σώκρατες, ἔφατον, τοῦτο οὕτως ἔχον, ubi certatim emendarunt scilicet, ἐφάτην. Contra apud Thucydidem II, 86 Buttmanni conjectura διέχετον pro διείχετον ob sententiam verisimilis est, aegre enim tempus Imperfectum defenderis. Deinde Elmsleji opinio praejudicata est, qui hoc unum demonstraverit, Atticos in secunda persona etiam dixisse — ην, non constanter dixisse et perpetuo. Nihil autem impedit, eos in secundis personis utraque forma et ea quae est — ον et altera quae desinit in — ην usos esse. Patitur hoc linguae graecae facilitas, quae omnes in partes duci potest sequiturque flectentem, alia autem argumenta id magnopere commendant et stabiliunt. Neque alia de causa plurimas leges, quas Dawesius, Porsonus, Elmslejus, summi viri deinceps tulerunt, aut omnino falsas aut ex parte tantum veras esse deprehendimus, quam quod omnia dicendi genera atque exempla ad communem regulam et uni-

cam quasi normam, quam ad rationem ipsam dirigere maluissent, neque cogitassent, Atticos, non si crebro dicerent *διώξομαι* et *οὐ μὴ ἐνέγκῃς*, ideo eos formam *διώξω* et *οὐ μὴ ἀκούσῃς* mire fastidivisse. Omnino rari sunt duales, quia etiam de duobus, ubi quidem plures magis quam duo cogitantur, saepe usurpatur pluralis; et quo quisque scriptor recentioris est aetatis, eo minus dualem solet expetere. At vel sic tamen multi loci, nec ii corrupti magis quam corrumpendi Elmslejo obstant atque officiunt. Veluti sincerissima sunt haec, Aristoph. Vesp. 867 *ξυνέβητον*, Av. 112 *ἤλθετον*, Plut. 103 *ἐμέλλετον*, Aesch. Agam. 1180 *ἤλθετον* (ubi male Elmslejus *ἠλθέτην νόμῳ*, pejus autem Blomfieldus *ἠλθέτην ὁμοῦ*), Soph. Oed. Col. 1381 *ἔφυτον*, ibid. v. 1693 *ἔβητον*, ibid. v. 1743 *ἐλάχετον*, Eurip. Electr. 1300 *ἠρκέσατον*. Alia quaedam videntur depravata esse, non ob hujus formae turpitudinem, sed propter causas longe alias, ut *ἀπεφεύγετον* in Soph. Oed. Col. 1736, ubi vide Hermannum, *ξυνώμνυτον* Arist. Eqq. 236. Rectissime hic quidem, Ravennas, *ὅτιὴ ᾽πὶ τῷ δήμῳ ξυνόμνυτον πάλαι*. Vitiosa est enim, et parum attica syntaxis, *ξυνώμνυτον πάλαι*. Tum Elmslejus plurimos locos praetermisit neglexitque, ut ipse fatetur, multa exempla adnotare, quae novitio canoni repugnarent. Maxime autem sero cogitavit, idem quod de Indicativis temporum historicorum, valere etiam de horum temporum Optativis necessario debere. Enimvero saepe usu veniunt Optativi, neque memini usquam legere secundam hujus modi personam, quae in — *ην* desineret. Vide exempli causa Plat. Euthydem. p. 273, e *εἰ δὲ νῦν ἀληθῶς ταύτην τὴν ἐπιστήμην ἔχετον, ἴλεω εἴητον· ἀτεχνῶς γὰρ ἔγωγε σφὼ ὥσπερ θεὼ προσαγορεύω*, Eurip. Alcest. 281 *ὁρῶτον*, Medeae v. 1041 *εὐδαιμονοῖτον*. Neque mutandum esse videtur in Arist. Pluto v. 485 *οὐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πράττοντ᾽· ἢ τί γὰρ —*; quamvis Ravennas ac Venetus *φθάνοιτε- πράττοντες* exhibeant. Vide infra ad v. 1234. Denique prorsus incredibile et vel dictu absurdum est, lapsos esse omnes omnium aetatum grammaticos ab Eratosthene ad Buttmannum usque non dicam in una aliqua forma (id enim utique concedi potest) sed in omnibus dualibus Indicativi, et Optativi Temporum historicorum. Id si quis tamen demonstrare voluerit (ego autem tale quidquam probare ne conabor quidem), is certe omnia, quae usquam exstant, exempla et colligere et dijudicare debebit; quod quidem neutro in loco praestitit Elmslejus. Quapropter novitia ista opinione refutata, antiquam sententiam modo correctam nostro jure sequemur. Tantum enim abest, ut personam istam secundam — *ον* Alexandrini demum grammatici male finxerint, ut hic usus vel ipso Homero vetustior sit. Quo uno refellitur Schaeferi ad Schol. Apollon. Rhod. p. 146 interpretatio, cui videtur prisca graecitas dualem, certe activi, in his temporibus duplici modo flexisse,

I.	II.
2. — *ετον*	2. — *έτην*
3. — *ετον*	3. — *έτην*,

sed posteriorum usus temporum, grammatica magis magisque exculta, terminationem in — *ον* adsignasse secundae personae, in — *ην* tertiae. Male enim posteriori demum aetati eam legem tribuit, quae nota erat jam Homero. Paullo magis ad persuadendum adposite disputavit Buttmannus Gr. G. T. II, p. 418 sq., tametsi falso praefatur, secundam personam — *ον* in atticis tantum scriptoribus legi; quasi ita non saepe loquatur etiam Homerus. Res ita se habet. Jam Homeri aetate secunda dualis persona historicorum temporum in — *ον*, tertia autem in — *ην* desinebat, isque usus ex ionica dialecto transiit in atticam, tamque altas egit radices, ut merito in legem verteret, bene illam ab omnium aetatum grammaticis observatam. Veruntamen jam Homeri temporibus secunda persona — *ον* cum tertia — *ην* de principatu contendebat. Nam Homerus vulgarem regulam (2 — *τον*, 3 — *την*) nonnunquam ita deseri, ut secundae personae, quae apud eum semper est — *ετον*, parem reddat tertiam et hanc quoque desinere in — *ετον* jubeat. Itaque tum quidem in hoc pusillo certamine plus valebat terminatio — *ετον*, sive quod linguae recens natae simplicitas non multum variare solet, sive etiam similitudo Conjunctivi et Indicativi caeterorum Temporum momentum faciebat. Attici vero scriptores communem regulam (2 — *ετον*, 3 — *έτην*) ita secuti sunt, ut tamen terminationi — *έτην*, contra ac fecerat Homerus, primas deferrent. Raro enim Epicorum exempla imitati 2am et 3am personam in — *ετον* terminarunt, saepenumero autem flexerunt et secundam et tertiam — *έτην*. Cupiebant enim lingua sua jam praeclare exculta Indicativos historicorum Temporum a caeteris Temporibus et a Conjunctivo Optativum discernere. Quare hoc unum cavebant, ne Indicativi illi et Optativus plane ut caetera Tempora et Conjunctivus justo saepius in 2 et 3 — *ετον* exiret; eidemque de perpetua aequalitate securi nunc scribebant ut vulgo 2 — *ετον*, 3 — *έτην*, nunc autem 2 — *έτην* et 3 iterum — *έτην* terminabant. Et acute observavit l. l. Buttmannus, Optativi formam 2 et 3 — *ην* ad Conjunctivi similitudinem 2 et 3 — *ον* magis etiam respondere. Haec hactenus.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ, ΧΟΡΟΣ, ΤΟΞΟΤΗΣ, ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

Γυναῖκες, εἰ βούλεσθε τὸν λοιπὸν χρόνον 1160

V. 1160. sqq. Tandem aliquando intellexit Euripides, non hoc elegantis doctaeque fraudis genere, quo in tragoediis uti solebat, quidquam effici, sed pingui crassaque Minerva sibi cum lictore agendum esse, et machinam, quam supra v. 1132 comparaverat, barbaro homini admovere incipit. Sed priusquam lictorem aggrediatur, pacem videt cum mulieribus componendam esse. Mox igitur in ipso Thesmophorio pax sub his conditionibus convenit, ut Euripides muliebrem sexum in tragoediis suis male accipere desinat, mulieres autem nihil recusent, quin ipse Euripides, lictore per fidem decepto, Mnesilochum socerum e vinculis custodiaque solvat. Vide autem, quanta impudentia Graeculi in historia mentiantur. Nam in parte vitae Euripideae, quam Rossignolus in Diariis erūditorum Gallicis (m. Aprili a 1832) e quodam Codice Euripidis edidit, haec quoque leguntur, quae nuper iteravit Hermannus in Opusc. T. V, p. 202 *Λέγουσι δὲ καὶ ὅτι γυναῖκες διὰ τοὺς ψόγους, οὓς ἐποίει εἰς αὐτὰς διὰ τῶν ποιημάτων, τοῖς Θεσμοφορίοις ἐπέστησαν αὐτῷ, βουλόμεναι ἀνελεῖν, ἐφείσαντο δὲ αὐτοῦ, πρῶτον μὲν δι' αὐτὰς* (αὐτὰς τὰς attice Hermannus) *Μούσας, ἔπειτα δὲ βεβαιωσαμένου μηκέτι αὐταῖς κακῶς ἐρεῖν. ἐν γοῦν τῇ Μελανίππῃ περὶ αὐτῶν τάδε φησίν·*

Μάτην ἄρ' εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρῶν ψόγος
ψάλλει κενὸν τόξευμα καὶ κακῶς λέγει·
Αἳ δ' εἰσ' ἀμείνους ἀρσένων, ἐγὼ λέγω, καὶ τὰ ἐξῆς.

Cum verbis *ψάλλει — τόξευμα* compara Ionem v. 173 *ψαλμοί σ' εἰρξουσιν τόξων*. Ultimus versus ita corrigendus est *αἳ δ' εἰσ' ἀμείνους ἀρσένων ἐμῷ λόγῳ*; ita enim loquuntur tragici, ut

Aeschylus in Eumenid. v. 610 *πατρὸς προτιμᾷ Ζεὺς μόρον τῷ σῷ λόγῳ* et Comici quoque, veluti Theopompus apud Schol. Nub. 1421 *δὶς παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῷ τῷ λόγῳ*. Sed quia Aristophanes in comoedia nostra fingit, mulieres perpetua Euripidis tragici reprehensione exacerbatas Thesmophoriorum festo interficiendi Euripidis consilia agitasse, idcirco putat homo ridiculus Euripidem capitis periculum Athenis revera adisse scenamque comicam cum hominum vita lepide confundit: nam totum hoc somnium e nostro tantum dramate, quasi ex eburnea porta advolavit. Verum ne nihil de suo homo mendax addidisse videretur, porro ita scripsit, mulieres primum Musarum amore ipsarum Euripidi perpercisse, scilicet, credo, quod tam pulchras tamque plenas Venere tragoedias condidisset. At hujus narratiunculae in Thesmophoriazusis nec vola nec vestigium est, neque esse quidem potest, ideo quod matronae Euripidi ob illas ipsas tragoedias infensi sunt. Num vero historicus Helenae Andromedaeque parodias laudandi Euripidis causa scriptas esse censuit? neque enim, ut quidam judicavit, ullus locus, in quo Euripidis tragoediae dilaudatae essent, e dramate nostro librariorum culpa excidit. Contra sane Euripides, mulieribus se non amplius maledicturum esse fidem dedit hoc nostro in loco,

ἔφ' ᾧτ' ἀκοῦσαι μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ μηδαμὰ
κακὸν τὸ λοιπόν,

et iterum,

οὐδὲν μήποτε
κακῶς ἀκούσητ'.

Postremo absurde pergit scriptor Vitae, *ἐν γοῦν τῇ Μελανίππῃ περὶ αὐτῶν τάδε φησί· Μάτην ἄρ' κτλ.*, licet ignotum antea fragmentum adponenti gratiae videantur agendae esse. Veruntamen ineptissime opinatur, Euripidem in Melanippa idcirco haec dixisse, quod antea rite spopondisset, mulieres in posterum a se non vexatum iri. Duplicem sub hoc nomine tragoediam scripsit Euripides, alteram *Μελανίππην τὴν σοφήν*, alteram *Μελανίππην τὴν δεσμώτιδα*, quam utramque ante tempus Thesmophoriazusarum in scena docuisse videtur. Enimvero nihil impediebat, quin Euripides in aliqua tragoedia (quandocunque demum scripta esset) muliebrem sexum aliquando laudibus extolleret. Minime enim tragici poëtae semper ex animi sui sententia loquuntur, sed nimirum duci debent fabularum argumentis, ita ut haud raro aliter ipsi sentiant, aliter judicent personati eorum inter locutores. Nam ut exemplo valde inlustri utamur, Euripides in Danaë maritos jusserat uxores suas cura non minore, quam feras bestias custodire, de quo supra dictum est ad v. 412—415. At quam splendide mulier nescio quae apud eundem Euripidem in contrariam sententiam disputat maritisque longe alia dat praecepta in pulcherrimo fragmento apud Stobaeum T. 74 [72] p. 440, T. III, p. 75 G. (sive apud Matthiaeum p. 443)

σπονδὰς ποιήσασθαι πρὸς ἐμὲ, νυνὶ πάρα,

Τὸ μὲν μέγιστον, οὔποτ' ἄνδρα χρὴ σοφὸν
λίαν φυλάσσειν ἄλοχον ἐν μυχοῖς δόμων·
ἐρᾷ γὰρ ὄψις τῆς θύραθεν ἡδονῆς
ἐν δ' ἀφθόνοισι τοῖσδ' ἀναστρωφωμένη,
βλέπουσά τ' εἰς πᾶν, καὶ παροῦσα πανταχοῦ,
τὴν ὄψιν ἐμπλήσασ' ἀπήλλακται κακῶν.
τὸ δ' ἄρσεν ἀεὶ τοῦ κεκρυμμένου λίχνον.
ὅστις δὲ μοχλοῖς καὶ διὰ σφραγισμάτων
σώζει δάμαρτα, δρᾶν τι δὴ δοκῶν σοφόν,
μάταιός ἐστι, καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ.
ἥτις γὰρ ἡμῶν καρδίαν θύραις ἔχει,
θᾶσσον μὲν οἰστοῦ καὶ πτεροῦ χωρίζεται,
λάθοι δ' ἂν Ἄργου τὰς πυκνοφθάλμους κόρας.
καὶ πρὸς κακοῖσι τοῦτο δὴ μέγας γέλως,
ἀνὴρ τ' ἀχρεῖος, χἡ γυνὴ διοίχεται.

Apud Stobaeum hi versus Menandro, cujus tenue quoddam fragmentum proxime antecedit, inepte continuantur; sed permulti rectissime statuerunt, nostros versus Euripidi tribuendos esse. Non mihi in mentem venit, drama Euripidis ipsum (id quod fieri conjectura nequit) eruere; neque enim si hic mulier sapientissima loquitur, ideo sapientem Melanippam loqui necesse est. Hoc tamen dico, nihil obstare, quo minus hi etiam versus Danaae tragoediae adsignentur. Nempe idem Euripides, qui ab initio Danaes maritos jusserat Acrisium, acerrimum filiae custodem imitari uxoresque suas includere, in extrema tragoedia, quum jam ab Acrisio nihil omnino profectum esset, contrariam exornare sententiam utique poterat. Quaeris, in utro loco persona suo non poëtae ingenio adcommodate loquatur. Nescio, nec scire laboro. Quanquam Euripides non acriter sane observavit Choerilen uxorem, sed adulteria ejus nimium diu aequo tulit animo.

V. 1161. *σπονδὰς ποιήσασθαι*] Olim haec scripsimus ad Acharnenses v. 58: *ποιεῖσθαι*] suscepi e Rav. Vulgo *ποιῆσαι*, idemque exstare video apud Phrynichum in Bekk. Anecd. 45, 5, ubi verba *ὅστις ἡμῖν — τὰς ἀσπίδας* et adfert et explicat. Sed quum pergat: *ὡσεὶ ἔλεγεν· ὅστις ἤθελεν εἰρήνην ἄγειν καὶ ἀποθέσθαι τὰ ὅπλα*, propemodum mihi persuadeo, Phrynichum quoque *ποιεῖσθαι* scriptum invenisse. Utcunque est, cum Elmslejo tamen plane dissentimus, qui non modo hic *ποιῆσαι* retinuerit, verum etiam v. 52 *ποιῆσαι* et v. 131 *ποίησον* conjecerit. Etenim discrimen inter Medium atque Activum intercedit hoc, ut *σπονδὰς, συμμαχίαν, εἰρήνην ποιεῖσθαι* de eo dicatur, qui ipse foedus feriat, ein Bündniß machen, *σπονδὰς ποιεῖν* autem de eo, qui tantum eo valeat, ut foedus ici fierique possit,

ἐφ' ᾧτ'· ἀκοῦσαι μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ μηδαμὰ κακὸν τὸ λοιπόν. ταῦτ' ἐπικηρυκεύομαι.

---

ein Bündniß auswirken. Rem perspicue declarant talia, ut Thucyd. V, 38, ubi οἱ *Βοιωτάρχαι* narrantur voluisse *τὴν ξυμμαχίαν ποιεῖν*, at οἱ *Βοιωτοὶ* c. 39 *ξυμμαχίαν ἰδίαν ποιήσασθαι*. Ibid. c. 43 *ὅτι Λακεδαιμόνιοι διὰ Νικίου καὶ Λάχητος ἔπραξαν τὰς σπονδάς*. Alia exempla haec sunto, Medii Acharn. v. 256, Thesmoph. 1161, Avv. 1599, Lysist. 154, ibid. 951 et 1006 Pac. 1065, Activi Pac. 212, ibid. 1199, Tucyd. II. 29 (ubi Athenienses *τὸν Σιτάλκην ξύμμαχον ἐποιήσαντο*, at Nymphodorus *τὴν τοῦ Σιτάλκου ξυμμαχίαν ἐποίησεν*). Alia si quis requiret, Thucydidem V. 17—49 velim perlegat. Mitto Lucianum, ex quo multos in utramque partem locos depromere possum. Igitur quum trium versuum 52, 58 et 131 (revertor enim ad Acharnenses) ratio sit prorsus eadem, fieri non potest, quin Comicus aut Medium aut Activum constanter usurparit. Jam Medium Activo longe praestabilius videtur. Nam Amphitheus, etsi idem fortasse pacis componendae auctor est, tamen ipse foedus initurus et transacturus dicitur, in quo quidem summa hujus loci, imo totius fabulae vertitur. Quocirca *ποιεῖσθαι* scripsi, quod cum *κρεμάσαι* Aoristo rectissime consociari in oculos incurrit. — *πρόσεμεν* hic Augustanus.

V. 1162. *ἐφ' ᾧ τἀκοῦσαι* Juntina, inepte. Plerumque dicitur *ἐφ' ᾧ τε*, ut in Acharn. 687 *ἐφ' ᾧ τε πωλεῖν πρὸς ἐμὲ, Λαμάχῳ δὲ μή*, Plut. 1000 *ἐφ' ᾧ τ' ἐκεῖσε μηδέποτέ μ' ἐλθεῖν ἔτι* etc. nonnunquam tamen eandem vim habet *ἐφ' ᾧ* sicut in Xenoph. Hellen. II, 2, 20, et sequente Indicativo in Thucydid. I, 113 — *σπονδὰς ποιησάμενοι, ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται*. In Pluto v. 1141

Ἑρμ. καὶ μὴν ὁπότε τι σκενάριον τοῦ δεσπότου
ὄφελοι', ἐγώ σ' ἂν λανθάνειν ἐποίουν ἀεί.
Καρ. ἐφ' ᾧ τε μετέχειν καὐτὸς, ὦ τοιχωρύχε,

particula *γὲ* tam apta ac paene necessaria est, ut potius scribendum esse videatur, *ἐφ' ᾧ γε μετέχειν* —. Et tuentur *ἐφ' ᾧ γε μετέχειν* Rav. Mut. aliique libri, eodem autem ducit lectio Veneti, *ἐφ' ᾧ μετέχειν* —.

Ibidem. *μηδαμὰ*] Sic Ravennas et Juntina, *μηδαμᾶ* Augustanus. Atque *μηδαμᾶ* est in Lugdunensi, Kusteriana aliisque Edd. Zanettus, qui per errorem posuit *μηδαμή*, scribere voluit *μηδαμῇ* sive minus recte *μηδαμῆ*, quemadmodum ediderunt Brunckius Bothiusque. Bene vero Dindorfius antiquam lectionem *μηδαμὰ* restituit. Hodie constat, formas *οὐδαμὰ, μηδαμά*, quae mire librariis displicebant, quum apud alios scriptores, tum saepissime in tragoedia inveniri.

ΧΟΡΟΣ.

χρείᾳ δὲ ποίᾳ τόνδ' ἐπεισφέρεις λόγον;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ὅδ' ἐστὶν, οὗν τῇ σανίδι, κηδεστὴς ἐμός. 1165
ἢν οὖν κομίσωμαι τοῦτον, οὐδὲν μήποτε
κακῶς ἀκούσητ'· ἢν δὲ μὴ πείθησθέ μοι,
ἃ νῦν ὑποικουρεῖτε, τοῖσιν ἀνδράσιν
ἀπὸ τῆς στρατιᾶς παροῦσιν ὑμῶν διαβαλῶ.

ΧΟΡΟΣ.

τὰ μὲν παρ' ἡμῶν ἴσθι σοι πεπεισμένα· 1170

V. 1164. Minime e certa tragoedia hic versus, *χρείᾳ δὲ ποίᾳ τόνδ' ἐπεισφέρεις λόγον;* profluxit (etsi cothurno quam socco haud dubie aptior est) sed v. 1160—1172 multa ad tragicae dictionis similitudinem composita esse adparet. Augustanus *ἐπισφέρεις*.

V. 1165. *οὗν*] *οὖν* Junt. Aug. Vitium natum est e versu sequente.

V. 1167. *ἀκούσαιτ'* Rav. Juntina (quae pergit *ἦν δὲ*) et Augustanus. Barbare *ἀκούσετ'* Brunckius, Bentlejus et aliquando vel ipse Porsonus. Futurum atticum esse *ἀκούσομαι*, minime vero *ἀκούσω* quis hodie nescit? *Ἀκούσητ'* primum emendavit Elmslejus ad Acharn. v. 295, probavit merito Dobraeus, Bothius autem et Dindorfius jam ante nos susceperunt. Tam saepe librarii *αι* et *η* inter se permutarunt, ut non videatur *ἀκούσαιτ'* e simili sono *ἀκούσαι* v. 1162 derivandum esse. Neque vero est, quod quisquam nobis canonem objiciat Dawesii, qui in Misc. Crit. p. 221 sq. *οὐ μὴ* cum Conjunctivo Aoristi primi Activi conjungi posse negavit. Tu vide egregiam disputationem A. Matthiaei in Gr. Gr. p. 988 sq. ed. II.

V. 1168. Apud Graecos quoque domi desidere mulierculae solebant. Hinc *οἰκουρεῖν* virgines matronaeque dicuntur rem familiarem domi administrantes. Vide Soph. Oed. Col. 343 *κατ' οἶκον οἰκουροῦσιν ὥστε παρθένοι*, Eurip. Hippol. 787 de Phaedra, *πικρὸν τόδ' οἰκούρημα δεσπόταις ἐμοῖς*, Hecub. 1277 *κτενεῖ νιν ἡ τοῦδ' ἄλοχος οἰκουρὸς πικρά*, Herc. Fur. 1373 *μακρὰς διαντλοῦσ' ἐν δόμοις οἰκουρίας*. Itaque *ὑποικουρεῖν τι* mulierum est, quae aliquid clanculum dolove malo domi suae faciant. Schol. Rav. *ὑποικουρεῖτε*] *λάθρα ποιεῖτε*. Adcuratius dixisset, *λάθρα οἴκοι ποιεῖτε*.

V. 1170. Chori signum om. Aug. Parum diligenter Schol. R. *Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ πεπείσμεθα*. Imo et tragici potissimum *τοὐμὸν*, *τὸ σὸν* pro *ἐγὼ*, *σὺ* et sic porro dicere consueverunt, et Chorus tra-

τὸν βάρβαρον δὲ τοῦτον αὐτὸς πεῖθε σύ.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἐμὸν ἔργον ἐστίν· καὶ σὸν, ὦλάφιον, ἃ σοι
καθ' ὁδὸν ἔφραζον, ταῦτα μεμνῆσθαι ποιεῖν.
πρῶτον μὲν οὖν δίελθε κἀνακόλπισον.

---

gicae orationis gravitatem imitatur. Hic vero prope necessarium fuit, τὰ μὲν παρ' ἡμῶν, *quod quidem ad nos adtinet*, scito nos tibi obsecundare.

V. 1171. πεῖσαι σὺ Rav. Aug. Junt. πεῖθε σὺ jam Scaliger, Bisetus, dehinc Editiones Kusteri, Brunckii, Bothii, Dindorfii.

V. 1172 sqq. Vellem horum explicatione locorum supersedere possem; joci enim moventur admodum obscoeni, quod facetiarum genus tantopere fastidio, ut eo nomine Lysistrate tota mihi displiceat. Fatendum est tamen, Aristophanem hic certe in ipsa nequitia justum modum tenuisse, nec diutius adhibuisse verborum turpitudinem, quam res et universum argumentum postulare viderentur. Non eadem moderatione usus est in extremis Ecclesiazusis, sed verborum obscoenitate paene dicam exsultavit. Nam Euripides pace cum mulieribus confecta ita demum intelligit Mnesilochum solutum e custodia liberari posse, si prius lictor deceptus fuerit et clam per fraudem e scena eductus. Adest igitur Euripides lenae anus habitu sumto; adest et comitatur Elaphium saltatrix eademque meretricula, quae libidinem incendat Scythae et mox cum homine in Venerem intento e scena abeat; adest denique Teredon puer, qui tibia canat inter saltandum. — Rav. et Junt., fortassis etiam Aug., simpliciter Euripidis nomen praefigunt, sed multae Edd., ut Lugdunensis, Kusteri, Brunckii, Bothii, Dindorfii praeponunt Εὐριπ. ὡς γραῦς. Putabant scilicet Euripidem nunc maxime lenae et ejus vetulae amictu indui. Eademque opinio fuit jam Schol. R., qui ad h. l. scribit, Εὐριπίδης ἐν σχήματι προαγωγοῦ γυναικός. At quomodo tandem Euripides non solum vestem in pulpito mutare tam subito potest, verum etiam Elaphium Teredonemque in ipsa scena comites nancisci? Imo jam supra v. 1160 Euripides lenae anus habitu, comitantibus etiam Elaphio ac Teredone in scenam prodierat.

V. 1172. Ἐμὸν ἔργον Rav. ut vulgo. Ἐμόν γ' ἔργον Aug. Junt. et Vet. Scaligeri.

Ibidem. ὦλάφιον] Schol. R. ἑταίρας ὄνομα Ἐλάφιον ὡς Χρυσίον . . . . καὶ ὅμοια. Exple lacunam nomine Μύῤῥιον (h. e. Μυῤῥίνη) Lysistr. 906 aliove hujusmodi inserto.

V. 1174. κἀνακόλπασον Rav. κ' ἀνακόλπασον Junt. κἂν ἀκόλπασον Aug. Recepimus Biseti emendationem κἀνακόλπισον Kustero

σὺ δ', ὦ Τερηδών, ἐπαναφύσα Περσικόν. 1175

---

etiam Brunckioque probatam. Ac bene dicit Brunckius, analogiam huic correctioni favere; usitatas enim formas esse κολπόω et κολπίζω, sed κολπάζω altero exemplo carere. Nolebam scilicet formam valde suspectam propagare, licet haud nescirem, pro vulgari illo ἐπηλυγάζεσθαι Aristotelem ἐπηλυγίζεσθαι dixisse.

V. 1175. ὦ Τερηδών] Schol. R. σ . . . τοῦτο. σημαίνει δὲ τὸ ἁβρῶς βαδίζειν. η αὐλητρίς. Fortasse σημειωδῶς (vel σημειῶδες) τοῦτο, hoc significanter dictum est. Nempe verbum δίελθε v. 1174 Scholiastes exponit, ἁβρῶς βάδιζε. At διέρχεσθαι hic ut plerisque in locis significat *transire*. Lictor enim meretrici transeundus erat, ut ad eam animum mutonemque adverteret. Quod autem dicit Schol. R. ἡ αὐλητρίς, id ad nomen Τερηδών necessario pertinet. Hic enim Scholiastes Teredonem pro puella, quae tibia caneret, infra quoque habuit v. 1186 πρὸς τὴν αὐλητρίδα, et ad. v. 1216 ἦν γὰρ μετ' αὐτῆς ἡ αὐλητρίς. Etiam Bisetus pluribus in locis Teredonem puellam fuisse interpretatur, estque haec vulgaris explicatorum opinio. Qui si forte dixerint, substantiva verbalia, quae in — ηδών et in — εδών desinant, generis esse feminei, ut ipsum τερηδών teredo, praeterea ἀλγηδών, ἀχθηδών, σηπεδών, τηκεδών et pauca quaedam alia, imbecillum sane ac tenue argumentum proferent. Etenim Propria Nomina, in — ηδών terminata (quae omnino pauca sunt) masculini omnia generis esse reperio, veluti Σαρπηδών et quem Bachmannus meus addit, Τενθρηδών Hom. II, 756 et Lycophr. 899. Quae nomina simul illud docent, h. l. Τερηδών cum Aug. Rav. scribendum esse. Absurde Juntina τερήδων, quem accentum Brunckius et Dindorfius emendarunt. Bothius enim non solum Τερήδων mordicus tenuit, sed etiam ad. v. 1105 eo defendit, quod nominum propriorum, quae ex appellativis facta sunt, accentus retrahatur. Rem dicit quum alias verissimam, tum ab his tamen formis alienissimam. Unus tamen Vossius marem fuisse Teredonem rectissime observavit ad v. 1169 Vor ihnen her geht ein Pfeifer —. Finge enim, Teredonem quoque puellam fuisse; tum miser Scytha haud satis sciret, utra puella, Elaphiumne an Teredon, sibi potius futuenda esset: nisi cui forte Teredonem vetulam decrepitamque anum credere libebit. Enimvero res conficitur versu 1203 σὺ μὲν οὖν ἀπότρεχε, παιδάριον, τοντὶ λαβών, unde etiam puerum fuisse Teredonem discimus. Quem versum ab interpretibus minime perceptum suo loco exponam.

Ibidem. ἐπαναφύσα Περσικόν] Palmaria est adnotatio Suidae, Τερηδών: σκώληξ ξυλοτρώκτης. οἰκῶν ἐν ξύλῳ. Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν — καὶ αὖθις· Σὺ δ', ὦ Τερηδών, ἐπαναφύσα Περσικόν. Ἀντὶ τοῦ βάρβαρον καὶ φυσικὸν ἆσμα καὶ Περσικὸν ὄρχημα. In Aristophanis versu

liber Oxoniensis τερηδὸν falso exhibet. Sed quia τερηδὼν alibi teredinem designat, vermem ligna rodentem, idcirco putat homo festive indoctus, puerum nostrum Teredonem et ipsum vermem fuisse, qui lignum adroderet. Porro autem demonstrat, Περσικὸν fuisse *βάρβαρον καὶ φυσικὸν ᾆσμα*, barbarum cantum *et naturalem*: docte, Jupiter! nam istud *φυσικὸν* machinis Suida dignis e verbo *ἐπαναφύσα* extudit. Veruntamen hunc locum, *ἐπαναφύσα Περσικὸν* jam olim in libello de Thesmophoriazusis secundis p. 85 sq. fuse diligenterque interpretatus sum atque insignem Pollucis errorem post Meursium aperui. Pauca hic addere licebit corollarii instar. Plures saltationes a Persis in Graeciam adlatae esse dicebantur, in his etiam Sicinnis. Videndus Casaubonus ad Athen. apud Schweighaeuserum t. VII p. 436. Hinc ipse Athenaeus XIV, 629 d — *Μολοσσικὴ ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις* [*Περσικὴ, Φρύγιος νιβατισμὸς, Θρᾴκιος κολαβρισμὸς, τελεσιάς· Μακεδονικὴ δ' ἐστὶν αὕτη ὄρχησις.* Quem locum perinepte ita distinxit Meursius in Gronovii Thesauro T. VIII, p. 1277 *Μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις, Περσικὴ, Φρύγιος κτλ.* Ego certum habeo, vitio premi locum Athenaei, qui profecto cordacis patriam non omiserat. Conjeci autem jam in Euphrosyne p. 47, cordacem nihil distare a nibatismo, atque sic dixisse Athenaeum, *Μολοσσικὴ ἐμμέλεια, σίκιννις Περσικὴ, κόρδαξ Φρύγιος ἢ νιβατισμὸς* caet. neque muto sententiam. Teste enim uti nobis licet perquam luculento, Pausania, qui cordacem Lydorum domesticam saltationem fuisse narrat: Lydi autem et Phryges haud raro pro eadem gente ponuntur: VI, 22, 1 *προελθόντι δὲ ὅσον τε στάδιον σημεῖά ἐστιν ἱεροῦ κόρδακος ἐπίκλησιν Ἀρτέμιδος· ὅτι οἱ τοῦ Πέλοπος ἀκόλουθοι τὰ ἐπινίκια ἤγαγον παρὰ τῇ θεῷ ταύτῃ καὶ ὠρχήσαντο ἐπιχώριον τοῖς περὶ τὸν Σίπυλον κόρδακα ὄρχησιν.* Adeo hic cordax Sipyli adcolis tribuitur, videlicet patriae Niobes in saxum conversae, atque saltasse eum dicuntur Pelopis comites, quocum Nioben in Peloponnesum transisse nonnulli, puto, fingebant. Recte autem nos cordacem nomine tantum ac literis a nibatismo discernere, has ob causas verisimile est, quod utraque saltatio Phrygum Lydorumque propria fuit, quod adpellationes ipsae, *νιβατισμὸς, νιβακισμὸς, νοβακισμὸς* ad Niobae nomen, qua communem cum cordace patriam habebat, sono adludunt, denique quod in Nioba Sophoclis dramate nibatismi mentio injecta erat. Quoties autem Persica saltatio (*τὸ Περσικὸν*) simpliciter, ut in nostro loco, memoratur, minime sicinnis intelligenda est, sed illud saltandi genus, quod altero nomine vocabatur *ὄκλασμα*, quia inter saltandum flexis genibus de industria procumbebant iterumque surgebant citissime. Quam quidem saltationem ad tibiae cantum institui solitam esse, non Aristophanes solum demonstrat, verum etiam Xenophon in Anabasi VI, 1, 10 *τέλος δὲ τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κρούων τὰς πέλτας, καὶ ὤκλαζε καὶ ἐξανίστατο· καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ ἐποίει πρὸς τὸν αὐλόν.* Postremo juvat iterum examinare Scholiastam Ravennatem ad h. l. *βαρβαρικὸν καὶ Περσικὸν τὸ κλάσμα καλεῖται, καὶ Περσικὸν ὄρχημα, περὶ οὗ Ἰόβας μα-*

ΤΟΞΟΤΗΣ.

τί τὸ βόμβο τοῦτο; κῶμιο τίς ἀνεγεῖρί μοι;

κρὼν πεποίηται λόγον ἐν τοῖς περὶ τῆς ἰατρικῆς ἱστορίας, ὥστε λελύσθαι τὴν Σελεύκου πρότασιν. προτείνει γὰρ ἐν τῷ πρὸς Ζήνωνα προτατικῷ τὸ Περσικὸν ὄρχημα. Vitia manifesta *τὸ κλάσμα* pro *τὸ ὄκλασμα* et *ἰατρικῆς ἱστορίας* pro *θεατρικῆς* sustulit Dindorfius. Initium Scholii nunc aliter atque olim l. l. p. 86 emendaverim. Videtur enim verbum *ἐστὶν* excidisse scribendumque esse, *βαρβαρικὸν καὶ Περσικὸν τὸ ὄκλασμα καλεῖται, καὶ ἔστι Περσικὸν ὄρχημα, περὶ οὗ κτλ.* Tum credibile est, Jubam in quarto potissimum libro historiae theatri antiqui saltationem Persicam explicasse. Nam in quarto libro Juba de saltationibus exposuerat teste Hesychio s. *Κλώπεια* et praeterea etiam de organis musicis, ut docet Athenaeus IV, 175 d. Jam vero Seleucus grammaticus plures libros *προτατικὸς* scil. *λόγος* inscriptos composuerat, in quibus videtur difficiles quaestiones excitasse potius quam solvisse. Notissimi sunt autem Homeri interpretes *οἱ ἐνστατικοὶ* et *οἱ λυτικοί*, de quibus breviter sed egregie dixit Wolfius in Prolegomenis p. CXCV. Adeo Seleucus, qui et ipse in Homero explicando operam posuit, certe in suis ad Aristophanem commentariis *ἐνστατικὸς* non idem *λυτικὸς* esse voluit. Horum igitur librorum (*τῶν προτατικῶν*) unum dedicavit Zenoni, alium autem Polybio, ut patet e Schol. Rav. supra ad v. 840 *πολλάκις εἶπεν ὅτι προβάλλει Ὁμηρικῶς ἐν τῷ πρὸς Πολύβιον προτατικῷ τίς ἡ Ὑπερβόλου μήτηρ. οὐκ ἔχομεν δὲ εἰπεῖν κτλ.* De quorum corruptione ne dubitari quidem potest. Olim ita rescribere volebam, *Ὁ Σέλευκος εἶπεν, ὅτι προβάλλει Ὁμηρικῶς* —. At molestiam creat *ὁμηρικῶς* more Homeri; neque enim Seleucus hexametros scripsisse potest, sicuti facetus ille poëta Archestratus, *ὁ δειπνολόγος*. Vix autem *ὁμηρικῶς* significare potest more Homeri interpretum, eorum scilicet, qui *ἐνστατικοὶ* vocantur. Postea in mentem venit, Seleucum cognomen habuisse *ὁ Ὁμηρικός*, testante Suida, *Σέλευκος: Ἀλεξανδρεὺς, γραμματικὸς, ὃς ἐπεκλήθη Ὁμηρικὸς κτλ.* Quare sic potius conjiciebam, *πολλάκις εἶπον, ὅτι προβάλλει ὁ Ὁμηρικὸς ἐν τῷ* —. Omnino saepe ac multum de Hyperboli matre incassum grammatici disputarant, attamen miror, Scholiastam hic quidem *ὁ Ὁμηρικὸς* dicere, quam *Σέλευκος* maluisse. Rankius tamen Vit. Aristoph. p. CLXXIX, *scribendum enim mecum*, inquit *nemo non videt pro Ὁμηρικῶς, quod Bekkerus dedit, Ὁμηρικός*. Judicent doctiores.

V. 1176. Pro *τίς ὁ βόμβος οὗτος; κῶμιον τίς ἀνεγείρει μοι;* Ita enim recte exponit Bisetus similiterque Berglerus, qui addit, bombo sonum intelligi tibiae et comparat Acharn. 831 *Χαιριδῆς βομβαύλιοι*. Sed lenam cum Elaphio ac Teredone ad se comissatum

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἡ παῖς ἔμελλε προμελετᾶν, ὦ τοξότα.
ὀρχησομένη γὰρ ἔρχεθ' ὡς ἄνδρας τινάς.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ὀρκῆσι καὶ μελετῆσι, οὐ κωλύσ' ἐγώ.
ὡς ἐλαπρὸς, ὥσπερ ψύλλο κατὰ τὸ κώδιο. 1180

---

ire satis ingeniosa lictoris conjectura est. Tametsi enim corona, aut certe faces deerant, apte tamen ad id conveniebant et saltatrix et perpetua illius festivitatis comes, tibia. Caeterum pro κῶμιο τίς Augustanus κωμοτὶς, Juntina autem κωμοτίσ' eademque ἀνεγείριμοι conjuncte. Scholiasta Rav. δι^κ. κωμοδρίαν, hoc est, διχῶς, κωμοδρίαν, ut supra ad v. 1051 dictum est. Nempe fuerunt antiquitus, qui inepte legerent, κωμοδρίαν ἐγείρι μοι; Praeterea malus accentus ἀνεγείρι eis debetur, qui falso scribebant, quemadmodum in Juntina est, ἀνεγείριμοι. Reponendum aut ἀνεγεῖρι aut ἀνέγειρι.

V. 1177. εὑριπ'. ὡς γραῦς hic inepte praefigit Aug. Vide quae diximus ad. v. 1172.

V. 1178. ἔρχεθ' ὡς] Rav. Aug. Junt. ἔρχετ' ὡς. Librarii tenuis literae usu pro adspirata adsuefacti erant ob corruptum sermonem lictoris. At versu nostro loquitur Euripides. Inutilis est autem correctio Dobraei, ἤρχεθ' qui se induci passus est Imperfecto illo ἔμελλε.

V. 1179. Juntina Ὀρκῆσι. καὶ μελετῆσι. Euripidi continuat et tunc demum ponit personam Σκ. Augustanus absono accentu μελετήσι. Melius haec expedit Berglerus ὀρχησάσθω καὶ μελετησάτω· οὐδὲν (οὐ) κωλύσω ἐγὼ, quam Bisetus, ὀρχοῖτο καὶ μελετῴη· οὐκ ἐγὼ κωλύσω. Utrum ὀρκῆσι καὶ μελετῆσι Scytha dixit pro ὄρχησαι καὶ μελέτησον et haec rursus pro ὀρχησάσθω καὶ μελετησάτω, an praecedente verbo ὀρχησομένη ad consimilem sonum, ὀρκῆσι et iterum hoc ipso ὀρκῆσι ad miram formam μελετῆσι invitatus est, an his nugis subest alia ratio? Sed indignus vindice nodus incidit. Manum de tabula.

V. 1180. Pro ὡς ἐλαφρὰ, ὥσπερ ψύλλα κατὰ τὸ κώδιον, ut recte Berglerus. Schol. Rav. καταδέρμια. Imo lege κατὰ τὸ δέρμα, quae est explicatio verborum κατὰ τὸ κώδιο. Verum Scytha, qua est morum elegantia, Elaphium puellam eamque saltatricem mirabundus dicit tanta esse agilitate, quanta in lecto pulicem, eximium profecto saltatorem. Nec minore urbanitate aut olim Polyphemus apud Ovidium laudavit Galateam, aut hodie rustici nostri libertinas suas et Galateas depraedicare solent. ψυλλοκατακώδιο Juntina.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

φέρε θοἰμάτιον ἄνωθεν, ὦ τέκνον, τοδί·
καθιζομένη δ' ἐπὶ τοῖσι γόνασι τοῦ Σκύθου,
τὼ πόδε πρότεινον, ἵν' ὑπολύσω.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ναίκι, ναὶ
κάτησο, κάτησο, ναίκι, ναίκι, τυγάτριον.
οἴμ', ὡς στεριπὸ τὸ τιττί', ὥσπερ γογγύλη. 1185

V. 1181. *εὐριπ. γραῦς* Aug. *Εὐρ. ὡς γραῦς* Juntina praefigunt. Praeparatur autem hic saltatio proxime sequutura et pallium deponere puella jubetur, quo saltare expeditius possit. Vide supra ad v. 656.

V. 1182. *τοῖς γόνασι* Rav. Aug. Junt. *Τοῖσι* pro *τοῖς* dederunt Brunckius, Bentlejus, Porsonus, Dindorfius, Bothius.

V. 1183. Personae signum om. Aug. Bentlejus, *ὑπολύσω*: *fo.* Hoc volebat, ut opinor, *ὑπολύσω* omnium scripturam librorum restituendam esse. Nam Edd. quaedam, ut Lugdunensis absurde habent *ὑποδύσω*, unde etiam Scaliger, *ὑπολύσω Vet.* Tum Brunckius, Dindorfius, Bothius hic et infra *ναικὶ* scripserunt. Recte vero Lugdunensis, Kusteriana aliaeque *ναίκι*, id quod exstat in Juntina et Augustano. Eustathius p. 107, 25 *δοκεῖ δὲ τὸ ῥηθὲν εἶα παροξύνεσθαι, ὡς κατ' ἐπέκτασιν ἔχον τὸ ᾱ, ὁποῖόν τι καὶ ἐν τῷ ναίχι γίνεται.* Adde Buttmannum Gr. Gr. T. I, p. 52 adnot., cui adsentitur Hermannus ad Soph. Oed. Reg. v. 684.

V. 1184. Huic demum versui novae signum personae praefigit Aug. Dicit autem lictor, ut recte Berglerus, *κάθησο, κάθησο, ναίχι, ναὶ, θυγάτριον.* Sed hic versus vitio haud dubio laborat. Omnes enim libri, *ναίκι ναὶ τυγάτριον* praebent, metro violato. Scilicet *ναίκι ναὶ* librarii temere sumserunt e versu proximo superiore, lictor autem dixerat,

κάτησο, κάτησό, ναίκι, ναίκι, τυγάτριον,

prorsus ut infra v. 1210 *ὦ γράδι', ὡς καρίεντό σοι τὸ τυγάτριον.* Occupavit emendationem nostram Bothius.

V. 1185. *στεριπὸ τὸ τιττι* Augustanus, *οἴ μ' ὡς τεριπὸ τὸ τιττί'* Juntina, quae statim *γογγύλῃ*, Ravennas Bekkeri *στέριπο τὸ τεττί'*, Invernizzii et ipse credo Ravennas *στέριπο τὸ τιττί'*. Edd. vetustiores *ὡς τεριπὸ τὸ τιττί'* (certe *τεριπὸ* Edd. Zanetti et Farrei), recentiores *ὡς τεριπὰ τὰ τιττί'*, Lugdunensis *οἶμ' ὡς τέρι, τὸ τιττί'*, Kusteriana *οἶμ' ὡς τεριπὰ τὰ τιττί'*. *Οἴμ' ὡς στέριπο τὸ τιττί'* ediderunt Brunckius, Bothius et servato *ὡς* Dindorfius. Satis recte

verba explicavit Bisetus, *οἶμοι ὡς στερῥὸν* (debebat potius *στεριφὸν*) *τὸ τιτθίον, ὥσπερ γογγύλη.* Ingeniose tamen conjicit Berglerus, *στεριπὸ* pro *περιφερὲς* dixisse barbarum videri; ita enim suadere vocem *γογγύλη*, *turundam*, *rapum*. Profecto aut *γογγύλη*, suapte natura duritiem quoque declarat, aut aliud pro *στεριπὸ* adjectivum poni debet, quo rotunda res indicetur. Atqui *στεριπὸ* mutari nequit, quia in meretricibus duriores mammae (signa virginitatis recens depositae) laudantur, veluti in Acharn. 1161 *τῶν τιτθίων, ὡς σκληρᾶ καὶ κυδώνια.* Confer etiam Comici Senectam apud Athen. IV, 133 a

Ὦ πρεσβῦτα, πότερα φιλεῖς τὰς δρυπετεῖς ἑταίρας,
ἢ σὺ τὰς ὑποπαρθένους, ἁλμάδας ὡς ἐλάας,
στιφράς;

Neque vero hanc comparationem, *quam durae sunt papillae, rapi instar*, vituperare licet: rapum enim a duritate laudatur a Nicandro Athenaei IV, 133, d sive IX, 369 c

Γογγυλίδος δισσὴ γὰρ ἰδὲ ῥαφάνοιο γενέθλη,
μακρή τε στιφρή τε φαείνεται ἐν πρασιῇσι.

Huic tamen explicationi obstare videtur Phrynichi atticistae praeceptio in Ecloga p. 103 L. *Γογγύλη: οἱ γὰρ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ στρογγύλου τιθέασιν, οἱ δὲ νῦν ἐπὶ τῆς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων γογγυλίδος καλουμένης. λέγε οὖν ἐπὶ τοῦ λαχάνου γογγυλίς, ἀλλὰ μὴ γογγύλη* (brevius more suo Codex Bachmanni, — *οἱ δὲ νῦν ἐπὶ τοῦ λαχάνου, ὅπερ γογγυλὶς, καὶ οὐ γογγύλη λέγεται*), et iterum apud Bekkerum p. 33, 10 *Γογγυλίς: οὕτως οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν, ἀλλ' οὐ γογγύλην. γογγύλην δὲ* (imo *γογγύλον δὲ*) *τὸ στρογγύλον ξύλον.* Phrynichi sententia paullo pinguius enuntiata haec est, rapum ab Atticis semper dici *γογγυλίδα*, nusquam *γογγύλην*, neque omnino *γογγύλη* nomen esse substantivum, sed adjectivum, eoque significari *rotundum*, verbi causa *τὸ γογγύλον ξύλον*, id quod esse *τὸ στρογγύλον ξύλον.* Et plane constat, rapum ab Atticis plerumque nominari *γογγυλίς;* tu vide plurima exempla in Athenaeo IX, 369 a—f, Athenaeum ipsum I, 4 d, Euphronem comicum ibid. I, 7 e, f. Quin etiam Aristophanes *ταῖς γογγυλίσιν* de rapis usurpat in Horis apud Athen. IX, 372 c, et contra alium longe significatum voci *γογγύλη* subjicit in Pace v. 28. Alios quosdam locos ad Phrynichum collegit Lobeckius. Quid ergo videtur? Neque enim si recte negavit Phrynichus *γογγύλην* de *γογγυλίδι* rapo attice dici posse, *ὥσπερ γογγύλη* in Aristophane unquam valebit *sicuti rapum.* Latebram quaesivit l. l. Lobeckius, *γογγύλη* pro rapo vulgus Graecorum dixisse professus, atque eo Scytham ita loquentem induci. At Scytha hujus quidem generis vitia alibi nusquam committit, sed verba vel maxime attica leviter depravat; porro multi apud Aristophanem servi servaeque prodeunt et tamen attice loquuntur omnes; denique antiqua etiam comoedia in diverbiis (melica enim prorsus excipio), nisi quod pede certo differt sermoni, sermo merus est. Quocirco si Scytha Aristophaneus verbo *γογγύλη* (non *γογγυλὶς*) de rapo utitur, ipse Aristo-

phanes atticistae decretum evertit; quod quidem (ut pleraque Phrynichi) totum conficitur exemplis, ratione autem idonea caret, quando γογγυλὶς nihil aliud esse potest, quam formae γογγύλη deminutio, ut in κλίνη, κλινὶς aliisque sexcentis. Attamen quum caetera exempla praeter hoc nostrum omnia Phrynicho faveant, alia forsitan interpretatio versus, οἰμ', ὡς στεριπὸ τὸ τιττί, ὥσπερ γογγύλη indaganda est. Quanquam hoc unum docte, addo etiam probabiliter Phrynichus observat, rapum attice γογγυλίδα, neque vero γογγύλην nominari; illud autem scripsit perabsurde, γογγύλη tantummodo nomen esse adjectivum, neque aliam vim habere nisi *rotundae*. Lobeckius quidem hic, ut saepius, dum Phrynicho suo gratificetur, sibimet ipse deest; scribit enim defendendi atticistae causa: *In Arist. Pac.* 30. γογγύλη *male pro substantivo accepit veterem interpretem sequutus Hoeschelius.* At quid tandem clarius esse potest, quam γογγύλην pro Substantivo poni ab Aristophane? Si ad ipsas linguae graecae origines respicere placet, vere docuit Hermannus, omnia Substantiva, quae proprie feminina sint Adjectivorum, primum sic cogitata esse, ut Substantivum aliquod tacite adjicerent, quemadmodum γογγύλη, id erat primo (in ipsis credo linguae primordiis) γογγύλη μᾶζα, panem placentamve declarabat. At non isto modo γογγύλη e Substantivis eximit Lobeckius V. Cl., neque omnino jam philosophum agit, sed grammaticum. Verba Aristophanis haec sunt, —

> βρενθύεταί τε καὶ φαγεῖν οὐκ ἀξιοῖ,
> ἢν μὴ παραθῶ τρίψας δι' ἡμέρας ὅλης,
> ὥσπερ γυναικὶ, γογγύλην μεμαγμένην.

Quis igitur post verba παραθῶ τρίψας atque ὥσπερ γυναικὶ non exspectet Substantivum γογγύλην aut quis audeat sic interpungere, γογγύλην, μεμαγμένην, divulsis illis γογγύλην μεμαγμένην, quae cohaerent arctissime? Denique γογγύλην h. l. pro Substantivo habuit etiam Athenaeus, vir graece doctissimus, IV, 173 a. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ καὶ περὶ Δηλίων ἃ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος εἴρηκεν, ὅτι μαγείρων καὶ τραπεζοποιῶν παρείχοντο χρείας τοῖς παραγινομένοις πρὸς τὰς ἱερουργίας, καὶ ὅτι ἦν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν πράξεων ὀνόματα Μαγίδᾶς, (ita legendum; libri meliores μάγαδις, alii μάγασις. Falso Villebrunius et post eum caeteri Μαγίδες καὶ Γογγύλοι) καὶ Γογγύλος, ἐπειδὴ τὰς μάζας, φησὶν Ἀριστοφάνης (ita recte Schweighaeuserus pro Ἀριστοτέλης) ἐν ταῖς Θοίναις δι' ἡμέρας τρίβοντες παρεῖχον ὥσπερ γυναιξὶ γογγύλας μεμαγμένας. Praeterea Scholiastae quoque ad Pacem l. l. Substantivum esse γογγύλην existimant, falsi tamen in eo, quod γογγύλην cum rapo, τῇ γογγυλίδι, temere confundunt, αἱ γὰρ γυναῖκες, ἵνα μὴ δοκοῖεν πολυφάγοι εἶναι, ἐκ τῆς πυκνότητος τῆς μάζης, μικρᾶς εἶναι δοκούσης, ὀλιγοφαγίας δόξαν ἐμφαίνουσι στρογγύλας ποιοῦσαι τὰς μάζας ὡς γογγύλας, αἵ εἰσιν εἶδος λαχάνου. καὶ γογγυλίζειν τὸ μεταστρέφειν (melius dixisset τὸ συστρέφειν) —. Scholiasta Venetus — ποιοῦσαι τὰς μάζας. γογγύλη δὲ παρείκασεν αὐτὰς, ἐπειδὴ καὶ οἱ γογγύλαι στρογγύλαι

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

αὖλει σύ· θᾶττον, ἔτι δέδοικας τὸν Σκύθην;

ΤΟΞΟΤΗΣ.

καλό γε τὸ πυγή.

παρ' αὐτοῖς· ἔστι δὲ λαχάνου εἶδος, ὃ παρά τισι ῥάφανον καλεῖται. ΑΛΛΩΣ. ὡς τῶν γυναικῶν ἑαυταῖς ἐπιμελέστερον τριβουσῶν, ὥστε μὴ διακεχύσθαι τὴν μᾶζαν διὰ τὸ ἄτριπτον εἶναι, ἀλλὰ συνεστράφθαι. παρατετήρηκε δὲ ταῦτα καὶ Σώφρων καὶ Καλλίμαχος. — Itaque a Scholiastis discimus, *γογγύλη* Substantivum esse, quo designetur *turunda*, nomen turundae impositum esse a specie ejus rotunda, postremo, id quod gravissimum est, turundam condensari solitam eoque duram nec sane mollem fuisse. Quid igitur, si nostrum quoque versum ita interpretamur, *quam dura mamma est, sicuti turunda?* Mihi enim probabilius videtur, turundam hic, quam rapum commemorari. Sed nolo in dubia re ac parum liquida versari diutius. Juvat tamen cumuli loco adjicere Hesychii glossam, *Γογγύλον: στρογγύλον, σκληρόν*, ubi adverte expositionem alteram *σκληρόν*.

V. 1186. Aug. ante ἔτι habet signum novae personae. Schol. Rav. *πρὸς τὴν αὐλητρίδα*, de qua re paullo ante diximus. At enim hic versus, ut quidem nunc est, laborat vitio. Fieri enim nequit, quin verba, ἔτι δέδοικας τὸν Σκύθην; etiamne pertimescis Scytham? non minus quam superiora illa, αὖλει σὺ θᾶττον ad Teredonem tibicinem referantur. Minime vero Teredon timere lictorem poterat. Nempe clarum et perspicuum est, verba θᾶττον — Σκύθην; ad Elaphium puellam dici, quae quo magis erat lasciva, eo diligentius pudorem simulabat fingebatque, se lictoris verecundia saltare satis commode et celeriter non posse: probe enim sciebat, his artibus Scythae libidinem vehementius inflammari. Quare versum ita distinximus, αὖλει σύ· (haec dicuntur ad Teredonem, reliqua autem ad Elaphium) θᾶττον, ἔτι δέδοικας τὸν Σκύθην; Confer Alcaeum Comicum in Ganymede apud Antiatticistam Bekkeri p. 102, 31 *Κατάχωλε, θᾶσσον* (imo θᾶττον), ἢ κεραυνοπλὴξ ἔσῃ. Bothius ad h. l. *his verbis saltatricem increpat, nolentem considere in genibus Scythae* —. Imo saltatricem increpat parum cito saltantem. Non hilum profecit Dobraeus interpunctione sua, αὖλει σὺ θᾶττον ἔτι· δ. τ. Σκ . . Quin etiam fuit, quum audax consilium caperem itaque rescribi vellem (αὐλεῖ) Εὐριπ. ποίει (id hic fuerit ὀρχοῦ) σὺ θᾶττον· κτλ. Parepigraphe αὐλεῖ exstat in Avibus v. 223, et similis quaedam διαύλιον προσαυλεῖ (τις) in Ranis pone v. 1261. Jam vero toto versu ad Elaphium revocato ambiguitas sublata est, nec quisquam dubitabit, quidnam Teredoni, quidve Elaphio dixerit Euripides.

κλαῦσί γ' ἂν μὴ ᾽νδον μένῃς.
(ἀνακύπτει καὶ παρακύπτει ἀπεψωλημένος.)

V. 1187. Ravennas *To. καλό γε. τὸ πυγή. κλαυσεῖ γ' ἄν; μήνδον μένῃς*, Juntina *Σκ. καλό γε τὸ πυγή. Γυ. κλαυσεῖ γ' ἂν μὴ ᾽νδον μένῃς*, Aug. *To. καλό γε τὸ πυγή. κλαύσει γ' ἂν μὴ᾽νδον μένῃς*. Edidi, quemadmodum res ipsa postulabat, *To. καλό γε τὸ πυγή. κλαῦσί γ' ἂν μὴ ᾽νδον μένῃς*. Spectat lictor saltantem puellam dicitque primum cum admiratione, *καλή γε ἡ πυγή*, pulchrae enimvero sunt nates; quasi vero Venus *ἡ καλλίπυγος*, ac non vulgare potius scortum saltaverit. Paullo difficiliora sunt vocabula, *κλαῦσί γ' ἂν μὴ ᾽νδον μένῃς*, id est *κλαυσεῖ γε, ἢν μὴ ἔνδον μένῃς*, male tibi erit, nisi intus sub veste manseris. Nimirum inritatur hoc tam lubrico spectaculo boni lictoris natura, cujus impetum effrenatum importunumque ut reprimat, mutonem ipsum adloquitur mala ei maxima minitans, nisi quieverit. Mirum est hoc adloquium, non nego; veruntamen comparo Horat. Satir. I, 2, 68

Huic si mutonis verbis mala tanta *videntis* (minime *videnti*)
Diceret haec animus: Quid vis tibi? numquid ego a te
Magno prognatum deposco consule cunnum,
Velatumque stola, mea quum conferbuit ira?

᾽Ένδον autem *sub veste* apud Demosthenem legere memini, qui dixit ἔνδον τὴν χεῖρα ἔχειν, alii autem similiter, ἐντὸς ἔχειν τὴν χεῖρα λέγοντα. Vide T. Hemsterhusium ad Scholia Luciani T. I, p. 156 ed. Lehm. Ac nescio, an hunc locum recte intellexerit jam Scholiasta R. *προς . . . λέγει ἐπιπλήττων ἐντεινομένῳ*. Legendum videtur, *πρὸς τὸ πέος· λέγει κτλ.* Literas scite correxerat Bentlejus, delens personae notam *Γυ.* in medio versu et mox legens *κλαῦσι*. Brunckius malam conjecturam proposuit suscepitque, *Εὐριπ. κλαύσετ᾽ ἂν μὴ ᾽νδον μένῃ*. Hanc conjecturam repetiverunt Bothius et qui ἢν μὴ ᾽νδον scripsit Dindorfius. Sententiam tamen Brunckius, credo, adsequutus erat; vertit enim, *Male huic erit, nisi intus manserit.* Vossius in eundem modum, Euripides, Weh ihm, wo das Ding nicht drinnen bleibt! Vetustiores Edd. ut Lugdunensis et Kusteriana cum Juntina hic praefigunt *Γυ.* Sive *Εὐριπ . .* Euripidi haec tacite adsignavit etiam Bisetus praemissa interpretatione absona, quam Bothius comprobavit.

Parepigraphe post v. 1187. In Rav. hunc quasi poëtae versum lictor recitat ita scriptum *ἀνακύπτη και παρακυπτι ἀπεψωλημένος*, in Juntina mulier (h. e. Euripides) ita loqui pergit, *ἀνακύπτει καὶ παρακύπτει ἀπεψωλημένος*, in Aug. est ut opinor, *ἀνακύπτη καὶ παρακύπτι ἀπεψωλημένος*. Antiqui grammatici haud dubie scripserant cum interrogatione, *ἀνακύπτι καὶ παρακύπτι ἀπεψωλημένος;* ita ut lictor mutonem suum porro adloquatur. Quae

εἶεν· καλὴ τὸ σχῆμα περὶ τὸ πόστιον.

---

opinio facileref ellitur, quod *ἀπεψωλημένος* semper ad hominem ipsum, non ad mutonem referri videmus, ut in Acharn. v. 161 et v. 567. Falso igitur Brunckius vertit, (Nudatus lictoris penis alternis emergit et demergit). Brunckium sequitur Vossius. Imo parepigraphe (*ἀνακύπτει καὶ παρακύπτει ἀπεψωλημένος*) sic explicanda est, *caput nunc attollit nunc demittit arrecto nudatoque mutone.* Alternis enim lictor modo attollit se modo demittit, quo commodius videre possit saltationem puellae. Facete facetus interpres A. Divus, *Extrahit et attrahit penem nudatus arrigens.* Aliquanto melius non recte tamen vertit Kusterus, *Nunc ab hac, nunc ab illa parte prospicit, nudata glande.* Brunckius sine ulla causa parepigraphen statim post verba *καλό γε τὸ πυγὴ* conlocavit. Ineptissime autem Bentlejus, Dindorfius, Bothius parepigraphen pro arbitrio deleverunt. Quam ab ipso poëta additam esse quovis pignore contenderim. Nemo, sat scio, intelligere posset obscurissima verba *κλαῦσί γ' ἂν μὴ ᾽νδον μένῃς*, nisi adnotatione *ἀπεψωλημένος* haec dubitatio sublata esset; corpus autem erexisse et alternis demisisse lictorem spectandi cupidissimum, ecquis tandem negabit?

V. 1188. Libri omnes, *εἶεν· καλὴ τὸ σκῆμα περὶ τὸ ποστίον* (non *πόστιον*) praeterquam quod ab initio *εἰ ἐν* Aug. *εἴεν* Juntina habent. Edd. quaedam praebere videntur *καλό γε τὸ σκῆμα*, ut citat Berglerus, interpolatione e v. 1187 repetita. Editio Farrei *καλή γε* et *καλὴ* jam antea Zanettus. Ed. Lugdunensis — *καλὸ τὸ σκῆμα — ποστίον*, Kusteriana *καλὸ τὸ σκῆμα — πόσθιον*. Librorum atque Edd. veterum scripturam restituit Brunckius, quem Dindorfius Bothiusque sequuti sunt. Facile est, atticas formas redintegrare, *εἶεν· καλὸν τὸ σχῆμα περὶ τὸ πόσθιον*, quandoquidem satis constanter dicit homo barbarus *καλὸ πυγὴ* et contra *καλὴ σκῆμα*. Paullo difficilius est, sententiam aperire de qua re sic velim habeas. V. 1186 Elaphium jussa saltare incipit, cum simulato tamen pudore. Haud dubie autem puellae ab Euripide praeceptum erat, ut saltationem ageret obscoenam et lictorem magis magisque ad coitum incitaret. Quare inter saltandum nates ostentat v. 1187, quarum pulchritudinem Scytha miratur simulque jam pronus ad Venerem interminat. Deinceps, ut eximia docet parepigraphe, lictor spectandi avidus modo se attollit modo demittit, idque facit jam valde lascivus et *ἀπεψωλημένος*. Puella interim pergit in saltatione. Tunc statim insequitur ille versus, *εἶεν· καλὴ τὸ σκῆμα περὶ τὸ πόστιον*, quo necesse est lictoris aliud de Elaphii saltatione judicium contineri. *Εἶεν* hic, ut plerisque in locis, ad rem novam transitum parat et indicio est, alios saltandi modos ac v. 1187 nunc facere puellam. Deinde verbum *σχῆμα saltatio* frequentat Aristophanes, neque id solum de staticulo ponit, sed etiam de vehementissima saltatione; confer Vesp. 1485, Pac. 323, et ibid. v. 324 *σχη-*

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

καλῶς ἔχει. λαβὲ θοἰμάτιον· ὥρα ᾽στὶ νῷν
ἤδη βαδίζειν.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

οὐκ ἐπιλήσει πρῶτά με; 1190

ματίζειν, tum in fragmento (Gerytadae, ut videtur) apud Athen. I, 21 f. *τὰ σχήματ᾽ — σχηματίσαντες*. Restant verba *περὶ τὸ πόστιον*. Clarum est autem, et libidinem Scythae hic magis incendi, et verba *καλὴ τὸ σκῆμα περὶ τὸ πόστιον* superioribus *καλό γε τὸ πυγὴ* opponi. Quapropter olim conjiciebam, *περὶ τὸ πρόστιον* (h. e *περὶ τὸ πρόσθιον*) *pulchra est saltatio circa anticam corporis partem*, ita ut Elaphium primum nates deinde adeo cunnum ostenderit. At *τὸ πρόσθιον* vereor, ut satis defendatur loco Ran. 548 *τοὺς χοροὺς τοὺς προσθίους*. Postea intellexi, librorum scripturam *περὶ τὸ πόστιον* retinendam esse. Auxilio fuit illud in parepigraphe verbum *ἀπεψωλημένος*. Nempe lictor suam ipsius caudam intelligit, *pulchra saltatio est circa mentulam meam*. Adeo Elaphium meretrix non satis habuit nates ostentare suas, nisi paullo post inter saltandum ad mentulam quoque lictoris adpropinquaret libereque fateretur, se illi ipsi peni, quem videbat excelsum, deditam esse. Invitus et reluctante natura ista talia expono; caeterum interpretes omnes ea hic monstra loquuntur, ut difficile sit risum tenere. A. Divus versum ita reddidit *esset pulchra forma pro praeputio*, Kusterus *eia, pulchra est species*, [corporis] *circa nates*. Kusteri interpretationem (nates) merito reprehendit Brunckius, reprehendendus ipse ob hanc versionem, *attamen pulchra est species arrectae hujus mentulae*. A Brunckio totus pendet more suo Vossius, Ja, nûblige Stück doch hebber jo dat Trûllifen. Denique Bothius serio dicit, ridicule lictorem de re turpi loquutum tanquam de genere quodam saltationis.

V. 1189. *ὥρα ᾽στὶ*] *ὥρα ᾽στιν* Rav. Junt., *ὥρα ᾽στὶν* Aug. Deinde Juntina hic et infra modo praefigit *Γν.* modo *Εὐ.* non ferenda inconstantia, tametsi res eodem redit.

V. 1190. Rav. Aug. Junt. *τί οὐκ ἐπιλήσει* contra metrum. Delevimus *τί*, quod librarii sumserunt e consimili versu 1193 *τί οὐ κατεύδει παρ᾽ ἐμέ*. Neque voculam *τί* hic invenerat Schol. Rav., qui adscripsit, *οὐχὶ φιλήσειν*, imo *οὐχὶ φιλήσει* vel etiam *φιλήσεις*. Videri sane potest grammaticus legisse, *οὐκὶ πιλήσει*. Sed barbarum augmentum Futuri etiam atque etiam tueor. *Οὐ φιλήσεις πρῶτά με;* inquit, *nonne primum me osculaberis?* Editiones pleraeque, ut Lugdunensis atque Kusteri, *τί*; *οὐκὶ πιλήσει* —; Id recte tamen deleta voce *τί*, Brunckius, Dindorfius Bothiusque propagarunt. Inepte

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

πάνυ γε· φίλησον αὐτόν.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ὂ ὂ ὂ παπαπαπαῖ,
ὡς γλυκερὸ τὸ γλῶσσ᾽, ὥσπερ Ἀττικὸς μέλις.
τί οὐ κατεύδει παρ᾽ ἐμέ;

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

χαῖρε, τοξότα·
οὐ γὰρ γένοιτ᾽ ἂν τοῦτο.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ναὶ, ναὶ, γράδιον,

---

judicavit Elmslejus ad Acharn. v. 178 in Auctario, hic pro *οὐκὶ* legi posse *οὐ*, sed versum alioqui mendosum videri. Neque Porsono adsentior, qui legendum esse dicit *πιλήσι* i. e. *φιλήσεις*.

V. 1191. Euripidis persona deest in Aug. Tum Juntina metro violato, *Σκ. παπαπαπαῖ*. Hinc Bentlejus conjiciebat, *Εὐ. πάνυ γε, φίλησον αὐτόν. Το. ἀππαπαππαπαί*. Brunckius edidit, *Το. ὂ ὂ ὂ παπαπαπαί*, nixus libro Aug., in quo est *ο ο ο παπαπαπαπαῖ*. Ravennas *ὂ ὂ ὂ παπαπαπαί*. Dindorfius et Bothius justum accentum posuerunt, *ὂ ὂ ὂ παπαπαπαῖ*.

V. 1192. Pro, *ὡς γλυκερὰ ἡ γλῶσσα, ὥσπερ Ἀττικὸν μέλι*. *Berglerus*.

V. 1193. *παρ᾽ ἐμέ*] Vide supra ad v. 479.

V. 1194. *γὰρ* secunda manus supra scripsit rubro in Aug. Tum *ναὶ γράδιον* Juntina, *ναὶ γρᾴδιον* Aug. Rav. Certum videtur Aristophanem aut *ναίκι, γρᾴδιον* scripsisse, aut *ναὶ ναὶ γρᾴδιον*. Hoc praetuli, quia opere maxumo rogat lictor et quasi instat precibus. Ita in Nubibus v. 1451 *ναὶ ναὶ, καταιδέσθητι πατρῷον Δία*. Bentlejus *ναικὶ γρᾴδιον* emendabat, Porsonus vero aut *ναίκι γρᾴδιον*, aut *ναὶ ναὶ γρᾴδιον*. Edd. Lugdunensis, Kusteriana aliaeque *ναὶ γραΐδιον*, nec dubitari potest, quin locus ab eis corruptus fuerit, quibus secunda v. *γραΐδιον* syllaba inepte videretur producenda esse. Hinc etiam Bisetus, *ναὶ γραΐδιον*] *Οὕτω γραπτέον μέτρου χάριν*. At recte opponit Brunckius, Atticos plerumque tribus syllabis *γρᾴδιον* extulisse, *γραΐδιον* autem semel omnino legi apud Aristophanem in anapaestis, idque, ut par est, secunda brevi in Pluto v. 536 *καὶ παιδαρίων ὑποπεινώντων καὶ γραϊδίων κολοσυρτόν*. Ediderunt autem

ἐμοὶ κάρισο σὺ τοῦτο.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

δώσεις οὖν δραχμήν; 1195

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ναὶ, ναίκι δῶσι.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τἀργύριον τοίνυν φέρε.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ἀλλ' οὐκ ἔχ' ὠδέν· ἀλλὰ τὸ συβίνην λαβέ.

Brunckius et Dindorfius, *ναὶ ναὶ γρᾴδιον*, Bothius autem nescio cur *ναὶ ναὶ γράδιο*.

V. 1195. Juntina, *κάρισος τοῦτο*, Aug. Rav. *κάρισο σου τοῦτο*. Jam Scaliger *κάρισο* scribi voluit; caeterum *κάρισο σὺ τοῦτο* primus emendavit Brunckius, quem Dindorfius Bothiusque sequuti sunt. Porsonus correxit aut *χάρισός γε τοῦτο*, (qui ut opinor *κάρισός γε τοῦτο* voluit, tametsi vel sic particula *γὲ* inficeta est), aut *κάρισο σὺ τοῦτο*.

V. 1196. Restituimus *δῶσι*, quod homo barbarus dixit pro *δώσω*. Nam clare *δῶσι* exhibent Rav. et Aug. Juntina autem praebet *δῶσοι* unico verbo. Divise *δῶ σοι* Edd. Lugdunensis, Kusteriana, Brunckiana, Dindorfianae, Bothiana. Porsoni conjecturis *δώσω* vel potius *δῶσο* aequo animo caremus.

V. 1197. Dicit homo observante Berglero, *ἀλλ' οὐκ ἔχω οὐδέν, ἀλλὰ τὴν σ. λαβέ*. Juntina exhibet *Σκ. Ἀλλ' οὐκέχ' ὠδὲν ἀλλὰ τὸ συμβήνην λάβε*, Ravennas et Aug. *Το. ἀλλ' οὐκ ἔχ' ὠδέν· ἀλλὰ* (*ἀλλὸ* Aug.) *τὸ συμβήνην λαβέ* (*λάβε* Aug.); Schol. Rav. ad h. l. formis *συβήνη* et *συβήνην* utitur. Editio Farrei pro *ὠδὲν* habet *οὐδέν*. Pleraeque Edd. ut Lugdunensis et Kusteriana — *ἀλλὰ τὸ συβήνην λαβέ*. At recte docuit Brunckius, male vulgo *συβήνην* legi, barbareque Scytham *συβίνην* dixisse pro *σιβύνην*; nisi enim *συβίνην* scribatur, perire jocum in paronomasia quaesitum infra v. 1215, ubi luditur in verbis *συβίνη* atque *καταβινεῖν*. Quocirca scripsimus, *ἀλλὰ τὸ συβίνην λαβὲ* cum Brunckio, Dindorfio, Bothio. Minime vero ex his locis sequitur, Atticos pro *ἡ σιβύνη* hanc quoque formam *ἡ συβίνη* usurpasse. Namque et barbarus loquitur, et utrobique ad verbum *βινεῖν* adludit, et in manifesto errore tamen analogiam excusare quodammodo potuit. Putabat, credo, Graecos, si dixissent tam *μυστιλᾶσθαι*, quam *μιστυλᾶσθαι*, *Μυτιλήνη* quam *Μιτυλήνη* (nam *πιτύνη* error esse merus videtur pro *πυτίνη*), constantiae ergo etiam *συβίνη* pro

σιβύνη civitate quasi donasse. Porro haec adfert Suidas, Συβήνη: ἡ δερματίνη αὐλοθήκη ἢ ἡ φαρέτρα. Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνης· ἀλλ' οὐκ ἔχω οὐδέν. ἀλλὰ τὴν συβήνην λάβε. Ita Editiones Kusteri et Mediolanensis, liber autem Oxon. — ἔχων οὐδέν — συβήνην. Descripsit autem Suidas hanc glossam, ut alias bene multas e Photio p. 546, 2 Συβήνη: ἡ δερματίνη αὐλοθήκη· ἢ ἡ φαρέτρα. Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνης· Ἀλλὰ οὐκ ἔχω οὐδέν, ἀλλὰ συβήνην λάβε. Nihil scilicet tribuendum est scripturae Photii, ἀλλὰ συβήνην pro ἀλλὰ τὸ συβ., non solum quia Suidas articulum licet hic falsum ἀλλὰ τὴν συβήνην tuetur, verum etiam quod Photius τὸ pro arbitrio ipse delevit. Opinabatur enim, neglecta persona lictoris, attice hic loqui poëtam eoque et ab initio scripsit, Ἀλλὰ οὐκ ἔχω οὐδέν pro Ἀλλ' οὐκ ἔχ' ὠδέν, et deinceps τὸ συβήνην, vitium (ut ipse putabat) puerile sustulit. Quod igitur Elmslejus ad Acharn. v. 178 nostro in versu τὸ deleri jussit post Bentlejum, e Photio certe huic conjecturae nihil auctoritatis acquiritur. Sed omnino infelix est correctio ista, ἀλλὰ συβήνην, et metro prorsus repugnat. Imo quum v. σιβύνη e pede constet bacchio, adparet, hic scribendum esse ut vulgo, ἀλλ' οὐκ ἔχ' ὠδέν. ἀλλὰ τὸ συβίνην λαβέ, et infra v. 1215 ὀρτῶς δὲ σὺ συβίνη ᾽στί· καταβινῆσι γάρ, vel simili modo. Sed mediam verbi σιβύνη syllabam produci demonstrat vel unus Alexis Pollucis X, 144 Ἄλεξις δ' ἐν Λευκάδι (Λευκαδίᾳ)· Φέρε τὴν σιβύνην, καὶ πλατύλογχα. Trimeter est enim, sive legamus καὶ πλατύλογχ' ἀκόντια sive καὶ πλατύλογχα τέτταρα, sive ut cuique libebit. Praeterea voces σιγύνης et σίγυνος, quae forma discrepant, reapse eaedem sunt, et ipsae longo ῡ efferuntur, veluti ab Oppiano Cyneg. I, 152 αἰχμὴν τριγλώχινα, σιγύνην εὐρυκάρηνον, Apoll. Rhod. II, 99 ἀλλ' ἄμυδις κορύνας ἀζηχέας ἠδὲ σιγύνους (ita enim recte Wellauer e Codd. pro σιγύννους), et iterum de ipsa gente IV, 320 οὔτ' οὖν Θρῄϊξιν μιγάδες Σκύθαι οὔτε Σίγυνοι (ita Wellauer e Codd. pro vulgato Σίγυννοι), Macedonio in Anth. Palat. VI, 176 τὸν κίνα τὰν πήραν τε καὶ ἀγκυλόδοντα σίγυνον —, Agath. Epigr. 92, 5 αἰγανέη δὲ τάλαινα, σίγυνά τε πὰρ χθονὶ κεῖται —. Quapropter isti, qui vel σιβύνη vel σιγύνης in anapaestum converterunt, imperitiae illis temporibus haud sane rarae adcusandi sunt, Meleagrum dico Anth. Palat. T. I, p. 431 Πτανὲ, τί σοι σιβύνης, τί δὲ καὶ συὸς εὐαδε δέρμα; et Antipatrum Sid. 13 Τόνδε παρ' Ἡρακλέει θῆκέ με τὸν σιγύνην —. Quin pari incuria latini poëtae ut Ennius, paenultimam *sibinae* vel potius *sibynae* corripuerunt. Fuit autem verbum σιβύνη origine Cyprium. Herodotus V, 9 commemorata aliqua gente, τοῖσι οὔνομα εἶναι Σιγύνας, ita pergit, Σιγύνας δ' ὧν καλέουσι Λίγυες οἱ ἄνω ὑπὲρ Μασσαλίης οἰκέοντες τοὺς καπήλους· Κύπριοι δὲ τὰ δόρατα. Quae si forte in Herodotum furtim inlata sunt, antiquissimam tamen hanc esse interpolationem oportet. Perdocta est enim adnotatio illa, quam eandem confirmant Aristoteles Poët. XXI, 6 τὸ γὰρ σίγυνον Κυπρίοις μὲν κύριον, ἡμῖν δὲ γλῶττα, et Schol. ad Apoll. Rhod. II, 99 Σιγύνους δὲ καλοῦσιν οἱ Κύπριοι

τὰ ἀκόντια· ἄλλοι δὲ τὰ ὁλοσίδηρα ἀκόντια. Macedonibus, non Cypriis hanc vocem tribuit Suidas, Σιγύνη: καὶ σιγύνους τὰ δόρατα παρὰ Μακεδόσιν —. Ac profecto hoc verbum in macedonica dialecto inprimis frequentatum est. Hi igitur omnes tradunt, aut *hastam* aut *venabulum* illo verbo designari, consentiente Scholiasta ad Apoll. Rhod. IV, 320 Σίγυνοι, ἔθνος Σκυθικόν· ἔστι δὴ καὶ σίγυνος εἶδος δόρατος παρώνυμον τῷ ἔθνει. Hastam significat in Diodoro XX, 33 ὁ δ' Ἀρχάγαθος εἰς ὀργὴν ὑπερβάλλουσαν προαχθεὶς καὶ παρά τινος τῶν ὑπασπιστῶν ἁρπάσας σιβύνην, διήλασε διὰ τῶν πλευρῶν, hastile in eodem scriptore XVIII, 27 τῶν δ' ἀξόνων τὰ προέχοντα χρυσᾶ κατεσκεύαστο, προτομὰς ἔχοντα λεόντων σιβύνην (var. lect. σιβήνην) ὀδὰξ κατεχούσας. Venabulum intelligi debet in Hippolocho Athenaei IV, 130 b — Ἑρμάνθιοι τῷ ὄντι σύαγροι κατὰ πινάκων τετραγώνων χρυσομίτρων σιβύναις ἀργυραῖς διαπεπερονημένοι περιεφέροντο ἑκάστῳ, ubi σιβύναις tuetur Cod. Venetus, male autem alii libri σι-

ι υ

κύναις et σιγύναις et συκίναις, in Callixeno Athenaei V, 201 b. μεθ' οὓς ἐπόμπευσαν κυνηγοὶ δύο ἔχοντες σιβύνας ἐπιχρύσους, in Ephippo Athenaei XII, 537 e — ὅτε δὲ καὶ τῆς Ἀρτέμιδος — ὑποφαίνων ἄνωθεν τῶν ὤμων τό τε τόξον καὶ τὴν σιβύνην. Sufficiant hi loci; nam plures adferre possum. Apud Aristophanem vero συβίνη pharetram sive sagittarum thecam denotat, qua uti sagittarius (ὁ τοξότης) debebat. Ita enim recte exponunt interpretes nostri et jam Schol. Rav. ad h. l. τὴν τοξοθήκην: — συβίνη αὐλοθήκη. λέγουσι δὲ καὶ τὸν φαρετρεῶνα συβίνην. Eodem modo h. l. interpretantur Photius et Suidas, ut supra dictum est. Adde Hesychium, Συβήνη: αὐλοθήκη ἢ τοξοθήκη. ἢ ὁ ναυτικὸς χιτών, atque Etymol. M. p. 132, 25 Συβήνη: ἡ δερματίνη αὐλοθήκη ἢ ἡ φαρέτρα. Quos a nostro potissimum loco suspensos esse tum expositio tum forma ipsa συβίνη, quae eis cum Photio Suidaque communis est, demonstrant. Verum de tibiae integumento thecave hoc verbum poni etiam Pollux tradidit VII, 153 — ἡ δὲ τῶν αὐλῶν θήκη, συβίνη. Codices ad unum omnes συβίνη, quod memorabile est, attamen συβήνη corrigenti Hemsterhusio adsentior. Vix enim Pollux, ut συβίνη scriberet, induci potuit ab Aristophane, apud quem sagittarum theca minime vero tibiarum intelligitur. Imo Pollux usurpavit συβήνη formationem non atticam illam quidem, veruntamen grammaticis usitatam. Adjice Pollucem eundem X, 153 καὶ συβήνην δὲ τὴν τῶν αὐλῶν θήκην καλοῦσι, ubi vulgo exstat σιβήνην, in Cod. Kuehniano σιβύνη, quae legitima forma est, caeterum hic quoque e Codd. Vossii et Jungermanni συβήνην edidit Hemsterhusius. Proprium et antiquum verbum σιβύνη etiam grammatici partim adgnoscunt, veluti Hesychius Σιβύνη: ὅπλον δόρατι παραπλήσιον et Suidas, Σιβύνη: ἀκόντιον Ῥωμαϊκόν, ubi Merula ἀκόντιον θηρευτικὸν conjiciebat. At Suidas exprimere videtur *jaculum* vel *pilum* potius Romanorum; nisi forte latinam magis vocem *sibyna*, quam graecam σιβύνη significat. Permirum est tamen, formam istam συβήνη toties a gram-

maticis memorari, etiam ab Hesychio, *Συβίνη*: *καπροβόλον ἐμβόλιον*, ubi literarum ordo aut hoc ipsum *συβίνη*, aut certe *συβήνη* postulat. Equidem scriptores graecos forma *συβήνη*, quae analogiae adversatur, penitus abstinuisse, censeo. Namque *σιβύνη* non *συβήνη* dicendum fuisse satis superque ostendunt nomina ὁ *σιγύνης*, ὁ *σίγυνος*, τὸ *σίγυνον*. Qui autem *συβήνη* (id est *συβίνη*) receperunt grammatici, ei partim ab Aristophane decepti sunt, ut Photius, Suidas, Hesychius, Etymologus Il. ll., partim turpem etymologiam sequuti uti Pollux bis et idem Hesychius. Ipse adeo H. Stephanus in Thes. L. Gr. p. 8902 ed. Londin. conjecit, *συβήνη* idem quod *συήνη* proprie significare *θήκην ἐκ συείου δέρματος* thecam e suillo corio. At ne est quidem graecum verbum *συήνη*: nam Suidas, ad quem ille provocat, *Συηναῖος*: *καὶ συήνη ἡ δερματοθήκη* — halucinatur et scribere debebat, *καὶ συβήνη ἡ δερματίνη αὐλοθήκη*. Tales ineptiae si valebunt, credamus licet, pro *σιβύνη* adeo *σύρβη* dictum esse, quod Hesychius s. v. *Συρβηνεὺς* scribat — *Σύρβη γὰρ ἡ αὐλοθήκη*, turpiter confusis, quae sonum habent similem. Praeterea parum convenit, Cyprii vocabuli origines in ipsa quaerere Graecia. Ac tamen diu ante H. Stephanum in eundem errorem inciderant grammatici quidam graeci, ut patet ex elegantissimo loco Eustathii p. 344, 11 *σημείωσαι δὲ ὅτι, ὥσπερ εἶδος ἀκοντίου ἡ αἰγανέα, οὕτω καὶ σίγυμνον παρὰ Λυκόφρονι. — τὸ δὲ ῥηθὲν σίγυμνον, σίγυννον ἕτεροι γράφουσιν, ὡς Ἀπολλώνιος, σιγύννους ἰθὺς ἀνασχόμενοι, καί φασιν ἀσπιδίσκια, ἤγουν μικρὰ πελτάρια τὴν λέξιν ἀλλαχοῦ σημαίνειν, ἐνταῦθα δὲ δόρατα ὁλοσίδηρα· καὶ εἰς μὲν σημασίαν εὖ σφυρηλατοῦσιν αὐτὰ, λέγοντες καὶ Κυπρίων γλώσσης εἶναι, βάπτουσι δὲ εἰς ἐτυμολογίαν οὐ μαλθακὴν, φάμενοι σύ̈καινά τινα εἶναι αὐτὰ, ὡς δεξιὰ εἰς τὸ σύας καίνειν*. Tum pro vulgari *σιβύνη* Lycophron dicere ausus est *σίγυμνον*, Alex. v. 556 ὁ δ' αὖ *σιγύμνῳ πλεύρ' ἀναῤῥήξας βοός*, quam formam boeoticam adpellat Eustathius p. 381, 18 *Λυκόφρων δὲ σίγυμνον ἢ σίγυνον, ὡς ἐν Βοιωτίᾳ ἐῤῥέθη, τὸ ὁλοσίδηρόν φησιν ἀκόντιον*. Verissime enim Bachmannus meus noluit emendare ὁ δ' *αὖ σιγύνῳ* —, Sed lectionem Codicum et Edd. omnium atque etiam Eustathii ὁ δ' *αὖ σιγύμνῳ* — retinuit. Verbum est enim inprimis dignum Lycophrone *σίγυμνον*, quod similiter e cogitata forma *σιγύνη* producitur, atque *σίπυδνον* a voce *σιπύη* in ridiculo caetera oraculo apud Lucian. Alexand. c. 25 *Μάλβακα χοιρείων ἱερῇ κυμίνευε σιπύδνῳ*. Seriore demum aetate, pro *σιβύνη* dici caeptum est *ζιβύνη*. Hesychius, *Ζιβύνη*: ὁλοσίδηρον ἀκόντιον, ἢ λόγχη, ἢ σπάθη ἢ μάχαιρα et statim *Ζιβύνια*: *λογχίδια μικρά*. Corrupte idem Hesychius, *Ζηβήνη*: ὁλοσίδηρος ἀκοντίς. Zonaras, *Ζιβύνη*: ὁλοσίδηρον ἀκόντιον ἢ σπάθη. τοῦ Ῥελλοῦ ἡ λόγχη δὲ *ζιβύνη*. Confer ipsum Mich. Psellum *στίχ. πολιτ.* v. 338 in Boissonadii Anecdot. T. III, p. 218 *ἐχέγγυος, ὁ ἀσφαλής· ἡ λόγχη δὲ, ζιβύνη*. Forma *ζιβύνη* pluribus locis utuntur LXX interpretes, veluti Esajae cap. II, v. 4 *καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν*

ἔπειτα κομίζεις αὐτόσ᾽· ἀκολούτι, τέκνον.

εἰς δρέπανα. Bachmannus meus addit Philonem Byzant. *Βελοποιικῶν* lib. V, p. 50 *καὶ ἐκ τῶν πλαγίων τοίχων ὀπὰς ποιητέον, δι᾽ ὧν ἀκοντίοις καὶ ταῖς ζιβύναις καὶ τοῖς βουπόροις ὀβελίσκοις ἔσται τύπτειν εἰς τὰ πλάγια τοὺς εἰς τὰ ἄμφοδα βιαζομένους*, et ibid. p. 60 *ἐὰν δὲ ἀντιμεταλλευόντων τῶν ἔνδοθεν συντρηθῇ ἢ εἰς λεπτὸν συνέλθῃ τὸ ὄρυγμα, χρηστέον τοῖς βουπόροις καὶ τοῖς γαίσοις καὶ ταῖς ζιβύναις καὶ ταῖς τρισπιθάμοις καταπέλταις*. Acute quidem Bachmannus dicit, formam *ζιβύνη* caeteris sibi antiquiorem videri, propterea quod ad peregrinae vocis similitudinem proxime accedat. Veruntamen historia repugnat, qua teste *ζιβύνη* sero demum exstitit, antiquiore forma *σιβύνη* leviter depravata. Quae quum ita sint, Graeci plerumque dixerunt *ἡ σιβύνη*, in cujus locum seriores formae *ἡ ζιβύνη* et deminuta *τὸ ζιβύνιον* successerunt. Deinde nomen *ὁ σιγύνης* tuentur Herodotus, Oppianus, Antipater, *ὁ σίγυνος* Apollonius Rhodius, ejusque Scholiastae et Macedonius, *τὸ σίγυνον* Aristoteles et Agathias, Lycophron denique *τὸ σίγυμνον* (non *ὁ σίγυμνος*) usurpare ausus est. *Συβίνη* non justa verbi forma est, sed lusus Comici; *σιβήνη* grammaticorum errorem supra explosimus; *ἡ σιγύνη* (cui alioqui favet vulgatissima nominis forma *ἡ σιβύνη*) nusquam certo occurrere monuit Schweighaeuserus ad Athenaeum IV, 130 b (T. II, p. 400); *ὁ σιβύνης*, *ὁ σίβυνος*, *τὸ σίβυνον* sine auctore jactantur et ad similitudinem vocum *ὁ σιγύνης*, *ὁ σίγυνος*, *τὸ σίγυνον* temere composita sunt; praetereo vitia mera, ut *ζηβύνη* et *σιβήνη*.

V. 1198. Rav. Aug. Junt. *Ἔπειτα κομίζεις αὐτοῖς* (*αυτοις* Rav.), quae verba tribuunt Euripidi *Εὐ.*, sive ut Junt. *Γυ.*, tum vero personam ponunt lictoris. Imo deleto nomine Euripidis totus versus lictori continuandus erat. Primum enim si Euripides dicit, *ἔπειτα κομίζεις αὖθις;* vel simili modo, verbum *κομίζεις* conjecturae ope in *κομιεῖς* mutare debebimus. Deinde permirum fuerit, roganti Euripidi, reducturusne esset puellam, lictorem nihil quidquam respondere. Et quomodo tandem Euripidi in mentem venit homini imperare, ut cum puella opere perfecto huc rediret? Adeone periculum erat, ne lictor Mnesilochum custodire jussus cum Elaphio, scorto sanequam vulgari, fugam capesseret? Quin longe alia horum verborum esse sententia debet. Jusserat autem Euripides Scytham dare drachmam pro concubitu et adferre hanc pecuniam praesentemque numerare. Scytha vero negat, se nunc quidem solvere argentum posse, atque interim suam offert pharetram. Jam vero idem lictor pergere in hunc modum debet, *ἔπειτα κομίζεις αὐτόσ᾽*, ita enim pro *αὐτοῖς* corrigendum est. Hoc vult, *ἔπειτα κομίζω* (sive mavis *κομιῶ*) *αὐτόσε, postea argentum huc adferam.* Nempe praesentissimam rem agens, quippe cui esset *οὐχ ἕδρας ἔργον οὐδ᾽*

σὺ δὲ τοῦτο τήρει τῇ γέροντο, γράδιο.
ὄνομα δέ σοι τί ἔστιν;

ἀμβολᾶς, postea demum drachmam se pollicetur numeraturum. Omnino pro αὐτόσε *illuc* dicere potius δεῦρο *huc* debebat, quae vocula accurate discernuntur in Lysistr. v. 873 κατάβηθι δεῦρο. Μυρ. μὰ Δί' ἐγὼ μὲν αὐτόσ' οὔ. At enim talia non curat lictor. Caeterum jam ante nos totum versum esse Scythae videri intellexit Dobraeus, quanquam verba expedire non potuit. Suspicatur tamen legendum esse, Ἔπειτα κόμιζί σ' αὖτις i. e. κομιῶ σοι αὖθις et perbene ita vertit, *Posthac argentum tibi solvam.* At elisio ista σ' pro σοι ferri minime potest. Addit aliam conjecturam haud paullo deteriorem, Ἔπειτα κομίζις αὖτις h. e. interprete ipso, *Et posthac mihi reddes pharetram quum argentum persolvero.* Nusquam enim apud Graecos κομίζειν est *reddere.* Caeteri viri docti falsa Euripidis persona occaecati multa turbarunt, nihil autem efficere potuerunt. Interpolatio Zanetti metro contraria, ἔπειτα κομίζεις αὐτὴν in Farrei editionem transiit. Bentlejus scripsit, ἔπειτα κομιεῖς αὐτόσ' vel αὐτός, bene αὐτόσ' male αὐτός, quod intelligi nequit. Et tamen Reiskius quoque αὐτὸς et Porsonus κομιεῖς αὐτὸς correxerunt. Omnino κομιεῖς bene multis placuit, sicut etiam Hotibio atque Elmslejo ad Acharn. v. 178. Quin jam Bisetus κομιεῖς quasi antiquam lectionem attulit, κομιεῖς δὲ κομίσεις et commode addidit, κομίσεις οὖν τὸ ἀργύριον δηλονότι, ὃ νῦν οὐκ ἔχειν λέγεις; porro κομιεῖς praebet Ed. Lugdunensis, Scaliger autem notavit, κομίζεις *vel* κομίσεις *Vet.* Brunckius scribendum esse dictitat ἔπειτα κομίζεις αὖθις, id quod recepit Dindorfius, Bothius vero edidit, ἔπειτα κομιεῖς αυθις. Idem Brunckius in latina versione posuit, *Postea puellam huc reduces*, quam explicationem probat Bothius. Permire transtulit Vossius, Dann kannſt Du ſie wegführen. Jam satis est nugarum. Ibidem ἀκουλούτι Juntina, ακολούτι Rav. ἀκολούτι Aug. Nescio cur pro ἀκολούτι Brunckius, Dindorfius, Bothius ἀκολούτει rescripserint.

V. 1199. Schol. Rav. παρακελεύεται αὐτῷ τηρεῖν τὸν γέροντα, αὐτὸς δὲ εἰσέρχεται μετὰ τῆς ὀρχηστρίδος. Ante τῇ persona mutatur in Aug. Recte versum explicavit Berglerus, σὺ δὲ τοῦτον τήρει τὸν γέροντα, γράδιον, *tu vero anicula, custodi senem hunc.* Falso Juntina τῇ γεροντογράδιο et Aug. τὴ γεροντογράδιο. Recte contra Rav. τῇ γέροντο γράδιο, quod susceperunt Dindorfius et qui τὴ γέροντο, γράδιο Bothius. Divise jam Ed. Lugdunensis, τῇ ,έροντο γράδιο et A. Divus interpres, Scaligero notante, γεροντογράδιο, *uno verbo, Vet.* Scripturam τῇ γεροντογράδιο Kusterus interpretatus est, ut potuit, Tu vero custodi *senem hunc, eandemque anum.*

V. 1200. ὄνομα δέ σοι τί ἔστιν; Εὐ. Ἀρτεμισία] Compara similes locos Avv. 1203 ὄνομα δέ σοι τί ἔστι; πλοῖον ἢ κυνῆ; et

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

Ἀρτεμισία. 1200

ΤΟΞΟΤΗΣ.

μεμνῆσι τοίνυν τοὔνομ' · Ἀρταμουξία.

Xenoph. Memorabil. II, 1, 26 καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀκούσας ταῦτα, Ὦ γύναι, ἔφη, ὄνομα δέ σοι τί ἔστιν; Sed dubitationem habet locus Comici nostri apud Stobaeum T. II, p. 406 G. Ἀριστοφάνους Εἰρήνης·

A. Τῆς πᾶσιν ἀνθρώποισιν Εἰρήνης φίλης
πιστὴ τροφὸς, ταμία, συνεργὸς, ἐπίτροπος,
θυγάτηρ, ἀδελφή. πάντα ταῦτ' ἐχρῆτό μοι.
B. σοὶ δ' ὄνομα δὴ τί ἔστιν; *A.* ὅ τι; Γεωρ-
γία κτλ.

Primum haec ad superiorum normam exemplorum dirigere volueram reponens, *B.* ὄνομα δέ σοι τί ἔστιν; *A.* ὅ τι; Γεωργία. Mox vero intellexi, scripturam Codicum retinendam esse. Nimirum in Agricolis Aristophaneis, unde hi versus delibati sunt, ante ipsam Agriculturam (τὴν Γεωργίαν) sive Pax (Εἰρήνη) sive alia quaepiam dea in scenam prodierat, cujus nomen interlocutor *B* paullo ante erat sciscitatus. Nunc autem eadem persona *B* ad Agriculturam conversa apte ex ea quaerit, σοὶ δ' ὄνομα δὴ τί ἔστιν; *tibi autem* (opponens tacite priorem deam) *quod tandem nomen est?* Vere haec dici simillimo Euripidis loco ostendam. Nam in Iphigenia Taurica v. 499 Iphigenia primum rogat, uter hospitum illorum Pylades vocitetur; deinde ubi ab Oreste accepit, alterum esse Pyladem, ex ipso Oreste quaerere pergit in hunc modum, σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθεθ' ὁ γεννήσας πατήρ;

V. 1201. Lictorem dicere μεμνῆσι pro μεμνήσομαι *memor ero* observat Berglerus. Custodi quamvis in Venerem tum maxime intento officii sui memoria non penitus ex animo effluxit. Imperat igitur aniculae, ut senem interim custodiat, exquirit nomen ipsius, quo audito: meminero itaque, inquit, hujus nominis „Artamuxia." Enimvero nulla prorsus causa erat, cur Reiskius pro μεμνῆσι reponeret μέμνησο atque verba μέμνησο τοίνυν τοὔνομ' Euripidi continuaret unicumque verbum Ἀρταμουξία concederet lictori. Ibidem Aug. et Junt. ἀρτομουξία exhibent. At verissime Ravennas ἀρταμουξία, id quod post Dindorfium reposui. Infra enim lictor aniculam constanter hoc ipso nomine Ἀρταμουξία vocat. Postremo Dobraeus Ἀρτεμουσ[ίας] adfert e Marm. Oxon. Chandleri LI, 1, 19.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

Ἑρμῆ δόλιε, ταυτὶ μὲν ἔτι καλῶς ποιεῖς.
σὺ μὲν οὖν ἀπότρεχε, παιδάριον, τουτὶ λαβών·

V. 1203. Haud adeo difficile est, hunc versum recte interpretari. Quum enim Scytha lictor et Elaphium puella intro abissent, soli in scena relicti erant praeter Mnesilochum senem Euripides atque Teredon. Itaque quod sic loquitur Euripides, *tu quidem aufuge puerule, et tecum sume rem hancce*, praeter Teredonem nemo quisquam invenietur, ad quem verba παιδάριον — λαβών referri queant. Quare ex h. l. certo perspicitur, Teredonem non solum marem, ut supra dictum est ad v. 1175, verum etiam puerum vel pucrulum fuisse. Sed quaeres, quam potissimum rem fugienti Teredoni simul auferendam dederit Euripides. Et pharetram quidem, paullo ante v. 1197 in manus Euripidi traditam Teredon secum extulisse non potest, ideo quod haec pharetra infra v. 1215, quum jam ipse Euripides aufugisset, tamen in scena etiam tum conspecta est. Verum hanc obscuritatem tollit v. 1217 τὴν γραῦν (i. e. Euripidem) ἐρωτᾷς, ἢ φέρειν τὰς πηκτίδας; Quum enim Euripides organa quaedam musica manu sua tulerit, dubitari vix potest, quin haec ipsa instrumenta proripienti se Teredoni hic tradiderit, ne ea posthac in lictoris reversi manus inciderent. Recte autem neutro genere utitur, τουτὶ λαβών, *hancce rem tecum aufer*, licet nihil aliud, quam τὰς πηκτίδας intelligat. Saepe vero Comici rei digito monstratae nomen praetereunt, ut in Avv. 1018 ἐπίκεινται γὰρ ἐγγὺς αὐταῖί, ibid. v. 1686

ἐς καιρὸν ἆρα κατεκόπησαν οὗτοιῖ
ἐς τοὺς γάμους.

In Acharn. 194 vulgo legebatur, ἀλλ' αὖταιῖ σπονδαὶ τριακοντούτιδες —; nos vero e librorum vestigiis jam olim reposuimus, ἀλλ' αὗταίί τοί σοι τριακοντούτιδες —. Sed in Nubibus v. 1149 κἄγωγέ σ' · ἀλλὰ τουτονὶ πρῶτον λαβέ, vel difficillimum est, rem ipsam invenire et extra omnem ponere controversiam. Quin nostrum versum recte distinxerat jam Schol. Rav. τὴν τοξοθήκην καὶ τὰ ὄργανα τῆς ὀρχηστρίδος. Hic enim grammaticus tametsi τουτὶ male traxit ad pharetram, minime tamen conjunxit verba παιδάριον τουτί, sed ita ut res est, distinxit, παιδάριον, τουτὶ λαβών, nec incommode de organis cogitavit saltatricis. Recte etiam interpungitur in Ed. Lugdunensi, Σὺ μὲν οὖν ἀπότρεχε, παιδάριον, τουτὶ λαβών, ubi A. Divus vertit, *Tu igitur celeriter aufuge, puella, hoc* [*pharetram forte*] *sumens*, cui error prope puerilis condonandus est. Verum enim vero plerique interpretes absurde interpungunt, σὺ μὲν οὖν ἀπότρεχε, παιδάριον τουτὶ λαβών, rati ad lictorem haec dicta esse, qui modo cum Elaphio abierat. Crediderim ego, tantum abfuisse Euripi-

dem, ut inutili loquacitate occasionem suam perderet, ut in iis, quae absente et jamjam redituro lictore agenda erant, brevissimum tempus collocare mallet. Caeterum evertit istam explicationem forma pronominis *τουτί;* neque enim Elaphium, quae jam ante v. 1202 abierat, digitis monstrari ullo modo poterat. Tamen hoc tanto tamque manifesto errore infuscatae sunt interpretationes Biseti *πρὸς τὸν τοξότην στραφεὶς ταῦτα λέγει, σὺ μὲν οὖν λαβὼν τοῦτο τὸ παιδάριον ἀπότρεχε*, Kusteri *Tu igitur hinc te proripe cursu, puella hac sumpta*, Brunckii *Tu igitur hinc te proripe cursu, puella illa abducta*, Vossii Du also wandere deines Wegs mit dem Mägdelein, Bothii Bisetum suum sequuti. Eadem distinctione editiones laborant Dindorfii. Quin hic interductus majora etiam portenta in lucem protulit. Nam Reisigius in Conjectan. p. 84 negans pro *τὸ παιδάριον τουτὶ* attice *παιδάριον τουτὶ* dici posse, rescribere voluit cum turpi proceleusmatico, *σὺ μὲν οὖν ἀπότρεχε τὸ παιδάριον τουτὶ λαβών*. Sed in ipsa re grammatica Reisigium opinio fefellit. Nusquam sane Attici *οὗτος ἀνὴρ* pro *οὗτος ὁ ἀνὴρ* dixerunt, contra ubi *δεικτικῶς* loquuntur, saepius etiam sine articulo *οὑτοσὶ ἀνὴρ* quam *οὑτοσὶ ὁ ἀνὴρ* dicere solent. Et similiter judicavit Elmsleius ad Acharn. v. 1049, qui ipse tamen de hoc loco, in quo conjungit *παιδάριον τουτὶ* vehementer errat. Nescio, quid alii sentiant; mihi vel solum verbum *παιδάριον* nostram postulare explicationem videtur. Ubique enim apud Aristophanem *παιδάριον puerum*, non *puellam*, significat, *παιδάρια pueros* vel universo *liberos*, nusquam *puellas*. Evolve Ecclesiaz. v. 678, Plut. v. 536, ibid. v. 823 et v. 843, Pac. v. 1254. Neque ambiguitatem habet locus Senectae p. 106 Dind. *Εἰ παιδαρίοις ἀκολουθεῖν δεῖ σφαῖραν καὶ στλεγγίδ' ἔχοντα.* Hunc enim tetrametrum *κόλαξ* aliquis (qui postea dicebantur parasiti) recitabat, id quod concluditur e Polluce IV, 120 *τοῖς δὲ παρασίτοις πρόσεισι καὶ στλεγγὶς καὶ λήκυθος.* Atqui parasitorum genii mares semper erant, non feminae. Cave igitur puellam intelligas in alio fragmento p. 210 D. *Ἐνταῦθα δὴ παιδάριον ἐξαναίνεται.* At opponis grammaticorum nubem (in quo periculum est, ne quis nubem pro Junone amplectatur), grammaticorum, inquam, *παιδάρια* apud Atticos etiam *puellas* denotasse sancte adseverantium, Polluc. II, 17, Photium p. 368, 22, Lexicon Rhetor. Bekkeri p. 298, 10, Moerin p. 321, Thomam Mag. p. 672 B. Non mi in opinionem venit vereri, ne tot doctissimi homines foede mentiantur, tametsi video Aristophanem Byzantium Eustathii p. 727, 16 et Ammonii p. 35 V. ad solos mares verbum *παιδάριον* retulisse. At quid tandem ex illorum testimoniis sequitur? Num hoc, puellam ista voce saepenumero indicatam esse? Minime: imo si illi vel unum eumque certum locum pro sua causa adferre potuerant, vicerant tamen resque erat confecta. Rarissime autem *παιδάριον* de puella dictum esse, ex eo plane intelligitur, quod non H. Stephanus in Thesauro p. 7155 Londin., non denique aut Moeridis interpretes aut Thomae l. l. ullam loci umbram testimonii causa adponere potuerunt. Quid, quod ad

ἐγὼ δὲ λύσω τόνδε. σὺ δ' ὅπως ἀνδρικῶς,
ὅταν λυθῇ τάχιστα, φεύξει, καὶ τενεῖς 1205

---

omnem istam doctrinam, utpote novam ac prorsus inauditam stupet Sallierius. Operae pretium est videre, quomodo Lobeckius Sallierio occurrat ad Phrynich. p. 240 *Παιδάριον puellam dici quum negaret Sallierius, non meminit Arist. Thesm.* 1203. recentiores autem potissimum *παιδάριον*, *serculum*, opponunt *τῷ παιδισκαρίῳ*, *servae* cet. Adeo ne Lobeckius quidem, vir multae adcurataeque lectionis ullum exemplum, quod quidem apte conveniret, in thesauris suis habebat repositum. Ego *παιδάριον puellam* in duobus duntaxat locis reperire potui. Horum alter Menandri est, parum attici scriptoris, apud Clementem Alex. in Paedag. I, p. 62. ed. Lugd. *ταύτῃ μοι δοκοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ παιδάριον ἐπικοίνως οὐ μόνον τὸ ἄῤῥεν, ἀλλὰ καὶ τὸ θῆλυ κεκληκέναι· εἴ τῳ πιστὸς καταφαίνεται ὁ κωμικὸς ἐν Ῥαπιζομένῃ Μένανδρος, ὧδέ πως λέγων·*

Τοὐμὸν θυγάτριον; πάνυ γάρ ἐστι τῇ φύσει
(insero τουτὶ) *φιλάνθρωπον τὸ παιδάριον σφόδρα.*

Alter locus manifesto ille quidem corruptus Hyperidis oratoris est apud Suidam, *Παιδάριον*: *οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων κέχρηνται τῷ ὀνόματι οἱ ῥήτορες, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παρθένων. Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Τίμανδρον· Καταλλαχθέντων γὰρ τούτων δυοῖν ἀδελφοῖν καὶ δυαῖν ἀδελφαῖν ὀρφαναῖν καὶ πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρὸς, καὶ παιδαρίων παίδων.* Fortasse *καὶ παιδαρίων καὶ παίδων ὄντων quumque essent puellae et pueri.* Ac profecto per se *παιδάριον*, quippe deminutio verbi *παῖς*, non minus quam ὅ, ἡ *παῖς* tam puellas quam pueros significare potest. Caeterum neutra deminutiva in *— άριον* partim vim habent masculini, ut *λογάριον* et *φιλοττάριον αὐλητὰ* in Ecclesiaz. v. 891, partim femini, sicuti *δοξάριον*, *ψυχάριον*, *παιδισκάριον*.

V. 1204. Huic versui signum personae praefigit Aug.

V. 1205. Ridicule vulgo conjunxerunt verba *τάχιστα φεύξει*. Bene Brunckius, quem Dindorfius Bothiusque sequuntur, constructionem hanc esse monuit, *ὅταν λυθῇς τάχιστα*, *ut primum solutus fueris*. Hoc enim vult, *ἐπειδὰν πρῶτον λυθῇς*, ut in Ecclesiaz. 416. Deinceps libri omnes, *καὶ τενεῖς*, pro quo ineptam conjecturam *καὶ τενεῖ* adfert Bisetus, *τενεῖς*] *γέγραπται τενεῖ*. Nempe *τείνειν*, observante Kustero, hic est cursu contendere, celeriter currere, sicuti in Eurip. Suppl. v. 730 *οἱ δ' ἔτεινον εἰς πύλας*, ubi Marklandus nostro etiam loco commode utitur. Nam de Valckenarii conjectura ad Theocrit. I, 112 *φεύξει κἀτενὲς* (sic) profecto satius est tacere, licet ea haud displicuerit Brunckio, nimium hic et alias capto viri auctoritate.

ὡς τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδί' οἴκαδε.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἐμοὶ μελήσει ταῦτά γ', ἢν ἅπαξ λυθῶ.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

λέλυσο. σὸν ἔργον, φεῦγε, πρὶν τὸν τοξότην ἥκοντα καταλαβεῖν.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ.

ἐγὼ δὴ τοῦτο δρῶ.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ὦ γράδι', ὡς καρίεντό σοι τὸ τυγάτριον, 1210
κοὐ δύσκολ', ἀλλὰ πρᾶο. — ποῦ τὸ γράδιο;

V. 1207. *Κηδ.* praefigunt Aug. Junt., quod eodem redit. Praeterea *ταῦτά γ' ἢν* Rav. et Aug., *ταῦτα γῆν* Juntina. In Ed. Lugdunensi legas *ταῦτα τ', ἢν* (sic), in Kusteriana aliisque Edd. *ταῦτα, ἢν* —. Caeterum *ταῦτά γ' ἢν* certatim restituerunt Zanettus, Brunckius, Reiskius, Bentlejus, Porsonus, Dindorfius, Bothius. Pac. 148 *ἐμοὶ μελήσει ταῦτά γ'· ἀλλὰ χαίρετε*, ibid. v. 1006 *ἐμοὶ μελήσει ταῦτά γ'· ἀλλ' ἥκειν ἐχρῆν*, ibid. v. 1276 *ἡμῖν μελήσει ταῦτά γ'·* — Plut. 229 *ἐμοὶ μελήσει τοῦτό γ'· ἀλλ' ἀνύσας τρέχε*, et in nostra fabula v. 1064 *ἐμοὶ μελήσει ταῦτά γ'· ἀλλ' ἄρχου λόγων.* Hos locos aptissimos sane et ego ipse et Porsonus dudum contulimus.

V. 1208. Nulla plane causa erat, ob quam Bentlejus, Reiskius et in Museo Cantabrig. II, p. 179 Elmslejus *λέλυσαι* pro *λέλυσο* scribendum esse conjicerent. Quin ne aptus quidem fuerit Indicativus; necdum enim Mnesilochus, quum modo diceret *ἢν ἅπαξ λυθῶ*, solutus esse potuit. Imo solvens hominem Euripides, *λέλυσο*, inquit, *esto solutus* ſollſt gleich erlöſet ſeyn, jamque soluto eo pergit *σὸν ἔργον, φεῦγε* κτλ. Augustanus *πρὸς τὸν τοξότην* exhibet pro *πρὶν τὸν τοξότην.*

V. 1210. Pro *ὦ γράδιον, ὡς καρίεν σοι τὸ θυγάτριον* **Berglerus.** Palmaria lectio Augustani est, *ὦ γράδι' ὡς κάριεντό σοι*, de qua scite philosophatur B. Thierschius.

V. 1211. *δύσκολ'*] *δύσκολλ'* Rav. Aug. Junt. Berglerus „Pro *καὶ οὐ δύσκολον, ἀλλὰ πρᾷον. ποῦ τὸ γράδιον*"; Docte Berglerus

οἴμ' , ὡς ἀπόλωλο· ποῦ τὸ γέροντ' ἐντευτενί;
ὦ γράδι' , ὦ γρᾷ· οὐκ ἐπαινῶ γράδιο.
Ἀρταμουξία.

---

formam vere atticam πρᾷον ponit, non vulgarem πραΰ, quibus de formis recte statuit Photius p. 447, 8.

V. 1212. ἀπόλωλο reposui e Rav. et qui statim που habet sine accentu, Aug. Vulgo et in Juntina ἀπόλωλον, atque sic omnes Editiones, quas quidem ego conferre potuerim. Pro οἴμοι ὡς ἀπόλωλα. ποῦ ὁ γέρων ἐντεῦθενί.

V. 1213. Pro ὦ γράδιον, ὦ γραῦ· οὐκ ἐπαινῶ γράδιον. Aug. γρᾴο, Rav. γρᾶιο, Junt. γρᾶο h. e. γρᾷ' sicut reposui. Recte jam Bentlejus ὦ γρᾶ' cum elisione, ut infra v. 1222 ὦ μιαρὸ γρᾷο. Contra Brunckius, Dindorfius, Bothius cum malo hiatu ediderunt, ὦ γραῦ οὐκ —. Restant verba, οὐκ ἐπαινῶ γράδιο, in quibus γράδιο male pro Vocativo habuerunt A. Divus, Brunckius, et ut e commate interposito patet, Bothius etiam atque Dindorfius. Enimvero γράδιο adcusativus est, suspensus ille a verbo ἐπαινῶ, ut recte verterunt Kusterus Vossiusque. Caeteros fefellit, quod lictor anum ipsam adloquitur, fortassis etiam quod ἐπαινῶ alibi solum sine adcusativo invenias, ut in formula κάλλιστ' ἐπαινῶ Ran. 509. Gemino errore in Lysistr. 70, ubi generosa mulier Myrrhinem adloquitur, viri docti e conjectura ediderunt,

οὐκ ἐπαινῶ, Μυῤῥίνη,
ἥκουσαν ἄρτι περὶ τοιούτου πράγματος.

At Rav. exhibet μυρρινη, Juntina autem μυῤῥίνῃ, ut necessario scribendum sit,

οὐκ ἐπαινῶ Μυῤῥίνην
ἥκουσαν —.

De quo quidem Atticorum usu olim ad Acharn. v. 463 hunc in modum disputavi, τόλμησον, ἴθι, χώρησον, ἄγαμαι καρδίας.] In hanc scripturam libri consentiunt ad unum omnes praetereaque Suidas, qui non est dubium quin glossam suam ἄγαμαι καρδίας ex hoc ipso versu petierit. Veruntamen hoc loquendi genus viris doctis mire displicuit, e quibus Dawesius ἄγ' ἐμὴ καρδία subrogandum esse judicavit, Brunckio auctorem suum sequente, Dobraeus autem Porsoni conjecturam haud sane meliorem ἄγαμαι καρδία plane probavit. Quamvis autem locus nostro haud absimilis Incert. Rhes. v. 245 ἔτλα — ἄγαμαι λήματος jam a Berglero, Tyrwhitto, Toupio adlatus sit, tamen nunc illum valde elegantem Graecorum usum paullo uberius inlustrare placet, quum praesertim a nullo interpretum satis perceptus esse videatur. Namque vis illius loquutionis consistit tam in eo, ut

articulus ne praeponatur, *ἄγαμαι καρδίας*, minime autem *τῆς καρδίας*, idcirco quod sine ulla definitione simplex rei notio requiritur, quam in eo, ut secunda persona vocantis propria repente in tertiam, quae est blandientis, convertatur. Veluti Aristophanes eo, qui in manibus est, loco (quemadmodum poëtae faciunt haud raro: modo praecedit, *πρόβαινε νῦν ὦ θυμέ*. Sopater ap. Athen. IV, 160 c *θάρσει θυμέ*. Eurip. Orest. 460 *οἵς ὦ τάλαινα καρδία ψυχή τ' ἐμή*.) Dicaeopolin corculum suum adloquentem fecerat his verbis *ἄγε νυν, ὦ τάλαινα καρδία*, atque is tamen mutato orationis habitu pergit: *χώρισον, ἄγαμαι καρδίας*. Prorsus eodem modo loquutus est primum Cephisodorus ap. Athen. XII, 553 a. sive XV, 689 f.

> *Ἔπειτ' ἀλείφεσθαι τὸ σῶμά μοι πρίω*
> *μύρον ἴρινον καὶ ῥόδινον, ἄγαμαι Ξανθία·*
> *καὶ τοῖς ποσὶν χωρὶς πρίω μοι βάκχαριν.*

Posteriore loco legitur *Ξανθίον*, *Ξανθία* priore. Sed ne Cephisodorum quidem quisquam intellexit. Etenim Porsonus, quem novissimus Athenaei editor imitatus est, utrobique legit *ἄγαμαι, Ξανθία* servique nomen pro Vocativo habuit. Hoc scilicet tam praeclaro fundamento altera nititur viri summi emendatio *ἄγαμαι, καρδία*. Enim vero adparet, alterum *Ξανθία* ab altero *Ξανθίον* non distare nisi forma, illam esse genitivi formam atticam, sive malis doricam, hanc communem, atque in utroque loco restitui debere *ἄγαμαι Ξανθία* verbis copulatis. De genitivo — *α* primi declinatus a nominativis — *ας* et — *ης* ducto nonnihil addam tironum causa. Docte de eo disputarunt et Buttmannus Gr. Gr. T. I, p. 147, 203 et Lehmannus ad Luc. Imagg. c. 10. Male Herodianus (ap. Herm. D. E. R. G. G. p. 303, 6.) *disyllabis* tantum vocibus in — *ας* vel — *ρας* genitivum litera *ᾱ* pro *ᾶυ* terminatum concedit, ut Luc. De Merc. Cond. 20 *Μίδα*. Cui sententiae exempla repugnant permulta, in his creberrimum illud *Πυθαγόρα*, tum *Λαέρτα* in Cratino ap. Athen. II, 78 atque Euripide Iphig. Aul. 204, *μανδραγόρα* Luc. Timon. c. 2. In Lexiphane c. 25 Solanus et caeteri quod invenissent *Δωσιωάδα*, non in *Δωσιάδου* mutare debebant, sed in *Δωσιάδα* potius, itaque legit Codex Florentinus, *δωσιάδος βωμὸς* Gorlicensis. Alter locus nostri ipse quoque geminus (illuc enim revertor) nimium diu propter criticorum quum reliquorum, etiam Hemsterhusii, tum meam ipsius negligentiam squalore sordibusque obsitus jacuit. Est autem Luciani in Charonte c. 14 *Εὖγε, ὦ Κλωθοῖ, γεννικῶς καὶ αὐτοὺς ὦ βελτίστη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε καὶ ἀνασκολόπιζε, ὡς εἰδῶσιν ἄνθρωποι ὄντες*. Omnino vera sunt, quae in Quaestt. p. 133 exposui (ubi quidem Toxarin c. 62 bis et Philopseud. c. 29 documenti loco inserere potueram), sed mihimet ipse totus displiceo, qui mente postremis verbis praeoccupata in tantis inceptiis connivere potuerim. Nempe repetitio vocum *ὦ Κλωθοῖ — ὦ βελτίστη* sane inanis censenda est. Porro Codices tantum non omnes,

διέβαλέ μ' ὦ γραῦς. ἀπότρεχ' ὡς τάχιστα σύ.

---

etiam Gorlicensis, egregie propagarunt: ἄγαμαι Κλωθοῦς γεννικῆς· καὶ αὐτοὺς κτλ., id quod certissime posuerat Lucianus. Tum vero in quadam similitudine pono etiam versus Eurip. Iphig. Aul. 28

οὐκ ἄγαμαι τοῦτ' ἀνδρὸς ἀριστέως·
οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς,
Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς.

Grammaticus Bekk. Anecd. 335, 32 Ἄγαμαι: ἄγαμαι τούτου, ἄγαμαι κεραμείων Εὔπολις καὶ Ἀριστοφάνης. Si Ruhnkenius vere prodidit Codicis lectionem κεραμείων (κεραμεῖ et Bekkerus et Bachmannus I, p. 21), substituerim ἄγαμαι κεραμίων, ita ut aliquis apud Eupolin aut Aristophanem interlocutor ad testas suas orationem converterit, sicuti ille in Ecclesiaz. v. 728 sqq. Pariter autem mihi persuadeo, eum, quicunque demum, haud dubie in Comico quopiam, dixerat ἄγαμαι (ἄγαμ') Ὑπερβόλου (Moerin vide p. 1.) adloquutum esse sive antea, sive paullo post illud demagogorum lumen. Quin longius divinatione progredi liceret, si paullo certior fides esset Scholiastae ad Eqq. 1301 κεραμεὺς δὲ ὁ Ὑπέρβολος; caeteri enim auctores, cum illo ipso Scholiasta λυχνοποιὸς δὲ ὁ Ὑπέρβολος, lucernas hominem fabricatum esse dicunt. Veruntamen si forte notissimus lucernarum opifex idem figulus fuit, conjiciamus sane, utrumque fragmentum e communi sede, veluti ex Eupolidis Maricante, petitum esse, ita ut persona comica Hyperbolum primum hac adloquutione, ἄγαμ' Ὑπερβόλου, deinde etiam hac altera, ἄγαμαι κεραμίων inriserit. Postremo, ne quis mirari possit, articulum a forma ἄγαμαι καρδίας abesse, etiam aliis quibusdam iisque similibus cavebo locis, Nub. 1240 — ἥσθην θεοῖς (ubi τοὺς θεοὺς praecedit), Avv. 570 ἥσθην σέρφῳ σφαγιαζομένῳ, ibid. v. 880 Χίοισιν ἥσθην, ibid. v. 1740

ἐχάρην ὕμνοις, ἐχάρην ᾠδαῖς·
ἄγαμαι δὲ λόγων,

Pac. 1066 ἥσθην χαροποῖσι πιθήκοις, Acharn. 62 ἄχθομαι γὼ πρέσβεσιν.

V. 1214. Διέβαλλέ μ' ὁ et τάχιστα Rav. Junt. et Aug. apud B. Thierschium; falso enim Brunckius Augustano tribuit διέβαλε. Brunckius tamen perbene emendavit, διέβαλε μ' ὦ — τάκιστα —. Hunc sequuti sunt Bothius et Dindorfius, quocum ὦ γραῦς edidi. Aoristum invenerat jam Schol. Rav. ἐξηπάτησε. παρὰ τοῖς Ἴωσιν ..... ορνισιν διαβάλλει ταῖς· ο θεῖος. Lege cum B. Thierschio καὶ ἐν Ὄρνισιν διαβάλλεταί σ' ὁ θεῖος Avv. 1648. Disertius διέβαλε confirmat Suidas, Διέβαλεν: ἐξηπάτησεν. καὶ Θουκυδίδης οὕτως κέχρηται καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις. καὶ [sic] διέβαλέ μ' ἡ γραῦς. ἀντὶ τοῦ ἐξηπάτησε. Ubi ἡ Suidae ipsius conje-

ὀρτῶς δὲ σὺ συβίνη ᾽στι· καταβινῆσι γάρ. 1215

---

ctura videtur. De hoc usu verbi διαβάλλειν vide Wesselingium ad Herodot. V, 50, et de Medio παραβάλλεσθαι Dukerum ad Thucyd. I, 133, conlato Scholiasta ad Avv. 1648. In verbis autem ἀπότρεχ᾽ ὡς τάχιστα σὺ h. e. ἀπότρεχ᾽ ὡς τάχιστα σὺ mirum utique est haerere quenquam potuisse. Nempe Scytha adloquitur Elaphium puellam, quam reduxit, eamque facessere hinc atque abire Morboniam jubet. Rectissime: quando et Venere jam satiatus est et plane intellexit, se in fraudem ab anu inlectum prae cupiditate nanciscendae Elaphii Mnesilochum e custodia amisisse. Quo etiam justius non anui lenae (haec enim aufugerat), sed Elaphio, quae ei horum malorum causa ac materies est, coram irascitur, in eamque virus acerbitatis suae ita evomit, ut abire eam in malum cruciatum jubeat. Eadem interpretatio placuisse videtur A. Divo, qui vertit, *curre* [*fuge*] *quam celerrime tu*, et Kustero, *curre hinc quam celerrime:* Brunckius autem hoc minime comicum, sed insulsum esse et a natura alienum praefatus meretricem judicat in proscenium vixdum ingressam clam elabi, lictorem autem prae studio Mnesilochi e fuga reprehendendi de Elaphio non amplius cogitare; et sic ipsam ferre naturam. Non attinet Brunckium denuo refellere (jam supra enim tacite eum refutavimus); attamen unde petita haec omnia jecerit, miramur. Brunckius ipse suavissime vertit, *Apage hinc te quam citissime, o pharetra;* pharetram enim humi temere jacentem vel pede vel manu longe a Scytha projici. Scire discupio, quonam pacto pharetra celerrimo cursu aufugere potuerit. Tamen alii quoque frustra in his verbis laborarunt. Omitto Hotibium ita vertentem, *simul aufugiam, quantum potest,* pro ἀποτρέχω (ἀποθρέξομαι) ὡς τάχιστα σύν: recte enim postea vidit Bothius, saltatricem in proscenium reductam a lictore abigi. Sed falso etiam Schol. Rav. ἑαυτῷ παρακελεύεται atque Bisetus secum loqui lictorem finxerunt. Tam dura enim et coacta explicatio ita demum tolerari posset, si pronomen σὺ ad nullam aliam personam referre liceret.

V. 1215. ᾽Ορτῶς δὲ σὺ βήνη ᾽στι. καταβηνῆσι γὰρ Juntina, et qui σν βηνήστι Aug. et qui συβήνη ᾽στι Rav. In hisce libris neque idem sonus (βήνη — καταβηνῆσι) fortuito repetitur, et multo gravius est pronomen σὺ in Juntina et Augustano. Et συβίνη — καταβινῆσι quidem jam alii bene restituerunt, (luditur enim in verbo βινεῖν), praeterea autem pronomen σὺ duas ob causas omnino inserendum est. Nam primum quidem scriptura ὀρτῶς δὲ συβίνη ᾽στὶ metro adversatur, quia verbum συβίνη e pede constat bacchio, ut supra ad v. 1197 docui. Deinde pronomen σὺ plane necessarium est idcirco, quoniam lictor ab Elaphio, quam abegit, verbis proximis ἀπότρεχ᾽ ὡς τάχιστα σύ, ad novam rem nunc transit ad

οἵ μοι, τί δράσει; ποῖ τὸ γρᾶο; γράδιο,
Ἀρταμουξία.

ΧΟΡΟΣ.

τὴν γραῦν ἐρωτᾷς, ἢ ᾤφερεν τὰς πηκτίδας;

---

pharetram. Quapropter ita emendavimus, Ὀρτῶς δὲ σὺ συβίνη ἐστί; καταβινῆσι γάρ h. e. ὀρθῶς δὲ σὺ σιβύνη εἶ· καταβινεῖς γάρ, *jure autem tu, pharetra, es aliqua* συβίνη (*nomen habes* συβίνη), *deludis enim* ἐν τῷ βινεῖν. Haec dicit iratus Scytha, ubi pharetram humi temere jacentem vidit, quam supra v. 1197 quasi aliquod amoris pignus Euripidi tradiderat. Sententiam paene adsequutus est is, qui editionem Lugdunensem curavit: vertit enim, *Recte autem Sybene* [*pharetra est*]: *subando amissa est enim*, et in adnotatione addit: — *Videtur autem conqueri se nequiter agendo Sybenam aut pharetram amisisse.* Longe melius tamen res Brunckio successit, qui scribit praeclare: *Pharetram*, *quam* συβίνην appellat Scytha, ἐπώνυμον esse recteque sic *appellari dicit*, *vel quia hoc pignore dato meretriculam* ἐβίνησε, *vel potius quia ipse quodammodo* καταβεβίνηται. *Scilicet anus accepto hoc pignore os ei sublevit, eumque ludibrio habuit*, *quod verbo* καταβινεῖν *exprimit.* Frustra autem hujus loci interpretatio cruciavit Bisetum, Kusterum, abs quo totus versus ita redditur, *sed salva est pharetra*, merito ridet Brunckius; male interpretatur Berglerus, ὀρθῶς δὲ συβήνη ἐστί· κατερίνησα γάρ; male conjicit Hotibius, ὀρτῶς δὲ συβίνη ἐστι· κατὰ βίνησι γάρ; male corrigit Porsonus, ὀρτῶς δὲ τὸ συβήνη —, etsi vir summus prosodiam verbi σιβύνη caeteroqui perspexisse videtur; male Bothius, prosodia tamen hic quoque percepta edidit, ὀρτῶς δὲ σὺ συβίνη ἐστί· κατὰ βινῆσι γάρ, et ultima verba transtulit, *nam ad concubitum pertinet*, *nam data est pro concubitu.* Brunckius Dindorfiusque ediderunt, ὀρτῶς δὲ συβίνη ἐστί· καταβινῆσι γάρ.

V. 1216. Libri omnes, οἶμοι (Juntina οἴμοι.) τί δράσει. ποῖ τὸ γράδιο; Trimetrum esse redintegrandum adparet. Ego scripsi, οἶμοι, τί δράσει; ποῖ τὸ γρᾶο; γράδιο *hei mihi*, *quid agam? quo abiit anus? anicula! Artamuxia!* Compara versum 1213. Minus enim placebat, οἶμοι, τί δράσει; ποῖ τὸ μιαρο γράδιο; quanquam infra v. 1222 idem lictor dicit, ὦ μιαρὸ γρᾶο. Aliter senarium restituerunt Hotibius, οἶμοι, τί δράσει; ποῖ ποτε, ποῖ τὸ γράδιο; et Hermannus, οἶμοι, τί δράσει; ποῖ δὲ ποῖ τὸ γράδιο; Ad nostram sententiam proxime accessit Bothius conjectura sua, οἶμοι, τί δράσει; ποῖ τὸ γράδιο; γράδιο!

V. 1217. ἢ φέρεν Aug. ἢ φέρει Juntina. Suidas, Πηκτίς:

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ναὶ, ναίκι. εἶδες αὐτό;

ΧΟΡΟΣ.

ταύτῃ γ' οἴχεται,
αὐτή τ' ἐκείνη, καὶ γέρων τις εἵπετο.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

κροκῶτ' ἔκοντο τῇ γέροντι;

ΧΟΡΟΣ.

φήμ' ἐγώ. 1220
ἔτ' ἂν καταλάβοις, εἰ διώκοις ταυτηΐ.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

ὦ μιαρὸ γρᾶο· πότερα τρέξι τὴν ὁδό;
Ἀρταμουξία.

— *παρὰ δὲ Ἀριστοφάνει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις εἶδος ὀργάνου κιθαρῳδικοῦ· Τὴν γραῦν ἐρωτᾷς, ἣ φέρεν τὰς πηκτίδας; ἢ εἶδος ἀκολάστου σχήματος.* Absurda est haec altera interpretatio. Egregie Schol. Rav. *ὁ χορὸς ἐμπαίζει τῷ Σκύθῃ, ἵνα μὴ διώκων καταλάβῃ αὐτούς· συνέθετο γὰρ Εὐριπίδης ἐλθὼν φιλίαν πρὸς αὐτάς. — πηκτὶς ὄργανον κιθαρ . . . . [κιθαρῳδικόν]· ἔφερεν δὲ τοῦτο· ἦν γὰρ μετ' αὐτῆς ἡ αὐλητρίς.*

V. 1219. Ridicule Juntina, *Σκ. Αὐτή τ' ἐκείνη; Χο. καὶ γέρον τίς εἵπετο.*

V. 1220. Pro *κροκωτὸν εἶχεν ὁ γέρων; Berglerus.*

V. 1222. *ὦ μιαρὸ γραῦ — τρέξι* Junt. et qui *τρέξει* Aug. Ravennati vere tribuit Invernizzius *ὦ μιαρὸ γραῦ — τρέξι*, male autem Bekkerus *ὦ μιαρὸ γρᾶο — τρέξι*. Suscepi emendationem Brunckii *ὦ μιαρὸ γρᾶο* Bothio Dindorfioque probatam. Minus bene enim Bentlejus, *γραῦ σύ*. At quomodo tandem verba *πότερα τρέξι τὴν ὁδό*; intelligenda sunt? Nihil enim viderunt aut caeteri interpretes, aut Schol. Rav. *ποίαν ὁδόν, φησὶ, περιπατήσω;* Unus Dobraeus hanc difficultatem pulcherrime expedivit. *V.* 1232 *et* 1235, inquit, *sunt duarum feminarum contrarias vias indicantium. Vide v.* 1236. Perspexit igitur, hoc dici a lictore, *utra via curram?* Quum enim mulieres Euripidi pergraviter iratae

ΧΟΡΟΣ.

ὀρθὴν ἄνω δίωκε. ποῖ θεῖς; οὐ πάλιν
τηδὶ διώξεις; τοὔμπαλιν τρέχεις σύ γε.

ΤΟΞΟΤΗΣ.

κακόδαιμον· ἄλλα τρέξι Ἀρταμουξία. 1225

ΧΟΡΟΣ.

τρέχε νῦν, τρέχε νῦν, κατὰ τοὺς κόρακας ἐπουρίσας.

---

offensaeque essent, fidem huic poëtae datam non omnes servarunt. Prorsus enim necesse est, diversas Chori personas loqui v. 1218 *ταύτῃ γ'* — *εἵπετο* et v. 1220 *φήμ' ἐγὼ* — *ταυτηΐ*. Prior muliercula cum Euripide consentit decipitque lictorem, posterior autem non falsam, ut illa, sed veram viam homini monstrat. Tum lictor animo ob duplicis viae ambiguitatem confuso *utra igitur*, inquit, *via curram?* Quibus dictis posteriori feminae obsequutus vera via persequi Euripidem instituit. Tum prior matrona eum retrahit et pergit decipere verbis *ὀρθὴν ἄνω δίωκε κτλ.*

V. 1223. *ὀρθὴν ἄνω δίωκε*] Recte Bothius, *ἄνω* superius, in superiorem partem urbis, ad *arcem* versus.

V. 1224. *τῆδ' ἰδ' ὤξεις* Aug. *τῇδ' ἰδ' ὤξεις* Junt. Falsam esse Elmsleji ad Acharn. v. 278 conjecturam *διώξει* pro *διώξεις* receptam a Dindorfio, alibi diligentissime ostendetur. Bene autem Schol. Rav. *ὡς αὐτοῦ τὴν ὁδὸν ἐκείνην θέλοντος ἀπελθεῖν, οἵαν ἀπῆλθον οἱ περὶ τὸν Εὐριπίδην.*

V. 1225. Verte: *Me miserum! altera via aufugit Artamuxia.* Durum enim fuerit, sic interpungere, *ἄλλα τρέξι· Ἀρταμουξία! altera curram; heus tu, Artamuxia.* Pessime vero Rav. Aug. Junt. exhibent *ἀλλὰ τρέξι*, id quod pessime susceperunt Brunckius, verteus ille, *at interim currit Artamuxia*, Dindorfius, Hotibius, Bothius, qui interpungit, *ἀλλὰ τρέξι.* — *Ἀρταμουξία!* Imo *ἄλλα* (i. e. *ἄλλην ὁδὸν*) *τρέξι* quam maxime necessarium est. Et hoc ipsum exstat in Edd. Lugdunensi (ubi A. Divus, *alia aufugit Artamuxia*) et Kusteriana; neque aliter exponunt Bisetus atque Berglerus, idemque expressit Vossius. Caeterum personae nota ante hunc versum deest in Aug.

V. 1226. Rav. Aug. Junt. *τρέχε νῦν κατὰ τοὺς κόρακας ἐπουρίσας.* Trimetrum requiri non fugit Kusterum, male caeteroqui scribentem, *τρέχε νῦν κατὰ τοὺς κόρακας ταχέως ἐπουρίσας.* Recepimus Brunckii emendationem, *τρέχε νῦν, τρέχε νῦν κατὰ τοὺς*

ἀλλὰ πέπαισται μετρίως ἡμῖν·
ὥσθ' ὥρα δῆτ' ἐστὶ βαδίζειν
οἴκαδ' ἑκάστῃ.
τὼ Θεσμοφόρω δ' ἡμῖν ἀγαθὴν 1230

κόρακας ἐπουρίσας cum Dindorfio et Bothio, qui tamen τρέχε νυν, τρέχε νυν scripserunt. Ἐπουρίσας falso explicat Schol. Rav. ἐπιδρομών. Recte post alios vertit Brunckius.

V. 1227. Rav. Aug. Junt. πέπνσται. (Aug. etiam ante hunc versum habet signum personae). Sed πέπαισται, ut oportebat, emendarunt plurimi, Bisetus, Zanettus, Scaliger, Reiskius, Bentlejus, Brunckius, Hotibius, Bothius, Dindorfius. Contra atticismum Kusterus, πέπαικται. Παίζειν saepe est diem festum, ut hic Thesmophoria, hilaritate et omni genere lusus obire. Apte igitur Chorus dicit, ἀλλὰ πέπαισται μετρίως ἡμῖν, non κεχόρευται, sicut in extremis Nubibus ἡγεῖσθ' ἔξω· κεχόρευται γὰρ μετρίως τό γε τήμερον ἡμῖν. Quippe etiam profesto die chori saltabant. Utrumque vero conjunctum erat luce festa, παῖσαί τε καὶ χορεῦσαι Ran. 388.

V. 1228. Libri omnes δή ᾽στι, caeterum Aug. Junt. (credo etiam Rav.) tetrametrum propinant,

Ἀλλὰ πέπνσται μετρίως ἡμῖν. ὥσθ' ὥρα (ὅρα Junt.) δή ᾽στι βαδίζειν.

Ex quo adparet δή ᾽στι absonam esse metrici alicujus correctionem; vix enim hoc quidem loco paroemiacus defendi potest. Recepi emendationem Hotibii Lectt. Aristoph. p. 130 ὥσθ' ὥρα δῆτ' ἐστὶ βαδίζειν, probatam illam quum ipsi Bothio, tum etiam Dindorfio. Hermannus scribere mavult, ὥσθ᾽ ὥρα νῦν δή ᾽στι βαδίζειν.

V. 1229. Justo in loco veteres libri, ut Juntina, habent monometrum, Οἴκαδ' ἑκάστῃ. Cum ipsa enim sententia numeri, ut alias, finiuntur. Inepte Hotibius l. l. Bothiusque versus divisit,

Οἴκαδ', ἑκάστῃ. τὼ Θεσμοφόρω δ'
ἡμῖν ἀγαθὴν
τ. χ. ἀ.

Vitiose autem Juntina, ἑκάστη et τῷ Θεσμοφόρῳ atque ἑκάστη etiam Aug. Vulgatam lectionem τὼ Θεσμοφόρω habuit Schol. Rav. ἡ Δημήτηρ καὶ ἡ Περσεφόνη.

τούτων χάριν ἀνταποδοῖτον.

V. 1231. *ἀνταποδοῖτον*] Rav. Aug. Junt. *ἀνταδοῖτον*. Bentlejus „*Lege ἀνταποδοίτην ut Gry.*“ Porsonus aut *ἀνταποδοῖτον* corrigit aut *ἀνταποδοίτην*. Hoc alterum *ἀνταποδοίτην* probarunt Bothius atque Dobraeus, alterum *ἀνταποδοῖτον* Dindorfius. Male enim Brunckius edidit *ἀντιδιδοίτην*, ut ingentes aliarum Editionum ineptias omittam. Verbum decompositum *ἀνταποδίδωμι* optimorum scriptorum auctoritate munivit H. Stephanus in Thesauro L. Gr. p. 3323 ed. Lond., ut facile supersedeas tenui glossa Antiatticistae Bekker. p. 78, 1. Denique ex omnium librorum scriptura *ἀνταδοῖτον* certissime patet, Aristophanem non *ἀνταποδοίτην*, sed potius *ἀνταποδοῖτον* scripsisse. Vide, quae supra diximus ad v. 1159.

De

Aristophanis

Thesmophoriazusis secundis

Commentatio.

Primum in lucem prodiit Rostochii a. 1831. Censuram hujus libelli scripsit humanitatis plenam R. Hanovius, optimae spei juvenis, in Ephemeridd. Scholasticis a. 1833 P. II, Nr. 17, 18, 19. Hic quod interdum res omnium certissimas temere in dubitationem vocavit: ego vero non sine causa illud T. Livii eram testatus, *Nihil haustum ex vano velim, quo nimis inclinant ferme scribentium animi.*

Si quantum causa desiderat, tantum mihi temporis jam ad com- 1
parandum a gravioribus negotiis relictum esset, non dubito, quin et paullo subtilius cogitata omnia, et multa aliquanto plenius perscripta, et quaedam minime pervulgata afferre possem. Nunc quum musteas plane res, ne immaturas dicam, repente effuderim quamvis invitus, praeclare mecum esse actum arbitrabor, si inchoata magis omnia videri, quam quidquam perfectum, censores, fortissimi viri, judicaverint. Tanto autem aegrius fero, non licuisse mihi quantum par est spatii ad scribendum sumere, quo magis mihi sic persuasi, eam, de qua dicere in animo est, fabulam inter elegantissimas Aristophanis numerandam numeratamque esse: quod quidem ne post ea quidem, quae nunc paullo festinantius in chartas conjicio, cuiquam poterit ambiguum videri. Thesmophoria, sive, ut more loquar Romano, Cercalia, quae in Graecia quotannis a mulieribus in honorem Cereris Legiferae celebrari solebant, quotnam Athenis dierum fuerint, investigabo. Proficiscor autem ab loco quodam Aristophanis, Thesmoph. v. 80

ἐπεὶ τρίτη 'στὶ Θεσμοφορίων ἡ μέση.

Ubi quoniam jejunii dies tertius idemque medius Thesmophoriorum appellatur, omnes ex eo loco non modo interpretes poëtae, verum etiam antiquitatis scriptores concluserunt, festum illud tempus quinque dies integros complexum esse. Aliter visum optimis duumviris, *S. Petito* atque *A. Wellauero* [1]), quorum ille, dici non potest, quam mire tum etiam nugatus fuerit; hic illud vere monet, 2
si quid medium vocetur, eo plerumque id, quod inter duas tantum res tertio ipsum loco interpositum sit, designari, caeterum quod illum versum de vitio suspectum habet, quod *Τρίτη* scribit litera majuscula, denique quod festum sic dividit temporibus, ut *Θεσμοφορίαν* sive *Ἄνοδον* pro primo die numeret ac post aliquanto tres alios dies additos esse opinetur *Κάθοδον*, *Νηστείαν*, *Καλλιγένειαν*, mihi quidem videtur monstra loquutus esse. Veruntamen

1) Vide Commentarr. in Aristoph. Vol. VI, p. 505 sqq.

uterque illorum recte statuit, Thesmophoriorum tempus ultra quatuor dies non processisse. Hoc ego certe semper ratum habui, neque immerito: magnopere enim movebar et Hesychii auctoritate *Τρίτη Θεσμοφορίων: ζητεῖται, πῶς ἅμα μὲν λέγει, τρίτην Θεσμοφορίων εἶναι, ἅμα δὲ μέσην, τεττάρων οὐσῶν ἡμερῶν.* et Photii 87, 21 *Θεσμοφορίων ἡμέραι δ': δεκάτη Θεσμοφορία·* [2]) *ἑνδεκάτη Κάθοδος· δωδεκάτη Νηστεία· τρισκαιδεκάτη Καλλιγένεια.* Neque vero Aristophanes ipse obstare huic sententiae videbatur: quando fieri omnino potuit, ut primus dies, praeparatio verius, quam initium sacrorum numero reliquorum nunc adjiceretur, nunc etiam demeretur, itaque *Νηστεία* tam tertius dies de omnibus, quam *Θεσμοφορίᾳ* omissa medius caeterorum nuncuparetur. Accedebat, ut Thesmophoria tum a Lacedaemoniis verbo *τριήμερος* nominata esse, tum apud Milesios quoque triduum explevisse animadverterem [3]). Constat praeterea, alia quoque solemnia trium fuisse dierum, veluti *Ἀπατούρια*, quae in ipsum illum mensem Pyanepsionem incidunt atque tribus partibus hisce *Δόρπεια, Ἀνάῤῥυσις, Κουρεῶτις* absolvuntur [4]). Postremo subibat animum etiam haec cogitatio, nomina locis aliisque rebus saepenumero parum idonea imposita esse. Quis enim appellationem hujusmodi „Alter Neumarkt, Neuer Neumarkt", „Großklein," aut miratur incola urcis, aut non ridet peregrinus? Enimvero rem omnem Scholiasta Ravennas admodum nuper editus dubio tandem exemit. Is multo diligentius Photio Hesychioque ad eum, quem supra dixi, poëtae versum commentatus est. Verba haec sunt: *τοῦτο τῶν ζητουμένων ἐστὶ, πῶς καὶ τρίτην καὶ μέσην εἶπεν. ια' γὰρ ἄνοδος, εἶτα ιβ' νηστεία, εἶτα τρισκαιδεκάτη καλλιγένεια, ὥστε μέση μὲν εἶναι δύναται, τρίτη μὲν* [l. *δὲ*] *οὔ, ἀλλὰ δευτέρα. ἀλλ' οὐδὲ ψυχρεύεσθαί τις δύναται λέγων, ὅτι τρίτη ἡ τρισκαιδεκαταία, ὡς ἑκταία ἐκτηβόλος σελάνα ἑκκαιδεκαταία· ἡ γὰρ μέση οὐκ ἔστιν ιγ', ἀλλὰ δωδεκάτη. ἡ λύσις οὖν ἥδε. δεκάτῃ ἐν Ἁλιμοῦντι Θεσμοφόρια* [malo *Θεσμοφορία*] *ἄγεται, ὥστε τρίτην μὲν ἀπὸ δεκάτης ιβ' εἶναι. μέσην δὲ μὴ συναριθμουμένης τῆς δεκάτης. τοῦτο δὲ αἰνιγματῶδες κατὰ Καλλιμάχου ἄν τις φαίη, ἔνθα μὲν τρίτη λέγεται, συναριθμεῖν τὴν ί, ἔνθα δὲ μέση, μηκέτι συναριθμεῖν. καὶ ὅπου γε λιμώττουσιν, ἀστειζόμενοι τὴν μέσην τῶν Θεσμοφορίων ἄγειν φασίν, ἐπεὶ αὕτη ἡ νηστεία.* Olim *κατὰ Καλλίμαχον* conjiciebam, ut alius grammaticus, mihi ignotus, primum a Callimacho impugnaretur. At parum convenit, adversarium no-

---

2) Sic Codex, nec debebat a *Porsono Θεσμοφόρια* substitui. Nempe *Θεσμοφορία* primus dies appellatus est, *Θεσμοφόρια* autem omne quatuor illorum dierum spatium.

3) Loci a *Meursio* allati sunt, Hesychii s. *Τριήμερος* et Diog. Laert. vit. Democr. IX, 43.

4) Syracusis diem festum Dianae *per triduum* actum esse Livius confirmat 25, 23.

vae sententiae nominari, de auctore ipso nos celari, patetque e verbis *κατὰ Καλλιμάχον*, quae non mutanda sunt, eum, qui ante alios nodum expediret, fuisse Callimachum; hujus porro vestigia persequutum esse, non sine dubitatione tamen, Scholiastam Ravennatem. Facile autem credas, explicationem a Callimacho inventam esse doctiorem, quam acutiorem; qualem novimus Callimachum. Is ergo potius in libro *Κωμῳδίαι*, quam in *Πίνακι καὶ ἀναγραφῇ τῶν — διδασκαλιῶν* Aristophanis versum videtur interpretatus esse. Mox alius homo subjecit haec: *ἐνδεκάτῃ Πυανεψιῶνος ἄνοδος. δωδεκάτῃ νηστεία, ἐν ᾗ σχολὴν ἄγουσαι ὑπόκεινται αἱ γυναῖκες ἐκκλησιάζουσαι περὶ Εὐριπίδου. τρισκαιδεκάτῃ Καλλιγένεια. γ' οὖν συναριθμουμένης ι', μέσην δὲ τῆς ἀνόδου καὶ* 4
τῆς Καλλιγενείας. Quae omnia tam bene inter se cohaerent, ut vix dubitem erroris insimulare Plutarchum, a quo tertii diei, *Νηστείας* tempus paullo aliter definitum est in Vita Demosthenis c. 30 *κατέστρεψε δ' ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Πυανεψιῶνος μηνός, ἐν ᾗ τὴν σκυθρωποτάτην τῶν Θεσμοφορίων ἡμέραν ἄγουσαι παρὰ τῇ Θεῷ νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες.* Nisi forte falsi numeri culpam in librarios conferre malis, aut Demosthenis vel Plutarchi aetate Thesmophoria paullo serius agitata fuisse opineris. Atque aliis quoque rebus Plutarchi labefactari fides potest, ut Schol. Rav. ad Thesm. 834 *τὰ μὲν Στήνια πρὸ δυεῖν τῶν Θεσμοφορίων, Πυανεψιῶνος θ'.* Nunc illos dies festos persequar sigillatim. Igitur primo, quod ad *Θεσμοφορίαν* attinet sive Pyanepsionis d. X, Scholiastae, Alimunte, Leontidis tribus pago, tum caerimonias quasdam a feminis Atticis institutas fuisse narranti tanto facilius fidem omnes adjungent, quo magis illo in populo fanum quoddam Cereris et Proserpinae situm fuisse Pausaniae auctoritate constat I, 31, 1 *Ἀλιμουσίοις μὲν Θεσμοφόρου Δήμητρος καὶ Κόρης ἐστὶν ἱερόν.* Frustra ejusdem scriptoris verba, quae mox sequuntur, opposueris haec: *Προσπαλτίοις δέ ἐστι καὶ τούτοις Κόρης καὶ Δήμητρος ἱερόν*, siquidem hoc sacellum ad publicas Thesmophoriorum ferias haud sane magis attinuit, quam illud, quod c. 2 tribuitur Phlyensibus *ναὸς δὲ ἕτερος ἔχει βωμοὺς Δήμητρος Ἀνησιδώρας —*. Contra verissime illuc a *Meursio* referri arbitror locum Clementis, Protrept. p. 21 D. Sylb. *ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπὶ Σάγρᾳ μυστήρια, καὶ τὰ ἐν Ἁλιμοῦντι τῆς Ἀττικῆς, Ἀθήνησι περιώρισται.* Quod si quis forte, quibus potissimum sacris mulieres primo die operam dederint, a me requirat, ex ipso nomine ejus, *Θεσμοφορία*, conjectura est facilis. Nam quum illi dies acceptarum a Cerere legum memoriae primum dicati essent, videntur mulieres sacros legum Codices in solemni pompa Alimuntem tulisse ibique Cererem per reliquum diei in ejus templo suppliciter precatae esse. Sed magnopere vexatus sum verbis Schol. Theocrit. IV, 25 *εἰσὶ δὲ τὰ Θεσμοφόρια ταῦτα· παρθένοι καὶ γυναῖκες τὸν βίον σεμναὶ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς τελετῆς τὰς νομίμους βίβλους καὶ ἱερὰς ὑπὲρ τῶν κορυφῶν αὐτῶν ἀνε-* 5

τίθεσαν [5]), καὶ ὥσανεὶ λιτανεύουσαι ἀπήρχοντο εἰς Ἐλευσῖνα. Atque Aeneae Tactici Poliorcet. c. 5 *Πεισιστράτῳ γὰρ Ἀθηναίων στρατηγῷ ὄντι ἐξηγγέλθη, ὅτι οἱ ἐκ Μεγάρων οἱ ἐπιχειρεῖεν ἀφικόμενοι πλοίοις, ἐπιθέσθαι νυκτὸς ταῖς Ἀθηναίων γυναιξὶ, Θεσμοφόρια ἀγούσαις ἐν Ἐλευσῖνι.* Horum alter quum pompam Eleusinem duci solitam esse confirmet, alter Thesmophoria Eleusine acta commemoret, aut sic statuam, errasse utrumque, commixtis cum Thesmophoriorum ritu sacris Eleusiniis, quod factum est saepissime, aut fortasse mulieres primo die, qui *Θεσμοφορία* dictus est, tum Alimuntem, tum vero etiam Eleusinem profectas esse. Illud pro certo affirmaverim, si modo Thesmophoriis Eleusinem illae petiverint, fieri id nisi die *Θεσμοφορίας* non potuisse, fallique *Meursium*, qui hanc rem quasi procrastinando in diem secundum (Ἄνοδος nuncupatur) contulit. Etenim per totum triduum, quo Ἄνοδος, *Νηστεία*, *Καλλιγένεια* continentur, Athenis in Thesmophorio sederunt mulierculae. Caeterum in illo Scholio Heinsii conjectura est, *παρθένοι καὶ γυναῖκες τὸν βίον σεμναὶ virgines et castae feminae.* Et probanda est Heinsii emendatio, si modo Scholiastes Eleusinia mysteria ad Thesmophoriorum ritus per errorem transtulit. Nam Eleusiniorum quidem virgines etiam participes fuisse, vel e Callimacho constat:

εἶπατε, παρθενικαὶ, καὶ ἐπιφθέγξασθε τεκοῦσαι,
Δαμᾶτερ, μέγα χαῖρε, πολύτροφε, πουλυμέδιμνε.

Nam in librorum quidem lectione *παρθένοι γυναῖκες καὶ* — recte dictum videri potest *παρθένος γυνή*, ut *ἀνὴρ γέρων*, vir juvenis, alia. Certe virgines tum apud Graecos tum Romanos ne celebrabant quidem Thesmophoria, sed mulieres tantummodo virum jam expertae. Frustra enim opponas Lucian. D. Meretr. 2, 1, ubi Myrtium meretrix dicit, *γαμεῖς δ' οὐ καλὴν παρθένον· εἶδον γὰρ αὐτὴν ἔναγχος ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις μετὰ τῆς μητρὸς* —. Namque primum ἡ *κανηφόρος* ne Thesmophoriis quidem videtur defuisse; ea autem virgo erat (vide Horat. Sat. 2, 8, 13). Deinde sic censeo, virgines matrem ad templum saepe comitatas esse Thesmophoriis, sacris vero ipsis non interfuisse. Quin Romae etiam sacra Cereris, adsumta e Graecia, et per graecas semper curata sacerdotes, et Graeca omnia nominata (Cic. Pro Balbo c. 24) *matronae* celebrabant pridie Idus Apriles. Dubium vero, an Cerealibus virgo stupretur ap. Plaut. Aulular. Prolog. v. 36 Qui illam stupravit noctu Cereris vigiliis. Denique aliam ob causam Scholiastae Theocritei loco usus est

---

5) Aristoph. Ecclesiaz. v. 222

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρουσιν, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ·
τὰ Θεσμοφόρι' ἄγουσιν, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ.

Multa addi possunt ut Plut. v. 1198

τὰς χύτρας, αἷς τὸν θεὸν
ἱδρυσόμεθα, λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε
σεμνῶς· ἔχουσα δ' ἦλθες αὐτὴ ποικίλα.

Lobeckius in Aglaophamo p. 194. Veruntamen quod saepe videmus usu venire, ut primaria rei cujuspiam causa paul- 6
latim obscuretur, ac postremo plane in oblivionem adducatur, idem suspicor etiam in primum diem *Θεσμοφορίαν* cadere; quae quum ab initio toti festo et occasionem praebuisset, et *Θεσμοφόρια* nomen dedisset, mox tamen, ut videtur, jacuit contemta. Certe vix usquam *τὴν Θεσμοφορίαν* a vetustis scriptoribus vidi diserte memoratam: quam Aristophanes quidem, ubi ferias esuriales *τρίτην, Θεσμοφορίων τὴν μέσην* nominat, tum affert, tum omittit eandem. Compara infra p. 41, ubi *Θεσμοφόρους* Hermippi comoediam, ad diem *τῆς Θεσμοφορίας* referimus. Qualis autem illo die fuerit pompa mulierum, de eo conjecturam facere licet ex Callimachi Hymno *Εἰς Δήμητρος Κάλαθον*, ubi quum de Eleusiniis Mysteriis loquatur, pompam describit haud dubie similem. Ita Alciphro etiam silentio hunc diem praetermisit in loco quodam ad causam nostram valde adcommodato 3, 39 *οἷα γὰρ, οἷά σε λανθάνει, ἁλῶα καὶ ἀπατούρια καὶ Διονύσια καὶ ἡ νῦν ἑστῶσα σεμνοτάτη τῶν Θεσμοφορίων ἑορτή. ἡ μὲν γὰρ Ἄνοδος κατὰ τὴν πρώτην γέγονεν ἡμέραν, ἡ Νηστεία δὲ τὸ τήμερον εἶναι παρ' Ἀθηναίοις ἑορτάζεται, τὰ Καλλιγένεια* [6]) *δὲ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν θύουσιν. εἰ οὖν ἐπειχθείης, ἔρχῃ ἕωθεν πρὸ τοῦ τὸν ἑωσφόρον ἐξελθεῖν· συνθύεις ταῖς Ἀθηναίων γυναιξὶν αὔριον.* Ubi quod Ἄνοδος *γεγονέναι* traditur, *Νηστεία ἑορτάζεσθαι*, atque solus dies tertius *Καλλιγένεια* sacris faciundis impendi dicitur, id minime negligendum est, apteque ista re infra mihi videor usurus esse. Rectius etiam, ut puto, Scholiasta Ravennas ad Thesmoph. v. 376 *ἕωθεν τῇ μέσῃ | τῶν Θεσμοφορίων, ᾗ μάλισθ' ἡμῖν σχολή*, memoriae prodidit haec: *ἐν γὰρ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις περὶ τὰς θυσίας γίνονται.* Reliqui dies intelligendi sunt 7
Ἄνοδος, fortasse *Θεσμοφορία* quoque, maxime vero omnium haud dubie *Καλλιγένεια*, quippe id temporis, quum jejunio, quod Cereri instituebatur, tandem perlato amplissima et sacra facerent, et epulas exstruerent: nam haec duo semper conjuncta sunt. Quod autem Mnesilochus Thesmoph. v. 285 sacrificium Deabus offert, laedit nimirum morem patrium et infeliciter, ut alias, personam agit mulieris [7]). Scilicet die *Νηστείας* a sacrificiis vulgo abstinuisse mulierculas, quum aliunde patet, tum ex loco Aristophanis, Avv.

---

6) *τὰ Καλλιγένεια*] *Berglerus* corrigit *τῇ Καλλιγενείᾳ*. At id quidem significat *Calligeniae sacrificare*, illud *sacrificiis diem celebrare Καλλιγένειαν*. Ac posteriorem hic notionem requiri adparet. Quare *τὰ Καλλιγένεια θύειν* ut dictum est permire (induxit fortassis hominem *τὰ Ἡράκλεια θύειν* et similia), ita certe genuinum judico. Confer Latinorum Quinquatria (*τὰ*) pro (*ἡ*) Quinquatrus. Neque Alciphro sic primus scripsit, ut puto, sed vetustiorem hic usum, certe vulgi, adgnosco, ductus etiam Ar. Ran. v. 219 *τοῖς ἱεροῖσι Χύτροισι*.

7) Neminem fugit, Comicos veri rationes per ludum jocumque haud raro perturbasse. Veluti in hac ipsa comoedia concionem mulierum a praecone in Thesmophorium advocari jussit Aristophanes, nullo exemplo.

1519 ἀλλ' ὥσπερεί Θεσμοφορίοις νηστεύομεν, | ἄνευ θυηλῶν. Transeo jam ad diem secundum, qui Ἄνοδος ab aliis, ab aliis Κάθοδος appellatus est. Falluntur enim, qui haec nomina ad speciem contraria sibi, revera tamen haud disparia diversis putant diebus imposita esse. Rem sicuti dicta actaque est, definivit Scholiasta Ravennas ad Thesmoph. v. 585 ὅτι ἀναπέμψαι κυρίως. διὸ καὶ Ἄνοδος ἡ πρώτη λέγεται, παρ' ἐνίοις καὶ Κάθοδος, διὰ τὴν θέσιν τῶν Θεσμοφορίων (praestat, ut opinor, τὴν θέσιν τοῦ Θεσμοφορίου): — ἐπεὶ καὶ Ἄνοδον τὴν εἰς τὸ Θεσμοφόριον ἄφιξιν λέγουσιν· ἐπὶ ὑψηλοῦ γὰρ κεῖται τὸ Θεσμοφόριον. Idem ad v. 623 ἀνῆλθες scripsit haec: καὶ τοῦτο πρὸς τὴν Ἄνοδον, ἐπειδὴ ἄνοδος ἦν πρὸς τὸ ἱερόν, ad v. autem 281 ἀνέρχει θ' atque ad v. 1045 ἀνέπεμψεν
8 tacuit, satis inconstanter [8]). Altera appellatio, qua Photium uti supra vidimus, omnino rarior fuit: sed congruit tamen cum ea illud quoque Clementis Alexandrini, Stromat. IV, p. 224, 13 Sylb. εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν. Prius nomen consignavit praeter alios Hesychius quoque: Ἄνοδος: ἀνάβασις. ἡ ἑνδεκάτη τοῦ Πυανεψιῶνος, ὅτε αἱ γυναῖκες ἀνέρχονται εἰς Θεσμοφορίαν (l. εἰς Θεσμοφόριον), οὕτω καλεῖται. Quid in causa fuerit, cur hae caerimoniae, quae Θεσμοφορίαν excipiebant, pluribus, quae inter se pugnare videntur, verbis pariter declarari possent, ejus rei ratio poscenti facile reddi duplex potest: una, ab initio sacrorum, quum primo mane fanum in loco edito prope acropolin situm a turba occupatum esset, Ἄνοδον dictas, a fine autem Κάθοδον, quum mulieres sub vesperam suam quaeque domum discederent: altera eaque propior verum (quam fortasse Scholiasta verbis διὰ τὴν θέσιν τοῦ Θεσμοφορίου intellectam voluit), nomine utroque aditum ad aedem sacram aeque significari, propterea quod mulieres, quae in Thesmophorium acclivi loco positum sese conferrent, partim ascenderent eo, partim degrederentur. Perventum est ad tertium diem festum, Νηστείαν, de quo copiosissime disputari potest tum idcirco, quod ab aliis scriptoribus ejus partis satis crebro mentio injecta est, tum quia Thesmophoriazusae Aristophanis priores hujus unius diei spatio totae terminantur. Et hoc quidem testantur, ut obscuriora quaedam mittamus, loci praeter v. 80 hi, primum 733 sqq., ubi Mnesilochus Micae, quae ut esuriales ferias paullum levaret, personatam filiolam, utrem vini, secum attulerat, nefariam, quam com-
9 misisset, fraudem lepide exprobravit, tum v. 949 ἄγε νῦν ἡμεῖς παίσωμεν, ἅπερ νόμος ἐνθάδε ταῖσι γυναιξίν, | ὅταν ὄργια σεμνὰ θεαῖν ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν, ἅπερ καὶ | Παύσων σέβεται καὶ

8) Quod in omnibus his Thesmophoriazusarum versibus de Νηστείᾳ disseritur, non de Ἀνόδῳ, id nihil ad rem pertinet; quoniam ambo dies in fano eodem, Thesmophorio, consumti sunt, ut ultimus quoque Καλλιγένεια. Neque tamen, ut sejungi a caeteris posset, plus uno die nuncupare Ἄνοδον licebat.

νηστεύει, denique v. 984 *παίσωμεν, ὦ γυναῖκες, οἷάπερ νόμος· | νηστεύομεν δὲ πάντως.* [9]). Veruntamen de nobilissimo die *Νηστείας* deque Thesmophoriis festo toto in libro de mysteriis Graecorum ita exponam, ut mores institutaque in Thesmophoriis omnia, quae ubique tradita inveni, quum enarrem, tum ea maxime, quae dubitationem habent, dijudicem. Restat ultimus dies, oppido paucis ille quidem veterum testimoniis inlustratus (etsi illam jacturam nunc Aristophanis ope quodammodo licet compenses), qui a quadam inferioris ordinis dea titulum *Καλλιγενείας* nactus est. Hunc Eretriae plane omissum esse Plutarchus fidem facit in Quaestt. Graec. XXXI, p. 298 b. *διὰ τί τοῖς Θεσμοφορίοις αἱ τῶν Ἐρετριέων γυναῖκες οὐ πρὸς πῦρ, ἀλλὰ πρὸς ἥλιον ὀπτῶσι τὰ κρέα, καὶ Καλλιγένειαν οὐ καλοῦσιν; ἢ ὅτι ταῖς αἰχμαλώτοις, ἃς ἦγεν ἐκ Τροίας Ἀγαμέμνων, ἐνταῦθα συνέβη Θεσμοφόρια θύειν, πλοῦ δὲ φανέντος ἐξαίφνης ἀνήχθησαν ἀτελῆ τὴν θυσίαν καταλιποῦσαι;* Sed aliquantum profici arbitror Alciphronis loco II, 4 *μὰ τὴν Καλλιγένειαν, ἐν ᾗς νῦν εἰμι, κατέχαιρον, Μέναν*δρε —, ubi Glycera, quum se in Calligeniae templo jam versari dicit, cui nullum erat peculiare fanum Athenis consecratum, haud dubie de Thesmophorio cogitavit, hoc est, Calligeniae nomen, falso id quidem, indidit Cereri. Quae res multum valet ad emendandam Hesychii glossam: *Καλλιγένειαν: ἀλλὰ τὴν Δήμητραν, γῆν, οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἔφη τὴν γῆν, Καλλιγένειαν. οἱ μὲν, τροφὸν αὐτῆς, οἱ δὲ, γερίαν· οἱ δὲ, ἀκόλουθον.* Nihil hic quidem a *N. Schowio* consignatum est: sive ipse nos, sive Codex destituit. At vero quemadmodum in postremis certo legendum est, *οἱ δὲ ἱέρειαν* cum *Meursio*, ita ab initio maxime placet *Guyeti* ratio *Καλλιγένειαν. γῆν. ἄλλοι τὴν Δήμητραν. οὐδεὶς γὰρ κτέ.* emendantis: fuisse enim, qui Calligeniam in Cererem convertere non dubitarent, e Glycerae verbis modo allatis elucet. Et *Καλλιγένειαν Cererem* significare in Plutarcho 7, p. 193 in Lexico ait Schneiderus. Tum ex Aristophanis loco Thesmoph. 299, ubi feminae a praecone preces facere jubentur *ταῖν Θεσμοφόροιν, τῇ Δήμητρι καὶ τῇ Κόρῃ, καὶ τῷ Πλούτῳ, καὶ τῇ Καλλιγενείᾳ, καὶ τῇ Κουροτρόφῳ* [*τῇ Γῇ,*] *καὶ τῷ Ἑρμῇ, καὶ Χάρισιν*, nihil admodum nobis emolumenti ad vim potestatemque Calligeniae percipiendam ostenditur. Veruntamen quum idem Aristophanes Calligeniam, *nutricem*, Cereris opinor vel potius Proserpinae, in scenam progredi jusserit, satis probabile videtur, eam et inferioris loci deam vulgo habitam esse, et in Thesmophoriorum arcanis servam Cereri et comitem adjici solitam,

---

9) Librorum scripturam *νηστεύωμεν* correxit *Bentlejus*. Ludamus, inquit Chorus: nam diem *Νηστείας* agimus, lusui destinatum, non epulis. Compara v. 851 *πάντως δ' ὑπάρχει μοι γυναικεία στολή*, atque v. 1012 *πάντως δέ μοι | τὰ δέσμ' ὑπάρχει.*

similiter atque in Eleusiniis Mysteriis Iambe ancilla illam deam hilaris ipsa tristem sequuta est. Diversam quodammodo famam sequitur Apollodorus 1, 5, 3 ἔπειτα πρὸς Κελεὸν ἐλθοῦσα τὸν βασιλεύοντα τότε Ἐλευσινίων, ἔνδον οὐσῶν γυναικῶν καὶ λεγουσῶν τούτων, παρ' αὐτὰς καθέζεσθαι, γραῦά τις Ἰάμβη σκώψασα τὴν θεὸν ἐποίησε μειδιᾶσαι. διὰ τοῦτο ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις τὰς γυναῖκας σκώπτειν λέγουσιν. Confirmat haec partim certe Scholiasta Ravennas (ad Thesmoph. 299), loco sane
11 egregio: δαίμιον περὶ τὴν Δήμητραν[10]), ἣν προλογίζουσαν ἐν ταῖς ἑτέραις Θεσμοφοριαζούσαις ἐποίησεν. Nam δαίμιον περὶ τὴν Δήμητραν eam significat, quae in comitatu Cereris praesidioque latebat, sicut idem loquitur Scholiasta ad v. 130 δαίμιον ἡ Γενετυλλὶς περὶ τὴν Ἀφροδίτην. — τινὲς δὲ περὶ τὴν Ἄρτεμίν φασιν αὐτὰς —. atque alii aliis in locis. Videndus Lobeckius in Aglaophamo p. 1235. Photius autem p. 127, 9 Καλλιγένειαν: inquit, Ἀπολλόδωρος μὲν τὴν γῆν· οἱ δὲ Διὸς καὶ Δήμητρος θυγατέρα· Ἀριστοφάνης δὲ ὁ Κωμικὸς τροφόν. Aristophanes igitur in Thesmophoriazusis posterioribus Calligeniam tum nutricem esse jusserat, tum prologi partes in eam contulerat. Unde apparet manifesto, comoediae hujusce editionem alteram intra ultimi diei festi, cui Calligeniae nomen erat, tempus substitisse, atque adeo drama, cujus prima actio solum diem Νηστείας complexa est, postmodo in altera fabula continuatum esse. Res satis perspicua, caeterum a nullo viro docto adhuc intellecta, quantam lucem rebus maxime dubiis afferat, statim videro. Poëtae Graecorum tragici atque comici quotiescunque dramata sua iterum ederent, operam dabant, ut quum alia delevissent, alia addidissent, haud pauca etiam prorsus mutassent, inventio tamen fabulae summaque rei maneret eadem, ne ordine etiam rerum sublato pro editione secunda novum plane drama docuisse viderentur. Exemplo prae caeteris esse possunt Nubes hodiernae, in quibus utraque poëtae conformatio mire
12 conflata est [11]). Eadem autem ratio inter Thesmophoriazusas quoque utrasque intercedere vulgo existimabatur, priusquam aliter

---

10) Vidimus jam supra Δήμητραν in Hesychio, cujus Codex etiam sub Θεσμοφόρια formam Δημήτρας praebet pro Δήμητρος, estque haec forma passim obvia in Codicibus. Ar. Ran. 383 δήμητραν Venetus. Nub. 122 δήμητραν MV. Plut. 64 δήμητραν mVM. ibid. 364 δήμητραν MV., ubique contra metrum. Etymol. M. 442, 14 τῇ Δημήτρᾳ. Cf. *Toupius* Emendat. Vol II, p. 617.

11) Phryn. Bekk. 39, 19 Ἐπικαττύειν καὶ πτερνίζειν: τὸ παλαιὰ ἐπισκευάζειν. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τοῖς παλαιοῖς ὑποδήμασιν ἕτερα κατττύματα καὶ πτέρνας προσραπτόντων. λέγουσι δὲ ἐπὶ τῶν τὰ παλαιὰ τῶν δραμάτων μεταποιούντων καὶ μεταῤῥαπτόντων. Quae e Comico aliquo, haud dubie vetere, petita sunt. Phrynichi locum tetigit Dobraeus ad Plutum v. 166. Vide praeterea *Casaubonum* ad Athen. III, 75. p. 110 b. ad v. τοῦτο δὲ τὸ δρᾶμα διασκευή ἐστι τοῦ προκειμένου. T. II, p. 261 sqq.

statuere coepisset *Casaubonus*, commotus memorabili loco Athenaei Epitom. I, 29, a. *ὅτι Ἀριστοφάνους τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριασάσας ἐπιγράφει.* Et in eo quidem, quod alius ejusque unice veri nominis auctor exstitit Demetrius, fallitur profecto. Nam etsi res antea inchoatas in alteris Thesmophoriazusis ita perfecit Aristophanes, ut a die *Νηστείας* ad *Καλλιγένειαν* pergeret, tamen *Καλλιγένεια* ultimus ille quidem, veruntamen dies fuit festus. Itaque appellatio ista *Θεσμοφοριάσασαι* a re veritateque abhorret. Huc accedit, quod et Codex Ravennas fabulae superstiti titulum praeposuit *Θεσμοφοριάζουσαι πρότεραι* [12]), et Gellius XV, 20, ubi aliquot fabulae superstitis versibus utitur, Aristophanem testatur *ἐν ταῖς προτέραις Θεσμοφοριαζούσαις*, similiterque loquitur Clemens quoque. Strom. VI, p. 628 *Ἀριστοφάνης δὲ ὁ Κωμικὸς ἐν ταῖς πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις.* Contra qui deperditae comoediae fragmenta prodiderunt grammatici, eorum partim aliquoties *τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας* diserte commemorarunt. Ita apte inprimis respondent sibi *Θεσμοφοριάζουσαι πρότεραι* atque *δεύτεραι*. Quin etiam Athenaeus verbis suis planum facit, fabulam *αἱ δεύτεραι Θεσμοφοριάζουσαι* communi omnium consensu vocari, neque ullo modo dissimulat, a Demetrio primo illum titulum immutatum 13
esse. Neque vero illa Demetrii ratio pro levi quadam et quae nullam omnino vim habeat, contemnenda est. Qui nominibus inter se connexis *Θεσμοφοριάζουσαι* et *Θεσμοφοριάσασαι* satis declaravit quum illud, rem prius inchoatam tantummodo posteriore fabula ad exitum perduci (id quod verissime dici posse supra ostensum est), tum etiam, quae primam sequuta est, eam novam potius comoediam fuisse videri, quam correctionem prioris [13]). Id quoque vehementer mihi placere profiteor. Nam praeterquam quod ne unus quidem locus adhuc proferri potuit, qui in utrisque exstaret Thesmophoriazusis (quum quidem alterius fabulae reliquiae supersint circiter triginta); haec ipsa fragmenta ejusmodi sunt, facile ut intelligi possit, argumentum a priore diversum resque longe alias a poëta tractatas esse, denique novam plane fabulam ad spectandum populo exhibitam. Ad summum, si quis admodum liberalis fuerit, hoc concedet, paucos quosdam versus e priore comoedia in posteriorem transferri potuisse: quanquam ne id quidem temere crediderim. Sed hoc quidem loco (vereor enim plane, ne id hodie investigare serum sit), ut cuique videbitur, sentiat. Agathonis quidem inrisio et Euripidis, quae alio specta-

---

12) Hoc neque *Invernizzius* tradidit, neque *Bekkerus*. Sed vide Scholior. T. II, p. 945. Idemque videtur *Dindorfius* ab *Seidlero* accepisse.

13) Sic recte Demetrii sententiam interpretati sunt primus ad Athenaeum *Casaubonus*, deinde *Petitus*, Miscell. I, c. 13, *Dindorfius* p. 11, *Rankius* Vit. Aristoph. p. CCLXXXV.

bat in dramate deperdito, atque quo valet in integro, merito nullum facit momentum. Quod vero duae fabulae et eae plane diversae idem nomen acceperunt, ne hoc quidem quisquam morabitur,
14 qui vel noverit, saepissime fabulas nomine a Chori personis petito a poëtis inscriptas esse (Chorus autem in utraque comoedia pariter e mulieribus constat Thesmophoria celebrantibus), vel reputaverit secum, Aristophanem haud dubie sive in prologo, similiter ut in Vespis, sive in parabasi, loco haud magis incommodo, drama recens a primis Thesmophoriazusis diligenter distinxisse, virtutem ejus ostendisse ac totum spectatoribus commendasse. Tametsi, quum alii Comici vel editioni secundae crebro nomen diversum imponendum curarent, singularis fuit Aristophanis modestia, qui in fabula, si rei summam spectaveris, haud dubie nova pristinum nomen retinere non dubitaret. Atque hic leniter mihi *C. Reisigius* castigandus est, Conject. p. 126, qui quum disputet de versu Thesmoph. 567

ἀλλ' ἐκποκιῶ σου τὰς ποκάδας . . οὔποτε μὰ Δία
σύ γ' ἄψει,

prioris fabulae scripturam in libris cum posteriore ita consociatam esse statuat, ut in altera fabula

ἀλλ' οὐδέποτε σύ γ' ἄψει

in altera

ἀλλ' οὐ μὰ Δία σύ γ' ἄψει

positum fuisse credat. Et Aristophanem quidem scripsisse

οὐ δὴ μὰ Δία σύ γ' ἄψει

quod nuper *Dindorfius* posuit, haud scio an nullo auctore, e Codicum scriptura efficitur οὐδὲ μὰ Δία. *Reisigius* autem prodidit, se nexum illum, quo Thesmophoriazusae ambae inter se cohaerent, haud quaquam perspectum habuisse. Nunc Athenaei verba proxima videamus: ἐν ταύτῃ ὁ Κωμικὸς μέμνηται Πεπαρηθίου οἴνου·

Οἶνον δὲ πίνειν οὐκ ἐάσω Πράμνιον,
οὐ Χῖον, οὐδὲ Θάσιον, οὐ Πεπαρήθιον,
οὐδ' ἄλλον, ὅστις ἐπεγερεῖ τὸν ἔμβολον *).

15 Ita subito non nos quidem ad mediam delati sumus fabulam, sed etiamnum in prologo haeremus. Neque enim quisquam semel monitus negabit, quin haec Calligeniae deae verba putanda sint, quid illo die suo maxime fieri velit quidve caveri, gravi quadam

*) His vini generibus oppositum est Lesbium et dulce illud et lene. Horat. Od. I, 17, 21. Hic *innocentis* pocula Lesbii duces sub umbra. Notum illud Aristotelis ἡδίων ὁ Λέσβιος apud A. Gell. XIII, 5. Adde Clearchum, Alexin, Ephippum, Eubulum, Archestratum ap. Athen. I, 28 e —29 c.

oratione persequentis. Versu secundo Codices propagant *οὐ Θάσιον*, emendatum a *Brunckio* et *Schweighaeusero:* nam *Dindorfius* quod invenit *οὐχὶ Θάσιον*, nemini, ut puto, probabit. Versu tertio pro *ἐπεγείρει Brunckii* mutationem suscepi *ἐπεγερεῖ* propter metrum necessariam. Nam alioquin, etsi concinnius est Tempus Futurum, Praesente tamen grammaticae leges non violari ex Eupolide patet ap. Athen. IV, 397 b. *μή ποτε θρέψω — ὃς τοὺς εὕδοντας ἐγείρει.* Tum *ἔμβολον* ex hoc ipso versu hausit Hesychius: *Ἔμβολον: Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις τὸ αἰδοῖον.* Hanc glossam descripsit Scholiasta Victorii ad Ar. Eqq. v. 552. Compara Avv. 1256 *στύομαι τριέμβολον* atque *ἐμβολή*, de quo verbo infra erit dicendi locus. Caeterum quominus hunc locum ad lautissimam feminarum coenam, quae in hac fabula sane apparata est, referas, ultima verba impediunt: e quibus elucet, Calligeniam, castimoniae praesidem, sedulo providisse, ut viri suae quisque domi manerent, neu quis libidine incensus uxorem vetito tempore ad Venerem inritaret. Quod inceptum frustra fuit.

Omnem argumenti perpetuitatem restituere, eorum, quae adhuc investigata sunt, fragmentorum ope, nemini, ut arbitror, quamvis omnes ungues derodat, continget. Sed quum plurima nesciamus, alia tamen certo affirmari possunt, alia probabiliter disputari, alia etiam haud inepte divinari. Illud igitur certum, summam rei et quasi cardinem totius fabulae in eo verti, ut *luxus Atticarum* 16
mulierum, quae die potissimum Calligeniae [14]) *pretiosam vestem sumsisse videntur ac mirifice corpus exornasse suum*, rideatur, atque edacitas earum immoderatusque amor vini, adde etiam Veneris, exagitetur. Quae omnia, nisi varietate quadam spectaculorum atque multiplici compositione (quae hodie *actio* dici solet) adjuta essent, quum non viderentur ejusmodi, ut comoediae scriptor hoc argumento fabulam serere posset: opera data est, ut primarius dramatis locus multa prorsus rerum vicissitudine distingueretur. Suspicor autem, Euripidis, ut in priore fabula, sic etiam in posteriore, insignes quasdam exstitisse partes, quum mirabilis osor mulierum non ille quidem Mnesilochum aliquem, auxilio sibi futurum in hostile conciliabulum clam submitteret, sed ipse potius in illud secretum, in Thesmophorium famulo adsumto recta pergeret, sive ut mysteria feminarum, quae posthac in tragoediis enuntiaret, specularetur, sive quod, cupiditate ad inlicitum tunc facinus impellente, cum uxore corpus miscere cupivisset. Prologo finito primi in scenam videntur prodisse Euripides cum servo aliquo sarcinas portante. Hunc servum erunt fortasse, qui Cephisophontem fuisse opinentur adlatis locis Acharn. 395, Ran. 942

14) Hoc probe tenendum: Der letzte Festtag an den Thesmophorien scheint ein großer Putztag der Damen in Athen gewesen zu seyn.

et Scholiis illorum versuum [15]): quo tamen nihil fieri potest incertius. Jam videamus Scholiastam ad Ran. v. 3 *νὴ τὸν Δί'*,
17 *ὅτι βούλει γε, πλὴν „πιέζομαι“*) *ἴδιον αὐτοῦ τὸ εἰς ταῦτα ὀλισθαίνειν· ὡς καὶ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις Θεράπων φησίν·*

ὡς διά γε τοῦτο τοῦπος οὐ δύναμαι φέρειν
σκεύη τοσαῦτα καὶ τὸν ὦμον θλίβομαι.

Aldina atque Juntina *σκεύη φέρειν*, quae verba primum a *Seidlero* De Ar. Fr. p. 11 transposita sunt. Quum Euripidis modo versum grandem et tragicum proloquutus esset, questum puto famulum, quod eo tam ponderoso sarcinae suae ita aggravarentur, vix ut jam oneri ferendo esset. Juvabit comparasse Thesmoph. 412 *ὥστ' οὐδεὶς γέρων | γαμεῖν θέλει γυναῖκα διὰ τοῦπος τοδί· | „δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.“* Atque Lysistr. 1038 *κἄστ' ἐκεῖνο τοὔπος ὀρθῶς κοὐ κακῶς εἰρημένον· | „οὔτε σὺν πανωλέθροισιν, οὔτ' ἄνευ πανωλέθρων.“* Jocus vero idem motus est Ran. 1390 *θάνατον γὰρ εἰσέθηκε, βαρύτατον κακῶν*, moxque *πειθὼ δὲ κοὔφόν ἐστι*. Lucian. D. Mort. X, 8—10, atque Cic. ad Attic. I, 13. Cf. Quaestt. Luc. p. 327. Alii ejusdem servuli versus exstant apud Suidam s. *Ἀλφάνει*: *εὑρίσκει*. — *Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις·*

Οἴμοι κακοδαίμων τῆς τόθ' ἡμέρας, ὅτε
εἶπέν μ' ὁ κήρυξ, οὗτος ἀλφάνει.

Eadem tradit grammaticus in Bekk. Anecd. 382, 8 sive Bachm. Anecd. I, 73, 24. Heu, inquit, diem infelicem, quo praeco pronuntiavit: hic servus emtorem invenit. Vide, si opus, locos in Quaestt. Lucc. p. 143 a me collectos. Senarium alterum jambo addito, quo forsitan Accusativus aliquis continebatur, si qui forte possunt, reconcinnent. Praeterea complures hunc verbi *εὑρίσκειν* s. *ἀλφάνειν* usum tetigerunt, peculiarem sane, sed minime tamen aut insolentem, aut cuiquam hodie ignotum. Etsi a fide haud qua-
18 quam alienum est, servum apud Aristophanem plus uno in loco ingemuisse, tamen satis credibile videtur, nostrae fabulae inserta fuisse haec verba Schol. Eurip. Orest. v. 163 p. 312 M. *ἃ γὰρ μὴ δύναται γράφεσθαι, ταῦτα δι' ἑτέρων προσώπων δηλοῦται· οἷόν τι καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ οἰκέτου στενάξαντος ἕτερός φησιν· ἀκούεις, ὡς στένει*; In prioribus Thesmoph. v. 73 ipse suspirat Euripides, asinus autem in Vespis v. 180. Adferam nunc fragmentum dignum Aristophanis lepore, non quo id in eadem dramatis parte inventum esse valde persuasum habeam, sed quia Euripides in eo ridetur. Etymol. M. 92, 26 *λέγει δὲ Εὐριπίδης ὁ τραγικός, ἐτυμολόγος* [*ἐτυμολογῶν Valckenarius*, Diatrib. p. 62 b.] *τὸ Ἀμφίων, ἐκλήθη παρὰ τὴν ἄμφοδον, ἤγουν παρὰ* [*τὸ παρὰ*

---

15) Mire fallitur *Elmsleius* l. l. Non fuit servus Euripidis Cephisophon, sed servus inducitur ab Aristophane, cui libera fuit quidvis fingendi potestas, ut Comico.

inserit MS. ap. Valck.] *τὴν ὁδὸν γενηθῆναι. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης κωμικεύομενος λέγει, ὅτι οὐκοῦν Ἄμφοδος ὤφειλε κληθῆναι.* Magnopere probo conjecturam *ἐτυμολογῶν;* vix enim scriptura *ὁ τραγικὸς ἐτυμολόγος* ita defendi potest, ut cum reprehensione Euripidis, tragici veriloquia plerumque cupidius venantis, conjuncta sit: tametsi verborum structuram *Λέγει — τὸ Ἀμφίων, ὅτι — ἐκλήθη* haud rectius vituperes, quam Aristoph. Vesp. 1284 *εἰσί τινες, οἵ μ' ἔλεγον, ὡς κατυδιηλλάγην* et quae sunt hujusmodi plurima. Tum *παρὰ τὴν ἄμφοδον* negligenter dixit grammaticus, qui est Aristophanis jocus, non sententia Euripidis. Postremo sic legerim: *ἤγουν παρὰ τὸ ἀμφὶ ὁδὸν γενηθῆναι*, non solum, ut ne praepositio *παρὰ* toties repetatur, sed etiam propterea, quod *Ἀμφίων* ex verbis *ἀμφὶ ὁδὸν* coaluisse dixerat Euripides. Atque sic Hyginus: et appellarunt Zeton *ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον*, alterum autem Amphionem, *ὅτι ἐν διόδῳ ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν αὐτὸν ἔτεκεν.* Non restant nobis ex Antiopae prologo illi ipsi versus Euripidis, 19
sed duo tamen alii, quos proxime apud Euripidem anteisse patet:

Τὸν μὲν κικλήσκει Ζῆθον· ἐζήτησε γὰρ
τόκοισιν εὐμάρειαν ἡ τεκοῦσά νιν.

Aristophanis autem senarium reliquum nobis fecit Pollux IX, 36 *ταῦτα δὲ καὶ ἄμφοδά ἐστιν εὑρεῖν κεκλημένα, οὐ παρ' Ἀριστοφάνει μόνον, εἰπόντι ἐν Θεσμοφοριαζούσαις·*

Ἄμφοδον ἐχρῆν αὐτῷ τεθεῖσθαι τοὔνομα.

ἀλλὰ καὶ παρ' Ὑπερίδῃ κτέ. His vero salibus non Euripides magis, quem Comicus facetiis suis perpetuo insectari solebat, pungi videtur, quam alii illorum temporum tragici poëtae: quos quum caeteros, tum vero ipsum illum Aeschylum, summum poëtam, diffitendum non est, tanquam aliquo morbo, sic incredibili studio nominum origines scrutandi, veras aliquando, ac saepe inanes, laborasse. Sed coguntur interdum poëtae ea, quae ipsi vehementer improbant, vel semel immiscere, vel crebro iterare, quoniam vere ad spectatorum voluntatem suum adcommodant judicium. Atque ita tragici quoque senserant, inprimis placere populo, ut nominum antiquorum interpretes agerent, utique fabulas illas ad qualemcunque, modo communem, populi intelligentiam transferrent. Plurima exempla collegit Elmslejus ad Eurip. Bacch. v. 508, qui recte addidit, pleraque apud ipsum reperiri Euripidem. Ac tamen ille omisit Prologum Danaës v. 20 p. 139 M. (hunc quidem fortasse de industria), Aeschyl. Sept. adv. Theb. v. 759, Eurip. Phoeniss. v. 1497 aliosque locos. Tectius, multo acerbius tamen, quam h. l. istam tragoediae labem exagitavit Aristophanes in Thesmoph. I v. 1216, ubi lictor barbarus, *Ὀρτῶς δὲ σὺ συβίνη ᾽στί· καταβινῆσι γύρ.* Nimirum prorsus eodem modo tragici poëtae in veriloquiis suis vocem *ὀρθῶς* praeponere solebant, veluti Euripides in Troad. v. 990

τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς,
καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς,

quo loco utitur Aristoteles Rhet. II, 23, 29, Aeschyl. Septem v. 405

γένοιτ' ἂν ὀρθῶς ἐνδίκως τ' ἐπώνυμον,

ibid. v. 829

οἳ δῆτ ὀρθῶς κατ' ἐπωνυμίαν
καὶ πολυνεικεῖς
ὤλοντ' ἀσεβεῖ διανοίᾳ,

Agamemn. v. 700

Ἰλίῳ δὲ κῆδος ὀρ-
θώνυμον τελεσσίφρων
μῆνις ἤλασεν —.

Jam Agatho, tragicus poëta, ut in comoedia integra mollitiae parum virilis poenas dedit, sic in ea quoque, cujus maxima pars interiit, aut de industria exagitatus est, aut mediocriter perstrictus. Grammaticus in Bekk. Anecd. 410, 15 (sive Bachm. Anecd. 1, 105, 1) Ἀντίθετον: τὸ σχῆμα τῆς φράσεως, ὡς ἡμεῖς, Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις·

καὶ κατ' Ἀγάθων' ἀντίθετον ἐξευρημένον.

Codex καταγαθόν pro κατ' Ἀγάθων'. Antithetis vero Agathonem tan-
20 topere delectatum esse constat, ut quum reliquis fastidium et nausea oboriretur, ipse praecipuam quandam virtutem suam in frequentia eorum reponeret. Aelianus Var. Hist. XIV, 13 πολλοῖς καὶ πολλάκις χρῆται τοῖς ἀντιθέτοις ὁ Ἀγάθων. ἐπεὶ δέ τις, οἷον ἐπανορθούμενος αὐτόν, ἐβούλετο περιαιρεῖν αὐτὰ τῶν ἐκείνου δραμάτων, εἶπεν· ἀλλὰ σύ γε, γενναῖε, λέληθας σεαυτόν, τὸν Ἀγάθωνα ἐκ τοῦ Ἀγάθωνος ἀφανίζων. οὕτως ἐκόμα ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος, καὶ ᾤετο τὴν αὐτοῦ τραγῳδίαν ταῦτ' εἶναι. Athenaeus V, 187 c. de Platonis Symposio disserens: χλευάζει τε τὰ ἰσόκωλα, inquit, τὰ Ἀγάθωνος καὶ τὰ ἀντίθετα. Saepe vero miratus sum, illum Platonis locum (p. 417 sq. Bekk.) reprehendi ab Athenaeo potuisse. Neque enim Agatho ibi scurrili aut nimium longa oratione tanquam ab sannione aliquo traducitur, sed semet ipse exagitat, nec porro res absurdas effutit, sed prorsus sapere videtur, verbis utitur haud multis, sed lectissimis, modum et statuere videtur, et tamen excedit idem, verba ista *loco posita et structa tanquam in emblemate vermiculato* ad finem maxime totius orationis reservat, nempe ut aculeos relinquat in eorum animis, qui audiebant, postremo quod relatum legimus, exclamasse ad extremum convivas omnes, ὡς πρεπόντως τοῦ νεανίσκου εἰρηκότος καὶ αὐτῷ καὶ τῷ θεῷ. id ipse sine dubio praestat. Quocirca hic certe Plato nugarum inrisor non mediocrem laudem meruit et Agathonis imaginem pari felicitate expressit, qua alibi aliorum, veluti Gorgiae. Aristophanes autem ut in Thesmophoriazusis posterioribus, sic jam antea in prioribus antitheta tragici

bis jocose admodum et acerbe notavit, primum v. 147 ubi ipse Agatho:

ὦ πρέσβυ, πρέσβυ, τοῦ φθόνου μὲν τὸν ψόγον 21
ἤκουσα, τὴν δ' ἄλγησιν οὐ παρεσχόμην,

atque v. 198, ubi idem:

τὰς συμφορὰς γὰρ οὐχὶ τοῖς τεχνάσμασιν
φέρειν δίκαιον, ἀλλὰ τοῖς παθήμασιν.

Cui Mnesilochus:

καὶ μὴν σύ γ', ὦ καταπύγον, εὐρύπρωκτος εἶ
οὐ τοῖς λόγοισιν, ἀλλὰ τοῖς παθήμασιν.

Ac vel in paucis istis Agathonis fragmentis antitheta frequenter deprehendas, velut, ut unum ponam exemplum adhuc neglectum, ap. Stobaeum t. 30. T. I, p. 88 ed. Gaisf.

Οὐ τῇ φρονήσει, τῇ τύχῃ δ' ἐσφάλμεθα.

Verum Aristophanes nostra in comoedia Agathonis, ut modo antitheta, ita etiam unam quandam vocem, tumidiorem sane, deridendam propinaverat. Nam pro certo habemus, senarium ab Athenaeo servatum XV, 701 b. — Ἵνα κἀγὼ κατὰ τὸν καλὸν Ἀγάθωνα ἀναφωνήσω τάδε τοῦ ἡδίστου Ἀριστοφάνους·

Ἐκφέρετε πέυκας, κατ' Ἀγάθωνα, φωσφόρους,

ei, de qua nunc disputo, comoediae adjudicandum esse [16]). Adeo in hoc et superiore trimetro quum res, tum vero verba ipsa, vocabulis κατ' Ἀγάθωνα repetitis, conveniunt, adeo etiam taedae ardentes (has enim dixerat Agatho πεύκας φωσφόρους, turgida oratione pro λαμπάδες vel λαμπάδες καόμεναι) apte cadunt in Thesmophoria. Evolve fabulae integrae versus 280, 655, 917, 1154. Cum hoc autem trimetro

Ἐκφέρετε πεύκας, κατ' Ἀγάθωνα φωσφόρους

conferre licet Eurip. Troad. v. 351 ἐσφέρετε πεύκας, δάκρυά τ' ἀνταλλάσσετε — et Phoeniss. v. 779 ἐκφέρετε τεύχη, πάνοπλα τ' ἀμφιβλήματα. Scenam poëta in prioris dramatis editione ab initio quidem intelligi voluit locum patentem ante fores Agathonis, per maximam tamen partem inde ab v. 277 (ἱερὸν ὠθεῖται. Schol. Rav. 22
παρεπιγραφή. ἐκκυκλεῖται ἐπὶ τὸ ἔξω τὸ θεσμοφόριον) Thesmophorium, docente praeter alios quosdam versu 880 Θεσμοφόριον τουτογί. Similiter etiam in posteriore fabula quum primo, Euripide, ut opinor, ac famulo per vias et compita euntibus, Pnyx ejusque vicinia paullisper ostensa esset, (quibus in locis saepenumero

16) „Fortasse ex Thesmophoriazusis secundis" *G. Dindorfius.*

Aristophanes fabulas suas versari fecit), per reliquas scenas omnes haud dubie Thesmophorium spectatoribus ante oculos proposuit. Etenim Thesmophoriis, et quidem die Calligeniae, matronae atticae illo in templo publice epulatae sunt. Sic profecto interpretari debemus Hesychii glossam, qua *Meursius* quidem foede abusus est [17]), plane egregiam: *Πρυτανεῖον: τρία Ἀθήνῃσι συσσίτια, πρυτανεῖα, (πρυτανεία) θεσμοφορεῖον (θεσμοφόριον), πρυτανεῖον. λέγεται δὲ καὶ κτέ.* Is igitur declarat, Athenis homines tribus in locis publice convivatos esse, in tholo prytanes, mulieres in thesmophorio, denique in prytaneo vel legatos aliarum civitatum, vel senes de re publica praeclare meritos. Nota sunt caetera (quanquam sunt, qui prytaneum ac tholum diversa fuisse negent, in his Suidas s. *Πρυτανεῖον* et Schol. Lucian. T. I, p. 163 Lehm.): quod autem de Thesmophorio dicit, id equidem nunc nostrae comoediae auctoritate extra omnem dubitationem poni arbitror. Quid, quod congruit perspicuum Isaei testimonium, a multis V. D. certatim corruptum, sed nondum a quoquam, ac ne nuper quidem a *Schoemanno* recte intellectum *Περὶ τοῦ Πύρρου Κλήρου* 80, 3 B. *καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ κικτημένος τὸν τριτάλαντον οἶκον, εἰ ἦν γεγαμηκὼς, ἠναγκάζετο ἂν ὑπὲρ*
23 *τῆς γαμετῆς γυναικὸς καὶ θεσμοφόρια ἑστιᾶν τὰς γυναῖκας, καὶ τἆλλα, ὅσα προσῆκε, λειτουργεῖν ἐν τῷ δήμῳ ὑπὲρ τῆς γυναικός, ἀπό γε οὐσίας τηλικαύτης.* Nempe feminarum, quae magnam dotem adtulissent, mariti prae caeteris tenebantur in epulas illas publicas Thesmophoriis, die Calligeniae, impensam facere. Praeparari convivium videas in proximo fragmento, ubi mulierem quandam, quae, ut Lysistrata in dramate ejusdem nominis, ante alias excellebat totique negotio praecerat, loqui existimo, respondente ad interrogata ancilla vel alia quadam femina, apud Athen. III, 104 e. *περισπούδαστος δὲ ἦν πολλοῖς ἡ τοῦ καράβου βρῶσις, ὡς ἔστι δεῖξαι διὰ πολλῶν τῆς κωμῳδίας μερῶν· ἀρκέσει δὲ τὰ νῦν Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις οὕτως λέγων·*

A. Ἰχθὺς ἐώνηταί τις. ἢ σηπίδιον,
ἢ τῶν πλατειῶν καρίδων, ἢ πουλύπους,
ἢ νῆστις ὀπτᾶτ', ἢ γαλεὸς, ἢ τευθίδες;
B. μὰ τὸν Δί' οὐ δῆτ'. *A.* οὐδὲ βατίς; *B.* οὔ
φημι' ἔγωγε.
A. οὐδὲ χόριˈ οὐδὲ πῦος, οὐδ' ἦπαρ κάπρου,
οὐδὲ σχαδόνες, οὐδ' ἠτριαῖον δέλφακος;
οὐδ' ἐγχέλειον, οὐδὲ κάραβον μέγαν
γυναιξὶ κοπιώσασιν ἐπεκουρήσατε;

---

17) Quin et feminae quaedam, inquit, quae sacris nimirum mini strarent, in summa castitate publice alebantur; isque locus ex re dictus *Θεσμοφορεῖον*.

πλατείας δὲ καρίδας ἂν εἴη λέγων τοὺς ἀστακοὺς καλουμένους, ὧν μνημονεύει Φιλύλλιος ἐν Πόλεσι. Omnino Athenaeus multis uti potuit Comicorum testimoniis, quibus in pretio deliciisque fuisse carabos planum faceret, si modo operae pretium duxisset, sicut ipsius Aristophanis Gerytade: 24

Ἀκροκώλι', ἄρτοι, κάραβοι, βολβοὶ, φακῆ.

Lemniis:

Οὐ κρανίον λάβρακος, οὐχὶ κάραβον πρίασθαι.

atque trimetro quodam (p. 213 ed. D.), quem nostrae fabulae non inepte tribueris:

Ἡ μᾶζα γὰρ σᾶ καὶ τὰ κρέα χὠ κάραβος.

Sed dicatur de singulis. Igitur in primo versu quum vulgo scriptum esset Ἰχθύς (sed ἰχθῦς Codex Palatinus et Ed. Veneta) τις ἐώνηται, *Brunckius* Ἰχθὺς ἐώνηταί τις substituit ex ipso Athenaeo VII, 324 b, ubi quum agat de sepia, Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις, inquit,

Ἰχθῦς ἐώνηταί τις ἢ σηπίδιον;

Porsonus in Addend. ad Hecub. p. 102 ἰχθῦς pro Accusativo Pluralis habuit, quem *Dindorfius* sequutus est. Falso. Accentus quidem ἰχθῦς in altero loco nihil valet in utramque partem: quando Nominativus etiam in Codicibus saepissime ἰχθῦς scribitur: sed illud considera, nominativum ἰχθὺς non modo conciunius poni propter ea, quae sequuntur ἢ νῆστις ὀπτᾶτ', sed vi sententiae plane requiri. Nam quum in toto loco cibi pertenues vel etiam minuta quaedam frusta commemorata sint, quis non videt, prorsus inconstanter atque absurde his omnibus *pisces multos* praeponi! At ἰχθὺς — τὶς *piscis parvulus nescio qui* admodum eleganter dicitur, neque secus illi librarii, a quibus Ἰχθύς τις ἐώνηται continuo ordine locatum est, versum explicarunt. *Brunckio* assentitur etiam *Schweighaeuserus* T. IV, p. 428. Et quum ἰχθὺς ultimam plerumque habeat productam, tum vero ἐώνημαι, etsi paullo saepius active dicitur (ut in Κόλαξιν Eupolidis ἐωνήμην ap. Athen. VII, 328 b), certum tamen scio, ἐώνημαι aliquoties usum habere passivum, fidem facientibus locis Arist. Pac. 1148 τῷ δὲ σιτί' οὐκ ἐώνητ'. οὐ γὰρ ἥδειν ἐξιών. Demosth. In Aphobum I, 10, 7 B. κηκῖδα δὲ καὶ χαλκὸν ἑβδομήκοντα μνῶν ἐωνημένα. et Luc. Nigrin. c. 33 οὔτε γὰρ, πρὶν ἐμφαγεῖν, ἀπολαύειν τι τῶν ἐωνημένων —. Nec mirum: siquidem ἐωνηκὼς is, qui emit a Lysia nominatus est, Antiatticista Bekkeri teste p. 95, 25, unde ἐώνημαι emtus sum recta proficiscitur. Versu secundo pro πολύπους Codicum lectione formam πουλύπους reposuit jam *Musurus*. Vicissim in Horat. Sat. I, 3, 40 *delectant*, *veluti Balbinum polypus Hagnae* metri causa rescribo *pulypus*, graeca forma, cujus plurima exempla vide ap. Athen. VI, 123 sq. Nisi forte doricam formam adscivit 25

Horatius; nam *πώλυποι* dixisse reperio Epicharmum. Versu quarto pro *Οὐδὲ βάτις* Editio Casauboni *Οὐ καὶ βάτις* operarum vitio, quod et *Brunckium* mire decepit, et *Porsonum* (Advers. p. 63) ad intolerabilem conjecturam *Οὐχὶ βάτις;* (sic enim Codices pro *βατίς*) induxit. Mox *Οὔ φημι ἐγώ* pro *Οὐδέ φ. ἐ.* restituerunt *Schweighaeuserus* et *Porsonus*, recte: nam ut *φήμι ἐγὼ* ejus est, qui ait *etiam*, ita *οὔ φημι ἐγὼ* negantis est, *non:* Avv. 555 *Κἂν μὲν μὴ φῇ —*. Versu quinto libri propagarunt *Οὐδὲ χόριον*, quod quum in *Οὐ χόριον* mutaret *Porsonus* et qui hunc rursus imitatur *Dindorfius*, dupliciter errarunt, primum eo, quod *οὐ* tam alienum est, quam *οὐδὲ* ad rem adcommodatum, tum etiam hoc nomine, quod *χόριον* Singularis semper vel *corium* vel *secundas* declarat, *χόρια* autem Pluralis vel *intestina*, vel *edulia ex melle et lacte* sig-
26 nificat [18]). Quid, quod haec ipsa verba *χόρια* et *πῦος* alibi conjuncta videmus, ab Aristophane ipso in Horis (ap. Athen. IX, 372 c.) *πῦον, χόρια —*, ab Eubulo (ap. Athen. VII, 311 d.) *χόρια, πῦον*, neque Anaxandrides ibid. IV, 131 a. *χορίων, πυρῶν* scripserat. Quid igitur esse certius potest, quam librarios *ῦν* e sequente syllaba *ῦυ* assumsisse, Aristophanem autem sic loquutum esse *Οὐδὲ χόρι οὐδὲ πῦος —*? Tum *πῦος* colostra varie scribitur, *πύος* in Ed. *Casauboni*, *πύνος* in Veneta, *πυνός* in Codice Palatino, quarum lectionum partim ad accusativum *πῦον* spectare non fugit *Dindorfium*: etsi *πῦον* neque potest scribi, nisi verbo *σχαδόνες* item in accusativum per arbitrium mutato, neque vel sic vulgatae scripturae ullo modo praestat. Nunc pertenuem quandam de accentu vocis *πυος* controversiam verbo attingam. Sed ante omnia audiamus *Dindorfium*: *Restitue πυός*: inquit (quem accentum jam alii probarant, in his *Schweighaeuserus*): *ita enim jubet auctor gravissimus Herodianus libro XV τῆς Καθόλου*. Haec ne id forte nescias, latine reddidit [19]) de graecis Scholiastae Veneti ad Pac. v. 1116 (1150 *πυὸς*) *ὁ πυὸς ὀξυτόνως καὶ ἀρσενικῶς ἐν τῇ ιε΄ τῆς καθόλου φησίν.* Quodsi quis jam ex *Dindorfio* requirat, quid ita tandem *πύος* unice verum judicaverit, fateatur oportet, se id nescire, nisi quod in Herodiani (at quam docti grammatici) patrocinium hic quoque se contulerit. Quis igitur cum Herodiano scripserit *τέττικος*? Is interdum vanam quandam analogiam sequutus ab usu veritateque recessit. Et

---

18) Unus locus repugnat Alexidis ap. Athen. XII, 516 e, ubi *χόριον* etsi ad deminuendum valere, ut *βοτρύδιον*, videri potest, tamen magnam dubitationem habet, quum praesertim mox insequatur *χόρια*. Caeterum quo jure Athenaeus XIV, 646 e. *χόρια*, quae hic Aristophanes in cibis assis refert, in igni fervere dicit Theocritus IV, 19, inter medias *placentas* immiscuerit, statuant alii. Mihi sine ullo sensu videtur egisse.

19) Paullo superius ita loquitur Vir Eruditissimus: *Ῥυφεῖν Ionica verbi forma est, qua praeter alios Hipponactem usum esse constat.* Haec latine reddidit de graecis Photii 493, 17 *Ῥυφεῖν, τὸ ῥοφεῖν Ἱππώναξ.*

in hoc quidem nomine, *πνός*, jam veteres grammaticos magnopere de accentu dissensisse, ex Eustathio 1626, 5. 1877, 1, Etymol. M. p. 697, 3, Dracon. p. 77, 16, Arcadio 121, 22 intelligi potest. Ego *πῦος* magis probare soleo, non tam parte fretus grammaticorum, quam vel libro Ravennate, qui in Pace *ποῖός τις* (hoc est *πῦός τις*) suggerit, in Vespis autem 710 *πύῳ* retinet, vel hac ratiuncula, levi fortasse, quod *πῦος* contractione quadam effectum esse, ex Hesychii glossa *πύϊον*, tum ex *ποίη* ap. Galen. Gloss. Hippocr. concludo. Versu sexto *οὐδὲ σχαδόνες* jam *Brunckius* restituit, quum Codices reliqui *οὐ δὴ σχαδόνες*, Laurentianus autem *οὐδ' ἠσχαδόνες* exhiberent. *Schweighaeuserus* vero, ab his verbis novam inchoari constructionem ratus, accusativum a verbo *ἐπεκουρήσατε* suspensum de conjectura intulit *οὐ δὴ σχαδόνας*, quae ratio videri potest alteri illi etiam anteponenda esse: modo ne, ut percommodo vinculo ligat orationem, ita eadem vocem *οὐδὲ* admodum inique auferret. Ut nunc res est, proximo demum versu nova structura, non illa quidem sine quadam orationis asperitate subito inducitur. Tum ex hoc l. profecit Etymologus p. 439, 42 *Ἀριστοφάνης ἠτριαῖον λέγει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις.* Neque magis dubito, quin Pollux VI, 52 verba *ἠτριαῖον δέλφακος* ex hoc ipso loco potissimum sumserit. Versu septimo in Veneto, Codice primario, *οὐδὲ κάραβον μέγα* inventum est, quod tametsi ita defendi potest, ut genus neutrum cum verbo *κοπιώσαισιν* componas (nam omnino attice dicatur *μέγα κοπιᾶν* valde laborare), quis tamen non sentiat, multo melius consociari verba *κάραβον μέγαν* einen großen Meerkrebs, quam divelli, in eandem sententiam dicta, sicuti ab initio hujus capitis narravit Athenaeus: *παῖδες ἐπεισῆλθον φέροντες ἐπὶ δίσκων καράβους μείζονας Καλλιμέδοντος* —. Jam constructionem verbi *ἐπικουρεῖν τινί τι* ministrare alicui aliquid neque *Schweighaeuserus* alibi reperire potuit, neque ego usquam legisse videor, ut ea apud Atticos nihil fuisse videatur rarius. Sed tuentur eam et Euripidis versus Electr. 137 *ἔλθοις — πατρὶ θ' αἱμάτων ἐχθίστων ἐπίκουρος* —. et Sophoclis Oed. R. 498 *Λαβδακίδαις ἐπίκουρος ἀδήλων θανάτων*, id est aliis verbis *Λαβδακίδαις ἐπικουρῶν ἀδήλους θανάτους*: neque enim *ἐπίκουρός τινι* ferri posset, nisi verbum, unde illud nomen ortum est, Dativum adsciscere: compara Romanorum *obtemperatio legibus, insidiae consuli.* Denique ultimo versu libri *κοπιώσαις* prodiderunt, vitium a multis certatim emendatum. *Κοπιᾶν* legitur in Avibus v. 734. Verum cur, quaeso, mulieres fatigatae et adflictae dicuntur? Adhuc quorsum pertineret illud *γυναιξὶ κοπιώσαισιν*, nemo quisquam aperuit. Nunc, uti spero, manifestum est, mulieres die Calligeniae, convivio nondum inito, fessas inedia dici, propter *νηστείαν* jejunium die proximo toleratum. Caeterum tetigit hoc fragmentum etiam *Seidlerus* Ar. Fragm. p. 20, quo magis appareret, Graecos piscibus nonnullis et aliis quibusdam cupediis assis potius, quam coctis vesci consuevisse. Sed illae mulieres, quemadmodum cibo-

27

28

rum vel dulcedine, vel copia valde delectatae sunt, sic etiam largis poculis in convivio inter se invitarunt. Etenim Pollux IX, 67 sqq., quo loco de nummis veterum Graecorum exponit, paullum degressus a proposito, ita disputat: ὅτι δὲ οἱ τέτταρες χαλκοῖ ἡμιωβόλιόν εἰσιν, ἐν τῷ αὐτῷ δράματι Φιλήμονός ἐστιν εἰρημένον· ὀβολοῦ τὸ πρῶτον ἡμὶν ἠνέχθη πιεῖν, | καὶ τετ-
29 τάρων χαλκῶν [20]) μετὰ ταῦτα. Β. καὶ μάλα· | τρὶ' ἡμιωβόλι' ἐστί· χαλκοῦ θερμὸν ἦν. Ἐν τούτῳ καὶ πολλὴν ἀπορίαν τις ἂν ἐπιλύσαιτο, ὑπὲρ ἧς οἶδα πολλάκις ἀμφισβητήσας, εἰ παρά τινι τῶν ἀρχαίων θερμῷ χρωμένους ἐπὶ τοῦ πιεῖν ἐστιν εὑρεῖν. καὶ ταῦτα μὲν παρ' Ὁμήρῳ πολλὴν εἶχε τὴν ἀσάφειαν. — — Περὶ μέντοι πότου παρ' Ὁμήρῳ οὐχ οἷόν τε ἦν εὑρεῖν θερμὸν ὕδωρ ἐπὶ πότῳ, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις ἰατροῖς· καὶ γὰρ ὅταν Ἱπποκράτης εἴπῃ· τὸ ψυχρὸν πολέμιον νεύροισιν, ὀστέοισιν, ὀδοῦσιν, ἐγκεφάλῳ [21]), δῆλον, ὡς οἶδε τὴν τοῦ θερμοῦ προσφορὰν τοῖς ὀδοῦσιν. Ἐγὼ δὲ ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνους εἰρημένον· „τὸ χαλκίον θερμαίνεται" οὕτω πως ἤκουον, ὡς εἰς πότον εὐτρεπιζομένων τῶν γυναικῶν· ταυτὸν δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς Εὐπόλιδος Δήμοις ἐστὶν εἰρημένον. Ἀλλ' ὅτι οὐδὲ τοῦτο ἀποχρῶν ἐστιν εἰς πίστιν τῆς τοῦ θερμοῦ πόσεως, ὑπεναντιοῦτό μοι τὸ ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Γεωργοῖς σαφῶς ἐπὶ λουτροῦ εἰρημένον· Ἐξ ἄστεως νῦν εἰς ἀγρὸν χωρῶμεν, ὡς πάλαι δεῖ | ἡμᾶς ἐκεῖ τῷ χαλκίῳ λελου-
30 μένους σχολάζειν. Τοντὶ μέντοι τὸ παρὰ τῷ Φιλήμονι· χαλκοῦ θερμὸν ἦν, συνταττόμενον τῷ πιεῖν, ἀντικρυς δηλοῖ τὴν τοῦ θερμοῦ πόσιν· καὶ γὰρ τὸ λεπτὸν τοῦ νομίσματος οὐ λουτροῦ ἐστιν, ἀλλὰ πότου μέτρον. Non placet Pollux mire hic

---

20) Sic versum restitui, qui apud Pollucem misere depravatus est: ὀβολοῦ τὸ πρῶτον ἡμῖν ἐνεχθὲν, καὶ τ. χ. Saepe usum habent ἡμὶν ὑμὶν brevi ultima, πιεῖν autem adjeci ex ipso Polluce infra §. 70 συνταττόμενον τῷ πιεῖν. Ac ne quis forte verba ἠνέχθη πιεῖν composita mirari possit, locum adscribam, unum de multis, Luc. Catapl. c. 11 τὸ γὰρ τελευταῖόν σοι πιεῖν ἐνεχθὲν —. *Meinekius* p. 375 hic quidem a vero aberravit, sed duo, qui sequuntur, versus recte constituit. *Dobraeus* in Collatione Ranarum v. 562 „Caeterum apud Pollucem —sequitur paullo post IX, 67 Philemonis locus, ita fere legendus:

Α. ὀβολοῦ τὸ πρῶτον ἠνέχθη πιεῖν,
καὶ τεττάρων χαλκῶν μετὰ ταῦτα. *Β.* καὶ μάλα
τρὶ' ἡμιωβόλι' ἐστί. *Α.* χαλκοῦ θερμὸν ἦν.

An priora recte constituerim, nescio; sed loci sensum non vidisse Bentlejum ad Menand. CCLXXI. mirum est, praesertim post Jungermanni notam." — Hac igitur laureola sic prope, ut vides, praefloratа, aliis emendationibus novam laudem adpetemus *Meinckius* egoque.

21) Hippocratis locum a Polluce transscriptum adtulit *Hemsterhusius* Aphorism. Sect. 5. §. 18 τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ τὸ δὲ θερμὸν ὠφέλιμον.

haesitans et in clara luce tanquam caecutiens. Tametsi enim certum est, Graecos frigidam plerumque hausisse, quum caldam nisi raro non biberent, tamen quod ille scriptor per duo tantum locos, Hippocratis alterum, alterum Philemonis stetisse dicit, quo minus hunc potum in Graecia prorsus inauditum fuisse judicaret, vehementer errat. Scieus omitto Mnesimachum ap. Athen. IX, 402 f. *ψυχρὸν τοὔψον, τὸ ποτὸν θερμόν.* Athen. VIII, 352 b. *θερμοπότας* et XI, 475 d. *τὸ ποτήριον θερμοποτίδα καλουμένην*, quoniam haec omnia ad vinum aqua calida admixta pertinere possunt (*θερμῷ κεκραμένος οἶνος* graece dicitur vinum calda temperatum), ne illa quidem commemoro, quae *J. Lipsius* Elect. I, 4 et ad Tacit. Annal. XIII, 16 atque *Harduinus* ad Plin. H. N. XXXI, 23 collegerunt plurima: haec enim fere ad Romanos spectant, populum caldae amantiorem, quae apud illos in thermopoliis vulgo vendi solita est *): et quis nescit *decoctam Neronis*, de qua tyrannus vel moriens gloriatur ap. Sueton. Neron. c. 48? Sed Athenaeum vide, virum multo, quam Pollux fuit, doctiorem, paullo etiam, si quaeris prudentiorem, III, 123 a—f, ubi quum caldae potum *in conviviis* (*ἐν ταῖς εὐωχίαις*) minime ignotum Graecis fuisse sex septem locis perquam idoneis demonstrasset, deinceps ita perrexit: *μέλλοντος δὲ τοῦ κυνικοῦ τούτοις ἐπισωρεύειν τινὰ* —: facile ut appareat, plura etiam illi scriptori, quibus uteretur, veterum testimonia praesto adfuisse. Atque utinam, quemadmodum Eupolidis versus vix nominatos a Polluce integros apposuit:

τὸ χαλκίον 31
θέρμαινέ θ' ἡμῖν καὶ θύη πέττειν τινὰ
κέλευ', ἵνα σπλάγχνοισι συγγενώμεθα.

quibus quidem vere intellexit, rem, quam tum maxime agebat, multum adjuvari: sic placuisset ei etiam Thesmophoriazusarum versus, quos Pollux primoribus labris gustavit, totos apponere. Nescio enim, qua mente, ac potius qua impulsus amentia Pollux a se impetraverit, ut propter duo istos Agricolarum tetrametros tam in Eupolidis loco, quam altero Aristophanis *τὸ χαλκίον* de lavatione non minus recte explicari posse, quam de miliario in animum induceret. Id ille profecto non inconsulto jactare debebat, priusquam docuisset, in utraque comoedia homines quosdam, quo lavarentur, in balineas abisse. Et apud Eupolin quidem ecquaenam oriri potest hujus rei suspicio, ubi sacra fieri videmus, epulis, ut fieri solebat, exhilaranda, quando et aqua calida parari, et liba coqui jubentur, ut visceribus et mola vel farre vesci possent? De Thesmophoriazusis autem non possum, quin plane irascar Polluci. Cer-

*) Calda, certe *calidum* in thermopoliis Romanorum vendi solitum non fuit mera aqua calida, sed haud dubie admixtum est vinum.

tissimum est enim, (id quod Pollux ipse quamvis timide suadet [22]) ad convivium, in quo mulierculae scilicet non edebant solum, sed etiam vinum aliae, aliae caldam bibebant, verba poëtae
32 τὸ χαλκίον θερμαίνεται referenda esse: altera autem ejus ratio, versum in lotionem detorquentis, tota inanis est atque inridenda. Namque nostro in dramate (testor quum universam ejus compositionem, tum sanctitatem religionis) nullus omnino lavationis, cui feminae vacarent, usus esse potuit [23]). Quodsi eam rem hodie, tot partibus fabulae penitus exstinctis, certo confirmare licet, quanto facilius tertio circiter post Christum natum saeculo a Polluce verum investigari potuit, qui tum si non omnem comoediam amplius manu tereret, at immensam ex ea versuum multitudinem nullo negotio coacervasset? In his igitur quum tam foede lapsus fuerit Pollux, veniam mihi datum iri spero, etiam de tetrametris Agricolarum contra auctoritatem ejus tendenti, quos ego longe aliter puto interpretandos esse: *Ex urbe*, inquit Chorus rusticorum, *nunc rus eamus: jam dudum enim oportebat nos illic lotos caldae* (vel vino) *operam dare*, id est bibere, vel jam appotos esse ac poscere majoribus poculis. Caeterum Harpocratio s. Σηράγγιον tradidit, Serangii, notissimarum in Piraeo balnearum [24]), aliquo Agricolarum loco mentionem injectam fuisse: atque haec forsitan fuit Polluci ineundae illius explicationis causa. Attamen operae pretium est cum Polluce ipsum comparare Pollucem X, 66 οὐκ ἐπὶ τούτου μὲν γὰρ εὗρον τοὔνομα ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Γεωργοῖς· ἐπεὶ δ' οὖν εἴρηται ὁ τραπεζοφόρος, ἔστι καταχρῆσθαι τῷ ὀνόματι ἐκεῖ ῥηθέντι ἐπὶ τοῦ τὴν τράπεζαν φέροντος, ἢ ἐπῆσαν τοῖς ἄρχουσιν αἱ μυδρίναι. Ex h. l. clarum atque perspicuum est, Pollucem integram adhuc Aristophanis comoediam, quae est *Γεωργοί*, legisse. Quare etsi insignis est stupor Pollucis et incredibilis quaedam inscitia, vix tamen ei, qui Agricolas continuos legerat, ausim repugnare de fabula hodie amissa. De

---

22) Οὕτω πως ἤκουον, inquit. Millies in grammaticorum scriptis, ut Athenaei, Pollucis, aliorum ἀκούειν τι locum *in aliquam partem accipere, quadam ratione interpretari* significat: cujus mihi usus rationem ab aliis reddi cupio. Nam illud Homeri afferre

Ἡμεῖς δὲ κλέος οἷον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν

Ad nos vix tenuis famae perlabitur aura

paene vereor, ne non tam sit dictionem inlustrantis, quam ipsos potius auctores inludentis.

23) Inepte objicias, Graecos bene lotos (ut par erat) ad epulas venire solitos (λουσάμενον, vel λελουμένον ἥκειν ἐπὶ τὸ δεῖπνον): siquidem mulieres haud dubie domi corpus abluerant, atque in Thesmophorium, ut ibi coenarent, lotae jam antea conveniebant, non ut tum demum lavarentur. Graecum morem sequuti sunt Romani; Cic. De Oratore I, 7 quum lauti adcubuissent, Ibid. II, 60 manus lava — et coena.

24) Hesychius Σηράγγιον: βαλανεῖον. Adde *Hemsterhusium* Anecdot. p. 261.

Agricolis igitur satius erit quiescere et vel in errore Pollucis (subesse enim error potest) acquiescere. Sed, ut ad nostram fabulam revertar, jam pridem ego correxeram τὸ χαλκίον θερμαίνετε, quam conjecturam video nunc jam ab *Jungermanno* occupatam [25]) et ab *Hemsterhusio* tacite susceptam. Quamquam enim 33
θερμαίνεται in servam, facta esse, quae imperasset, dominae nunciantem satis apte cadere videtur (ut servus loquitur Pac. 843 ἡ παῖς λέλουται — ὁ πλακοῦς πέπεπται, σησαμῆ ξυμπλάττεται), tamen ut haec verba potius ab hera omnis morae impatiente ad servas dicta esse credam, in eandem fere sententiam, sicuti Dicaeopolis famulos nimium lentos instigat, Ach. 967 — 971, inprimis moveor magna illa similitudine loci Eupolidei. Et quoniam Pollux ambobus in locis idem se legisse affirmat, ut verba τὸ χαλκίον θερμαίνετε utrobique reperisse videatur, θερμαίνετε non tantum Aristophani reddam, verum etiam Eupolidi, in quo θ' tam parum habet elegantiae, ut retento θερμαίνεθ' mox κελεύεθ' substitutum malim. Postremo confer sis Antiatticistam Bekkeri 99, 21 Θερμαίνεσθαι: οὐ μόνον τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ καὶ τὸ λεβήτιον, ἢ χαλκίον. Θέρμετε δ' ὕδωρ in Ranis exstat v. 1335. Hom. Il. XIV, 7 — εἰσόκε θερμὰ λοετρὰ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη | θερμήνῃ —. Ad convivium, in quo potabant edebantque feminae, revocare licet Erotiani locum p. 284 ed. Franz. Οἶνος ἀνθοσμίας: ὁ εὐώδης καὶ ἡδύς· ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις (v. 1148) καὶ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις. Nam mulieres nostrae (et profecto etiam Atheniensium) dulci vino fere magis delectantur, quam gravi. *Dindorfius* tamen id fragmenti illis potius versibus, de quibus supra dixi, haud dubie Prologi Οἶνον δὲ πίνειν οὐκ ἐάσω Πράμνιον κτέ. videtur inserere: in quo me non habet magnopere repugnantem. Sed tota re fallitur *Spanhemius* ad Plut. v. 808, qui nostra fabula sublata aut Plutum, aut Ecclesiazusarum v. 1124 ἐκλεγομένας ὅ τι ἂν μάλιστ' ὀσμὴν ἔχῃ grammatico supponit. Similiter, ut hic, Phrynichus Bekk. 22, 9 Ἀνθοσμίας 34
οἶνος: ὁ ἡδὺς καὶ εὐώδης. Eadem verba οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου Aristophani Pl. 808 et Pherecrati ap. Athen. VI, 269, b. communia sunt. Caeterum Aristophanes in alio praeterea fragmento vini ejusdem mentionem fecit Epitom. Athen. I, 30 c: sed id quidem cur non alii potius comoediae, quam Gerytadi, adsignandum putem, certa causa moveor. Porro mulieres, quum cibos pararent, inter pinsendum ad tibiam cantasse, ex Athenaeo discimus XIV, 619 a. καὶ τῶν πτισσουσῶν ἄλλη τις (ᾠδὴ), ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις καὶ Νικοχάρης ἐν Ἡρακλεῖ χορηγῷ. Ubi *Casaubonus* apte contulit Pollucem IV, 55 καὶ ἕτερον πτιστικὸν (ᾆσμα, vel potius αὔλημα), ὡς Φρύνιχος ἐν Κωμασταῖς φησιν ὁ Κωμικός· Ἐγὼ δὲ νῷν δὴ τερετιῶ τὸ πτιστι-

25) *Pulo legendum* θερμαίνετε, inquit, ita imperantis feminis.

κόν. Καὶ Νικοφῶν ἐν τοῖς Χειροφάστορσιν· Ἀλλ' ἴθι προσαύλησον σὺ νῷν πτισμόν τινα. Ejusdem moris rationem duxit Aristophanes in Nubibus v. 1362 ὁ δ' εὐθέως ἀρχαῖον εἶναί φασκε τὸ κιθαρίζειν, | ᾄδειν τε πίνοντ', ὥσπερεὶ κάχρυς γυναῖκ' ἀλοῦσαν, ubi *Hermannum* consule in ed. IIda. Cochlear etiam, nempe in ea vicinitate, nominatum fuisse, Hesychius argumento est, *Βαρβός: μύστρον, ἐν Θεσμοφοριαζούσαις.* Caeterum *μύστρων* et *μυστροπώλαις* ex Hippolocho Macedone et Nicophonte Comico profert Athenaeus III, 126 e. Eidem loco etiam illud inligamus, non certo quidem indicio commoti, sed opinatione tamen haud absurda, Phrynich. Epitom. p. 321 Lob. *Κοχλιάριον: τοῦτο λίστρον* [legendum *λίστριον*, id quod fugit *Lobeckium*] *Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς λέγει· καὶ σὺ δὲ οὕτω λέγε.* Idem Phrynichus ap. Bekk. p. 51, 9 *Λίστριον: τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν καλούμενον κοχλιάριον κτέ.* Quare *λίστριον* dixisse Aristophanes recte visus est *Dindorfio* p. 233. Ac fieri potest, ut verba
35 *βαρβὸς, λίστριον* trimetrum clauserint. Jam vero quae de mundo muliebri vel sumtu feminarum immoderato agant, fragmenta bene multa ad nos pervenerunt. Primum enim Athenaeus XV, 690 d, quum disputet de perpressa sive bacchari, *παρὰ πολλοῖς δέ*, inquit, *τῶν κωμῳδιοποιῶν ὀνομάζεταί τι μύρον βάκκαρις· — — Ἀριστοφάνης δ' ἐν Θεσμοφοριαζούσαις·*

> *Ὦ Ζεῦ πολυτίμητ', οἷον ἔπνευσεν ὁ μιαρὸς*
> *φάσκωλος εὐθὺς λυόμενός μοι τοῦ μύρου*
> *καὶ βακκάριδος.*

Eadem de causa nostrum locum intelligi voluerunt, quamvis non nominatum, et Erotianus p. 106 *Βάκκαρις: εἶδος βοτάνης, καὶ μύρου, οὗ καὶ Ἀριστοφάνης μέμνηται*, et vero etiam C. Plinius H. N. XXI, 16 „Baccharis quoque radicis tantum odoratae est, a quibusdam nardum rusticum adpellatum. Unguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos, Aristophanes, priscae Comoediae poëta, testis est. Unde quidam errore falso *barbaricam eam appellabant.*“ Ultima certe corrupta, quidquid in explicando desudet *Harduinus*, feliciter sic refinxit *Salmasius: — baccarida ea appellabant*, ut Plinius eos falli confirmet, qui omne unguentum *βάκκαριν* vocitarint, quemadmodum Athenaeus quoque l. l. aliud esse *μύρον*, aliud *βάκκαριν* profitetur. Sed verbum *φάσκωλος*, pasceolum ex h. l. consignarunt Pollux X, 137 *ἵνα δὲ ἀποτίθενται αἱ ἐσθῆτες, — καὶ φάσκωλοι, ὡς ἐν Θεσμοφοριαζούσαις.* Cf. eundem VII, 79 et Harpocrationem, *Φασκώλιον, ἱματίων φορεῖον. φάσκωλον δὲ πήρα τις οὕτως ἐκαλεῖτο παρ' αὐτοῖς.* Et postquam *φασκώλιον* e Lysia protulit, adjecit *καὶ Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις.* Aut erravit Harpo-
36 cratio genere neutro tenere substituto, aut *φάσκωλος δὲ* corrigendum ex Aristophane, idque potius videtur. De verbis *φάσκωλος, φάσκωλον, φασκώλιον* multa et diversissima quidem vel tra-

dunt grammatici, vel fabulantur, Hesychius, Suidas, Ammonius, Etymologus, Moeris, Eustathius, Thomas Magister, alii: sed haec nihil sane ad Aristophanem. Cum primo versu lubet contendere Avv. 667 *Ὦ Ζεῦ πολιτίμητ', ὡς καλὸν τοὐρνίθιον*, Equit. v. 1387 *ὦ Ζεῦ πολυτίμητ', ὡς καλαὶ* atque Menandrum p. 123 Mein. *Ὦ Ζεῦ πολυτίμητ', οἷόν ἐστ' ἐλπὶς κακόν*. Quoniam autem in Codicibus scriptum est *οἷον ἔπνευσ'*, metro pessumdato, *Hermannus* in Praef. ad Epitom. D. M. p. XV *οἷον ἀπέπνευσ'* requisivit, *Dobraeus* autem in Addendis ad Aristoph. p. (105) *οἷον ἐνέπνευσ'* idque probavit *Dindorfio*. Atque hoc quidem etsi tum similitudine nititur verborum *ἐνετίλησεν* Ach. 332, *ἐνήργυεν* Vesp. 913, Aeschyl. Eumen. 118 *ὑμῖν ἐγκατιλλώψας μέγα*, tum defenditur versu Eur. Androm. 555 *κατ' οὖρον, ὥσπερ ἱστίοις, | ἐμπνεύσομαι τῇδ'*, tamen utroque illo haud deterius fuerit tertium emendationis periculum *οἷον ἐπέπνευσ'*, uti Vesp. 265 *κἀπιπνεῦσαι* et Soph. Antig. 136 *ἐπέπνει*. Sed nihil verius est, quam *ἔπνευσ'* pro *ἔπνευσεν* e librarii exisse officina, qui primam hujus verbi syllabam pro longa habuisset, Comicum autem *οἷον ἔπνευσεν* posuisse, quae ratio jam *Brunckio* placuit ac *Schweighaeusero*. Adparet, praegressa caesura semiquinaria, trimetri virtutem anapaesto isto haudquaquam imminui, ut vere monuit *Hermannus:* denique verbis *οἷον ἔπνευσεν — μοι* atticum loquendi genus contineri, vel duo loci satis demonstrabunt, Ar. Pac. 87 *καὶ μὴ πνεῦ μοι κακόν, ἀντιβολῶ σ'* et Aeschyli ap. Athen. I, 17 c. — *χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί*. Sic igitur converte: *Maxime Juppiter, qualem sceleratus saccus vix etiam so-* 37
lutus excitavit mihi unguenti baccharidisque odorem. Nam *λνόμενος* multi suffecerunt pro *λονόμενος*, primus *Dalecampius*, quum *soluta pera* pro interpretatione adferret. Tum fortasse ex hac fabula petitum haud longe ab illo l. distabat vocabulum *ξειρίς*, descriptum a Photio 308, 22 *Ξειρίς: φυτὸν ἀρωματικόν· Ἀριστοφάνης*. Argute Cicero ad Atticum II, 1 ideo mulieres ait bene olere, quia nihil oleant, quod dictum, (nisi id forte in proverbium abierat) sumsit a Plauto Mostell. I, 3, 116 PHI. Quapropter? SC. Quia ecastor mulier recte olet, ubi nihil olet. Adde sis versus, qui ibi sequuntur. Pecunia, quam feminae luxu diffluentes magnam sane perdiderint, in proximo fragmento dici videtur, quod Polluci debemus X, 152 *ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ δὲ* (de crumena loquitur) *καὶ σακίον, ὅταν φῇ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις·*

Σακίον, ἐν οἷσπερ τἀργύριον ταμιεύεται.

Nisi forte poëta ibi de sumtu ad diem festum celebrandum necessario loquutus est. *Σακίον* pro *σακκίον* Codd. Vossianus et Jungermanni. Idem VII, 191 *καὶ σάκκον μὲν καὶ σακκίον εἴρηκεν ἡ κωμῳδία*. Formam *σάκος* ab Atticistis commendatam (ut a Photio p. 497, 10 *Σάκος: οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι διὰ τοῦ ἑνὸς κ* metrum requirit Ach. 788, Eccl. 502, non item Lysistr. 1211; in Megarensem vero plane convenit *ἐς τὸν σάκκον* Ach. 711, id

quod diserte doricum judicat Phrynichus Eclog. p.257. Nam in Menandro p. 44 M. verum puto, *οἰδοῦσιν εἶτα σακίον ἔλαβον, εἰς ᾗ ὁδόν*, Connexionem verborum *σακίον, ἐν οἵσπερ sacculus e genere eorum, in quibus* illustrarunt *Porsonus* ac *Schaeferus* ad Eurip. Orest. v. 910 et ego ipse De Babylon. 28 not. Veteres pecuniam in crumenis, marsupiis, saccis, peris recondere solebant, quum vero iter facerent, plerumque in zonis argentum habebant. Caeterum vix dubito, quin e Thesmophoriazusis nostris fluxerit Phrynichi [26]) (quocum confer Photium p. 930, 9) glossa apud Bekk. p. 68, 30 38 *Ὑποσακίζεται τὰ χρήματα: ἀντὶ τοῦ ὑπαναλίσκεται, ὑποκενοῦται· ἀπὸ τῶν τὰ σακία κενούντων* (recte), *ἢ ἀπὸ τῶν τοῖς σακίοις διηθουμένων, οἷον οἴνου ἤ τινος τοιούτου. ὑποσακίζεται οὖν τὰ χρήματα, οἷον ὑποῤῥεῖ.* Forsitan verba *τὰ χρήματ' ὑποσακίζεται* vel — *ομαι* senarium finiverunt, similiter ac Nub. 242 *ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι.* In Eustathii loco impedito p. 940, 17—22 *σακεύειν* pertinet ad Herodotum IV, 23, tum *χρήμαθ' ὑποσακιζόμενοι* (sic) ad Phrynichi memoriam, eodemque refer verba *τοῦτο δὲ ἴσως καὶ ἀπὸ* 39 *τοῦ κατὰ μικρὸν ἐκκενουμένου σάκου.* Sed accedo ad aliud fragmentum. Scholiasta ad Plutum v. 159 *περιπέττουσι] διὰ τὸ τῷ προσθέτῳ κοσμεῖσθαι κόσμῳ. ὁ αὐτὸς Θεσμοφόροις· ὃς ἦν περίεργος αὐταῖσι τῶν φορημάτων, ὅσαι ἔτι περιπέττουσιν ἑαυτὰς προσθέτοις.* Sic Aldina et Juntina. In principio scribe *ὅσ' ἦν περίεργ'* cum *Toupio, Hemsterhusio, Porsono* et aliis, neque hic, ut in re perspicua, unum verbum commutabimus. In posteriore trimetro haeremus, qui a *Toupio* (Emendatt. Vol. II, p. 55) ita correctus est, ut *κόμαισι περιπέττουσιν αὐτὰς π.* sufficeret confirmans, sermonem esse de mulie-

---

26) Idem Phrynichus 23, 15 *Ἀκρατίσασθαι: τὸ μικρὸν ἐμφαγεῖν πρὸ τοῦ ἀρίστου. Ἀριστοφάνης· ἀκρατιοῦμαι μικρόν.* Haec verba cum trimetro Aristophanis: *τί τὸ κακόν; ἀλλ' ἢ κοκκύμηλ' ἠκρατίσω;* ab *Dindorfio* p. 208 non male conjuncta sunt, etsi fortassis ambo illi loci minime cohaerebant. Ego vero locum, cujus initium tantummodo Phrynichus adtulit, paullo pleniorem adjungam Athenaei Epitomen sequutus I, 11 c. *Ἀριστομένης· Ἀκρατιοῦμαι μικρόν· εἶθ' ἥξω πάλιν, | ἄρτου δὶς ἢ τρὶς ἀποδακών.*) Sic Lucianus D. Meretr. XII, 1 *τοῦ μήλου ἀποδακών.*) Aut scripsit ille, aut debuit scribere *Ἀριστοφάνης*, neque vero *Ἀριστομένης*, quae nomina alibi qnoque scimus confusa esse. Versum priorem servavit etiam Eustathius 1791, 37 poëtae nomine non addito. Obiter videamus Erotianum p. 178 *Ἡμιεκτέα: τὸ ἥμισυ τοῦ ἑκτέως. Ἑκτεὺς δὲ λέγεται Ἀττικὸν μέτρον, ἔχον χοίνικας ὀκτώ, ὡς φησι Μένανδρος ἐν Βοιωτίᾳ· Οὐκ ἔστιν ἑκτεὺς τοῦτο, μὰ τὸν Ἀσκληπιόν. Καὶ Ἀριστοφάνης· Ἑκτεὺς δέ ἐστιν ἓξ χοινίκων μέτρον.* MS. D. *χοινίκον*, MS. St. *ἑξαχοίνικον*. Hinc senarium, non *defectum*, sed omnibus numeris absolutum: *Ἑκτεὺς δέ γ' ἔστιν ἑξαχοίνικον μέτρον* restituas licet Aristophani, qui ita dixerat scilicet jocose ludens in origine vocis *ἑκτεύς*, qua mensura non sex, sed octo choenices contineri notum est. Innumerabilia alia fragmenta, quae ab *Dindorfio* pariter neglecta sunt, hic statim supplevissem, si modo nunc vacarem.

ribus, quae rem suam, ut fieri solere, meretricio cultu commendarint, et corporis vitia pictis vestibus et capillitio non suo obvelarint, atque evolvi jubens Xenoph. Cyr. Inst. I, 3, 2 *κεκοσμημένον καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ καὶ χρώματος ἐντρίψει, καὶ κόμαις προσθέτοις*. Sed praeterquam quod haec conjectura paullo audacior est, poëta de veste potius luxuriose exornata, quam de adscito capillo videtur loquutus esse [27]). Jam *Bentleji* (Class. Journal No. XXI, p. 134) emendationes, imo vitia animi causa apponam: *Ὅς ἦν περίεργος ταῖσι τῶν φορημάτων | Ὅσαι τι περιπέττουσιν αὐτὰς προσθέτοις*. *Dobraeus* autem (ad Plut. l. l.) quum recte monuisset, verba Scholiastae *διὰ τὸ τῷ προσθέτῳ κοσμεῖσθαι κόσμῳ* ad Thesm. locum spectare, *Porsoni* commentum quoddam haud satis dignum tanto viro, adjunxit: *Ὅσ' ἦν περίεργ' αὐταῖσι τῶν φορημάτων, | Ὅσαις τε περιπέττουσιν αὐτὰς προσθέτοις*. 40 Id vero quum antea paullo etiam magis corrupisset *ὅσαις δὲ* scribendo, nuper in tres editiones suas plane suscepit, unicus ille *Porsoni* mirator, *Dindorfius*. Infeliciter sane. Cedo, unde pendet adjectivum feminini generis *ὅσαις*? quae porro inter hos duo versus intercedit ratio grammatica? Quasi non appareat, integram plenamque sententiam toti fragmento reddi debere. Legendum vero *ὅαῖσι* sive *ᾠαισι περιπέττουσιν*, quod quidem egregie convenit. Haud parvum momentum facit is, qui caeteroquin in errore versatur, Eustathius 1436, 47 *ἔοικε δὲ μηδὲ εἶναι ᾠα. πρόσθετος διὰ τοῦτο ἡ παρυφή*. Rursus parum recte idem p. 1828, 52 *ὁμοίως δῆλον καὶ ὅτι οὐ πολυτελεῖς κατὰ τὴν ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα τοῦ Ὀδυσσέως χρυσῆν ᾠαν αἱ λοιπαὶ κυρίως ᾠαι, ἀλλὰ μηλωταί τινες, ὁποῖαι πολλαὶ καὶ μέχρι νῦν παρὰ τοῖς ἀγροίκοις*. Hic, et alibi quoque, omnino dicuntur *αἱ παρὰ τὰς ᾠας παρυφαί*, (verbis utor Pollucis VII, 66), quae fimbriae, utut inutiles ac prorsus *περίεργα φορήματα*, in tanta tamen parte elegantiae ponebantur, ut mulieres atticae sedulo se eis circumvestirent. Ita *πεζίδες* a Polluce l. l. ita definiuntur *αἱ παρὰ τὰς ᾠας παρυφαί*, Photius autem p. 404, 20 ex ipso Aristophane hausit haec: *πεζίδα: τὴν ᾠαν τοῦ ἱματίου*. Et quid potest clarius esse alio Pollucis loco, VII, 52. 53 init.? Quin etiam in Daetalensibus (fragmentum ipsum vide in dissertat. nostra p. 130, quod tamen nunc ita potius scribendum esse opinor: *τῶν ἱματίων ὅτε τὰς ὰς ἐποιήσατο*) *αἱ ὰι τῶν ἱματίων* item necessario existimari debent *αἱ παρυφαὶ* dictae esse. Denique Eustathio opponam Horati versus Satir. I, 2, 29 Sunt, qui nolint tetigisse nisi illas, | Quarum subsuta talos tegat *instita* veste; | Contra alius 41

27) Idem, quod *Toupius*, si minus dixit, at certe sequutus est *H. Stephanus* (Ind. Thes. in *Περιπέττειν*), quum explicationem proponeret hanc: *Comis appositiciis suorum crinium turpitudinem velant, seu, Coma appositicia sibi lenocinantur.*

nullam, nisi olente in fornice stantem, et Plutarchi locum T. VIII p. 254 *σακκοφόρον ἀνεῖλον, διότι παρυφὴν εἰς τὸν σάκκον ἐνέβαλε.* Jam vero minime dissimulamus, sententiam horum versuum:

> *Ὅσ' ἦν περίεργ' αὐταῖσι τῶν φορημάτων,*
> *ὅταῖσι περιπέττουσιν αὐτὰς προσθέτοις,*

apte inprimis ad Thesmophoriazusas posteriores respondere, quippe in quibus vestitum feminarum justo pretiosiorem acerbe notatum esse, aliae quoque, quas deinceps persequar, reliquiae iudicio sint: sed nihilō secius tamen fateor, me post diuturnam dubitationem ne nunc quidem satis cum animo statutum habere, an omnino nostram fabulam dicere voluerit Scholiastes. Scio, ita placuisse non tantum *Brunckio Dindorfio*que, sed jam prius *Gelenio, Porto, Kustero*, aliis, quorum pars etiam *Θεσμοφοριαζούσαις* cum antiqua lectione *Θεσμοφόροις* audaciter commutarunt. Caeterum nusquam illa comoedia *Θεσμοφόροι* adpellata est, sed constanter *Θεσμοφοριάζουσαι* (nisi quod Aoristum — *ἄσασαι* finxit Demetrius), neque omnino ad rem adcommodatus videtur hicce titulus *Θεσμοφόροι*, siquidem (*αἱ*) *Θεσμοφόροι* potius, ut equidem arbitror, mulieres dictae sunt, quae primum diem festum *τῆς Θεσμοφορίας* celebrarent. Accedit, quod apud Pollucem X, 122 in omnibus Codd. legitur *Ἑρμιππος ἐν Θεσμοφόροις:* cujus testimonio si prorsus confiderem, profecto suspicarer in Scholiastae loco, qui certe, ut *Hemsterhusius* ostendit, miris modis turbatus est, paullo ante alium quempiam excidisse Hermippi locum, ac tum *ὁ αὐτὸς Θεσμοφόροις* ad Hermippum referrem, haud ignobilem veteris comoediae poëtam, non ad Aristophanem. Nunc quoniam *Casaubonus*
42 (ad Athenaeum XV, 700 d) de fabulae illius Hermippeae fide derogavit incertissima conjectura *ἐν Φορμοφόροις* [28]), nihil nunc quidem decernere audeo ac satis habeo, tenuem fortasse, sed scrupulum tamen Viris Doctis injecisse. Veruntamen hac omni re iterum perpensa Scholiastae verba *ὁ αὐτὸς Θεσμοφόροις* tamen ad Aristophanem revoco et ad fabulam nostram. Ecce enim Eustathius quoque citat p. 1280, 63 *Ἀριστοφάνης Θεσμοφόροις* (comoediam dicit superstitem, v. 258). Praeterieus quasi observo, Dionysii, mediae scriptoris comoediae, fabulam *Θεσμοφόρος* nominari ab

---

28) Ne *Meinekio* quidem liquebat, vel intelligentissimo harum rerum judici, Qu. Scen. I, p. 31, etsi ita disputat, ut facile intelligas, hunc virum non ita multum isti conjecturae tribuere. Optime. Nam, ut eloquar, id quod sentio, falli videtur *Casaubonus*. Profecto multarum, quas docuerat Hermippus, fabularum ne nomina quidem hodie supersunt, de aliis vix pauci quidam versus ad nos pervenerunt: quid est igitur, quamobrem ullius fabulae memoriam, ab uno saltem grammatico commendatam, pro arbitrio aboleamus?

Athenaeo IX, 404 e. Subjungo aliud fragmentum, quod *Dindorfius* primus in loco reposuit, Aspasii ad Ethic. Aristotelis p. 58 a. ed. Aldin. — *βαυκίδων, ὅ ἐστιν εἶδος ὑποδημάτων Ἰωνικῶν, οἷς αἱ Ἰάδες χρῶνται, οὗ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις μέμνηται.* Pollux VII, 94 *τὰς βαυκίδας* fuisse dicit magni pretii calceos croceos, et muliebres. Adde Etymologum p. 192, 17 et, qui poëtae (sunt Alexidis ap. Athen. XIII, 568 b) verba adposuit *φελλὸς ἐν ταῖς βαυκίσιν | ἐγκεκάττυται*, Eustathium p. 1522, 11, praeterea Lexiphanem Luciani c. 10 *ἐνδρομίδας* (v. *Lobeck.* ad Ajac. 257) *ὑποδούμενος ἢ βαυκίδας* ac Bekk. Anecd. p. 235, 24. Et quoniam Pollucis locum VII, 93 *τὰ δὲ πλοιάρια καὶ ἀκάτια ὀνομάζει Ἀριστοφάνης, εἶδος ὄντα γυναικείων ὑποδημάτων* e Lysistratae versu 64 derivare non dubitavit *Jungermannus* (ex quovis autem alio Aristophanis versu, mihi crede, potius manavit), venia erit illud Pollucis ad nostram fabulam, tanquam in ordinem, redigenti. De industria omitto Photium p. 463, 21 *Προσχίσματα: εἶδος ὑποδήματος. Ἀριστοφάνης.* Fuit enim *πρεσβυτικόν*, non *γυναικεῖον*. Plurimas res, quae ad mundum muliebrem pertinerent, enumeravit poëta in longissimo 43
fragmento apud Pollucem VII, 95 sq. *Οὐδ' ἂν εἴη φαῦλον τούτοις ὑποθεῖναι λέξιν ἐκ Θεσμοφοριαζουσῶν Ἀριστοφάνους, ἐπεὶ πολλὰ εἴδη ἐν αὐτῇ περιέχει γυναικείων φορημάτων, ἃ καὶ τοῖς περὶ κόσμιον ἂν ἁρμόσειε, ταῦτα·*

Ξυρὸν, κάτοπτρον, ψαλίδα, κηρωτὴν, λίτρον,
προκόμιον, ὀχθοίβους, μίτρας, ἀναδήματα,
ἄγχουσαν, ὄλεθρον τὸν βαθὺν, ψιμύθιον,
μύρον, κίσηριν, στρόφον, ὀπισθοσφενδόνην,
κάλυμμα, φῦκος, περιδέραι', ὑπογράμματα,
τρυφοκαλάσιριν, ἑλλέβορον, κεκρύφαλον,
ζῶμι', ἀμπέχονον, τρύφημα παρυφὲς, ξυστίδα,
χιτῶνα, βάραθρον, ἔγκυκλον, κομμιώτριον.
τὰ μέγιστα δ' οὐκ εἴρηκα τούτων. Β. εἶτα τί;
Α. [*ἕτερά γ', ὅσ' οὐδεὶς μνημονεύσειέν ποτ' ἄν.*]
διόπας, διάλιθον, πλάστρα, μαλάκιον, βότρυς,
χλιδῶνα, περόνας, ἀμφιδέας, ὅρμους, πέδας,
σφραγῖδας, ἁλύσεις, δακτυλίους, καταπλάσματα,
πομφόλυγας, ἀποδέσμους, ὀλίσβους, σάρδια,
ὑποδερίδας, ἑλικτῆρας, ἄλλα πολλά θ', ὧν
οὐδ' ἂν λέγων λήξαι τις. . . . . . .

Adfert hunc locum etiam Clemens Alexandrinus Paedag. L. II p. 90 Sylb. (p. 245 Potter.), ubi sic exorditur: *Πάνυ γοῦν ἐπιψόγως πάντα τὸν γυναικεῖον καταλεγόμενος κόσμον Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις ὑποδείκνυσιν. Παραθήσομαι δὲ αὐτὰς τοῦ Κωμικοῦ τὰς λέξεις, διελεγχούσας ἀκριβῶς τὸ φορτικὸν ὑμῶν τῆς ἀπειραγαθίας.* Quae praefatio ejusmodi est,

ut existimare debeamus, ornamenta ista a viro aliquo cum gravi feminarum reprehensione recensita esse. Miror autem, quod populus, qui alioqui novas rogationes alias ex aliis ferre soleret, non
44 aliquando etiam Oppiam quandam legem de coercendo mulierum Atticarum luxu scribendam putavit. Quanquam L. Valerii oratio illa (Liv. XXXIV, 7) neque hominis est infacundi, et ad persuadendum satis adposita: Munditiae et ornatus et cultus, inquit, haec feminarum insignia sunt: his gaudent et gloriantur, hunc mundum muliebrem adpellarunt majores nostri. Quid aliud in luctu, quam purpuram atque aurum deponunt? quid, quum eluxerunt, sumunt? *quid in gratulationibus supplicationibusque, nisi excellentiorem ornatum adjiciunt?* Ego vero *Car. Aug. Boettigeri* perelegantem doctrinam mihi paullisper dari velim, qua instructus tot versus tam uxorios ac propemodum mulierosos facile explicare possem. Nunc molli brachio agendum est (quemadmodum dicitur) et fere in eo acquiescendum, ut potiorem lectionis varietatem proponam. Primum igitur ea verba, quae poëtae loco apud Pollucem antecedunt, sic scripta repetii, quemadmodum vulgo leguntur. Sed longe aliud quasi prooemium in Codicibus *Kuehnii*, *Vossii*, *Seberi* et *Jungermanni* inventum est: ᾽*Αριστοφάνης δὲ γυναικῶν ὑποδήματα καταλέγει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, ἃ καὶ τοῖς περὶ κόσμον ἴσως ἂν ἁρμόσειε, ταῦτα*. In quo certe *τοῖς περὶ κόσμον* prae lectione *τοῖς περικόσμιοις* ab *Hemsterhusio* propagata, sed ne graeca quidem, cum *Jungermanno* unice probamus. Verum de reliquis quid tandem censebimus? Nam varia calceorum muliebrium genera hic enumerari adeo non verum est, ut fortasse ne unum quidem calceamentum omnino commemoratum fuerit. Nam quod v. 10 *διόπας* reperimus, Hesychium ita disputantem: *Διόπαι: εἶδος ἐνωτίων, τινὲς δὲ, ὑποδημάτων* Hesychius ipse refellit: ᾽*Ενόπαις: ἐνωτίοις. τῇ προσῳδίᾳ, ὡς φιλόπαις* (vel *διόπαις*).
45 *Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσιν* (cf. Etymologum 344, 47). Refellit etiam Pollux V, 97. Similiter ineptias agit grammaticus Bekkeri 284, 3 male intellecto Polluce, ut opinor, *Ξυστίδες: οἱ μὲν, εἶδος ὑποδήματος, οἱ δὲ κόσμου γυναικείου* —. Recte idem paullo post linea 14. Vide Lysistr. 1189, Nub. 71, Polluc. VII, 49 ibique *Jungerm.* Attamen, quoniam non omnium verborum vim satis perspectam habemus, id quod summum est, haud invitus concedam, bis terve soccos soleasve vel similia nominari (ut versu 8, si tamen vere tradit grammaticus Bekk. 224, 8 *βάθρον* etiam dici *τὸ ὑπόδημα, ὃ καὶ ἐμβάς*; cui quidem ut plane credam, facit *διάβαθρον* diabathrum Alexidis ap. Athen. XIII, 568 b. aliorumque, videri potest *βάραθρον* joco adpellatum esse pro *βάθρον*, id quidem tanto magis, quum in Codd. *Kuehnii*, *Vossii*, *Jungermanni* scriptura quamvis vitiosa *βάθρον* exstet) *):

*) Festus: 'Diabathra, genus solearum Graecanicarum. Plaut. Aulul. III, 5, 37 et 39 Murrobatharii — Diobatharii (sic). Vide totum locum, in quo luxus mulierum quarundam Romanarum Plauti aetate exagitatur.

vero a me impetrare nullo modo possum, ut multa calceorum genera hic cumulari credam. Quapropter aut complures versus exciderunt, quod ut fieri potuerit, at in tanto Pollucis Clementisque consensu veri non admodum simile est, aut (itaque prorsus existimo) librarii vero titulo, quem vulgo habemus, sublato falsa quaedam atque inania excogitarunt, decepti loco, quem versus Aristophanis occuparunt, haud dubie parum commodo, quandoquidem Pollux in toto illo capite XXII calceorum formas (*ὑποδημάτων εἴδη*) persequitur. Qui neque illud satis reputasse videntur, Pollucem plus semel rerum ordini novum quid, ab instituto alienum, immiscuisse, et hic, quum ita loquutus sit *οὐδ' ἂν εἴη φαῦλον τούτοις ὑποθεῖναι*, causa etiam subjecta *ἐπεὶ κτλ.*, manifesto veniam petere digressionis suae, quam bene in ultimum caput rejecit. Venio nunc ad ipsos Comici trimetros, qui primum ad metri leges felici- 46
ter aptati sunt a magno illo viro, *Salmasio* in Exercitt. Plin. p. 1148 (p. 808 al. ed.), ad cujus exemplum deinceps *Jungermannus*, *Bruncki*us, alii se composuerunt. Versu 1 vulgo *νίτρον*, sed *λίτραν* Codd. *Kuehnii*, *Vossii*, *Jungermanni*, *λίτρον Seberi* liber, quod merito suscepit *Dindorfius* (et ante hunc *Bruncki*us diserte probarat ea recordatus, quae ipse ad Ran. 723 disputasset) Photium testatus 227, 23 *Λίτρον, οὐ νίτρον, Ἀττικοί· οὕτως Ἀριστοφάνης*. Cf. Eustathium 1436, 61. *νίτρον* Luc. Tragopodagr. 157. Versu 2 *προκόμιον*] Pollux II, 30 ibique *Jungermannus*. Caliendrum Horat. Sat. I, 8, 48. *ὀχθοίβους*] *ὀχθαίβους* vulgo Pollux VII, 65, sed *ὄχθοιβοι* Hesychius, *ὀχθοίβους* f. ex h. l. Photius 366, 5 et Pollux ipse V, 101, cujus haec verba sunt: *καὶ ἄλλους δέ τινας κόσμους ὀνομάζουσιν οἱ κωμῳδοδιδάσκαλοι, λῆρον* (Luc. Lexiph. c. 9) *ὀχθοίβους, ὄλεθρον, ἐλλέβορον, πομφόλυγας, βάραθρον, περιστέρια, σαμιάκια, σισύμβριον, σισάριον*· (In his quatuor verbis forsitan latet senarius Aristophanis ex h. f. Ad *σισάριον* adludit etiam Clementis *σιδήριον*.) *ὧν οὐ ῥᾴδιον τὰς ἰδέας συννοῆσαι, διὰ τὸ μηδὲ πρόχειρον εἶναι τινὰ κατιδεῖν, εἴτε σπουδάζοντες, εἴτε παίζοντες χρῶνται τοῖς ὀνόμασιν. Ἴσως δ' ἂν τοῖς κόσμοις προσήκοι καὶ τὸ ἔντριμμα, ψιμύθιον, ἔγχουσα, φῦκος, καὶ τὰ ὑπογράμματα.* Quam de joco inter seria aliquoties admixto suspicionem intulit grammaticus, eam firmo arbitror fundamento niti. Quis enim sibi persuadeat, *ὀλίσβους* v. 14 inter *ornamenta* mulierum serio referri? Quis non potius intelligit, hic quoque illud verbum suam potestatem retinere, quippe quod ludibrii causa alienissimo loco inculcetur? Neque minus pru- 47
denter idem Pollux de Platonis lusu simili monuit VII, 206. Confer Hesychii glossam *Ἄανθα: εἶδος ἐνωτίου παρὰ Ἀλκμᾶνι ἢ Ἀριστοφάνει*. Ubi Albertius conjectura *καὶ Ἀριστοφάνει* facile poterat supersedere. Ib. *Μίτρας*] Vide egregia apud *Schneiderum*, Lexic. Gr. in Appendice. Versu 3 Codices *ἄγχουσα*, cujus loco *ἄγχουσαν* scripsi cum *Salmasio*, *Ἔγχουσαν Dindorfius*, sequutus,

sat scio, quam recte, nescio Etymologum p. 313, 30 et Thomam M. p. 262. *Ὀλεθρον τὸν βαθὺν*] Hesychius *Ὀλεθρος βαθύς: ἔνιοι ἐπὶ κόσμου γυναικείου. ἀπώλεια.* Recte vero *Is. Vossius* idem ornamenti genus cum *ὀλέθρῳ τῷ βαθεῖ* designari judicat in alia Hesychii glossa: *Οἶτος: — ὅλεθρος — καὶ ὁρμίσκος τις ἐξ αἵματος.* Sic Codex: male *Guyetus ἐξ ἄμματος*, nec melius *ἐξαίρετος Vossius*. Emendo *ὁρμίσκος τις ἐξ αἱματχάτων*: vide Plinium H. N. XXXVII, 54. *Αἱματόεντα σάρδια* Pseudo-Orpheus dixit ac *σάρδια* infra versu paenultimo ipse nominat Aristophanes. Sic igitur propemodum mihi demonstrasse videor, quid poëta verbis *ὅλεθρον τὸν βαθύν*, quid praeterea scriptor incertus apud Hesychium verbo *οἶτος* sibi voluerint. Conferatur Chares Mytilenaeus ap. Athen. III, 93 d. V. 4. Clemens sic incipit, *Μίτρας, ἀναδήματα, νίτρον καὶ σιδήριον | Κίσηρι, στρόφιον, ὀπισθοσφενδόνην κτέ. Στρόφον*] „Vulgo *στρόφιον* et hic et apud Clementem. *στρόφον* ex Pollucis Codicibus (*Seberi*, *Kuehnii*, *Jungermanni*), *correxi.*“ *Dindorfius. Correxerat Hermannus*, Elem. D. M. p. 134. Compara Aeschyl. Sept. v. 871. *Hermanni* correctionem dubitanter reposui. Vide praeter Suidam ab aliis laudatum Antiattic. Bekk. 113, 30 atque Erotianum p. 613. Quum vero praeter Clementem Pollux ipse vulgatam lectionem confirmet, V, 96 *καὶ στρόφιον καὶ ὀπισθοσφενδόνην παρὰ Ἀριστοφάνει*, quumque imminuta forma saepe alibi, in ipso etiam Aristophane, usu venerit, haud scio, an metri vitium hoc modo
48 removere praestet: *μίτρον, στρόφιον, κίσηριν, ὀπισθοσφενδόνην.* (Hanc emendationem, veri sane simillimam, olim alicubi videtur protulisse *Hermannus*: quoniam *Reisigius* Conj. p. 33 „In Thesmophoriazusarum versu, inquit, in locum nominis *στρόφιον* est *στρόφον* revocandum e MSS. Pollucis: *transpositioni enim verborum*, *qua utitur Hermannus*, praeter hunc scriptorem refragatur Clemens Alexandrinus.“) Sin tamen recte habet *στρόφον*, metrum flagitat *κίσηριν*, repudiat *κίσσηριν*, sicuti *κίσηρις* in Alexide ap. Athen. p. 383 d. et sic Codices in Luc. Jud. Vocal. c. 4. Adjice Bekk. Anecd. p. 1389. Caeterum pumice haud dubie ad laevigandum utebantur mulieres, unde Ctesias Athenaei XII, 529 a. *καὶ κατεξυρημένον τὸν πώγωνα, καὶ κατακεκισσηρισμένον. Ὀπισθοσφενδόνην*] Eustath. ad Dionys. Perieg. init. v. 7 *οἱ δὲ παλαιοί φασι καὶ κόσμιον τινὰ γυναικεῖον σφενδόνην καλεῖσθαι, ὅμοιον τῇ τηλεβόλῳ σφενδόνῃ ὄντα, πλατὺν μὲν καὶ αὐτὸν τὰ μέσα, καὶ πρὸς τῷ μετώπῳ πίπτοντα, ἐκ λεπτοτέρων δὲ καὶ ὀξυτέρων τῶν ἄκρων ὀπίσω δεσμούμενον. ἦν δέ, φασί, καὶ ὀπισθοσφενδόνη παρὰ τοῖς Κωμικοῖς* (videtur nostrum locum spectasse), *ἐκ τοῦ ἐναντίου τῇ τοιαύτῃ σφενδόνῃ, διὰ τὸ γελοιότερον περιτιθεμένη τῇ κεφαλῇ, καὶ ὀπίσω μὲν ἔχουσα τὰ πλατύτερα, τὰ δὲ ὀξύτερα καὶ τὸν δεσμὸν περὶ τὰ ἔμπροσθεν.* Versu 5 Clemens *ὀπισθοκάλυμμα* et *περιδέρεα*. For-

ma *περιδέρρεον*, quam crebro in Codd. offendere licet, nostri loci auctoritate deterior habenda est. Ac jure eam minoris aestimavit Orus ap. Etymolog. 663, 48 *Ὑπογράμματα*] Etymol. M. p. 782, 12 *Ὑπόγραμμα: τὸ Ἀρματίου ὑπόμνημα, ᾧ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφουσι. καὶ ὑπογεγραμμένη, ἐστιβισμένη. Ἀρι-* 49 *στοφάνης.* Fortassis ex hac fabula. Cf. Phryn. Bekk. 68, 17, Photium 626, 13 et Hesychium s. v. Versu 6 *τρυφοκαλάσιριν*] Post h. v. vulgo additur in Polluce *γρύφωμια λάσειριν* per dittographiam, sed recte absunt haec posteriora ab aliquot Codd. Hesychius *τρυφοκαλάσιρις:* (*τρύφος καλασιρὶς* Codex) *ἔνδυμα γυναικεῖον.* Idem *Καλάσιρις: χιτὼν πλατύσημος, ἢ ἡνιοχικὸς καὶ ἱππικὸς χιτών. ἔνιοι δὲ, λινοῦν καὶ ποδήρη χιτῶνα ἰσχνόν. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις.* Photius 126, 20 *Καλάσειρις: χιτὼν πλατύς· δῆμος* [l. *πλατύσημος ἢ*] *πολεμικός· οὕτως Αἰγύπτιοι.* Aegyptiis ista vestis, *καλάσιρις*, vindicatur etiam ab Herodoto II, 81, Cratino ap. Schol. ad Ar. Avv. 1294, ubi *τούτοισι* pro *τούτοις* reposito Archilocheum metrum feliciter redintegravit Hermannus in Opusc. T. V, p. 296

Τούτοισι δ' ὄπισθεν ἴτω φέρων δίφρον Λυκοῦργος
ἔχων καλάσιριν.

(risit enim Lycurgum, ut Aegyptium, quum ipse, tum Pherecrates, et Aristophanes ibidem *ἴβις Λυκούργῳ*), Cephisodemo ibidem, Polluce VII, 71. Persis istum amictum tribuit Democritus ap. Athen. XI, 525 c. Cf. Etymol. M. 209, 22, Eustathium 391, 37 ac Suidam. Quum igitur plerumque *καλάσιρις* diceretur, Aristophanes *τρυφοκαλάσιρις* ejus loco posuit, ut excellens quoddam vestimentum hujusmodi significaret. Cum fructu consules versum Eurip. Phoeniss. 1505 *στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα τρυφῆς*, id est *τρυφοστολίδα*, si modo fas sit ita loqui. Male illic Scholiasta pro *τρυφᾶς* legit *χλιδᾶς*, pessime autem conjicit *Porsonus στολίδος — τρυφάν. Ἑλλέβορον*] hoc loco neglexit Clemens, qui modo attulerat e Nicostrato Comico: *ἁλίσεις, καθετῆρας, δακτυλίους, βουβάλια,* | *ὄφεις, περισκελίδας, ἑλέβορον.* Nec vero prae- 50 termittenda est Hesychii memoria, *Ἑλλέβορος: — ἢ κόσμος γυναικεῖος χρυσοῦς. Κεκρύφαλον*] Vox jam ab Homero usurpata, Il. XXII, 469 *ἄμπυκα, κεκρύφαλόν τε, ἰδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην.* Versu 7 *ζῶμια* vere ex Clemente assumsit *Dindorfius*, quum *ζῶσμα* in Polluce legatur. Evolve Pollucem ipsum VII, 51 atque Bekk. Anecd. 261, 24. *Ἀμπέχονον*] bene *Brunckius* e Codd. *Jungermanni* et *Kuehnii:* vulgo in Polluce *ἀμπεχόνη, ἀμπεχόνιον* in Clemente. *Ἀμπεχόνην Salmasius*, praeter necessitatem. Accedit Eustathii auctoritas p. 641, 47 *ὅθεν καὶ τὸ ἀμπίσχειν καὶ τὸ ἀμπέσχετο, καὶ ἡ ἀμπεχόνη, καὶ τὸ ἀμπέχονον παρὰ τῷ κωμικῷ.* Similiter idem p. 1560, 45 *ὅθεν καὶ τὸ ἀμπίσχειν, καὶ ἡ ἀμπεχόνη, καὶ τὸ ἀμπέχονον. Τρύφημα παρυφές*] Hic consentiunt Clemens et Pollux, nisi quod *τρύφημα* vulgo abest in grammatico, suppletum e Codd. *Jungermanni* ac *Kuehnii.*

Veruntamen emendationem ***Salmasii*** *πόρπημα* pro *τρύφημα* recepit ***Brunckius*** commendavit ***Dindorfius***. Et est sane prorsus improbabile, singulare quoddam feminarum ornamentum *τρύφημα* Athenis nominatum esse. Sed quamvis ita dicat Pollux VII, 55 *τὸ δὲ παρυφὲς* —, et Photius p. 388, 12 *παράπηχυ: ἱμάτιον τὸ παρ' ἑκάτερον μέρος ἔχον πορφύραν· τοῦτο δὲ καὶ πάρυφες καλοῦσι· τὸ δὲ κύκλῳ τὴν πορφύραν ἔχον, ἔγκυκλον*, tamen magnopere mihi persuasi, verba *τρύφημα παρυφές*, quae vulgo diremta sunt, conjungi debere: *ἐσθῆτα παρυφασμένην* adpellat Diodorus. Evolve Eustath. 1436, 47 sqq., Photium 394, 23—25. In Amoribus scriptoris ignoti, certe non Luciani, c. 3 *καὶ φαιδρὰ μὲν ἐσθὴς μέχρι ποδῶν τὴν τρυφὴν καθειμένη*. Qui *τὴν παρυφὴν* substituerunt critici, non scribas, sed scriptorem ipsum, tumidum hominem et ineptum, in ordinem coëgerunt. Versu 8 *κομμώτριον*] conjectura sive ***Jungermanni***, sive ***Salmasii***. *χιτώνιον* Clemens (qui modo *κιθῶνα* pro *χιτῶνα*), Pollux *κομμωτρίδιον*. Compara Ecclesiaz. 737 *ἡ κομμώτρια*. Clementis scriptura si forte in glossematis numero habenda est, ac non librarii vitium rursus ad *χιτῶνα* aberrantis, rescribendum esse opi-
51 nor *κροκώτιον* crocotulam, *tunicam* croceoeam. In hunc modum Thesmoph. 253, 261 Mnesilochus primo induitur *τὸν κροκωτόν*, ac tum demum sumit *ἔγκυκλον*. Vere Scholiasta Ravennas *δῆλον δέ, ὅτι τὸ ἔγκυκλον ἱμάτιον, ὁ δὲ κροκωτὸς ἔνδυμα*. Nec male etiam hic sociaveris verba *ἔγκυκλον, κροκώτιον*. Versu 9 Clemens prodidit optimum senarium: *Τὰ μέγιστα δ' οὐκ εἴρηκα τούτων. B. εἶτα τί;* Quem eundem olim apud Pollucem quoque exstitisse, fidem fecit Codex hujus scriptoris nescio quis apud Sylburgium: *Τὰ μέγιστα δ' οὐ λέγεις αὐτῶν ταυτὶ, διόπας*. Sic quidem ille, verum editur vulgo *ἕτερά τε ὅσα οὐδεὶς ἂν μνημονεύσειέ ποτε λέγων*, quibus verbis carent Codd. ***Kuehnii*** et ***Jungermanni***. ***Salmasius*** quum antea voces istas delendas esse judicasset (delevit autem nuper etiam ***Dindorfius***), mox, servato illo Clementis trimetro, subjecit hunc: *A. ἕτερά γ' ὅσ' οὐδεὶς μνημονεύσειέν ποτε*, quem ***Brunckius*** ita consequutus est, ut *ποτ' ἄν* recte sufficeret. Hunc versum nos quoque, quia in sententiam h. l. egregie cadit, addidimus, sed uncis inclusum, propterea quod fieri potest, ut vel librario acceptum referamus, posteaquam jam excidisset ille Clementis versiculus, id damni utcunque compensanti, vel ut his verbis diversitas scripturae quaedam contineatur, ad ultimas voces referenda *ἄλλ' ἀφ' ὧν οὐδ' ἂν λέγων, λέξαις*, quibus nihil unquam vidi magis portentosum. Versu 10 *διάλιθον*] ex aliquot Athenaei locis noram, V, 197 c. 198 f. 199. b. 202 e, Menandri ib. XI, 484 d. et XII, 538 d, ubi tamen adjective ponitur, ***gemmis distinctus***, non ut hic substantive. *πλάστρα*] *τρίγαστρα, πλάστρα* vulgo in Polluce, per dittographiam. Pro his v. MSS. ***Jungermanni*** *τίγαστρα* (sic) tantum-
52 modo. Recte Clemens *πλάστρα: πλάστρα* enim ad *inaurium*

genera revocantur a Polluce V, 97, ubi pariter a scribis turbae concitatae sunt. Deorum simulacra quaedam insculpta habebant, Hesychio teste: *Πλάστρα: ἐνώτια. καὶ θεῶν τύποι. Μαλάκιον*] Sic Pollux: Clemens *μολόχιον*. *Dindorfius μαλάχιον* repoui jussit Photii auctoritate 244, 2 *Μαλάχιον: κόσμος χρυσοῦς γυναικεῖος· οὕτως Ἀριστοφάνης.* Cui sententiae ut faveat Clementis *μολόχιον*, forma minus attica pro *μαλάκιον*, quemadmodum recentes Graeculi *μολόχη* pro *μαλάχη* dixerunt, at repugnat Pollux etiam alio loco V, 98, ubi *μαλάκια* ad collaria retulit, repugnat Hesychius *Μαλάκιον: γυναικεῖον κοσμάριον.* Denique cave *μαλάχιον* pro formatione magis attica temere habeas. Nam in Acharn. 438 librarii *σφογγίῳ* falso substituerunt, poëtam *σπογγίῳ* dedisse quum Ravennas testatur, tum loci Vesp. 600, Ran. 483, 488, Thesm. 247, Ar. Fr. p. 94 D, Pherecrat. p. 28 (ed. Runkel.). Tum *λίσπος* non *λίσφος* et Plato confirmat et Ar. Eqq. 1365 *ὑπολίσποις*, Ran. 825 *λίσπη*. In Lexiph. c. 2 optimi Codd. *βρακάνων*. Nempe *Piersoni* judicium ad Moer. p. 360 miror magis, quam admiror. Is ne *σκινδάλαμοι* quidem Comico eripere debebat Nub. 130, Ran. 818, Moeridis auctoritate, quae quam paene nulla sit, vel linea proxime antegressa argumento est, ubi *ψωμίζειν*, verbum ter ab Aristophane usurpatum, ad Hellenistas rejicit. Egregie enim *σκινδαλάμοις* favet praeter Codices (etiam Rav. Ven.) Phrynichus Bekkeri p. 27, 15 *Ἀνασχινδαλευθῆναι: διὰ τοῦ χ Πλάτων, ἄλλοι δὲ διὰ τοῦ κ.* Porro Moeris, Thomas aliique recte docent, *ῥέγκειν* attice dici, non *ῥέγχειν*, atque *σκνιπὸς* neque vero *σκνιφὸς* in Epitome commendat Phrynichus. Deinde idem Phrynichus in Epitom. p. 308 non modo *μόκλον* pro *μόχλον*, verum etiam *ἐφιόρκους* notavit pro *ἐπιόρκους*; idemque p. 307 *πανδοχεῖον* pro *πανδοκεῖον* suo jure improbavit. Valet ille Atticismus de vocibus aliquammultis (veluti recte Phrynichus p. 110 *ἀσφάραγος* anteponit formae *ἀσπάραγος*, cujus exemplis a *Lobeckio* collectis adjungo Varronis De L. L. V, p. 107 53 Sp. Asparagi quod — nisi Graecum: illic quoque enim dicitur *ἀσπάραγος*), sed minime de omnibus. Quamobrem, ut in re dubia, *μαλάκιον* retentum oportuit. *Βότρυς*] Hoc est *βότρυας*[29]), ut in Horis: *ὄψει δὲ χειμῶνος μέσου σικυοὺς, βότρυς, ὀπώραν*, in Pace 708, al. Sic meo periculo correxi: nam apud Pollucem *βότρυν* vulgo perscriptum est, quod vehementer miror tum ab editoribus grammatici, tum a *Salmasio*, *Brunckio*, et caeteris

29) Hac occasione invitatus Aristophanem pro *αἱ νῆες* semel *αἱ νῆς* dixisse, cujus formae apud atticum scriptorem alterum exemplum adhuc requiro, demonstrabo. Etenim in Acharn. v. 887 scribendum est:

κεἴπερ λάβοιτο τῶν νεῶν τὸ πῦρ ἅπαξ,
σελαγοῖντ' ἄν. *Δι. αἱ νῆς, ὦ κάκιστ' ἀπολούμενε,*
σελαγοῖντ' ἂν ὑπὸ τίφης τε καὶ θρυαλλίδος;

Verissima emendatio, quam non heri demum aut nudius tertius inveni. Comprobavit *Hermannus*.

cum vitio relinqui potuisse. Scilicet non una opus fuit, sed binis inauribus. Quin etiam, praeterquam quod *βότρυν* ex ultima litera verbi proximi *μαλάκιον* ortum est, errore perquam vulgari, Codices nostram adjuvant sententiam: siquidem et MSS. *Jungermanni* *βότρυς* exhibet, neque Clemens *βότρυν χλ.* habet, sed *βοτρυχλιδῶνα*, quod nescio sane, quamobrem ex *βότρυν γλ.*, quam ex *βότρυς χλ.* potius coaluisse arbitremur. Accedit Hesychii testimonium, *Βοτροιδία* (*Βοτρύδια*): *ἐνωταρίων* (Codex *Βοτροιδία*, *ἐνωτάριον ε.*) *εἶδος. οἱ δὲ βότρυς. ἢ Θεσμοφοριάζουσιν* (l. *ἐν*
54 *Θεσμοφοριαζούσαις* [30]). ***Salmasius*** autem (Exerc. Plin. p. 763) ut illud recte monet, *βότρυς* et *βοτρύδιον* genus inauris, ab uvae, vel racemi potius similitudine adpellatum esse, ita in Hesychio *οἱ δὲ βότρυν* perperam legi voluit. Postremo Pollux V, 97 consentiens cum Hesychio haec tradit: *ἐκαλεῖτο δὲ* (*ἑλλόβια*) *παρὰ τοῖς Κωμῳδοῖς καὶ — βοτρύδια*: unde concludo, inauribus, quae ab aliis Comicis *βοτρύδια* adpellata essent, forma quasi minuscula, Aristophanem nomen *βότρυς* imposuisse. Confer etiam Plaut. Menaechm. III, 3, 18 Amabo, mi Menaechme, inauris da mihi | Faciundas pendo duum nummûm, *stalagmia*. V. 11. *χλιδῶνα*] *χλίδωνα* hic et alibi reponi oportere censet ***Dindorfius***, a Theodosio in fidem receptus (ad Schol. Aristoph. Vol. III, p. 418) *τὰ εἰς δων λήγοντα βαρύτονα δισύλλαβα διὰ τοῦ ω κλίνονται — οἷον — χλίδων, ωνος· σημαίνει δὲ τὸν περὶ τοὺς βραχίονας κείμενον κόσμιον*. At non is est Theodosius, quem temere ac sine ullo judicio ducem sequi debeamus: quare exspecto adhuc, dum ***Dindorfius*** veram esse istam Theodosii sententiam demonstraverit. Haud inutile fuerit Pollucem adisse V, 98 *ὑποδερίδες*, — *ὅρμοι*, — *μαλάκια*, c. 99 *ἀμφιδέας*, — *χλιδῶνας* — *ὧν ἔνια καὶ τοῖς περὶ τοὺς βραχίονας ἐπονομάζουσι καὶ τοῖς περὶ τοὺς πόδας, μάλιστα δὲ τοὺς ἀμφιδέας καὶ τοὺς χλιδῶνας*. Quocum ita facit Hesychius, ut praeterea *χλιδῶνα* inter collaria etiam ornamenta habitum confirmet. Evolve sis etiam Athenaeum
55 XII, 525 c. f. et Stephani Thesaurum Londinensem p. 10626. *Ἀμφιδέας*] Clemens *ἀμφιλέας* Harpocratio *Ἀμφιδέαι: εἰσὶ περισκελίδες τινές. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις*. Vide etiam Galenum, qui rem acu videtur tetigisse, Explanat. Voc. Hippocr. 428 ed. Franz. *Πέδας*] ***Compedes*** Plin. XXXIII, 54. Cf. c. 12. Hic verbi usus Luciani tempore jam prope obsoleverat,

---

30) Temere *Dindorfius* *Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσας* sua opinione subrogavit, quod commentum idem ille Hesychius redarguit, *Βαρβύς: μύστρον ἐν Θεσμοφοριαζούσαις*. Ac multae multorum fabulae, poëtae nomine non adjecto, simpliciter adlatae sunt: quod tamen tunc demum factum esse, si non plures eodem titulo drama inscripsissent, et ratio ipsa evincit, et usus grammaticorum plerumque declarat. Quis igitur poëtarum Thesmophoriazusas docuit, praeter Aristophanem? Ego certe scio neminem.

quoniam in Lexiph. c. 9 risit eum et exagitavit *ἐκρότουν — καὶ πέδας τῇ θυγατρὶ τῇ ἐμῇ*, ubi Schol. *πέδας*) *ψέλια*. At non armillae fuerunt, sed tibialia, vel magis vincula quaedam in infimo pede, secundum veram Pollucis interpretationem V, 100. Adde Hesychium s. *πέδη* atque *πέδαι*, et Moerin quoque p. 331. Sed gravior his omnibus Clementis locus est, paullo ante verba Aristophanis: *πέδας δὲ περισφυρίους τὴν περὶ τοὺς πόδας ἀκοσμίαν τῶν γυναικῶν Φιλήμων ἐν Συνεφήβῳ προσεῖπεν· Ἱμάτια διαφαίνοντα καὶ πέδην τινὰ | χρυσῆν* p. 387 ed. Mein., quem vide) — *πεπεδημένας*. V. 12 *σφραγῖδας*] *σωραφίδες* Codex *Kuehnii*, mendose. Recte Pollux V, 100. Idem X, 167 *ἡ δὲ ἄλυσις οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ δεσμοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ γυναικείου κόσμου ὠνόμασται, παρὰ Ἀριστοφάνει* (all. *Ἀριστοφάνους*), *σφραγῖδας, ἁλύσεις. Φιλιππίδης δὲ ἔφη· Ἁλύσιον εἶχε τετταράκοντ' ἄγον δραχμάς*. Menander, p. 92 ed. M. *Περὶ τὸν τράχηλον ἁλύσιόν τί σοι δότω*, ubi ut *τὶ Meinekio* probatum in *τίς σοι* cum *Bentleio* mutetur, constans Atticorum usus, nisi me fallit, exposcit. Mitto locos innumerabiles, unum eligo Ar. Avv. 1188 *τόξευε, παῖε· σφενδόνην τίς μοι δότω*. Clemens vero haud ita multo ante sic concionatur: *ἢ γὰρ οὐχὶ κλοιὸς τὸ χρυσοῦν ἐστι περιδέρ[ε]ιον, καὶ οἱ στρεπτοὶ, οὔτε καθετῆρες καλούμενοι, ἁλύσεων ἐπέχοντες τρόπον, καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς αὐτῷ τούτῳ τῷ ὀνόματι ἁλύσεις κε-* 56
κλῆνται. Iidem igitur fuerunt *καθετῆρες* atque *ἁλύσεις*, quod Pollux neque contendit V, 98. nec tollit. Et quum *καθετὴρ specillum*, tum etiam nomen *κατάπλασμα* e re medica videtur fluxisse, ut quod ad instrumenta medicorum in Gerytade relatum videamus. Nam minus bene, ut puto, *Salmasius* h. l. *καταπάσματα* requisivit. Etenim *καταπλάσματα* non solum in Clemente reperitur, verum etiam apud *Sylburgium* in quodam Pollucis Codice: apud quem vulgo editur *καταπετάσματα*, sed *καταπέτασμα* e libris *Kuehnii* ac *Vossii* consignatum est. Fuisse autem *κατάπλασμα* idem propemodum cum *ψιμυθίῳ*, persuadet mihi versus Ecclesiaz. 878 *ἐγὼ δὲ καταπεπλασμένη ψιμυθίῳ*. V. 13. *Πομφόλυγας*] Moeris p. 301 *Πομφόλυγας: τὰ δερμάτια, ἃ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν αἱ γυναῖκες ἔχουσιν. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις*. Tu compara *bullas* Romanorum, quod ornamenti genus, plane ut *ἁλύσεις* et vicissim *πέδαι*, originem habet cum v. *πομφόλυγες* eandem, verumtamen potestatem diversam. Obiter moneo, Moerin, quum bis uteretur Thesmophoriazusis secundis, nusquam, quod ego sciam, primas adtulisse. *Ὀλίσβους*] Ita scriptum in omnibus libris apud Clementem, in multis etiam Codd. Pollucis, ubi *ὀλίσκους* in vulgares Edd. inrepserat. Sed Codex *Falckenburgianus*, omnium facile princeps, neque *ὀλίσβους* habet, neque *ὀλίσκους*, sed *σολλους βοεῖς*, scilicet inane monstrum. Versu ultimo Clemens *ὑποθεριδὰς*, Pollux vulgo *ὑποδέρεις* sed *ὑποδερεῖς* Codices *Kuehnii Jungermanni*que. *Ὑποδερίδας* primus suasit sive *Salma-*

sius, sive *Brunckius*. Vide Hesychium s. Ὑποδερὲς (Ὑποδερίς), ac Suidam s. Ὑποδερίδα. Ἑλικτῆρας] Pollux V, 97, Bekk. 57 Anecd. 248, 23. Restant ultima Pollucis verba: ἄλλ' ἀφ' ὧν οὐδ' ἂν λέγων, λέξαις, quae quum abesse a libris *Kuehnii* ac *Jungermanni*, in Clemente autem plane non exstare animadvertisset *Dindorfius*, ad ingenium rediit, hoc est verba emendationis admodum ambiguae expunxit. Quis vero est, qui non intelligat, hoc additamentum certissime genuinum putandum esse, sententiam autem, utcunque demum verba poëtae restitutum iveris, in eo verti: *aliaque ornamenta prorsus innumerabilia?* Sic, inquam, sentio, sic decerno, sic plane intelligo, non ex nihilo monstra ista nata esse, sed medici indigere paullo peritioris, quam *Dindorfius* egoque sumus. Quin etiam Clemens quum post ἑλικτῆρας sic pergeret: Ἐγὼ μὲν ἔκαμον καὶ ἄχθομαι λέγων τὸ πλῆθος τῶν κοσμίων· τὰς δὲ καὶ θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ὡς ἄρα οὐκ ἀποκναίονται, τοσοῦτον ἄχθος βαστάζουσαι. Extremos Aristophanis versus in orationem pedestrem transtulisse videtur. De conjecturis *Kuehnii*, *Salmasii*, *Brunckii* tacere praestat. Ego nuper (in Dissertatt. de Daetal. p. 73, not.) jeci magis, quam conjeci: ὑποδερίδας, ἑλικτῆρας, ἄλλα πολλά θ' ὧν | Οὐδ' ἂν λέγων λήξαι τις. Comparare licebat Sophocl. Electr. 1312 οὔποτ' ἐκλήξω χαρᾶς | δακρυρροοῦσα. πῶς γὰρ ἂν λήξαιμ' ἐγὼ —. Neque enim aut huic opinioni multum tribuere possum, aut illud pro certo habere, quod supra suspicatus sum, verba paullo ante posita ἕτερά τε — λέγων communem olim cum his nostris locum obtinuisse. Unum tantum addo, hoc toto in loco diversissima ornamenta saepe juxta adponi, justo eorum ordine tantopere turbato, ut ex hac ipsa omnium rerum permixtione risum captasse Comicus videatur, ut in Pluto 190 sqq. Et haec quidem nunc, dum ad ea propero, quae supersunt, de loco perdifficili ad intelligendum puncto temporis literis mandavi. Tot tamque varia or- 58 namenta recte laqueos dixeris, callide a mulieribus positos, quibus viri imprudentiores sese induerent. Atque hanc similitudinem Aristophani quoque placuisse, Phrynichus auctor est, ap. Bekker. 18, 23 Αἱ τῶν γυναικῶν παγίδες: τοὺς κόσμους καὶ τὰς ἐσθῆτας, αἷς χρῶνται αἱ γυναῖκες καλλωπιζόμεναι, παγίδας εἶπεν Ἀριστοφάνης. Haud dissimile illud est Amphidis Comici ap. Athen. XIII, 567 f, ubi de meretricibus tanquam de παγίσι τοῦ βίου loquitur. Adde etiam Lucian. DD. Meretr. XI, 2 — ἢ τὴν ἑτέραν, ἣν Παγίδα ἐπικαλοῦσιν. Sed brevem istam Phrynichi notationem e nostra potissimum fabula exemtam esse, quum *Dindorfius* suspicatus est p. 235, tum post ea, quae nunc dicam, nemini amplius poterit esse incertum. Intellexi enim (et quis non intelligat?), Thesmophoriazusis nostris scenam quandam insertam fuisse longe simillimam ei, quam in Lysistrata v. 829—953 videmus. In utroque dramate amor viri intemperantis a gemina causa ortus est, a longa Veneris intermissione, parem habuit pro-

gressum, marito diu multumque vexato, eundem denique invenit exitum, uxore vel nihil omnino gratificante, vel pro corpore nubem (ut sic dixerim) praebente. Myrrhina concubitum paullo ante ejuraverat, altera vero illa, quo minus obsequium amatori praestaret, religione impediebatur. Namque in Thesmophoriis Atheniensium matronas castitatem diligenter admodum custodivisse, quum non modo abstinentia cultum dearum praeparassent, verum etiam ipsis diebus festis cneorum, viticem (*λύγον* vel *ἄγνον*), conyzam aliasque herbas salutares exstinguendae libidinis causa sibi substernerent, e multis multorum testimoniis adparet manifesto, quae jam dudum a *Meursio* cum cura composita sunt [31]). Non liquet, quis fuerit alter ille Cinesias, qui captus amore et cupiditate flagrans subita coetui mulierum interveniret: ego vero, quod supra dixi, Euripidem fuisse videri, etiamnum ita teneo, ut tamen de eo acrius contendere nolim. Nunc igitur eas reliquias persequar, quas ad illum fabulae locum referendas esse censeo, et ita persequar, ut ab ambiguis orsus certas minimeque dubias subjungam. Nam quum satis credibile sit, virum muliebri habitu in Thesmophorium venisse, opinor ex hac comoedia petitum esse senarium Aristophanis ap. Eustathium p. 1166, 52 *Ἐνδὺς τὸ γυναικεῖον τοδὶ χιτώνιον.* Propius fidem atque adeo vix dubium, hunc in censum revocari debere alium item Comici senarium apud Galenum XII, p. 161 ed. Charter. *Χωρεῖ ὑπὶ γραμμὴν λορδὸς ὡς ἐς ἐμβολήν* [32]). Illud sine dubio: nostro dramati et huic quidem scenae tribuimus Zonarae locum p. 195 *Ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον ἀπῆει. καὶ πάλιν· ἀναπηδήσας ἐπὶ τὸν ἵππον. καί· ἀρξαμένους δ' ἀπὸ τοῦ ἀναβαίνειν ἐπὶ τοὺς ἵππους πάντα τὰ ἐν ἱππικῇ μελετᾶν.* (Loci Xenophontis) *Τὸ δ' ἀναβὰς τὸν ἵππον οὐ πάνυ δόκιμον. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις· ἀναβῆναι τὴν γυναῖκα βούλομαι.* Moeris p. 3

59

60

31) Utar hoc tempore satis opportuno, ut Luciano, si potuero, lucem adferam. Etenim quaenam fuerit *τῆς Θεσμοφόρου ἑορτὴ*, bis ab illo scriptore commemorata (in Timone c. 17 et D. Meretr. 7, 4). Viri Docti nesciunt, *Meursius*, *Solanus*, *Spanhemius* ac caeteri. Sed res extra omnem dubitationem ponitur loco Isaei *Περὶ τοῦ Κίρωνος Κλήρου* 19, 1—20, 7 B., unde discimus, binas e singulis pagis mulieres lectas fuisse, quae Thesmophoriis praeessent (*ἄρχειν εἰς τὰ Θεσμοφόρια*). Mox vero ibi sequitur in eandem sententiam: *αἱρεῖσθαι ἂν αὐτὴν συνιεροποιεῖν τῇ Διοκλέους γυναικὶ καὶ κυρίαν ποιεῖν ἱερῶν.* Jam diebus illis festis quum omnes castimoniae operam dare deberent feminae, tum illae maxime, quae sacra curarent. Atque hoc fundamento Luciani nititur aptissima comparatio.

32) Conferri possunt Euripides Herc. Fur. v. 869 *ἀμπνοὰς δ' οὐ σωφρονίζει, ταῦρος ὣς ἐς ἐμβολήν*, Thucyd. II, 89 *οὔτε γὰρ ἂν ἐπικλεύσειέ τις ὡς χρὴ ἐς ἐμβολήν*, atque Diodor. Sic. XIII, 99 *δοὺς ἔμβολον τῇ τοῦ Περικλέους τριήρει βιαιότερον.* Verbum translatum e re navali, e concursu et impactione navium.

Ἀναβῆναι τὴν γυναῖκα βούλομαι, Ἀττικῶς: ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν γυναῖκα βούλομαι, Ἑλληνικῶς. In Zonara *Piersonus* legebat non τὸ δ' *ἀναβὰς τὸν ἵππον πάνυ δόκιμον*, ut *Dindorfius* dicit insulse, sententia omni eversa, sed potius *Ἀναβὰς τὴν ἵππον πάνυ δόκιμον*. Idem apud Antiatticistam (Bekk. p. 80, 27) *Ἀναβῆναι τὸν ἵππον: ἀντὶ τοῦ ἐπιβῆναι. Θεόπομπος ἐν ἐπιτομῇ Ἡροδότου.* Corrigebat *τὴν ἵππον*. Sed in utroque fallitur. Theopompus enim *ἀναβῆναι τὸν ἵππον* dixerat pro *ἀναβῆναι ἐπὶ τ. ἵ.* vel *ἐπιβῆναι*, conscendere equum. Atqui apud ipsum Herodotum significat inire equam. Scilicet Atticistae ita praeceperant (quod non fugit *Tittmannum*), *ἀναβαίνειν ἐπὶ* vel *ἐπιβαίνειν ἐπὶ* de conscendendo equo dicendum esse, *ἀναβαίνειν τὴν ἵ.* de equa ineunda: nihil igitur quidquam ne in Zonara quidem mutandum est. Id vero, quemadmodum consuevit, refutare studet Antiatticista loco Theopompi, quippe in quo *ἀναβῆναι τὸν ἵππον* scriptum invenisset. Luciani exempla, Asin. c. 51 et c. 52, Eunuch. c. 13, denique Lexiph. c. 19 — *καὶ ταύτην νοσεῖν, ὅτι* (hoc est *et eo morbo laborare, quod* —. Male interpres.) *μὴ ῥεῖ. ὥστε οὐκέτι οὐδ' ἀναβαίνει αὐτήν, ἀλλ' ἄβατος καὶ ἀνήροτός ἐστι*, jam adposuerunt V. D., sed Mnesimachum Athenaei IX, 402 f. *ἀναβαίνειν ἐπὶ τοὺς ἵππους* aliaque longe plurima, quae favent Atticistis, neglexerunt. Caeterum minime de-
61 cerno, utrum acute viderint Atticistae, an potius (sane ita videntur) hic quoque fuerint justo severiores dicam, anne hebetiores. Sed Moeridis stuporem suaviter rideas, qui *ἀναβῆναι τὴν γυναῖκα* inter dictiones *atticas* numerare non dubitaverit, proinde quasi ista loquutione nihil Athenis fuerit tritius. Quanto rectius Lucianus in Lexiphane exagitat ridiculum istud loquendi genus: quod in Aristophane quidem magnopere laudamus; jocabatur enim sine controversia, ac fortasse tragicum aliquem, Euripidem sive Agathonem, ita dicentem fecerat. Quapropter nullo modo admirandum est, ex omnibus Graecorum scriptis duo tantummodo loquutionis *ἀναβαίνειν γυναῖκα* exstare exempla, Aristophanis unum, alterum in Lexiphane Luciani: certe ego tertium locum frustra quaesivi *).

---

*) *Ἀναβαίνειν γυναῖκα* tanto facilius dici poterat, quod salax mulier et in Venerem prona vulgo *ἵππος* nominata est. Vide intpp. Hesychii s. v. *ἵππον*. Adde jocosum nomen *Ἱπποκλείδης* in Ar. Fragm. p. 230. Similitudinem e re equestri sumtam esse adparet, ut in Vesp. 501

Κἀμέ γ' ἡ πόρνη χθὲς εἰσελθόντα τῆς μεσημβρίας,
ὅτι κελητίσαι 'κέλευον, ὀξυθυμηθεῖσά μοι,
ἤρετ' εἰ τὴν Ἱππίου καθίσταμαι τυραννίδα.

(Similis jocus est Ciceronis Philipp. II, 25 — magister equitum constitueretur. Tum existimavit, se suo jure cum *Hippia* vivere —.) Denique pauca quaedam cum dictione *ἀναβαίνειν γυναῖκα* conferre licebit, veluti illud Aetherii ap. Eustathium p. 1678, 58 *βαινόμενος βαίνων, ὁτὲ νυμφίος, ἄλλοτε νύμφη*, Hesychium s. v. *Νυμφόβας* et Arist. Ran. 48 *ἐπεὰ τένον Κλεισθένει.*

Paucis defungar de alio sive fragmento, sive quasi — fragmento apud Scholiastam Platonis p. 370 B. *ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀνιμένει, ἐπὶ τῶν φύσει ῥᾳθύμων καὶ ἀμελῶν, ἤτοι ἐπὶ τῶν μὴ προσιεμένων τοὺς λόγους τῶν προφασιζομένων. μέμνηται δὲ αὐτῆς Πλάτων ἐνταῦθα οὕτως „οὐ μέντοι μοι δοκεῖ προφάσεις ἀγὼν δέχεσθαι“ καὶ ἐν Νόμων ἕκτῳ „ἀλλὰ γὰρ ἀγῶνα προφάσεις φασὶν οὐ πάνυ δέχεσθαι.“ Αἰσχύλος δέ φησι Γλαύκῳ Ποντιεῖ· ἀγὼν γὰρ ἄνδρας οὐ μένει λελειμμένους. καὶ Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις β'* [33]). Similiter Photius p. 7, 12 *Ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις: τάττεται ἡ παροιμία καὶ ἐπὶ τῶν μηδὲν ὀνησαμένων εἰς σκῆψιν.* Existimo enim, virum eundem, qui paullo ante vana spe exsultans dixisset *Ἀναβῆναι τὴν γυναῖκα βούλομαι*, mox, muliere alias atque alias moras nectente, hoc proverbio usum esse. Originem hujusmodi dictionum atque vim, qualis esset, nuper in Dissert. De Daetalens. p. 115 62 ostendi. Eidem dramatis parti etiam hoc adsignaverim Pollucis VII, 66 *ἄντικρυς δὲ τὸ νῦν καλούμενον ὑπὸ τῶν γυναικῶν στηθόδεσμιον εὕροις ἂν ὀνομαζόμενον ἀπόδεσμιον ἐν Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνους·*

Τὴν πτέρυγα παραλύσασαν τοῦ χιτωνίου
καὶ τῶν ἀποδέσμων, οἷς ἐνῆν τιτθίδια.

Recte *Brunckius παραλύσασα*, sed falso idem[1], ut arbitror, *οἷς ἐνῆν τὰ τιτθία*: articulus enim optime ab hoc loco abesse potest. Praeterea adscribo Polluc. VII, 55 *ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ὁ τῶν παρθένων οὕτω χιτωνίσκος, οὗ παραλύσαντες ἄχρι τινὸς τὰς πτέρυγας —·* et VII, 62 *μέρη δὲ ἐσθήτων, πτέρυγες μὲν καὶ πτερύγιον, τὸ ἥμισυ τοῦ χιτωνίσκου*, Eur. Ion. 1143 *πτέρυγα — πέπλων.* (adde Hesychium s. *πτέρυγες* et *πτερύγια*). *Ἀποδέσμους* in hac ipsa fabula jam supra vidimus, *Ποιμφόλυγας, ἀποδέσμους —*, quibus accedat e Luciano D. Meretr. XII, 1 *ἡ δὲ φιλήσασα μεταξὺ τῶν μαστῶν ὑπὸ τῷ ἀποδέσμῳ παρεβύσατο.* Pollux autem paucis interpositis ita tum pergit VII, 67 *τὸ μέντοι γυναικεῖον ζώνιον οὕτω τε ἐκάλουν καὶ στρόφιον ὠνόμαζον, ὡς Ἀριστοφάνης· Ἀλλὰ τὸ στρόφιον λυθὲν | τὰ κάρυά μου*[34])*ξέπιπτεν.* Ego vero si id quoque fragmentum e Thesmophoriazusis sumtum esse videri dixero, non vereor, ne quis incredibilem rem inconsiderate a me adfirmari queratur, qui non solum viderit, utrosque versus a Polluce paene conjungi, (nam hoc quidem parvi facio) sed etiam meminerit, in illa ipsa Lysistratae scena Myrrhinam v. 931 haec ad Cinesiam dicere: *τὸ στρόφιον ἤδη λύομαι.* Jam vero Antiat- 63

33) „*β'* omittit Codex Clarkianus apud Gaisfordum in Lectionibus p. 171“ *Dindorfius.* Male omittit.

34) Pro *τὰ κάρυά μου* Codex *Falckenburgii καταρμου* sine accentu, quod certum esse solet vitii indicium.

ticistam Bekkeri [35]) consulamus p. 88, 28 *Διαλέξασθαι*: *Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις*. Quodsi comparaveris Phrynichi glossam, quae haud dubie ex eodem fonte manavit, apud Bekk. 37, 4 *Διαλέξασθαι*: *οὐ μόνον διαλεχθῆναι*, mecum ita statues, grammaticos graecos, ut pro vulgari *διαλεχθῆναι* non minus attice *διαλέξασθαι* dici posse declararent, nostrum maxime locum attulisse. Atque hic minime praetereundus est Pollux II, 125, qui scilicet spectavit eodem: *Ὑπερίδης δέ, διειλεγμένος ἐπὶ ἀφροδισίων. Ἀριστοφάνης δὲ διαλέξασθαι ἔφη*. Concubitum igitur poëta hoc leniore verbo per euphemismum quendam adumbravit, plane ut in Plut. 1082 et Eccles. 890. Antiquissimus hujusce usus auctor, quod meminerim, Solon est, quem ita loquutum esse certo efficitur e Plutarcho Vit. Solon. c. 20 *Εὖ δ' ἔχει καὶ τὸ μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τῶν συγγενῶν τοῦ ἀνδρὸς ᾧ βούλεται διαλέγεσθαι τὴν ἐπίκληρον, ὅπως οἰκεῖον ᾖ καὶ μετέχον τοῦ γένους το τικτόμενον*. Alia multa generis ejusdem collegit *Piersonus* ad Moerin p. 131 sq. Itaque adhuc fides Antiatticistae praeclare constat. Nunc duo alia vocabula transscribam, quae certo dramatis loco attribuere non licet (nisi forte *ἐπανορ-*
64 *θώσασθαι* ex Anapaestis delibatum fuerit), ex Antiatticista p. 78, 24 Bekk. *Ἀμεινόνως. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις*. Hic rursus ne ipse quidem Pyrrho adsensum cohibere audebit, ubi perpenderit, *εὐρυτέρως* in Lysistrata legi v. 419, *βελτιόνως* in Platone (*Schneiderum* audi ad Plat. Civit. T. II, p. 140), *καλλιόνως* in eodem (De Legg. p. 61 Ast.). Quin etiam ipse Antiatticista p. 78, 23 *ἀληθεστέρως*, 92, 24. 25 *ἐχθροτέρως* atque *ἐπιτηδειοτέρως*, 107, 26 *μειζόνως* e Platone ac Thucydide derivavit. Locos coacervarunt etiam *Elmslejus* ad Heraclid. 544, (quos subacto, quo pollebat, judicio inlustravit *Buttmannus* in Grammat. Vol. II, p. 269) et *Dindorfius* ad Panegyr. Isocrat. p. 43. Superest tertius quidam locus ejusdem p. 96, 25 *Ἐπανορθώσασθαι: Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις*. At vero hujus dicti veritatem convellere, imo vero exstinguere placuit *Dindorfio*. Non sane video, cur homini, quem bis vera retulisse compertum est, non etiam aliquando in obscuriore causa credi oporteat. Sed *Dindorfius*, qua est sagacitate, fortassis objiciet, auctorem, cui jam bis fidem habueris, tanto minus tertio loco sequendum esse. Hoc igitur missum faciamus, ac potius, quid *D.* novi

---

35) Memorabile est, quod idem Antiatticista ter prioribus utitur Thesmoph. 83, 9 (v. 904). 84, 29 (v. 809). 98, 12 (v. 742: hic quidem est *Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαις*). Sic etiam in *Συναγωγῇ λέξεων χρησίμων* ter adferuntur Thesmophoriazusae, bis posteriores, semel p. 451, 1 B. priores (v. 245). Mitto Pollucem, Scholiastam Platonis aliosque grammaticos, quorum eandem esse rationem facile intelliges. Hinc colligo, hanc fabulam perdiu integram servatam esse, donec de grammaticorum manibus sensim excussa postremo penitus evanesceret.

attulerit, contemplemur. Ait enim p. 19, verbum Antiatticistae ἐπανορθώσασθαι non ad Thesmophoriazusas, sed ad Lysistratae versum 528 pertinere videri, ubi hodie legi ἐπανορθώσαιμιεν ἂν ὑμᾶς, Antiatticistam autem ἐπανορθωσαίμεθ' ἂν ὑ. in exemplari suo invenisse. Haec ***Dindorfius***, qui mirum, ni Thomam Magistrum consequutus sit p. 333 ἐπανορθοῦμαι κάλλιον, ἢ ἐπανορθῶ. Verum enimvero Attici dixerunt tum ἐπανορθοῦν τινα, tum ἐπανορθοῦν τι, sed Medium semper de rebus usurparunt ἐπανορθώσασθαί τι, neque usquam ἐπανορθώσασθαί τινα de personis 65
dictum valet corrigere aliquem. Exempla, quae Codicum scripturae in Lysistrata respondeant, haec habeto, Platon. Theaetet. p. 369 Hdf. ἐν δὲ τῷ διαλέγεσθαι σπουδάζῃ τε καὶ ἐπανορθοῖ τὸν προσδιαλεγόμενον. Xenoph. Memorabil. II, 4, 6 — σφαλλομένους δὲ πλεῖστα ἐπανορθῶν. Isocrat. ad Demonic. 3, 5 B. ἐγὼ δὲ τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐπανορθῶ. Archidam. 72, 3 B. ἐξ ὧν ἐπανορθώσουσιν ἡμᾶς. In Lexicis adfertur ex Aristotele, loco non indicato, ἐπανορθοῦν τοὺς πλησίον. Quin Herodianus etiam p. 464 Lobeck. ἐπανορθῶσαι δὲ λόγῳ (ἐπὶ τῶν ἡμαρτημένων hoc vult, ἐπανορθοῦν esse corrigere aliquem s. aliquid. Recte. Falso autem Pollux III, 100 conjungit νουθετεῖν et ἐπανορθοῦσθαι: melius idem VI, 115. 140. 141. IX, 139. Unum tantummodo scio, qui sententiae meae semel adversetur, sed minime atticum scriptorem, Aelianum V. H. 14, 13 οἷον ἐπανορθούμενος αὐτόν. Haec si vere disputata sunt, ***Dindorfii*** conjectura ἐπανορθωσαίμεθ' ἂν ὑμᾶς plane indigna Aristophane et omnis suspicio quam maxime inanis censenda est, simulque illud adparet, ἐπανορθώσασθαι in Thesmophoriazusis de re quapiam dictum fuisse, neque vero de homine. Restat, ut caeterorum generum locos quasi per saturam adjiciamus. Ac valde hoc verbo delectatur Isocrates, Panegyr. c. 43 ἅπαντα ταῦτα ἐπηνωρθώσαντο (Cf. Philippum 152, 1 B.). Archidam. 85, 4 B. ἐπανορθώσομεν τὴν πόλιν. De Pace 183, 1 ἔστι δ' ἐξ ὧν ἂν ἐπανορθώσαιμεν τὰ τῆς πόλεως καὶ βελτίω ποιήσαιμεν. Areopagit. 15, 3 οὐδὲ σκοποῦμεν ὅπως ἐπανορθώσομεν αὐτὴν (sc. τὴν πολιτείαν). Archidam. 48, 5 τὰς τοιαύτας συμφορὰς αἱ πόλεις ἐπανορθοῦνται πολιτείᾳ χρηστῇ. Ad Demonic. 5, 1 οἱ δὲ τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπανορθοῦ- 66
σιν. Platon. Conviv. p. 385 B. ἐγὼ οἶν πειράσομαι τοῦτο ἐπανορθώσασθαι. Thucyd. VII, 77 οἱ Ἀθηναῖοι τὴν μεγάλην δύναμιν τῆς πόλεως, καίπερ πεπτωκυῖαν, ἐπανορθώσοντες. Demosth. Olynth. 1, 10 B. ταῦτ' ἐπανορθωσαμένη. In Dionysodor. 43, 4 ἐπανορθούμενοι τὸ ἀκούσιον σύμπτωμα. νῦν δ' οὐχ ὅπως ἐπηνωρθώσαντο —. Lucian. Jov. Trag. 42 πειράσομαι ἐπανορθώσασθαι αὐτά. Saturnal. 23 ἢν ταῦτα ἐπανορθώσῃς καὶ μετακοσμήσῃς —. Ibid. c. 11 τὴν πενίαν ἐπανορθώσομαι ὑμῖν Dionys. Halicarn. IV, 24 ἐπανορθοῦσθαι μέντοι φημὶ δεῖν τὰ δυνατά. Aelian. Var. Hist. III, 17 ἐπηνώρθωσαν γὰρ τὰ κοινά.

Incert. Vit. Decem Rhetor. in Lycurgo: *πολλὰ τῆς πόλεως ἐπηνώρθωσε.* Polluc. IV, 39 *ἐπανορθούμενος τὰ τῆς γνώμης ἀῤῥωστήματα.* Denique adjungas licet *Lobeckii* copias ad Phrynichum p. 250. Virum, qui tali tempore mulieris desiderio exarsisset, in Thesmophorio, imo in proscenio spem frustratam esse, clarum erit Photium legenti (licet res abunde pateat per sese (p. 235, 6 *Λύκος ἔχανεν: παροιμία. λέγουσι δὲ τὸν λύκον, ἐπειδὰν ἁρπάσαι τι βούληται, κεχηνότα παραγίνεσθαι ἐπ' αὐτό· ὅταν οὖν μὴ λάβῃ, ὃ προαιρεῖται, κατὰ κενοῦ αὐτὸν χανεῖν φασίν· ἐπὶ τῶν συνελπιζόντων χρηματιεῖσθαι, διαμαρτανόντων δὲ λέγουσιν· Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις β'.* Photium more suo compilavit Suidas, glossa tota ad verbum retenta, nisi quod ita incipit: *Λύκος ἔχανεν: ἐπὶ τῶν ἐλπιζόντων τι ἕξειν, διαμαρτόντων δὲ τῆς ἐλπίδος. λέγουσι δὲ κτλ.* et (omitto *κατὰ κενὸν*) mox scriptum exhibet *ἐπὶ οὖν τῶν συνελπιζόντων.* Quum particula necessario requiratur, apud utrumque grammaticum, sublato verbo *συνελπίζειν*, emendamus: *ἐπὶ τῶν οὖν ἐλπιζόντων* —. Proverbium ipsum duplicem habet potestatem: aut enim in hominem
67 dicitur rapacem atque infidum (sic fere Lysistr. 629), aut in eum, qui praedae frustra inhiasset, sive qui concepta spe excidisset. Etsi usus posteriorem vim magis confirmavit, quam huic voci tribuunt etiam Hesychius et Paroemiographi. Ut videri possit hujus proverbii natura, quemadmodum bene multorum in ipsa ejus obscuritate consistere, tamen Aristophanes, ut opinor, ambiguum istud *Λύκος ἔχανεν* tam apte cum aliis verbis connexuerat, ut de sententia nulla oriri posset dubitatio. Nam et Lucianum in Gallo c. 11 (cui Scholiastam adhibeas) posuisse videmus: *εἰσῆειν οὖν μάτην λύκος χανὼν παρὰ μικρόν*, et Euphronem Adelphis ap. Athen. IX, 380 b. *χανεῖν λύκον διὰ κενῆς*, et Eubulum in *Αὔγῃ* ibid. XIV, 622 f. *μή ποθ' ὡς λύκος χανὼν | καὶ τῶνδ' ἁμαρτὼν* —. Caeterum hac re iterum perpensa jam vix crediderim, proverbium *Λύκος ἔχανεν* ab Aristophane de ejusmodi viro positum fuisse, qui sperata Venere excidisset. Nam loquutio ipsa sic comparata est, ut optime cadat in civem, qui peculatum publicum facere frustra studuerit, quales tum Athenis permulti fuerunt. Quid, quod Photius l. l. satis clare significat, proverbio illi hanc ipsam vim ab Aristophane tributam esse. In extrema autem hac scena, nisi fallor, sedem et quasi domicilium invenerat illud verbum, quod Photius 204, 10 et ex eo rursum Suidas [36]) susceperunt, *Λακωνίζειν: παιδικοῖς χρῆσθαι· Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις β'.* Sic enim cum animo statutum habemus, verbum illud in simili nexu collocatum fuisse, ut in Lysistrata v. 1092 dixit Polycharides: *ὥστ' εἴ τις ἡμᾶς μὴ διαλλάξει ταχὺ, | οὐκ*

36) Suidae glossam s. *Λακωνίζω* non libet totam repetere: adeo absurda est.

ἔοθ' ὅπως οὐ *Κλεισθένη βινήσομεν.* Accedo jam ad Scholiastam Vesparum v. 1038 (1033) *τοῖς ἠπιάλοις — καὶ τοῖς πυρετοῖσιν*) *ἠπίαλος τὸ τοῦ* [37]) *πυρετοῦ κρύος. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις* (Nubes intelligit *priores*) *καὶ Θεσμοφοριαζούσαις· ἅμα δὲ* (δ') *ἠπίαλος πυρετοῦ πρόδρομος.* Omnino frigus aestum febri- 68
citantis praecedit: Lucianus ad Hesiodum c. 8 — *ἠπίαλος οὐ μικρὸς ἐπιπεσεῖται τῷ τοιούτῳ, καὶ — ὅτι καὶ θέρμη μετὰ ταῦτα, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐπιγενήσεται*, et cujus hic in regno sumus, Erotianus p. 172 *Ἠπιαλώδεες πυρετοί*) *οἱ μετὰ φρίκης καὶ ῥίγους γινόμενοι.* Neminem fugiat, versum illum ex Anapaestis evulsum esse, utrum vero e dimetris, an e tetrametris, minime definio. Sed repudiare non possum opinionem, quae mihi nata est, haud improbabilem, huc inquam pertinere Pollucis locum IV, 186 *ῥῖγος, ἠπίαλος — πυρετὸς —. θέρμα καὶ πῦρ Ἀριστοφάνης ἔιρη, Ὁ δ' ἔχον θέρμα καὶ πῦρ.* Hinc *τὸ θέρμα* Aristophani obtrudunt *Jungermannus* ac *Ruhnkenius*, dubitare se ostendit *Lobeckius* ad Phryn. p. 331, ego id credere nullo modo possum. Post *πῦρ* addit *Falckenburgius* ἦκε, nempe e libro suo. Facili igitur opera Anapaestum dimetrum recuperaverimus,

Ὁ δ' ἔχων θέρμαν (s. *θέρμας*, s. *θέρμην*) *καὶ πῦρ ἥκει.*

Peropportune accidit, ut parabasis, non minimum profecto hujusce comoediae decus, certe non omnis interiret. Hujus ego septem vel novem adeo versus (tot enim aetatem tulerunt) jam paullo adcuratius tractabo. Quaeris, qui sciam, illos versus e parabasi, ac non potius ex alia fabulae parte depromtos esse. Quia in primo fragmento Cratetem Comicum per ora hominum salse traducit, in secundo suammet ipse poësin et praecipue nostrum drama laudibus effert, in tertio eam, quam tum maxime docebat, fabulam propter facetias non ante auditas novitatis habere commendationem demonstrat. Quid igitur aliud, quam ea profert, quibus exponendis parabasis in antiqua comoedia proprie destinata est? Tum dictio, qua utitur, *βοᾶν* vel potius *καλεῖν εἰς χορὸν* non convenit nisi in ipsum Chorum. Adde, quod metri genere sententia mea inprimis confirmatur, paeonico versu tetrametro, sive 69
quadrato. Nam Diomedes grammaticus p. 506, quum de metro ageret paeonico, dilucide posuit verba: *Hoc ἐν παραβάσει Aristophanes composuisse creditur.* Neque ego, in deliciis hunc versum fuisse Aristophani, sum nescius: eodem enim metro usus est etiam in Acharnensibus, Vespis, Agricolis, Avibus, Tagenistis atque alibi, nisi me fallit animus: sed nusquam (unos excipio, si forte, Agricolas, imo ne hos quidem) in parabasi. Quare Diomedis illa literarum memoria ad Thesmophoriazusas, fortassis etiam ad alias quasdam deperditas comoedias referenda est. Pri-

37) Scripserat *τὸ πρὸ τοῦ*, ut Hesychius s. *Ἠπίαλος*, *ῥῖγος πρὸ πυρετοῦ* et s. *Ἠπιαλῶν. τὸ γὰρ πρὸ τοῦ πυρετοῦ ῥῖγος —.*

mum igitur locum, quo totius parabascos initium contineri probabile est, Athenaeo debemus, III, 117 c. *παρέλιπεν ὁ τένθης Ἀρχέστρατος συγκαταλέξαι ἡμῖν καὶ τὸ παρὰ Κράτητι τῷ κωμῳδιοποιῷ* [38]) *ἐν Σαμίοις λεγόμενον ἐλεφάντινον τάριχος, περὶ οὗ φησιν·*

Σκυτίνῃ ποτ' ἐν χύτρᾳ τάριχος ἐλεφάντινον
ἕψε ποντιὰς χελώνη πευκίνοισι κύμασι.
καρκίνοι ποδάνεμοί τε καὶ τανύπτεροι λύκοι
ὑσοριμαχεῖν ἄνδρες οὐρανοῦ κατττύματα.
παῖ' ἐκεῖνον· ἄγχ' ἐκεῖνον. ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα;

ὅτι δὲ διαβόητον ἦν τὸ τοῦ Κράτητος ἐλεφάντινον τάριχος, μαρτυρεῖ Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις διὰ τούτων·

Ἦ μέγα τι βρῶμ' ἔστιν ἡ τρυγῳδοποιομουσική,
ἡνίκα Κράτητί τε τάριχος ἐλεφάντινον
λαμπρὸν ἐκόμιζεν, ἀπόνως παραβεβλημένον,
ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐκιχλίζετο.

Samii Cratetis sine dubio paullo ante, quam Thesmophoriazusae IIdae ab Aristophane docerentur, editi erant; neque enim aliter
70 loci a Cratete positi rationem habuisset Aristophanes. Sed elegans Cratetis locus, quo valeret, prorsus fugiebat *Casaubonum* et *Brunckium*, quum quidem, quale tandem aut cujus generis fuisset *elephantinum salsamentum*, serio quaererent: *Schweighaeuserum* non fugit, vere monentem, poëtam tantum ludicram quandam vocabulorum copulationem sequutum esse: quae jocandi ratio, si ea et raro utare, et verisimilia cum iis, quae fieri omnino nequeunt, composito vultu temperare scias, egregie probanda est. Quartus versus misere depravatus est, libris nihil inter se discrepantibus, praeterquam quod *ὑσορνμαχεῖν* suggerit Laurentianus. Tam difficile mendum si cui penitus exstirpare contigerit, criticum hunc perhibebo optimum: ego vero id interim occulam magis, quam tollam *ὑορνγχομάχεον, ἄνδρες,* — scribendo. In quo *ῡ* longum fuerit ob augmentum, tum ionicam formam — *μάχεον* cum *ἀπέπλεον* contendo, voce ipsorum Atticorum, denique *ῥυγχομαχεῖν* Lexicographi nonnulli pro verbo haud satis certo receperunt [39]). Sed elegantior etiam Aristophanis oratio est, qui

---

38) Rejicit hanc formam Moeris p. 240. Sed longe aliter visum esse Athenaeo, vetustissimae membranae, in his Codex Venetus docet, qui ubique in toto Athenaeo hanc ipsam formationem exhibet. Evolve modo I, 5 b. IV, 130 e. VI, 223 e, VI, 257 d. VII, 341 a. VIII, 337 c. VIII, 338 b. IX, 375 b. IX, 402 d. XIII, 555 a. XIV, 623 e. XV, 690 a.

39) Totum locum ita fere convertas: In einem ledernen Topfe kochte einſt eine Meeresſchildkröte elfenbeinernen Salzfiſch mit fichtenen Wellen: und ſchnellfüßige Krebſe und fliegende Wölfe [ſchweinrüſſelkämpften], Män-

Cratetem, novi cibi auctorem, comico perfundit aceto. Ac primum quidem versum, ut paeones restituerent, certatim corruperunt eximii duumviri, *Porsonus* atque *Elmsleius*. Quorum hic (ad Acharn. v. 500) turpissimum fecit emendationis periculum, hoc:

Ἦν μέγα τι χρῆμ' ἔτι τρυγῳδοποιομουσική.

Credo, quis hic locus esse potest voculae *ἔτι*? Scripsisset saltem 71
Ἦν μ. τ. χ. ἄρα: nam ne *ἦν* quidem nisi *ἄρα* accedat, sententiae satisfacit. Nec debebat *ἦ μέγα* mutare, aptissime dictum ut in Avibus v. 163 *ἦ μέγ' ἐνορῶ βούλευμ' ἐν ὀρνίθων γένει*. Quod vero *χρῆμ'* posuit, *βρῶμ'* expunxit, eo omnem loci naturam penitus evertisse censendus est. *Porsonus* autem (in Miscellaneis p. 236) suadet, ut legamus:

Ἦ μέγα τι βρῶμ' ἔνι τρυγῳδοποιομουσικῇ,

correctione sine dubio paullo meliore, sed tamen tali, quam librorum scriptura multo minus comicam esse adpareat. Nam, *Magnum quoddam vero edulium est ars comica*, dicere, Wahrhaftig die Komödie iſt doch ein ſchöner Fraß, sane decuit Aristophanem: qui aliter sentiat, eum nihil omnino sentire contendo. Ridiculum, haud dissimile, jecit in Nubibus v. 519 *πρῶτος ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς*, ubi *ὡς ἐπὶ βρώματος δὲ εἶπεν* recte Scholiasta. Cf. quae nuper dixi in Actis soc. Graec. Vol. I, Fasc. I, p. 128 adnot. Sed vehementer cupiam scire, qua de causa Viri doctissimi hic novis rebus studuerint. Certe non ob Anapaestum ∪ ∪ — in pede secundo: legerant enim Nub. 614, Vesp. 461, 462, 497, 519, Lysistr. 678, Avv. 360, 361 alia. Nec rursus ideo, quod versus caesura careat: habet enim illam, quam secundam adpellare soleo. Scilicet, ut paucis complectar, Aristophanes Cratetem, quem parodia ridet, per ludibrium ita imitari voluit, ut idem cum illo metri genus ab initio retineret: quam rem, tam manifestam, nullius credas oculos effugere potuisse, nedum *Elmsleji* et *Porsoni*. Aristophanes igitur, quo magis inluderet Cratetem, ab eodem versu

---

ner, des Himmels Schuhſohlenleder. Schlage jenen, würge jenen. Welch' Zeit iſt es auf Keos? — De Cratetis loco erravi, a *Schweighaeusero* deceptus: adhuc enim requiro alterum exemplum ludicrae verborum copulationis, nulla subjecta sententia. Contra griphis vetus comoedia impense delectata est, ut Aristoph. Vesp. v. 16 sqq., Avv. 1553—1564 etc. Quin Crates ipse certo demonstrat, griphum a se prolatum esse. Quaerit scilicet in extremo, *ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα;* quod proverbium Hesychio s. v. aliisque testibus dicebatur *ἐπὶ τῶν οὐκ εὐγνώστων*. Itaque hoc vult Crates, *solvite obscurum hunc griphum*, sive *enucleate sensum harum, quae videntur esse, nugarum*. Sed in inveniendo argumento sententiaque hujus griphi, quem perobscurum esse Crates adeo fatetur, frustra laboravi. Inutile est enim, nisi tota res e tenebris eruta fuerit, de singulorum verborum versuumque significatione temere hariolari. Argumento autem reperto, monstri illius *ὑσοριμαχεῖν* emendatio simul reperta est.

incepit, numeris etiam ita similibus, ut caesuram in eundem locum conjiceret:

72

⏑ ˊ – ⏑ –	– ⏑ ˊ –	⏑ – ⏑ ⏑ ˊ – ⏑ ⏑
Σκυτίνῃ ποτ'	*ἐν χύτρᾳ*	*τάριχος ἐλεφάντινον.*
Ἦ μέγα τι βρῶμι'	*ἔστιν ἦ*	*τρυγῳδοποιομουσική.*

Nemo est autem, quin hunc versum asynartetum, e trochaeis partim, partim e paeonibus confusum, vel e Lysistrata 1014—1033 probe cognitum habeat. Eoque magis hicce versus systemati Paeonum primorum praeponi potuit, quum saepe trochaeus tetrameter, metrum prope geminum, systematum hujusmodi finem constituat, veluti Acharn. 204—224, ib. 639—683, ibid. 649, 963, Vesp. 1275—91. Versu secundo *ἠνὶ Κράτητί τε* in Codice legitur Veneto, *ἦν Κράτητί τε* vel *ἦν Κράτητι* in reliquis libris. *Ἠνίκα Porsono* et *Elmslejo* acceptum referimus. Utinam vero *ἠνίδε* vel *ἤνιδε*, quod tam in doricis scriptoribus (ut saepe in Theocrito, II, 38 c. s. p.), quam apud seriores (quemadmodum *ἠνίδ' ὅσον Διόννσον ἔχει σελὶς, οἷα δὲ μῦθοι*) crebro reperiri constat, vel paucis Atticorum locis communire possim. Nunc illi, quantum sciam, *ἦν ἰδοὺ* constanter usurparunt: certe hoc uno modo et Aristophanes et Lucianus loquuntur. Tum conjicerem, scribendum esse *ἠνίδε Κράτητί τε* —. Etsi ignoro, cur iisdem, qui *ἰδέ ecce* aliquoties usurparunt (v. c. Soph. Trach. 821), *ἠνίδε* tantopere displicuerit. Versu tertio *ἐκόμιζεν* pro *ἐνόμιζεν* scripsit *Casaubonus*, cui *Elmslejus*, *Dindorfius*, alii obtemperarunt. Deinceps *παρακεκλημένον* Codices Laurentianus ac Palatinus tenere traduntur, vitiose. Ita in Pluto v. 243 *παραβεβλημένος* Ravennas a p. m. exhibet *παρακεκλημένος* et vicissim idem Codex *ἐκβαλεῖν* pro *ἐκκαλεῖν* in Vespis v. 271. Quodsi alia illius confusionis documenta desideras,
73 roga *Schaeferum*. Jam uti salsamentum eburneum *λαμπρὸν* splendidum (*διαβόητον* verissime interpretatur Athenaeus) ideo nominatur, quod Crates e lusu suo magnam quandam laudem reportasset, sic verba *ἀπόνως παραβεβλημένον*, quae a *Schweighaeusero* parum percepta sunt, (*sint magna opera, nullo fere labore projectum* transferre poteris), eo pertinent, ut Crateti inventum suum haud ita magno stetisse dicatur, quem sine pulvere palmam tulisse atque spolia legisse sine sudore et sanguine. Versu ultimo *ἄλλα — ἕτερα* notissimo loquendi usu conjuncta sunt. Vide *Hermannum* ad Viger. p. 722 et *Meinekium* ad Menandr. p. 110. Converte: *praetereaque alia hujusmodi millena epulabatur*. Sequitur fragmentum longe pulcherrimum, quod quo saepius lego, eo me magis oblectat, proditum ab Hephaestione p. 73 ed. Gaisf., ubi quum a metro paeonico orsus de nobilissimo illo tetrametro (*τὸ πολυθρύλητον τετράμετρον* adpellat) pluribus dissereret, inter alia hoc quoque literis mandavit: *ἐν*

δὲ ταῖς προτέραις Θεσμοφοριαζούσαις καὶ Κρητικοὺς πολλάκις ἐν μέσοις τοῖς τετραμέτροις παρέλαβε,

Μήτε Μούσας ἀνακαλεῖν ἑλικοβοστρύχους,
μήτε Χάριτας βοᾶν εἰς χορὸν Ὀλυμπίας·
ἐνθάδε γάρ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ διδάσκαλος.

Hic primum ab *T. Hemsterhusio* [40]), postea ab *Arnaldo* multisque aliis animadversum est, non προτέραις, quod vitium omnibus libris continetur, sed δευτέραις dicendum fuisse. Verum enim- 74
vero quod et hi, et caeteri, etiam *Brunckius* atque *Dindorfius* culpa omni in librarios conjecta ipsum δευτέραις in loco reponendum esse censent: ego vero me ita potius sentire profiteor, ut Hephaestioni, quem ipse commisit, suus sibi error relinquatur. Hic ergo prae se fert Chorus, non esse, quod Musae Gratiaeque alto clamore et multis precibus de caelo devocentur: jam enim adesse illas: ita profecto existimare Comicum. Egregia vero poëtae ingenio suo confidentis et superbiam sumentis magno merito partam, oratio. Aliis unice placeat illud Horatii:

Descende caelo, et dic age tibia
Regina longum Calliope melos
(Od. III, 4, 1)

ego, ut hanc odam, in qua doctrinae laudes canuntur, caeteris Horatî odis anteposuerim, ita tamen illam lyrici sublimitatem prae hac Aristophanis minime quaesita simplicitate contemno. At, inquit, multi omni tempore Horatî versum admirati sunt: scio neque, quin id fiat, repugno: speciosa oratio est ac verba magnifica: non immimuo hanc laudem, pulchre intelligo: Aristophanes ipse aliquando Musas peregre accivit, Ran. 874—880: loco quidem aptissimo, quum *Tragicorum* certamen instaret. Melius princeps poëtarum Homerus:

Μῆνιν ἄειδε, θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,

atque

Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλά.

O praeclarum poëtam, o ingenium vere admirandum. Non ille Musas procul remotas aegre ad se perducebat, sed videbat praesentes: non auxilium earum anxie implorabat, sed utebatur parato: non artem acquirebat, sed exprimebat naturam. Musas vero atque

40) Ad Polluc. X, 152, ubi tamen nollem subjecisset Vir Egregius: *alias ex secundis Thesmoph. non pauca a veteribus adduci grammaticis, quae et in primis exstent, satis scio; sed haec in hac literarum luce doctissimorum hominum cura abunde sunt declarata.* In his enim nihil quidquam veri est.

Gratias, ut nostro loco, ita etiam alibi junctis prope dicam manibus videas incedere, Arist. Avv. 782 et in nobili illo Euripidis dicto, Herc. Fur. 674 *Οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας | Μούσαις συγκαταμιγνύς, | ἡδίσταν συζυγίαν.* Id nunc nonnulli aliis identidem obgannire malunt, quam pro se ipsi imitari. Caeterum in margine adpinxeram, *Μήτε Μούσας ἀναβοᾶν* et *μήτε Χάριτας καλεῖν*, quae sive mea olim conjectura fuit, sive aliorum, nihil certe ea opus esse adparet. Nam etsi *ἀναβοᾶν τινα* bis in Comico legitur (Nub. 221 Plut. 639), idem tamen scriptor Avv. 60 haec verba posuit, *τίς ὁ βοῶν τὸν δεσπότην;* Et quoties *ἀνακαλεῖν* cum Accusativo compositum vel in solo Euripide recurrit? Nec denique illud moramur, quod loquutio *εἰς χορὸν καλεῖν* plus una in sede inventa est. Vide ad Thesmophor. I v. 1136, 1137. Totus autem hic locus ita comparatus est, ut facile memoriam epigrammatis renovet, quo Plato Aristophanem decoravit mortuum:

Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται
ζητοῦσαι ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

Jam vero quod dicit Hephaestio, nostra in comoedia creticum pedem inter medios paeones tetrametros identidem adscitum esse, id tanto majus apud me pondus habuit, quo certius persuasum habeo, grammaticum illum, hominem veri perstudiosum, nequaquam mentitum esse. Ex quo intelligitur, fragmentum Aristophanis apud Suidam et grammaticum Bekkeri 415, 29 (sive Bachm. Anecd. I, p. 111) ex hac fabula, adde etiam ex hac ipsa scena decerptum esse: *Ἀπ᾽ ἀκροφυσίων λόγους ἐπιδεικνύναι*[41]): *οἱονεὶ καινοὺς καὶ νεοποιήτους. Ἀριστοφάνης·*

76 *Ῥήματά τε κομψὰ καὶ παίγν᾽ ἐπιδεικνύναι,*
πάντ᾽ ἀπ᾽ ἀκροφυσίων κἀπὸ κινναβευμάτων.

λέγει γὰρ διὰ μὲν τοῦ ἀπ᾽ ἀκροφυσίων καινῶς εἰργασμένα καὶ οἷον ἐκ πυρός, διὰ δὲ τοῦ ἀπὸ κινναβευμάτων οἷον καινῶς πεπλασμένα καὶ διάθεσιν ἔχοντα. κίνναβος γὰρ τὸ εἴδωλον, πρὸς ὃ οἱ πλάσται καὶ οἱ ζωγράφοι βλέποντες διατίθενται πλάττοντες καὶ γράφοντες. κέχρηνται πολλοί. In posteriore versu scriptum legitur *καὶ τῶν ἀποκινναβευμάτων*, quod correctum est a *Kustero* ad Suidam et *Brunckio* p. 284. Emendationem tum ad sensum tum ad metrum necessariam fulciunt etiam ipsius verba grammatici: *διὰ δὲ τοῦ ἀπὸ κινναβευμάτων.* Vocem *κιναβεύματα* ex h. l. sumtam aliter explicarunt, sed falso, Photius p. 166, 3 et Hesychius. Etsi in uno illo argumento, quo hos versus ad Thesmophoriazusas pertinere supra probavi, jure meo ita acquiescere possum, ut melius negem quae-

41) Recte habet *ἐπιδεικνύναι*, verbum de poëta drama docente pervulgatum, ut Ar. Ran. 770. Plat. Conviv. p. 411, 9 et p. 414, 1 B.

rendum esse: tamen sententia etiam verbis illis subjecta judicium meum mirifice corroborat. Nam non modo in Nubibus v. 543 (*οὐδ' ὑμᾶς ζητῶ 'ξαπατᾶν δὶς καὶ τρὶς ταὐτ' εἰσάγων, | ἀλλ' ἀεὶ καινὰς ἰδέας εἰσφέρων σοφίζομαι, | οὐδὲν ἀλλήλαισιν ὁμοίας, καὶ πάσας δεξιάς.*) gloriatus est, se nova semper commenta proferre, novas etiam necdum visas formare comoedias, verum etiam tum rectissime spectatores in parabasi admonuit, Thesmophoriazusas posteriores a prioribus plurimum discrepare, easque fabulas verbo tenus *) inter se convenire, re ipsa plane disjunctas esse. Sed satis de parabasi [42]). Relictum video fragmentum quoddam 77

---

*) Hanovii causa dicendum est, *verbo tenus* in latinis scriptoribus significare etiam *titulo ac nomine*, ut apud Livium 34, 5.

42) Priusquam ab hoc loco discedam, de metro illorum versuum quaerere meum est. Etenim *Hermannus*, quum de versibus creticis et paeonicis acutissime doctissimeque disputaret, (in Elementis D. M. p. 191 sqq. ac p. 506 sqq.), sic statuit, in paeonicis versibus numerandos eos esse, qui puros paeones habeant: nam quia thetica tempora ex numeri legibus omnia aequalia esse debeant, syllabarum, quae in thesi sint, contractionem nullam cogitari posse: eos autem, qui ex cretico et solutionibus ejus componantur, in Creticorum numero habendos esse. Denique Creticos ipsos bifariam distribuendos esse, quorum alteri optimo jure Cretici sint, alteri propter primum paeonem cretico frequentiorem confusioni utriusque numeri debeantur: Graecos enim, cretico paeonicoque numero haud satis distincto, aliquoties quodam opinionis errore lapsos videri. Quare suspicari se, tetrametrum ex Agricolis adlatum

ἐν ἀγορᾷ αὖ πλάτανον εὖ διαφυτεύσομεν

propter paeonem quartum in creticis ducendum esse, minime vero dubitare, quin cretici sint illi versus, de quibus supra expositum est

μήτε Μούσας ἀνακαλεῖν ἑλικοβοστρύχους,
μήτε Χάριτας βοᾶν ἐς χορὸν Ὀλυμπίας·
ἐνθάδε γάρ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ διδάσκαλος.

Haec *Hermannus*. Equidem quum semper mihi valde diffidam, si quando contra *Hermannum* ea, quae mihi ipse dedit, arma capio, tum in re metrica summa omnia illi tribuere soleo, mihi nihil relinquere: merito utrumque. Quo etiam minus aegre feret Vir Egregius, si nunc, ipsius sententia repudiata, opinionem quandam meam, vanam fortasse, opinionem tamen proposuero. Nam quod ille theticos primi paeonis sonos contrahi nullo modo posse existimat, mihi vero secunda tertiaque thesis, quam certe saepius coalescere video, recte videtur contracta esse. Ut in anapaestis haec forma — ⏑ ⏑ pro vulgari ⏑ ⏑ — non est in vitio, quippe substituta tantum alii numero ejusque partes explens, aut huic — —, aut illi ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ (id quod eximie vidit *Hermannus* p. 23), ut in trochaeis, sede pari, ⏑ ⏑ — extra culpam est, quia haec potius species — — animo obversari debet: ita ne in paeonibus quidem numeri leges violat hoc schema — ⏑ —, nempe simpliciter subrogatum justae formae, quam mente videmus — ⏑ ⏑ ⏑. Quam graecorum quoque poëtarum sententiam

78 paucorum omnino verborum, sed auctoritatis, ne id forte nescias,
79 et tanquam pretii vel maximi. Scholiasta enim ad Nubes v. 619

---

fuisse, inde conjicio, quod cretico pedi binos ictus, singulos paeoni imposuerunt, in hunc modum:



et contra



Itaque pes vere creticus et paeon contractus, utut pares ad speciem, revera tamen multum differunt, ´ ˘ ´ atque ´ ˘ —. Accedit, quod ex hac contractione id commodi perceperunt poëtae, ut ne aures spectatorum eadem forma constanter repetita molestius obtunderent. Quapropter paeones tetrametros non solum puros composuerunt (ut in Vespis 1275—1290), verum etiam alia hujus metri genera de industria expresserunt, vel



Μήτε Μούσας ἀνακαλεῖν ἑλικοβοστρύχους

vel



Μήτε Χάριτας βοᾶν
Ἐνθάδε γάρ εἰσιν, ὡς
Ῥήματά τε κομψὰ καὶ
Πάντ' ἀπ' ἀκροφυσίων
εἰς χορὸν Ὀλυμπίας·
φησιν ὁ διδάσκαλος.
παίγνι' ἐπιδεικνύναι,
κἀπὸ κιναβευμάτων.

Saepe enim certas metrorum formas a poëtis studio electas esse, versus testantur antistrophici. Sic, ut hoc uno utar, in systemate anapaestorum dimetrorum ap. Aesch. Pers. 931 sqq. respondent sibi versus

Κακὸν ἄρ' ἐγενόμαν
μετάτροπος ἐπ' ἐμοί.

et *Πρόσφθογγόν σοι νόστου τὰν*
ἥσω τοι καὶ πάνδυρτον.

et *Κακοφάτιδα βοὰν, κακομέλετον ἰὰν*
λαοπαθέα σέβων, ἀλίτυπά τε βάρη

et *Μαριανδυνοῦ θρηνητῆρος*
πόλεως γέννας πενθητῆρος.

Quod autem tres illos Thesmophoriazusarum versus pro Creticis habendos esse Vir Summus pronuntiavit, credere id nullo modo possum propterea, quod ex eodem loco repetiti sunt cum hisce

Ἠνίκα Κράτητί τε τάριχος ἐλεφάντινον
λαμπρὸν ἐκόμιζεν ἀπόνως παραβεβλημένον,
ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐκιχλίζετο.

Habes purissimos paeones, habes tetrametrum omnibus partibus expletum. Nec vero, si Aristophanes in Georgis quartum paeonem semel admiscere ausus est, continuo sequitur, versum fuisse creticum. Imo repugnant, quos rursus ex eadem scena haustos esse certum puto, hi purissimi paeones:

Ὦ πόλι φίλη Κέκροπος, αὐτοφυὲς Ἀττική,
χαῖρε λιπαρὸν δάπεδον, οὐθαρ ἀγαθῆς χθονός.

etiam haec tradit: *Ἱερομνήμονας ἔπεμπον εἰς Πυλαίαν, καὶ Πυ-* 80
λαγόρας. *Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις·*

ἀγαθὰ μεγάλα τῇ πόλει
ἥκειν φέροντάς [43]*) φασι τοὺς Πυλαγόρας,*
καὶ τὸν ἱερομνήμονα.

Praeterea horum versuum rationem duxit Harpocratio s. *Πύλαι καὶ Πυ-* 81
λαία καὶ Πυλαγόρας. — *ἐπέμποντο δὲ ἐκ τῶν πόλεων τῶν μετεχου-*

Nam verba *ἐν ἀγορᾷ δ'* quanquam quarti paeonis personam gerunt, tamen primi officio funguntur, neque sic metienda sunt $\upsilon\ \upsilon\ \upsilon\ \overset{\prime}{-}$, sed ita $\overset{\prime}{\upsilon}\ \upsilon\ \upsilon\ -$. Caeterum rectissime *Hermannus* adfirmat (p. 203), paeones cum creticis interdum a Comicis consociatos esse. Sed aliud est, diversa metrorum genera per errorem permiscere, aliud joci causa scientem et opera dedita ea confundere. In illo ipso Acharnensium loco v. 207 paeones cum creticis uno in versu non sine magna quadam arte quum conglutinavit, tum ictibus variis recte distinxit

$\overset{\prime}{-}\ \upsilon\ \upsilon\ \upsilon\ \overset{\prime}{-}\ \upsilon\ \upsilon\ \upsilon\ \overset{\prime}{-}\ \upsilon\ \upsilon\ \upsilon$	$\overset{\prime}{-}\ \upsilon\ \overset{\prime}{-}$	$\overset{\prime}{-}\ \upsilon\ \overset{\prime}{-}$	$\overset{\prime}{-}\ \upsilon\ \overset{\prime}{-}$
οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γενεότητος ὅτ' ἐ	*γὼ φέρων*	*ἀνθράκων*	*φορτίον*
οἷσι παρ' ἐμοῦ πόλεμος ἐχθοδοπὸς	*αὔξεται*	*τῶν ἐμῶν*	*χωρίων.*

Huc referam Marium Victorinum p. 2543 „Hexametrum autem Aristophanes composuit tale, ut sint paeones primi tres, et insequantur totidem cretici, tanquam, *Ver agere purpurea te Venus amoribus diva pollens jubet.*“ Sic igitur persuasum habeo, Comicos creticum numerum a paeonico subtiliter segregasse, eosdem tamen nonnunquam utrumque metrorum genus prudentes construxisse, sive quod varietati studerent, sive ut risum excitarent. Et quoniam semel *Hermanno* audacter sane adversatus sum, illud quoque addam, etsi ab hac causa sejunctum est, non recte mihi videri virum eximium cum Hephaestione fragmentum Anacreontis versibus adscribere choriambicis, p. 423. Falli enim Hephaestionem (p. 52) vel ex eo patet, quod Anacreon in *toto* carmine ab initio quatuor breves posuerat. Nempe non sunt illi versus choriambici, sed numerus est Ionicorum a minore, antecedente simili pede, sed longiore $\upsilon\ \upsilon\ \upsilon\ \upsilon\ \overset{\prime}{-}\ \overset{\prime}{-}$ et deinde impetu versus sensim decrescente, et quidem:

ἀναπέτομαι δὴ	*πρὸς Ὄλυμπον*	*πτερύγεσσι κούφαις*	
διὰ τὸν ἔρωτ'· οὐ	*γὰρ ἐμοὶ παῖς*	*ἐθέλει*	*συνηβᾶν.*

Primo pede ter usus est Aristophanes in Tagenistis: *Ἄλις ἀφύης μοι. παρατέτακται γὰρ τὰ λιπαρὰ κάπτων.* Praeterea vide *Hermannum*, p. 514 sqq., ubi de versibus agens parapaeonicis prorsus egregie contra *Boeckhium* disputavit.

43) *Ἥκειν φέροντα* de nuntio laeta adferente (quasi dicas jemandem etwas mitbringen) et hic ponitur, et apud Platonem Conviv. p. 399 B., Pindarum Pyth. II, 3

ὔμμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν φέρων
μέλος ἔρχομαι.,

et Ar. Ach. 81. De re tristi conlocatum est in Eurip. Androm. v. 60 et Heraclid. v. 383.

σῶν τῆς Ἀμφικτυονίας τινές, οἵπερ ἐκαλοῦντο Πυλαγόραι μνημονεύουσι δὲ καὶ τούτων πολλοὶ, ὥσπερ καὶ Δημοσθένης — καὶ Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς δευτέραις Θεσμοφοριαζούσαις. Ubi Aldus propagavit ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις, MS. Mediceus ἐν δευτέρᾳ Θεσμοφοριαζούσαις. In hoc uno nostri quidem dramatis fragmento rempublicam capessivit Aristophanes. Quod nisi omnium sibilis explodi voluit, profecto non impudenter mentitus est, sed ea retulit, quae paullo ante, quam hanc fabulam doceret, vere accidissent. Aut igitur ostende, versiculos illos ad Thesmophoriazusas non pertinere, vel plane non scriptos esse ab Aristophane (quod, nisi me fallit, ne conaberis quidem), aut negare noli, illo fere tempore in Pylaico concilio aliquid majoris rei actum fuisse: quod quidem ita esse prudentissimi quique viri concedent. Nec vero, ut nonnulli temere dixerunt, omne illud concilium, posteaquam bellum Peloponnesiacum exarsisset, paene ad nihilum reciderat: alioquin enim non docuisset Alexis *Πυλαίας* suas, ac fortassis ne Cratinus quidem multo ante Alexin *Πυλαίαν* fabulam. Nota mihi omnia et pertractata esse arbitror, quae usquam in illo concilio disceptata veteres scriptores prodiderunt [44]): nihil tamen in illorum temporum historia invenire possum, quod cum Aristopha-
82 nis testimonio meoque proposito satis congruat. Quin etiam *Hermannus*, Marburgensis, vetus amicus meus, quem virum in hac parte literarum egregie ac multo melius, quam me, versatum scio, interroganti mihi respondit, sibi parum liquere, vereque adjecit, multis antiquitatis quoque locis densas esse tenebras offusas. Quo igitur me vertam? Tantum, inquam, video, paullo ante, quam fabula nostra prodisset, aliquid gravioris momenti in Pylaico conventu actum esse. Ubi quum de pace belloque saepenumero disceptari soleret [45]), suspicor, tum belli Peloponnesii tandem aliquando deponendi consilia a legatis agitata fuisse, idque Aristophanem, perpetuum pacis auctorem, cupide arripuisse ac protinus in rem convertisse suam. Ita Comicus noster Ol. XCII, 1, id est duobus tribusve annis ante Thesmophoriazusas II, Lysistratam hac una mente docuerat, ut pacem omni ope reconciliandam esse popularibus suis persuaderet. Conjecturam sequimur: ipsam enim veritatem si teneremus, non esset, quod de tempore, quo Thesmophoriazusae II fabula docta fuerit, animo fluctuaremur: qua in re nunc ita pendemus, ut tamen tempus, quo in certamen descenderit poëta, vel sic satis adcurate definiri posse opinemur.

---

44) Vehementer doleo, non licuisse mihi consulere librum van Dale ad Marm. p. 458, quem *Hermannus* ait non solum de hieromnemonibus et pylagoris multa congessisse, sed etiam de illo ipso scholio disseruisse. Tu, mi lector, fac librum evolvas, si quid forte reconditius attulerit.

45) Sic adhuc, multo post, praetor Aetolorum apud Livium 31, 32 quum legibus cautum esset, inquit, ne de pace bellove, nisi in Panaetolico et Pylaico concilio ageretur —.

Nam jure nostro sumimus, non multum spatii inter Thesmophoriazusas priores atque posteriores interpositum fuisse, quoniam argumentum prius inceptum tantummodo deinceps continuatur. Haud plus igitur temporis uno anno, vel summum duobus inter utramque fabulam intercessisse, quivis, uti spero, largietur. Quo anno Thesmophoriazusae priores exhibitae fuerint, de eo nuper 83
post *Palmerium* admodum subtiliter docteque disputavit *R. Hanovius*, Exercc. Crit. p. 82 — 89, abs quo illa fabula recte adscripta est anno belli Peloponnesii vigesimo primo (vel secundo) Ol. XCII, 2, archonte Theopompo, utrum Dionysiis urbanis, an Lenaeis, incertum. Confer quae dixi ad Thesmoph. v. 808, 809. Nihil igitur, certe non multum a vero aberraverit, qui Thesmophoriazusas posteriores anno tribuerit, qui proxime subsequutus est, Ol. XCII, 3 archonte Glaucippo.

De aliis, quae dijudicationem habent ambiguam, adcurate loqui nunc supersedeo: sed tamen pauca quaedam ex hoc genere verbo attingam. Veluti Clementis locum, quem jam supra leviter perstrinxi, rursus adponam, Stromat. VI, p. 628 Sylb. (p. 751 Potter.) *Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς ἐν ταῖς πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις τὰ ἐκ τῶν Κρατίνου Ἐμπιπραμένων μετήνεγκεν ἔπη.* 84
Nunc in consilium adhibeamus, qui Clementis memoriae repugnare videtur, Scholiastam Ravennatem ad Thesmoph. v. 215 *ταδί: τὰ γένεια. ταῦτα δὲ ἔλαβεν ἐκ τῶν Ἰδαίων Κρατίνου.* Qui ante nos utrumque locum scite composuit, *Dindorfius*, p. 94 not., dubitandum esse negat, quin et grammaticus et Clemens eandem ambo fabulam dixerint. Sic igitur censere videtur, illam Cratini comoediam hoc fuisse titulo inscriptam: *Ἰδαῖοι ἢ Ἐμπιπράμενοι.* Sed quum neque Idaeos Cratini, neque Empipramenos ex aliorum testimoniis amplius noverimus (nihil enim lucri redundat e Scholio ad Ecclesiaz. v. 1089 *καὶ ὁ Κρατῖνος ἐν τοῖς ἰδίοις* — tenebrae!), vereor plane, ut hodie ad liquidum veritas explorari possit: certe id mihi non contigit. Sed hoc video, non longius certe *Dindorfii* sententia a vero abesse id, quod jam dicam. Clemens enim, non minus, quam Hephaestio, errare potuit *πρώταις* pro *δευτέραις* scribendo: ut Aristophanes in altera fabula ex Idaeis, in altera ex Empipramenis nonnulla mutuatus fuerit. Vide, quae dixi ad Thesmoph. v. 215. Sed de his rebus nolo jam pluribus [46]). Cavendum est autem magnopere, ne quis eos grammaticorum locos,

---

46) Ubi situm fuit *Thesmophorium*, cujus a me toties mentio facta est? Non videtur differre a Cereris templo in urbe illo, quod et Pausanias attigit I, 23, 3 *ἔστι δὲ καὶ Γῆς Κουροτρόφου καὶ Δήμητρος ἱερὸν Χλόης.* Et plenius descripsit Scholiasta ad Soph. Oed. Col. v. 1592 (ubi v. *Reisigium* in Enarrat.) recte adfirmans: *εὐχλόου Δήμητρος ἱερόν ἐστι πρὸς τῇ ἀκροπόλει.* Namque *Τὸ τῆς Γῆς* in vicinia acropolis ponitur a Thucydide, II, 15. Ac bene congruunt loci Thesmoph. v. 655 et v. 1126.

qui e Thesmophoriazusis l. fluxerunt, ad posteriores temere-transferat: quod eo magis periculum est, ne accidat incauto, quo foe-
85 dius illam comoediam multis in locis deformatam esse constat. Ipse adeo Ravennas in hoc dramate ita est dissimilis sui, ita quasi a sese generavit, ut vix cognoscas eundem esse. Exemplo luculento esse potest Pollucis locus IV, 100 (ubi veterum saltationum nomina ponit grammaticus) Ἦν δὲ — καὶ κνισμὸς καὶ ὄκλασμα. οὕτω γὰρ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις ὀνομάζεται τὸ ὄρχημα τὸ Περσικὸν καὶ σύντονον. Pollucis verba corrupta sunt. Si σύστονον forte singulare fuit saltationis genus (cf. Etymol. M. 699, 1 et Hesychium s. Πυῤῥιχίζειν) distingue τὸ Περσικόν. καὶ σύντονον· τὴν δ' αὐτὴν καὶ ὑγρὰν ὠνόμαζον. idque placet, sin adhuc dicitur ὄκλασμα, scribe τὸ Περσικόν. Καὶ σύντονον δὲ τὴν αὐτὴν καὶ ὑγρὰν ὠνόμαζον. Quanquam, ut dicam quod sentio, vix crediderim, singulare saltationis genus σύντονον adpellatum esse, propterea quod adjectivum σύντονος aliis quoque saltationibus tribuunt grammatici, ut Hesychius Ἐκλακτισμός: σχῆμα χορικὸν (χορικῆς) ὀρχήσεως σύντονον, Hesychius idem, Θερμαστρίς: — καὶ ὄρχησις ἔντονος (malim σύντονος) καὶ διάπυρος τάχους ἕνεκα, Photius p. 86, 13 Θερμαϋστρίς: ἡ σύντονος καὶ διάπυρος ὄρχησις. ***Brunckius*** igitur illud Pollucis e posteriore fabula sumtum esse confirmat, quia in iis, quae exstant, Thesmophoriazusis mentio quidem fiat saltationis Persicae (quam egregie descripsit Xenophon, Anabas. VI, 1, 10) v. 1175 σὺ δ', ὦ Τερηδών, ἐπαναφύσα Περσικόν, sed nomen ὄκλασμα ibi non reperiatur. Atque is tamen videtur mox rem diligentius retractasse: certe ad ipsum locum ***Meursii*** Orchestram in ὄκλασμα et in Περσικὴ evolvi jussit (***Gronov.*** Thesaur. vol. VIII, p. 1275 atque p. 1278). ***Meursius*** autem pulchre viderat, illum versum Aristophanis omnino designari, qui in priore fabula non quidem τὸ Περσικὸν vocaverit nomine ὄκλασμα, sed contra τὸ ὄκλασμα adpellaverit Περσικόν. In hoc uno fallitur ***Meursius***, quod conjecturae ope Pollucem omni culpa liberare studet. Tum vero scribere debuit: τοῦτο γὰρ τὸ ὄρχημα ἐν Θεσμοφοριαζούσαις ὀνομάζεται Περσικόν, quae correctio, longe audacissima, nullius adsensum tulerit. Recte igitur ***Dindorfius*** librarios iniquo crimine absolvit, Pollucem ipsum objurgat: *quem contrarium di-*
86 *xisse ejus, quod debuerit* [47]). Postremo bene adjunxit Scholiastam Ravennatem (ad v. 1175): βαρβαρικὸν καὶ Περσικὸν τὸ κλάσμα καλεῖται, καὶ Περσικὸν ὄρχημα, περὶ οὗ Ἰόβας μακρὸν πεποίηται λόγον ἐν τοῖς περὶ τῆς ἰατρικῆς ἱστορίας, ὥστε λελύσθαι τὴν Σελεύκου πρότασιν. προτείνει γὰρ ἐν τῷ πρὸς Ζήνωνα προτατικῷ τὸ Περσικὸν ὄρχημα. Ubi quemadmodum ***Dindorfius*** τὸ ὄκλασμα et περὶ τῆς θεατρικῆς praeclare ac paene

47) Haec verba apud Ciceronem legere non memini.

divinitus emendavit, sic prima verba, quae minus intelligo, attingere noluit. Scribe aut: *Βαρβαρικὸν καὶ Περσικὸν καὶ Περσικὸν ὄρχημά τὸ ὄκλασμα καλεῖται, περὶ οὗ* —. aut: *Βαρβαρικὸν καὶ Περσικὸν ὄρχημα τὸ ὄκλασμα καλεῖται, περὶ οὗ* —. Denique (fatendum est enim et mea causa, et aliorum) nullo modo praestare ausim, me omnia hujusce fabulae, quae ubique exstarent, fragmenta jam collegisse [48]), nihil aliis ad totum *σύνταγμα* de integro supplendum reliquisse: subito enim in Thesmophoriazusas posteriores ac praeter omnem exspectationem incidi, nec mihi *Brunckii Dindorfii*que copiis praeter paucos quosdam loculos quidquam adjicere licuit. Quodsi *Dindorfius* in investigandis Aristophanis et sui forsitan, et, ut spero, etiam mei reliquiis vel paullo fuisset diligentior, digito coelum attingerem.

---

48) Vide quae dixi in Quaestt. Aristoph. T. I, p. 89 adnot. 14).

Addenda et corrigenda.

P. 6 ad v. 17 *pro* Aeclosicone *lege* Aeolosicone
— 7 lin. 21 *post* funduntur *adde:* Comparetur Hesychius, Χοάνη: χώνη. τύπος, εἰς ὃν μεταχεῖται τὸ χωνευόμενον et iterum Χοάνοις: τοῖς φυσητῆρσι, ταῖς χώναις, καὶ κοιλώμασιν, εἰς ἃ ἐγχεῖται τὸ χωνευόμενον, ἢ τοῖς πηλίνοις τύποις.
— 12 lin. 2 *distingue* σιωπῶ· τὸ θύριον.
— 13 in fine *adde:* Plane hic falli videntur Aristarchus et Didymus, judice etiam Rankio Vit. Aristoph. p. CLXXVIII. Similiter olim erratum est in Vespis v. 1187, ubi ita corrige Scholiastam — ἕτερος δὲ γενναῖος ἢ λαμπρὸς ἦν Κλεισθένης; οὐ πάνυ. δέον δὲ εἰπεῖν αὐτὸν ἐπίσημα ὀνόματα, τούτους εἶπεν, ἵνα αὐτοὺς διαβάλλῃ.
— 14 lin. 17 *pro* ut *lege* ut G. Dindorfius.
— 20 lin. 3 *dele comma post* ἐντὸς
Ibidem lin. 19 *adde* simillimum locum Soph. Antig. v. 87

πολλὸν ἐχθίων ἔσει
σιγῶσ', ἐὰν μὴ πᾶσι κηρύξῃς τάδε.

P. 21 lin. 21 *pro* quam tecte *lege* quam docte
24 lin. 33 *pro* necessarie *lege* necessario
— 25 lin. 1 *pro* οὐ *lege* σὺ
— 25 lin. 3 adde punctum post *μοι*
— 25 lin. 4 *pro* ἐκκλησίασοντ' *lege* ἐκκλησιάσοντ'
— 28 lin. 2 *pro* παρασκευάζεται; *lege* παρασκευάζεται.
— 36 lin. 31 *pro* προρρεύειν *lege* πορεύειν
— 38 lin. 6 *pro* τὸ ἐξ Εὐριπίδου *lege* τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου
Ibid. lin. 28 *pro* scrupulam *lege* scrupulum
P. 40 lin. 33 *pro* versu *lege* versus
— 42 lin. 6 *post* Rav. *adde* νεανίσχ'
— 47 lin. 10 *pro* σύ δ' *lege* σύ τ'
— 54 lin. 1 adde punctum *post* ἠμπέσχετο
Ibid. lin. 8 *pro* Bach. *lege* Bacch.
P. 56 lin. 22 προσκινήσομαι pone in fine versus
— 61 lin. 19 ὥστ' ἐγὼ pone in fine versus
— 63 lin. 26 *pro* ἃ 'γω *lege* ἃ 'γὼ
— 66 lin. 23 *pro* παθήμασιν. *lege* παθήμασιν).
— 68 lin. 3 *νυκτερήσια* conjecit etiam Dobraeus.
P. 69 lin. 23 *adde:* Imo speciosus praetextus videtur ad pervigilia (τὰς παννυχίδας) Thesmophoriorum referendus esse, quibus fortasse mulieres interdum stupratae sunt.

P. 70 lin. 5 *adde* v. 213 *ἄγε νυν ἐπειδὴ —*] Vesp. 211 *ἄγε νυν ἐπειδὴ τουτονὶ σεσοβήκαμεν — .*

Ibid. lin. 15. *pro τιρσακοδαιμον lege τρισκακοδαιμον*

— 73 lin. 17 et 33 volui scribere Choerine, non Choerile. Confer quae dixi p. 111. Vulgo scribunt *Χοιρίλη*, decepti nomine *Χοίριλος*. At codices unico loco excepto *Χοιρίνη* constanter exhibent. Quis autem nescit, etiam *χοιρίνη* verbum esse bene graecum et atticum?

— 76 lin 27 *Δημήτηρ θεὰ* pone in fine versus.

— 78 lin. 1 *adde:* v. 227. Herodotus II, 121 *καὶ τῶν φυλάκων ἐπὶ λύμῃ πάντων ξυρῆσαι τὰς δεξιὰς παρηίδας*, ubi vide Wesselingium.

Ibid. lin. 33 *κἀντεῦθεν δόμοι* pone in fine versus

P. 79 lin. 26 *pro* recoquam. *lege* recoquam."

— 80 lin. 4 et 5 unus versus est *μῦ μῦ — καλῶς*

— 82 lin. 1 *pro ἔγε lege ἔχε*

— 83 lin. 6 *adde:* v. 244. 245 *τὰ πλεῖστα γὰρ — τῆς ἀσβόλου* citat grammaticus in Bekk. Anecd. p. 451, 1.

Ibid. lin. 33 bellator vale. pone in fine versus

P. 84 lin. 2 et 5 excidit Euripidis persona ante *μὴ* et iterum ante *Ἀγάθων*

Ibid. lin. 12 *pro* werd' *lege* ward'

P. 85 lin. 41 *pro φθανῶ lege φθονῶ*

— 90 lin. 24 *adde:* Luculentior etiam locus est in Oed. Col. v. 327 sqq., ubi gaudet Oedipus senex nec opinato adventu Ismenae, *ὦ τέκνον, ἥκεις;* et *τέκνον, πέφηνας;* et *πρόσψαυσον ὦ παῖ* et *ὦ σπέρμ' ὅμαιμον* et *ἡ τῆσδε κἀμοῦ;* et *τέκνον τί δ' ἦλθες* et *πότερα πόθοισι;*

— 92 lin. 27 *pro χανοπρωκτίαν lege χαυνοπρωκτίαν*

— 112 lin. 4 *ἦν μοί τι μειράκιον φίλον* pone in fine versus

— 113 lin. 2 *pro* peni futuidam *lege* penifutuidam

— 114 lin. 2 *adde:* v. 294 *δούλοις — λόγων*] Idem diserte tradidit Isaeus De Philoct. Hered. p. 49, 3 B. *ἡ δὲ τούτων μήτηρ, οὕτως ὁμολογουμένη οὖσα δούλη, καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον αἰσχρῶς βιοῦσα, ἣν οὔτε παρελθεῖν εἴσω τοῦ ἱεροῦ ἔδει οὔτ' ἰδεῖν τῶν ἔνδον οὐδέν, οὔσης τῆς θυσίας ταύτας ταῖς θεαῖς, ἐτόλμησε συμπέμψαι τὴν πομπὴν καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὸ ἱερὸν καὶ ἰδεῖν, ἃ οὐκ ἐξὸν αὐτῇ.* Cf. Lobeckium in Aglaophamo p. 19.

— 115 lin. 21 *pro* mythice *lege* mystice

— 117 lin. 20 et 26 *οὔκ, ἀλλ' ἵνα* et *Ἑστίας θ' ἕδος* pone in fine versus.

— 118 lin. 1 *adde: κάλλιστα καὶ ἄριστα*] Thucyd. I, 129 *ὅπῃ κάλλιστα καὶ ἄριστα ἕξει ἀμφοτέροις.*

— 122 lin. 6 *adde:* v. 331 sqq. cf. etiam Menandri Adulatorem ap. Athen. XIV, 659 d (p. 101 M.), ubi ita loquitur coquus:

Σπονδή· δίδου σὺ σπλάγχν' ἀκολουθῶν· ποῖ βλέπεις;
σπονδή· φέρ' ὦ παῖ Σωσία· σπονδή· καλῶς.
ἔγχει· θεοῖς Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα
Ὀλυμπίοισι πᾶσι πάσαις· λάμβανε
τὴν γλῶτταν· ἐπὶ τούτῳ διδόναι σωτηρίαν,
ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλά, τῶν ὄντων τε νῦν
ἀγαθῶν ὄνησιν πᾶσι· ταῦτ' εὐχώμεθα.

— 135 lin. 3 *adde:* *ἄκουε πᾶς.*] Scribendum est, *ἄκουε πᾶσ'* i. e. *πᾶσα*, id quod caeteros omnes meque ipsum nescio quo modo fugerat.

— 137 lin. 1 *adde:* v. 373—375 *ἐκκλησίαν ποιεῖν ἔωθεν τῇ μέσῃ τῶν Θεσμοφορίων — καὶ χρηματίζειν πρῶτα περὶ Εὐριπίδου —.* Plane loquutiones forenses. Lex ap. Demosth. in Midiam p. 8, 9 Bekk. *τοὺς πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν ἐν Διονύσου τῇ ὑστεραίᾳ ἐκ Πανδίων. ἐν δὲ ταύτῃ χρηματίζειν πρῶτον μὲν περὶ ἱερῶν —.*

Ibid. lin. 33 *τίς ἀγορεύειν βούλεται;* pone in fine versus

P. 138 lin. 32 et 33 unus versus est *ΕΠ. τίνες εἰσί μ' οἱ ζητοῦντες; ΕΥ. οἱ δώδεκα θεοί.*

— 139 lin. 26 *pro* v. 387 *lege* v. 385

P. 140 lin. 28 *οἱ χρηστηρίοις* pone in fine versus
— 142 lin. 39 *pro* Eustathium *lege* Eustathius
— 143 lin. 3 *ποῖ δ' αὖ σὺ βλέπεις;* pone in fine versus
— 146 lin. 32 *ἐάν τέ τις πλέκῃ* pone in fine versus
— 151 lin. 7 *πρὸς τάδ' εὖ φυλάσσετε* pone in fine versus
Ibid. lin. 9 *pro* observatum *lege* obversatum
P. 153 lin. 4 *καὶ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις* pone in fine versus
Ibid. lin. 15 *adde*: Male vero Schol. Rav. Nam *τὸ ἄλφιτον* est farina hordeacea, *τὰ ἄλφιτα* autem victus. Ita enim recte utrumque numerum distinguit H. Stephanus in Thesauro.
P. 158 lin. 4 et 16 *διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων* et *νῦν οὖν ὄλεθρον ἐμοὶ δοκεῖ* pone in fine versus
— 166 lin. 34 *pro* quendum *lege* quendam
— 168 lin. 20 *pro* agnoscos *lege* agnoscas
Ibid. lin. 27 *pro γαστρίζε lege γάστριζε*
P. 169 lin. 4 *pro ἔχουσα; lege ἔχουσα,*
— 170 lin. 25 *pro Μυκῖνον lege Ἀνκῖνον*
— 172 lin. 8 *κοὔτε τἀπόῤῥητ' ἔφη* pone in fine versus
— 174 lin. 32 *adde:* De Helena a Theseo rapta vide etiam J. Meursium in Theseo c. XXVI (Gronov. Thesaur. T. X, p. 549 sqq.).
— 183 lin. 6 *adde:* Nunc mihi haud displicet Elmsleji conjectura *περιῆῤῥεν*. Nam *περιήχετ'* non solum forma verbi suspectum est, verum etiam nihil habet comici leporis.
— 196 lin. 24 *pro* proximo *lege* proxime
— 199 lin. 40 *οὐ γάρ εἰσι βάρβαροι,* pone in fine versus
— 206 lin 7. *pro* emendatione *Ἀχαρνικὴ lege* emendatione *ἀχαρνικὴ*
— 210 lin. 13 Inepta Bergkii conjectura *καταχεσὼν* silentio praetereunda erat.
Ibid. lin. 20 *pro* grassatas *lege* grassatus
P. 212 lin. 7 *lege ὀλίγῳ πρότερον* ut VII, 113, sed *ὀλίγῳ τι πρότερον* cet.
— 213 lin. 3 *pro ἴν' lege ἵν'*
— 222 lin. 4 *pro* crimina *lege* crimine
— 235 lin. 12 *pro* ususque *lege* usuique
Ibid. lin. 20 *pro* remulio *lege* remulco
Ibid. lin. 32 *pro* inito *lege* inrito *sive* irrito
P. 239 lin. 10 *pro* pellio *lege* pallio
Ibid. lin. 28 *pro* corallas *lege* corollas
Ibid. lin. 36 *pro* fascimina *lege* farcimina
P. 241 lin. 37 *pro* adjecto *lege* electo
— 248 lin. 4 *pro ἐμφανης lege ἐμφανὴς*
— 255 lin. 36 *adde*: De formis *τροπαῖον* et *τρόπαιον* vide etiam Schol. ad Thucyd. I, 30 ibidemque Dukerum.
— 256 lin. 3 *pro ἔα, ἔα. lege ἔα, ἔα*
— 261 lin. 6 *pro λέξεις lege λέξεις τ'*
— 265 lin. 16 *pro* posse. *lege* posse."
Ibid. lin. 31 *pro Κρητικόν. lege Κρητικόν;*
P. 273 lin. 5 unus versus est, *ὦ δέσποτ' ἄναξ, γεῖτον Ἀγυιεῦ, τοὐμοῦ προθύρου προπύλαιε.*
— 274 lin. 18 *pro Λάμπει δ' lege Λάμπει δ'*
— 275 lin. 1 *pro πόει lege ποίει*
Ibid. lin. 11 *pro* exstat *lege* existat
P. 280 lin. 26 *pro ἤρησα* et *ἠρησάμην lege ἤρησα* et *ἠρησάμην*
— 281 lin. 36 *pro* verius *lege* versus
Ibid. lin. 37 *pro* moverat *lege* noverat
P. 283 lin. 20 *pro τίν' — οὖν lege τίν' οὖν*
Ibid. lin. 21 *pro οὖν — δῆτ' — ἄγγελον lege οὖν δῆτ' ἄγγελον*
P. 285. lin. 29 *pro γίνοιντ' lege γένοιντ'*
P. 288 lin. 38 *pro κέκληταί γ' lege κέκληταί γ'*
Ibid. lin. 42 *pro ὅλκους lege ὁλκοὺς*
P. 290 lin. 41 *pro ταὔτο lege ταῦτα*

P. 290 lin. 44 *pro Κεἰνα lege Κεἰνᾳ*
— 293 lin. 1 *pro ἀλωναι lege ἀλῶναι*
Ibid. lin. 8 *pro χρονῷ lege χρυσῷ*
P. 299 lin. 45 *pro* false *lege* falso
— 302 lin. 2 *pro* praeter *lege* propter
— 303 lin. 30 *pro* Plato *lege* Pluto
Ibid. lin. 36 *pro ἀγγόνης lege ἀγχόνης*
P. 304 lin. 9 *pro ἐν lege ἐκ*
Ibid. lin. 23 *pro τελευταίως lege τελευταίαν*
P. 305 lin. 12 *pro διώνυτο lege διώμνυτο*
Ibid. lin. 32 *pro καθεστᾶσι lege καθιστᾶσι*
Ibid. lin. 39 *pro ὀλιχαργίαν lege ὀλιγαρχίαν*
P. 308 lin. 6 Post *Rav. Junt.* nova adnotatio incipit.
— 312 lin. 8 unus versus est *B. τί δ' ἐστι; A. βουλεύειν ὀλίγου ϝλαχες πάνυ.* et statim *B. πῶς νοῦν; ἔχω νοῦν. A. ὅτι πονηρῷ καὶ ξένῳ*, moxque verba *καὶ ἐν ταὐτῷ* Scholiastae sunt.
— 323 lin. 27 *pro κέκλεται lege κέκληται*
— 343 lin. 14 *pro* mutua *lege* mutatus
— 345 lin. 2 *pro θεώ. lege θεώ,*
— 350 lin. 42 *pro ὁρω σάνικ. lege ὁρῶσά νιν.*
— 363 lin. 44 *pro ῥακωσυῤῥαπτάδη; lege ῥακιοσυῤῥαπτάδη;*
— 391 lin. 29 *pro εὐφυῆ lege εὐφυᾶ*
— 396 lin. 38 *pro* prudenter *lege* prudentior
— 398 lin. 29 *pro* metu *lege* motu
— 401 lin. 10 *pro ἀναλοχεύων, lege ἀναχορεύων,*
Ibid. lin. 21 *pro* haec *lege* hoc
P. 405 lin. 24 *pro ὦ — Εὖϊ' lege ὦ Εὖϊ'*
— 406 lin. 12 *pro παῖ' lege παῖ*
— 409 lin. 9 *pro* Baccho" *lege* Baccho
— 415 lin. 40 *pro ταὐτῷ lege αὐτῷ*
— 421 lin. 2 *pro* converso *lege* conversa
Ibid. lin. 24 *pro* Verecundia *lege* Verecundiae
— 425 lin. 10 *pro ὁ δὲ lege ὅδε*
— 429 lin. 17 *pro δέσμοισιν lege δεσμοῖσιν*
— 432 lin. 17 *pro* si *lege* ei
Ibid. lin. 18 *pro* perfidem *lege* per fidem
P. 437 lin. 34 *pro* A principio *lege* At principio
— 445 lin. 35 *pro* periter *lege* per iter
— 452 lin. 31 *pro βασιλείαν. lege βασιλείαν;*
— 453 lin. 27 *pro* II. *lege* Il.
— 454 lin. 5 *pro* ac *lege* ei
— 462 lin. 19 *pro* verbum *lege* versum
— 463 lin. 10 *pro* dixerant *lege* dixerunt
— 465 lin. 4 *pro ουτος, lege οὗτος,*
— 466 lin. 27 *pro* videtur *lege* ridetur
— 481 lin. 6 *pro* decere *lege* decore
Ibid. lin. 12 *pro* cultus *lege* vultus
P. 484 lin. 5 *pro* coni *lege* corii
Ibid. lin. 7 *dele punctum post* retinet
P. 487 lin. 34 pro *hic* lege *sic*
— 488 lin. 15 *pro* nimirum *lege* nimium
— 493 lin. 3 *pro μοι, lege μοι.*
— 496 lin. 25 *pro* ingeni sani *lege* ingeniosam
Ibid. lin. 41 *excidit* primo *post* versum
P. 497 lin. 32 *pro* ca *lege* ac
— 501 lin. 15 *pro* H. *lege* Il.
— 502 lin. 42 *pro* cohaereant, nullo *lege* cohaereant nullo,
— 503 lin. 8 *pro τὸ „μετὰ lege τὸ μετὰ*
— 504 lin. 6 *pro* exemtum *lege* exercitum

P. 504 lin. 41 *pro* νοσοῦσαν *lege* νοσοῦσιν
— 506 lin. 39 *pro* φιλεῖν, *lege* φιλεῖν,)
— 512 lin. 6 *pro* precabuntur. *lege* precabantur.
— 520 lin. 40 *pro* legius et *lege* legisset
— 521 lin. 18 *pro* ἀπαλλαγώς. *lege* ἀπαλλαγείς.
— 523 lin. 14 *pro* itiusmodi *lege* istiusmodi
— 524 lin. 20 *post* ὄργια. *adde* Homer. Il. *A.* 107 αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι.
— 532 lin. 1 *pro* Odysea *lege* Odyssea
Ibid. lin. 24 *pro* ἐτευχέτον *lege* ἐτεύχετον
P. 535 lin. 14 *pro* deseri, *lege* deserit,
— 537 lin. 15 *pro* infensi *lege* infensae
Ibid. lin. 21 *pro* ἔφ' *lege* ἐφ' . . . . . .
Ibid. lin. 39 *pro* inter locutores *lege* interlocutores
P. 539 lin. 28 *pro* σκενάριον *lege* σκευάριον
— 542 lin. 15 et lin. 28 *pro* ad. *lege* ad
— 543 lin. 35 *pro* qua *lege* quae

Levissima quaedam typothetarum errata praeterii.

INDEX VERBORUM *).

A.

α in commissura vocum compositarum producitur 113.
—α genit. 1. declin. nominum in ας et ης 566.
ᾶ num pro ᾰ̃α 60.
ἄανθα 607.
ἄγαμαι c. genitivo 565 sqq.
ἄγε νῦν et ἄγε νυν 377 sq. cf. 634.
Ἄγλαυρος, Ἄγραυλος 194 sq.
ἄγορος pro ἀγορά 514.
ἄγριος κυβευτής, ἄγρια κακά 167.
ἄγρια λάχανα v. λύχνα.
ἄγχουσα, ἔγχουσα 607 sq.
ᾄδεσθαι 408.
—αι in verbis saepe eliditur ap. Comicos 81.
αι et η confus. 540.
αἰγίς, τυφώς ad homines translata 30.
αἰγυπτιάζειν 355.
Ἅιδης translate nusquam de eo quod triste et abominandum 435.
Ἄΐδα (Ἄιδου) μέλος, γόος, μολπή, νόμοι sim. 435.
Ἄΐδα prima syllaba producta 436 sq.
αἴθος, αἰθός 84.
αἰόλος quid? 445 sq.
ἀκούειν τι locum quadam ratione explicare ap. Grammaticos 598.
ἀλεκτρύαινα 159.
ἀλέκτωρ verbum Aeschyleum 205.
ἀληθεστέρως 618.
ἀλινδεῖσθαι 382.
ἀλλά at certe 165.
ἀλλὰ–γάρ 285.
ἀλλ' οὖν γε id. quod ἀλλὰ γοῦν 277.
caeterum v. δέ.
ἄλλος. τά τ' ἄλλα πάντα καί — post hanc formulam constructio mutari solet 186.
ἄλλα – ἕτερα 624.
ἄλλως δέ 111 sq.
ἄλλως διὰ κενῆς 322.
ἄλλως τε πάντως, post hanc formulam structura mutari solet 186.
ἅλοξ, ἀλοκίζειν v. αὖλαξ.
ἁλύσιον 613.
ἀλιφάνειν 588.
ἄλφιτον et ἄλφιτα discrim. 636.
ἀμεινόνως 618.
ἀμίς et σκάφιον 231.
ἀμπεῖχον 55.
ἀμπέχομαι induor et indutus sum 54. de aoristi formis ibid.
ἀμπεχόνη, ἀμπέχονον 609.
ἀμφιδέαι 612.
Ἀμφίων unde descendat secundum Euripidem 589.
ἀμωσγέπως 159.

*) Indices hos confecit Ernestus Eduardus Seiler.

ἄν repetitum et qua conditione repetatur 65.
ἄν οὖν et οὖν ἄν 283.
caeterum v. *Optativus*. Ind. gramm.
ἄν pro ἐάν num apud Aristophan. 48.
ἀναβοᾶν τινα 626.
ἀναβῆναι ἐπί τι, ἀναβ. γυναῖκα 616.
Ἀνάῤῥυσις 578.
ἀναχορεύειν θεόν 401.
ἀνδρεῖα δράματα simil. 47.
ἀνδροεράστρια 141.
ἀνδρῶν et ἀνθρώπων confusa 250.
ἀνηλεήμων 455.
ἀνηλεὴς et ἀνελεής 455.
ἀνὴρ γέρων 250.
ἀνὴρ τέκτων, ἀνὴρ ποιητής usitatius quam ὁ τέκτων ἀνήρ 47.
ἀνήριθμος 455.
ἄνθρωπος num *vir* 250.
ἄνθρωπος πρεσβύτης 250.
ἀνθρώπων et ἀνδρῶν confus. 250.
ἔνηθον prima correpta 175 sq.
ἄνηθον, ἄννηθον, ἄννητον ἄννησον 175 sq.
ἀνθοσμίας οἶνος 599.
Ἄνοδος v. Ind. rerum. s. v.
ἀνταποδίδωμι 573.
ἀντιβολέω, augmentum duplex in hoc v. 55.
ἀντιδικέω, augmentum duplex in h. v. 55.
ἀντίμιμος vox tragica 6.
ἀντίον quid significet 319 sqq.
ἀντονομάζειν 17.
ἄνω *ad arcem versus* 571.
ἀνώνητος 455.
ἀπεψωλημένος semper de homine ipso 551.
ἀπὸ πολλοῦ χρόνου *e longo tempore* 306.
ἀποδάκνειν τινός 602.
ἀπόδεσμος 617.
ἀποδύνια ὀρχεῖσθαι 240.
ἀποπαύειν 419.
ἀποπυδαρίζειν 449 sq.
ἄρα et ἆρα 55.
ἆρα in communi sententia et proverbio 256.
ἆρα et ἦρα 88 sq.
ἆρα μή in affirmante interrogatione 485.
ἆρ' οὐ 485.
ἀργαλέος 292.
—αριον terminatio deminutiva partim masculina partim feminina 563.
Ἀριστομάχη 306.
Ἀριστομένης et Ἀριστοφάνης confusa 602.
ἄῤῥεν τό, *infans masculum* 206.
ἄρσην βοά *validus clamor* 39.
Ἀρταμουξία, Ἀρτεμουσία 560.
Ἄρτεμις, νὴ τὴν Ἄρτεμιν 188.
—ας accusat. plur. 1. declin. correptus 181.
Ἀσιὰς *cithara* 37. 38.
ἀστεροειδής, 460.
ἀστὴρ de sole 441.
ἀσφάραγος, ἀσπάραγος 611.
ἄτε 56.
αὐγή· ὑπ' αὐγάς τι ὁρᾶν 181.
αὐγος 181.
αὐλαξ, ἄλοξ, ἀλοκίζειν ad scripturam translata 290.
αὐλαξ nusquam ad maris aequor relatum 290.
αὐλεῖσθαι 408.
αὑος de homine quid signif. 327.
αὐτέκμαγμα 185.
αὐτόδεκα 339.
αὐτόθεν 25.
αὐτόμορφος 479.
αὐτός absolute de cive et quando 197.
αὐτὸς αὐτοῦ seq. comparativo et superlativo 324.
αὐτός in compos. αὐτέκμαγμα, αὐτοβορέας sim. 185.
αὐταί τε καὶ τὰ δουλάρια 197.
caeter. v. ἐξ αὐτῆς.
αὐτόσε ubi δεῦρο exspectes 559.
αὐτοῦ v. ἑαυτοῦ.
ἀφασία 348.
ἀφεύειν et ἀφαύειν 72.
ἄφραχτος, ἄφαρκτος 212.
ἄχη δαιμόνων 445.

B.

βάθρον i. q. ἐμβάς 606.
βαίνειν signif. obscoena 616.
βάκκαρις 600.
βάλλειν ψόγῳ, φθόνῳ sim. 344.
Βάκχειος, Βάκχιος 401.
Βακχεῖε, rectius quam Βάκχειε 401.
βαστάζειν *animo ponderare* 161.
βαῦζω vox tragica 58.
βαυκίδες 605.
βελτιόνως 618.
βοᾶν et βοᾶσθαι 407.
βοᾶν τινα 626.
βότρυες, βοτρύδια genus inauris 612.
βουλεία *senatoris dignitas* 312.
βουλευτικόν, τό, in theatro 313.
βουλή *senatoris dignitas* 312.
βροτὸς num *vir* 250.
βροτοί et γυναῖκες oppos. 240.

Γ.

γ et τ confus. 219.
γὰρ οὖν nam profecto, nam certe 54. 65.
γαργαλίζειν 42.
γάργαλος titillatio Venerea 41.
γὲ post jurisjurandi formulas non invenitur nisi uno vocabulo pluribusve in medio positis 77.
ταῦτά γε in formula ἐμοὶ μελήσει τ. γ. 564.
caeterum v. ὡς.
Γέλα et Κατανγέλα 168.
γένοιτο et γένοιντο confus. 286.
γέρων per se senex imbecillus 250.
γῆ poetice urbs 35.
γίνομαι 62.
γινώσκω 62.
γογγύλη, γογγυλίς 547 sq.
γογγύλλειν, γογγυλλίζειν, γογγυλλεῖν 17 sq.
Γόργασος 476.
Γόργος et Γοργώ 475 sq.
Γοργώ nomen mulierum 477. nomina propria ab ea voce deducta 476.
γοῦν in interrogatione habet negandi vim 92.
γραΐδιον, haec forma ap. Aristoph. 553.
γραμματεύς, ἡ 159.
γύαλα num de urbe 35. fere de adyto templi Delphici ibid.
γυναῖκες et βροτοί joculariter oppositа 249.
γυναικεῖα δράματα simil. 47.
γυναίκισις 334.
γυναικόμιμος 6.

Δ.

δαί 343.
δακτύλιος annulus signatorius 155.
δάς et λαμπάς discrim. 354.
δέ post φέρ' ἴδω, εἰπέ μοι similesque formulas 228. — de collocatione huj. part. 207. — omissum ad ἔπειτα antecedente πρῶτον μέν 63.
δ' αὖ in duarum rerum oppositione non in plurium 229.
δὲ ἀλλά 165.
δὲ δή 343.
δ' οὖν cum imperativo sane 219.
δείκνυσθαι vox solennis in mysteriis 226.
δεινὰ πολλά et πολλὰ δεινά 173.
δέσμιος ὕμνος 428.
δέκα ἔτη multi anni 339.
δεῦρο iteratum 232.
δεῦρο et αὐτόσε 559.

δή et δαί 343. — adseverantis 192.
ἀκούετον δή 265. caeter. v. νῦν.
δῆλος, constructio 416.
δῆλα δή per se positum 298.
Δημήτηρ i. q. Γῆ Μήτηρ 76. et Δηώ 115.
Δημητέρα accusat. 76. 77.
Δήμητρα, ας, ᾳ, αν formae Alexandrinae 77. cf. 584.
δῆμος γυναικῶν 520.
δῆτα v. νῦν.
Δηώ et Δημήτηρ 115.
διάβαθρον calcei genus 606.
διακορεῖν, διακορεύειν 173 sq.
διαβάλλειν 568.
διαθρεῖν 243.
διαλέγεσθαι de concubitu 618.
διαλέξασθαι 618.
διάλιθος 610.
διαμασάομαι 179.
διαμφίδιος 39.
διαφανῶς 170.
διαχλιδᾶν 53.
διδόναι et ἐκδιδόναι de patre filiam in matrimonium locante 73. — θυγατέρα ἀνδρί et θυγατρὶ ἄνδρα ibid.
διέρχεσθαι 542.
διϊσθμέω, διϊσθμίζω 235.
διϊσθμονίζω vox nihili 235.
δίκη. ἐν δίκῃ δικαίως jure meritoque 322.
δίολκος 235.
Διονύσια simpliciter sunt majora Dionysia 270. caeter. v. *Ind. rerum* s. v.
Διόνυσος. τὸ ἐν Διονύσου θέατρον ubique de Lenaeo 145.
διόπαι 606.
διπλῆ saltatio quaedam 395.
δίπτυχοι duo 331.
δίς ap. Scholiastas quid? 442. cf. 545.
διώκειν ἵππευμα, πλοῦν 460.
διώκετον 531.
Δόρπεια 578.
δρακοντόμιμος 6.
δράματα, μῖμοι γυναικεῖοι, ἀνδρεῖοι 47.
δρύφακτον 226.
δυσβάϋκτος 58.

Ε.

ἔα una syllaba 60.
ἐάν τε non respondente ἐάν τε 146.
ἑαυτοῦ pro ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ positum quo differat ab his 81.

ἐγγὺς ναίειν translate 510 sq.
ἐγκυκλεῖν, εἰσκυκλεῖν, ἐπεισκυκλεῖν de rebus ingratis vel inexspectatis 97.
ἐγκύκληθρον 95.
ἐγκύκλημα, ἐκκύκλημα, εἰσκύκλημα 93 sqq.
ἐγκύκλιον i. q. ἔγκυκλον 90.
ἔγκυκλον vestimenti genus 90. 181. 239.
ἐγκύκλωμα 104.
ἐγκυλῖσαι ἑαυτὸν πράγμασιν 282.
ἐγκύπτειν 293.
ἐγχειρεῖν; ictus in quamnam huj. v. syllabam cadat ap. Arist. 288.
ἔγχουσα, ἄγχουσα 607 sq.
ἐγχυτρίζεσθαι, ἐγχυτρίστρια 183 sq.
εἰ simil. omissum in enunciat. conditional. 49 sq.
εἰ καὶ sequente καὶ in apodosi in comparatione 528 sq.
εἰ μὴ εἰ 193.
εἰ μὴ — γε tantummodo 346.
— εία et — ία terminatio vocum quales sunt Λυκουργία, Ὀρεστεία, Οἰδιποδεία 42.
εἶα, εἴα 245.
εἰδέα num pro ἰδέα 161.
εἶεν transitum ad rem novam facit 551.
εἴθε γε 442.
εἰκῇ ῥᾳδίως 322.
εἰν = ἐν non ferendum apud Aristoph. 406.
εἶναι ubi παρεῖναι exspectes 231. 285.
εἶναι supplendum in interrogatione 180. post ὅστις, ὁπότερος 216.
ἔστι et πάρεστι cum nomin. c. inf. non cum acc. c. inf. 295.
ἔστ', ἐστὶ in interrogatione ap. Aristoph. 180
— εἰον et — ιον v. Θεσμοφόρειον.
εἶπον, εἶπας neque vero εἶπες ap. Atticos 269.
εἰς et ἐς de forma 241.
κακὸς εἰς ἅπαντα simil. 194.
εἰς αὐτόν et εἰς αὐτοῦ 73.
εἰς ἡμέραν quotidie 497.
εἰσβολή, sive εἰσβολὴ τοῦ προλόγου 457. 461.
εἰσήκειν 522.
εἰσκυκλεῖν v. ἐγκυκλεῖν.
εἰσκύκλημα v. ἐγκύκλημα.
εἰσκυλίειν ἑαυτὸν εἰς πράγματα 282.
εἴσοδοι theatri 252.
εἶτα ποῦ s. κᾆτα ποῦ —; 46.
εἶτα δή, εἶτα δῆτα 188.
εἴτε non respondente εἴτε 146.
ἐκ. ὁ ἐκ τῶν ἰφύων, ὁ ἐκ τῶν λύχνων sim. 351. caet. v. ἐξ αὐτῆς.
ἐκδιδόναι v. διδόναι.
ἐκεῖνος in hypophora 333.
ἐκεῖνος ubi aliquis secum ipse contenditur 284.
ἐκκορεῖν 174. 279.
ἐκκυκλεῖσθαι 27.
ἐκκύκλημα v. ἐγκύκλημα.
ἐκκύκλωμα 104.
ἐκκυλίειν 282.
ἐκκύπτειν 293.
ἔκμαγμα 185.
ἐκποκίζειν 208.
ἑκτεύς 602.
ἐκτὸς εἶναι 21.
ἐκφέρειν λόγον 172.
ἐκφορά, οὐκ ἔστιν ἐκφορά, formula in sacrificiis 172.
ἔκφορος λόγου 171 sq.
ἔλει 455.
ἐλεινός et ἐλεεινός 455. 456.
ἐλήμων et ἐλεήμων 455. 456.
ἐλικτῆρες 613.
ἐλινύω non ἐλιννύω 214.
ἑλλέβορος 609.
ἔλυτρον 184.
ἐμβολή 615.
ἔμβολος 587. 615.
ἔμβραχυ, ἐμβραχύ 140.
ἐμός, τοὐμόν pro ἐγώ 540.
ἐμπίμπρημι, ἐμπίπρημι: ἐμπίμπλημι, ἐμπίπλημι 274 sq.
ἐμπνεῖν et ζῆν discrim. 357. ἔτι ἐμπνέων de homine moribundo 357.
ἐμπνέω 601.
ἔμπνους 357. ἔτ' ἔμπνους de homine moribundo *ibid.*
ἐν. ἐν Μαραθῶνι et Μαραθῶνι 307.
ἐν κροκωτοῖς crocota indutus 365.
ἐνγεταυθί 77. 233 sq.
ἐνγετεῦθεν 77. 234.
ἐνδέχεσθαι λόγους probare verba audita 490.
ἔνδον, ἐνδοῖ 79.
ἔνδον sub veste 550.
ἔνδυμα 90.
ἐνθρυλίζειν, ἐνθρυλλίζειν vox nihili 124.
ἐνμεντευθενί 77. 234.
ἐνταυθί 77 sqq.
ἐνταυθοῖ 77 sq.
ἐνταῦθοι 79.
ἐντὸς sub veste 550.
ἐντρυλλίζειν 124.
ἐνυβρίζειν 261.
ἐξάγειν δάκρυ 499.
ἐξαιρεῖσθαι 281.
ἐξ αὐτῆς i. q. παραχρῆμα 25.

ἐξεράω 281 sq.
ἐξοπλίζειν Ἄρη 35.
ἐξηρήσατο forma non attica 280 sq.
ἐξῶλη τοῦτον εἶναι αὐτὸν καὶ γένος καὶ οἰκίαν formula solennis 127.
ἐξώπιος 341.
ἐξώστρα 104.
ἑόρακα forma poëtica 456.
ἐπαινεῖν 565.
ἐπανορθοῦν τινα et τι, sed in medio solum c. acc. rei ap. Atticos 619 sq.
ἐπεί γε, ἐπειδή γε recentiorum, ἐπεὶ — γε, ἐπειδὴ — γε Atticorum 47.
ἐπειδὰν πρῶτον 563.
ἐπεισκυκλεῖν v. ἐγκυκλεῖν.
ἔπειτα sine δέ antecedente πρῶτα μέν 63.
ἐπενδύω 439.
ἐπηλυγάζεσθαι, ἐπηλυγίζεσθαι 542.
ἐπί c. dat. πορείᾳ ἐπὶ νέκυσιν 446.
ἐφ' ᾧ et ἐφ' ᾧ τε 539.
ἐπὶ c. accus. de consilio 391.
ἐπιβατεύειν 616.
ἐπιβῆναι, de construct. 616.
ἐπίβλημα 90.
ἐπιγονατίς 90. 91.
ἐπιδεικνύναι de poëta drama docente 626.
ἐπιέναι, ἡ ἐπιοῦσα et ἡ ἐπιοῦσα ἡμέρα 337.
ἐπικοκκάζειν 449.
ἐπικοκκάστρια 448 sq.
ἐπικουρεῖν τινί τι 595.
ἐπίκουρός τινι 595.
ἐπισμῆν 139.
ἐπιτηδειοτέρως 618.
ἐπιχύσεις 147.
ἐπουρίζειν 572.
ἐπταμηνιαῖος 268.
ἐρείδειν verbum forense 315.
ἐρείδειν γυναῖκα 176.
Ἐρινύες non Ἐριννύες 214.
ἔρχεσθαι, de augmento 183.
ἐς forma solennis in quibusdam formulis 241.
ἑστιᾶν de constructione 365 sq.
ἐστυκώς et ἐστηκώς confus. 50.
ἐσχάραι cunni labia 352.
ἔτι 261. — ἔτι i. q. ποτὲ in votis, praesagiis, imprecationibus caet. 342.
εὑρίσκειν 588.
εὑρίσκειν λόγους 198.
εὐρυτέρως 618.
εὐφημία. ab h. v. incipere solent verba praeconis 114.
εὐφυῆ et εὐφυᾶ 391.
εὐωχεῖν et εὐωχεῖσθαι 366.
ἔφης, ἔφησθα 201.
ἐφιόρκους 611.
ἐχθροτέρως 618.
ἔχω cum particip. ἐγκλείσας ἔχει 262.
ἐωνηκώς v. ὠνέομαι.
ἐώνημαι v. ὠνέομαι.
ἑώρακα trisyllabum et quattuor syllab. ap. Comicos 15.
ἑώρ. et ἑόρακα 14 sq.
ἕως una syllaba 170.

Z.

Ζεύς v. πολυτίμητος.
Ζῆτος unde descendat secund. Euripidem 589.
ζιβύνη 557.

H.

η et α in crasi 524.
η et αι confus. 540.
ἤ γε nusquam apud Atticos, verum ἦ — γε 159.
ἦ ἄρα δή, ἦ ἄρ', ἦ ῥα, ἦ ῥά νυ, ἦ ῥά τι, ἦ ἄρα apud Homerum 89. caeter. v. ἦρα.
ἦ μέγα 623.
ἦ et ἦν, discrimen 59.
ἤθεις ἤθης, ἤθεισθα 201.
—ηδών nom. propr. in —ηδών v. nomina propria in Ind. gramm.
ἧκειν φέροντα, de nuntio laeta adferente 629.
ἤλυθον 242.
ἡμέρα, εἰς ἡμέραν v. εἰς.
ἡμερήσιος 68.
ἡμίκακος, ἡμικάκως 165 sq.
ἡμιμόχθηρος 165.
ἦμιν apud Scenicos 74.
ἡμιτελής de conjugio 392.
ἤμπισχον, ἡμπίσχετο, ἠμπέσχετο, ἠμπείχετο 54.
—ην etiam 2 dualis temp. historic. 530.
ἦν v. ἤ.
ἦν ἰδού 624.
ἠνίδε vel ἤνιδε in doricis et seriorib. scriptoribus 624.
ἠντεβόλει, ἠντεβόλησε 55.
ἠντεδίκει 55.
ἠπίαλος 621.
ἦρα et ἄρα 88 sq. ex ἦ ἄρα conflatum 89.
Ἡρακλέα tribus syllabis et Ἡρακλῆ 12. 109.
ἤρησα, ἠρησάμην non in usu apud Atticos 280 sq.
ἤρχετο minus usitatum quam ἔρχετο 183.

ἧσθα 201.
ἦτορ 184.
ἦῦρον 173.

Θ.

θᾶσαι num pro θέασαι 60.
θεά. θεᾶς ὁμοία παρθένος 479.
θέασαι duabus syllabis non θᾶσαι scribendum 107.
θέατρον v. Διόνυσος et Ind. rerum v. theatrum.
θεμιτός. τὰ ὄργια οὐ θεμιτά ἐστιν εἰσορᾶν magis in usu quam τὰ ὄργια οὐ θεμιτόν ἐστιν εἰσορᾶν 524.
θεός. ὦ θεοί saepius ap. Eurip. ubi homines se invicem agnoscunt 348.
θερμαϋστρίς genus saltationis 395.
Θεσμοφορία et Θεσμοφόρια 578. 579.
Θεσμοφόρια. Θεσμοφορίων ἡ μέση 577 sq. caeterum v. Indic. rerum s. v.
Θεσμοφόριον, Θεσμοφόρειον 107. caeterum v. Indicem rerum s. v.
θοάζειν sedere 343.
θοινάματα 494.
Θρᾷττα serva 300.
Θρηϊκία χελιδών 301.
θριηδέστερος, θριηδέστατος 156 sq.
θρυλεῖν non θρυλλεῖν 124.
θριπόβροτος 156.
θύειν τὰ Καλλιγένεια 581.
θύλακος, θυλάκιον 109.
θύραξε et θύρασι 20.
θύρασι non θύραισι 21.

Ι.

ἰαππαπαιάξ 367.
ἰδέ ap. poetas atticos 624.
Ἰδῦοι 71.
ἱερός. τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν 225 sqq.
ἴλλος 327.
ἵνα ubi 525.
ἵνα et ὅπως confus. 108.
— ιον et — ειον v. Θεσμοφόριον.
ἱππαλεκτρυών et ἱππαλέκτωρ 205.
ἵππος salax mulier 616.
ἰρός de forma 460.
ἱστάναι, στῆσαι βοήν 255. ἱστάναι χορόν 389.
ἱστιοδρόφος 362 sqq.
ἱστοί et κερκίς simul commemorata 429.
ἰσχνὰ λάχανα v. λάχανα.
ἴφυον 350.
ἰχθύς ultima plerumque producta 593.
ἰχθῦς pro nominativo ἰχθύς saepe in Codd. 593.

Κ.

κ et χ in ξυροδόκη — δόχη simil. 75.
καγχάζειν, καχάζειν 450.
καθετῆρες 613.
καθεύδειν παρά τινα 173.
καθηῦδον 173.
καθυβρίζειν τινά 261.
καί cumulatum in praeconum formulis 118.
καὶ γάρ et καὶ γὰρ καί 58 sq.
καὶ — γέ 267.
καὶ μὲν δή, καὶ μὲν δήπου 319.
καὶ νῦν 211.
καινὴ Ἑλένη 329.
κακοῤῥοθεῖν 345.
κακός. τὸ κακόν in loco caesurae saepius in anapaest. tetrametris 294.
κακὸς κακῶς 341.
κακῶς, κάκιστ' ἀπολούμενος 341.
καλαθίσκος 321.
καλάσιρις quid? 332. 609.
καλεῖν ἐς χορόν 519.
Καλλιγένεια et Καλλιγενεία v. Indicem rer.
καλλιόνως 618.
κάλλιστα καὶ ἄριστα 635.
καλλιπάρθενοι ῥοαί de Nilo 330 sq.
καλυπτός, ὁ, ἡ et καλυπτή 344.
κάλως. πάντα κάλων κινεῖν proverbium 192.
κάμνειν ποντίῳ σάλῳ simil. 338.
κανηφόρος 580.
κανών 320. 321.
κάραβοι v. Indic. rerum s. v.
καρδαμίζειν 221.
καρκίνος cancer brevi u 56.
Καρκῖνος et Καρκίνος 56.
κᾶς 241.
καταβινεῖν 586.
Καταγέλα 168.
κατάδεσθαι 408.
καταλαμβάνειν, προκαταλαμβάνειν σκηνήν, θέαν 224.
κατάπλασμα 613.
κατάρατος. ὦ κατάρατε semper per se et de personis ponunt Graeci 482.
κατάστασις χοροῦ 388.
καταστωμύλλεσθαι 169.
καταυλεῖσθαι 408.
καταφανῶς 170.
καταχαίνειν τινός 468.
καταχήνη 468.

καταψάλλεσθαι 408.
καχάζειν, καγχάζειν 450.
Κεῖος ὁ, v. *Simonides* in *Indic. rerum.*
κεῖς 241.
κέκραχθι 255.
κεκρύφαλον 609.
κελητίζειν de muliere 48.
Κέος. ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα; proverbium 623.
κέρκος 82.
κερκὶς ἱστῶν 429.
κεφαλὴ περίθετος 87 sq.
κῆπος, κήπιον tonsurae genus 328.
κηρίον 184.
κηρύκαινα 159.
κῆρυξ, ἡ 114.
Κιθαιρώνιος, Κιθαρώνιος 408 sq.
κιναβεύματα 626.
κίσηρις, κίσσηρις 608.
κίσσινον σύφος et κισσύβιον 513.
κιχόρεια 167.
Κλεόμβροτος laconicum nomen et atticum 147.
Κλεοφῶν et Κλέων confus. 300.
κλινίς 91.
κλύεις, ὦ —; 419.
κνιστά an κνηστὰ λάχανα 139 sq.
κνύειν 174.
κνῦμα 174.
Κοικυλίων cognomen 330.
κοικύλλειν 329 sq.
κοκκάζειν 449. 450.
κολπάζω, κολπίζω, κολπόω 542.
κομψός 26.
κόρδαξ v. *Indic. rerum.*
Κορίνθιος ξένος, proverbium 147.
Κουρεῶτις 578.
Κουροτρόφος epitheton Telluris et Cereris 116. etiam Latonae et Veneris 117.
κρητικόν τό, vestimenti genus 265.
κροκόεις 439 sq.
κροκώτιον 610.
κροκωτός 45. 90. 439 sq.
κρύβδα 176.
κρυπτεύεσθαι 215.
κρυπτός speculator 215.
κτυπεῖσθαι 407.
κύβδα 176.
κύλα, κύλλειν, κοικύλλειν 330.
κυλίνδω 96.
κυρκανάω et κυκανάω 158.
κύσθος 484.
κυτάριον, κυττάριον 186.
κύτταρος, ὁ, de forma et significatione 186 sqq.
κωμῳδιοποιός, κωμῳδοποιός 25. 622.
κωμῳδοδιδάσκαλος et κωμῳδιδάσκαλος 25.

Λ.

λαῖμα 316.
λακωνίζειν 620.
λαμβάνειν τινά, comitem assumere 262.
λαμπάς et δᾷς, discrimen 351.
λάχανα συγκεκομμένα s. κνιστὰ (κνηστά), ἄγρια, ἰσχνά sive λεπτά 167.
λευκός proprie de mulierum colore 63.
ληκᾶν, ληκεῖν 178.
λήκυθος 109.
λίθος. πάντα λίθον κινεῖν, proverbium 192.
Λικυμνίοις βολαῖς et Λικυμνίαις βολαῖς 335.
λίσπος, λίσφος 611.
λίστριον 600.
λίτρον, νίτρον 607.
λογεῖον 252.
λόγος. ἐμῷ λόγῳ, σῷ λόγῳ simil. 536 sq.
λύκος ἔχανεν, proverbium 620.
Λυκουργία et Λυκουργεία 42.

Μ.

μ in verbis πίμπλημι et πίμπρημι 275.
μά. aut οὐ μὰ τὸν Ἀπόλλω aut μὰ τὸν Ἀπ., nusquam μὰ οὐ τὸν Ἀπ. 27.
μαλάκιον, μαλάχιον, μολόχιον 611.
μάλιστα, ὅταν μάλιστα 179.
μᾶλλά v. μὴ ἀλλά.
Μαραθῶνι et ἐν Μ. 307.
μεγαίρειν v. φθονεῖν.
μεγάλως 409.
μειζόνως 618.
μελανοσυρμαῖος 332.
μέλω. ἐμοὶ μελήσει ταῦτά γ'. ἀλλά — 564.
μέν in interrogatione 27.
μὲν οὖν praecedente aut sequente jurandi formula νὴ Δία, μὰ Δία 69.
μέν — τὲ sibi respondent praecipue in ejusdem vocis repetitione 151.
μέντοι 227.
μέσατος 229.
μή interrogans cum levi conjectura 485. — cum imperativo aor. μὴ ψεῦσον 337.
μὴ καί ne forte 212.
μή που 485.
μή τι 484 sq.

μὴ α — in crasi 524.
μὴ ἀλλά, μἀλλά 234.
μὴ αὐτόν duabus syllabis 524.
μηδαμά 539.
μὴ ἡμεῖς duabus syllabis 196. 524.
μην apud Atticos quando positum? 296.
μὴ οὐ una syllaba 524.
μηχαναί 56. μηχανή t ἐκκύκλημα 98. μηχανὴν προσφέρειν 493.
μινυρίζειν, μινύρεσθαι 28.
μισητός, μισητή, 344.
Μίκκα neque vero Μίκα 280.
Μίκκαλος nom. propr. 280.
μῖμοι ἀνδρεῖοι caet. v. δράματα.
μνῆμα de tumulo Tragici potissimum frequentant 342.
μόγις et μόλις utrumque ap. Atticos 164.
μόθων 449.
μοῖρα βαίνει, διεξέρχεται 497.
μοιχότροπος et μυχότροπος 141.
μόκλος, μόχλος 611.
μόλις v. μόγις.
μολόχη 611.
μολόχιον s. μαλάχιον 611.
μονῳδεῖν τι 509.
μὺ μῦ, μῦ μῦ 80.
μυρμηκιάς 30.
μυρμήκων ὁδοί 29.
Μύρμηκος ἀτραπός 29.
μυρρίνη, ἐν ταῖς μυρρίναις in foro ubi myrteae venduntur 165.
μυχός pro μοιχός in Codd. 141.

N.

ναὶ ναί 553.
ναίειν. ἐγγὺς ναίειν translate 510 sq.
ναίκι de accentu 546.
ναύλας num pro νεανίας 60.
ναύφρακτος, ναύφαρκτος 212.
νεᾶνις, vocativus 42.
νεᾶνις mollis et effeminatus homo 42.
νὴ Δία, vi ironica 270.
νῆς pro νῆες 611.
Νησταία v. Indicem rerum.
νιβατισμός i. q. κόρδαξ 543.
νίτρον, λίτρον 607.
νολαία num pro νεολαία 60.
νόμιμα et ὅσια conjuncta 248.
νυκτερείσιος, νυκτερήσιος 68.
νῦν cum vi 377 sq.
νῦν δή 192. 361.
νῦν δῆτα nunc profecto 361.
νὺν, ἄγε νυν 378.
νυνμενί 234.

Ξ.

ξειρίς 601.
ξηραίνω 281.
ξύμβουλος 355.
ξύν et σύν apud Aristophanem 215.
ξυροδόκη et ξυροδόχη 75.
ξυστίδες 606.
— ξω et — σω in futuris et derivatis tempp. verborum παίζω, σαλπίζω simil. 378.

O.

ὁ, ἡ, τό. τοῖν θεοῖν de deabus 207.
ὁ δ' οὐδέπω, ὁ δ' οὐ μάλα 328.
ὀά v. ὦα.
οἰκότριψ 155 sq.
οἰκουρεῖν, οἰκουρία, οἰκουρός, οἰκούρημα de virginibus matronisque rem familiarem administrantibus 540.
οἰμώξεταρ' 84.
οἰνοπίπης 142.
οἰνοπότις 143.
οἰστροδόνητος, οἰστροδίνητος 121.
ὄκλασμα saltationis genus 543.
ὀκρίβας 252.
ὅλεθρος ornamenti genus 608.
ὀλίγου μ' ἀφείλετο paene mihi eripuit 361.
ὀλίγῳ τι 211. ὀλίγῳ πρότερον 211 sq.
ὁμοῦ i. q. ἐγγύς 210.
— ον terminatio 2 et 3 p. dualis 531 sqq.
ὀναίμην, ὀνοίμην 171.
ὄνομα δέ σοι τί ἐστιν 559.
ὄντως saepius ap. Aristoph. 247.
ὄνομα δέ σοι τί ἔστιν 559 sq.
— οπῖπαι terminationis hujus significatio 142 sq.
ὀπισθοσφενδόνη 608.
ὁπλίζειν et ὁπλίζεσθαι comparare 34.
ὅπου cum conjunctivo addito et omisso ἄν 140.
ὅπως et ἵνα confus. 108.
ὅπως τάχος 263.
ὁρᾶν in argumentatione 177.
ὁρᾶν πρός τι aliquid cupide exspectare 494.
caeter. v. ἑόρακα. ὦρακα.
ὄργια σεμνὰ θεαῖν 526.
ὀρεακόμος forma nihili 177.
ὀρείπλαγκτος, ὀρίπλαγκτος 122.
ὀρεοκόμος, ὀρεωκόμος 177 sq.
ὀρεοπώλης, ὀρεοπωλεῖν 178.
ὀρθῶς veriloquiis praepositum ap. Tragic. 589.
ὁρμίζεσθαι 480.

ὄρνις et ὄρνεα 351.
ὅσα γε, ὅσον γε *quantum quidem* 350.
ὀσέτη 222.
ὅσια et νόμιμα conjuncta 248.
ὅστις ad abstracta relatum ut δεινὰ ὅστις — simil. 257.
ὀσφραίνεσθαι, ὀσφρέσθαι 179 sq.
ὅταν μάλιστα 179.
ου et ο in crasi 357.
οὐ — οὔπω 283.
οὔκ, ἀλλά — 234.
οὐ μή cum conj. aor. 1. act. 540.
οὐ ῥᾷον, οὐ χεῖρον 205.
οὔ τι που; 485.
οὐδαμά 539.
οὔν ἄν et ἄν οὖν 283.
οὖν γε i. q. γοῦν 277.
οὗτος in jurandi formulis deo adjectum apud quem jurabatur quando? 272.
μετὰ τοῦτο et μετὰ ταῦτα discrim. 237.
ταῦτ' ἔτη τρία, δέκα simil. 339.
οὐτοσὶ ἀνήρ neque vero οὗτος ἀνήρ 562.
οὕτω librarii saepe pro χοὕτω 295.
ὀχθοῖβος 607.

Π.

παιδοπίπης 142.
παίζειν *diem festum ludis, saltationibus celebrare* 294. 572. — cum χορεύειν conjunctum 572.
παῖσαι, παῖξαι 378 sq.
Παιών, Παιάν. formulae ἰὴ Παιών, ὦ Παιάν quoties repetitae 119.
πανδοκεῖον et πανδοχεῖον 75.
πανοῦργος 26.
πάντα γένοιντ' ἂν ἤδη simil. 189.
παντελῆς δάμαρ 392.
πάντως cum indicat. 397.
παρά c. genit. *juxta* 162.
παρά τινα ubi παρά τινι exspectes 173.
παραβάλλεσθαι 568.
παραβεβλημένος et παρακεκλημένος confus. 624.
παρακύπτειν ἐκ θυρίδος 293.
παρασκήνια τά, quid? 252 sq. ubique in plurali numero 251. 253.
παραχορήματα et παραχορήγημα 251. semper in plurali 252.
παρεγκύκλημα 96.
παρεῖναι. οἱ παρόντες de spectatoribus 366.
πάρεστι v. ἔστι.
παρῆς 201.
παρορᾶν 463.
παρουσία pro περιουσία 498.
παρυφαί 603.
πάρυφες 610.
πατερίζειν 221.
πέδαι *tibialia* 613.
πέδη, πεδοῖ 79.
πεζίδες 603.
πελάγιος, de forma feminina 335.
πελέκιον 205.
πέπλευκα et πέπλωκα 340.
πέποισθι 255.
περ 197.
περί sequente vocali num Tragici vitarint 462 sq.
περίαλλα 462.
περιεστῶτες de spectatoribus 367.
περιήμπεσχεν, περιήμπισχεν 54.
περίθετος v. κεφαλή.
περικύλλη (dualis) et περικαλλῆ 107.
περικοκκάζειν 449.
περικοκκύζειν 449.
περιορᾶν 463.
περιπέττειν 602.
περιυβρίζειν 196.
περιφανῶς 170. περιφανέστερον *ibid.*
Περσέφαττα, Φερσέφαττα 109.
Περσικόν, τό *Persica saltatio* 543. 632.
πηνίκη 87.
πιεῖν ἡνέχθη 596.
πιθηκίζειν 493.
πινοτήρης 57.
πιπίζειν, πιπίσκειν *potum dare* 142.
πίπλημι 275.
πιππίζειν *pipire* 142.
πίπτειν εἴς τι apud Tragicos 488.
πιτύνη nil nisi error pro πυτίνη 554.
πλάστρα 610 sq.
πλὴν ἄρ' εἰ 193.
πλὴν ἢ 194.
πλήττειν. πεπληγμένος συμφορᾷ 61.
πλοκάδες 208.
πλύνειν, πλυνὸν ποιεῖν τινα translate 140.
πνεύματα αὐλῶν, λωτοῦ simil. 38.
πνύξ de Thesmophorio 242 sq.
πνέω 601.
ποδαπός 45.
ποιεῖν σπονδάς, συμμαχίαν, εἰρήνην et ποιεῖσθαι σπονδάς caet., discrimen 538.
ποῖος quando usurpetur 338 sq. — pluribus versibus continuatum 495.
ποίου vel ἀπὸ ποίου χρόνου 306.
ποκάδες i. q. τρίχες 207 sq.
πολύδακρυς, πολυδάκρυτος γόος 434.
πολύπονοι βροτοί Tragici dicunt po-

tius quam πολύστονοι βροτοί 423.
πολύπους, πουλύπους, πώλυπος 593.
πολλὰ δεινά et δεινὰ πολλά 173.
πολυποτνία (dualis) 526.
πολυτίμητος, ὦ Ζεῦ πολυτίμηθ' 601.
πομφόλυγες 613.
πόπανον, πόπανα 168.
ποσθάληκος, ποσθιόληκος 112 sq.
πότνια primae syllabae mensura 527.
ποσθαλίσκος 113.
ποῦ usus quidam hujus voculae 46. ποῦ et ποῖ 20.
πουλύπους v. πολύπους.
πράμος, πρόμος 16 sq.
πραΰ et πρᾷον 565.
προαγών 253.
προκαταλαμβάνειν v. καταλαμβάνειν.
προκόμιον 607.
προξενεῖν τινος 211.
πρόξενοι 211.
πρός. πρὸς πάντα συκοφάντης simil. 194.
προσδέχεσθαι 490.
προσκήνιον τό 254.
προστρίβεσθαι 140.
πρόσωπα. v. Indicem rerum s. v. personae.
πρῶτος. τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν 225 sqq.
τὴν πρώτην pro adverbio 245.
πρῶτον ubi πρότερον exspectes 137.
πρῶτος librarii pro πρωκτός scripserunt 439.
πτέρυγες vestium 617.
πυκνός, πυκνότης cum allusione ad πύκνα dictum 162.
πυκνὴ φρήν 162.
πῦος, πυός 594 sq.
πῦος et χόριαι conjuncta 594.
πῦρ translate 84.
πυραμοῦς. ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς 26.
πυρροπίπης, πυροπίπης 142.
πώλυπος v. πολύπους.

P.

ῥα hac forma abstinuerunt attici poëtae 89.
ῥᾳδίως v. εἰκῇ.
ῥέγκειν, ῥέγχειν 611.
ῥιγχομαχεῖν 622.
ῥυφεῖν 594.

Σ.

σακίον 601.
σάκος, σάκκος 601.
σαλπίγξαι, σαλπίξαι Atticorum, non σαλπίσαι 378.
σανίς lignum s. stipes quo malefici sufflgebantur 359.
σαφῶς in σοφῶς raro a librariis mutatum 62.
σὲ τὸν — σὲ τὰν — saepius apud Tragicos 420.
σῆμα 342.
σημεῖον signum propositum ante concionum et judiciorum initium 106.
— σθα 2 pers. imperf. quorundum verborum in μι pro vulgari — ης ap. Atticos 200 sq.
σιβύνη v. συβίνη.
σίγυμνον 557.
Σιγῦναι gens 555.
σιγύνης, σίγυνος, σίγυννον de forma et prosodia 555. 558.
σίκιννις saltatio Persica 543.
σίλλος, σίλλοῦν 327 sq.
σίπυδνον 557.
σισάριον 607.
σιφωνίζειν 202 sq.
Σκαμάνδριος, de forma feminina 335.
σκάφιον et ἀμίς 231.
σκάφιον ignominiosae tonsurae genus 324 sq.
σκηναί tabernacula mercatoria 223.
σκιάδειον 321.
σκινδάλαμοι 611.
σκινπός, σκινφός 611.
σκορόδια 179.
σκοροδόμιμος 6.
σκορπίος ὑπὸ παντὶ λίθῳ proverbium 190.
σκῦτος 484.
σμῆσαι Attici dicunt non σμῆξαι 378.
σός. τὸ σόν pro σύ 540.
σοφῶς in σαφῶς saepe a librariis mutatum 62.
σπᾶν. ἡ μήρινθος (vel simil.) οὐδὲν ἔσπασε, proverbium 358 sq.
σπογγίον v. σφογγίον.
στεφανηφορεῖν, στεφανηφόρος non στεφανοφ. ap. Atticos 165.
στλεγγίς 203.
στραγγεύομαι, στραγεύομαι 219. saepius in στρατεύομαι corruptum ibid.
στραγγουρία, στραγουρία 219 sq.
στραγγουριάω, στραγουριάω 219.
στράγξ, στράξ 219.
στρατηγίς ἡ 159.
στρατηγός et ταξίαρχος conjuncta 322.
στρατηγός et τραγικός confus. 301.
στρατιὰ bellica expeditio 322.
Στρατονίκη 306.

στρέψειν, *στροφεῖν* de ventris torminibus 175.
στρέψειν ἑαυτὸν εἰς πονηρὰ πράγματα 282.
στρέψει ἄλλος ἄλλοσε 497.
στρόφος tormina ventris 175.
στρόφος, *στρόφιον* 608.
συβίνη, *σιβύνη*, *συβήνη* de formis, mensura, significatione 554 sqq. cf. 568.
συγκεκομμένα λάχανα v. *λάχανα*.
συγκυρκανάω 158.
συήνη vox nihili 557.
συμπαίκτωρ 378.
σύμφορος conveniens, apte congruens 45.
σύν, *ξύν* apud Aristoph. 215.
σύν 260.
συνῆσθα 201.
συνθηματιαῖοι στέφανοι 168.
συνοικία contubernium 101. *minutae aedicilae, in quibus multi homines habitabant* 101.
σύντονος, *σύντονον* de saltatione 632.
συνώνυμοι χεῖρες 364.
συρμαία quid? 332.
συστροργυλίζω, *συστροργύλλω* 17.
σφάγιον, *σφαγεῖον* 276.
σφογγίον, *σπογγίον* 611.
σφραγῖδες 613.
σχῆμα saltatio 551.
σχηματίζειν 552.
— σω et *— ξω* v. *ξω*.
σῶμα in periphrasi 344.
σῶς 319.

T.

τ et *γ* confus. 219.
— ται ante vocalem elisum in comoedia 283.
τᾶν 25.
ταξίαρχος et *στρατηγός* conjuncta 322.
τάριχος ἐλεφάντινον 622.
τάχος, *ὅσον τάχος*, *ὡς τάχος*, *ὅπως τάχος quam celerrime* 263.
ταχύ, *ὡς ταχύ* i. q. *ὡς τάχιστα* 264.
τὲ et *δέ* 522.
τείνειν cursu contendere 563.
τείχισμα λᾶϊνον 479.
τεῖχος sine articulo 180.
τέμνειν ὁδόν 473 sq.
τερηδών 543.
τετεύχατον 532.
τέχνασμα et *τέχνημα* 66.
τέχνη. *πάσῃ τέχνῃ* 19.
τέως 165.
τικτικόν i. q. *ὠκυτόκιον* 183.
τιμάορος 511.
τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία proverbium 46.
τί seq. vocali apud Tragicos 463.
τί δῆτ' ἂν εἰ — 231. 286. τί δ' εἰ — τί δ' ἂν εἰ — 286.
τί οὐκ ἂν γένοιτο, τί οὐκ ἂν ἐκεῖνος ποιήσειεν simil. 190.
τί φησί; 264.
τὶς in comparanda similitudine 170. 235.
τὶς unum aliquem e numero plurium eximi significans 216.
τὶς et *τὶ* 613.
τίτθη, *τιτθή* 217.
τοὶ in communi sententia 8. 48.
τόκος ambigue usurpatum 326.
τόλμη. *ἅπαντα τόλμης πλέα κἀναισχυντίας* 256.
τόξευμα ψάλλειν 536.
τορεία 399.
τορεῖν 398.
τορεύειν et *τορνεύειν ᾠδήν* 397 sqq.
τραγικός et *στρατηγός* confus. 301.
τραγῳδοδιδάσκαλος et *τραγῳδιδάσκαλος* 25.
τράμην accusativi forma falsa 84.
τράμις ἡ 84.
τρέχειν τὴν πρώτην prima quaque via currere 245.
τριήμερος a Lacedaemoniis *Θεσμοφόρια* vocabantur 578.
τρίζυγοι tres 331.
τρίπτυχοι tres 331.
τροπαῖον, *τρόπαιον* 255. 636.
τρόπος. *ἢ ἐνί γέ τῳ τρόπῳ* simil. 159.
τροχὸς ἡλίου 6.
τρύζει χελιδών 301.
τρυλίζειν 125.
τρύφημα 609.
τρυφοκαλάσιρις 609.
τυφώς v. *αἰγίς*.
τυχάγαθῇ 108.
τύχῃ ἀγαθῇ et *ἀγαθῇ τύχῃ* discrim. 108.
τυχηρῶς 118.
τῷ γὰρ εἰκός 325.

Y.

ὗ ὖ 80.
ὕβρεως duabus syllabis et *ὕβρεος* 170.
ὑγιῇ et *ὑγιᾷ* 391.
ὑμὴν 266.
ὕμιν 74.
ὑπό. *ὑπ' αὐγάς τι ἰδεῖν* 181.
ὑπόγραμμα 609.
ὑποδερίς 613 sq.

ὑποδέχεσθαι 490.
ὑποικουρεῖν τι 540.
ὑποκινεῖν 356.
ὑποσαρκίζεσθαι 602.
ὕστερός τινος et *ὕστατός τινος* discrim. 323.

Φ.

φαίνεσθαι vox solennis in mysteriis 226.
φάρυγγα, φάρυγα 219.
φάσκωλος, φασκωλον, φασκώλιον 600.
φέρ' ἴδω 227. *φέρ' ἴδω τί ἔστι* et *φ. ἴ. τί δ' ἔστι* 228.
Φερσέφαττα, Περσέφαττα 109.
φεύγειν vi forensi 436.
φεύγειν et *φλέγειν* confusa 436.
φημί. φήμ' ἐγώ, οὔ φημ' ἐγώ 594.
φησί, ut est in proverbio 189.
φθονεῖν, οὐ φθονῶ, οὐ μεγαίρω 85.
φθόρος ἡ 195.
φιλοπαίγμων, φιλοπαίσμων 378.
φιλοπαίκτης 379.
φιλόχορος Minervae epitheton 51. 518.
φλέγειν γόον 436.
φλέγειν et *φεύγειν* confus. 436.
φορμος 413.
φύγδα 176.
φύσεως duabus syllabis 170.

Χ.

χ et *ϰ* v. *ϰ*.
χαίρειν 36.
χαρῆναι ἑροῖς simil. de diis 394.
οὐ χαίρων, οὐ χαιρήσεις simil. 470.
χαλκίον 597.
Χαρῖνος nom. propr. 297.
χαρομανής v. *χορομ.*
χαροποιός v. *χοροπ.*
χάσκειν, χασκάζειν 468.
χαῦνος 92.
χέζειν. de formis fut. et aor. hujus v. 209 sq.
χειμών comprehendit etiam auctumnum 311.
χελιδών. ἀρά ποτε χελιδὼν φανήσεται, proverbium 3.
χεσεῖν et *χέσαι* 209 sq.
χθών poetice *urbs* 35.
χλιδών 612.
χοανεύειν 18.
χοάνη, χώνη 7.
Χοιρίνη, Χοιρίλη 635. caeterum v. *Indic. rerum* s. v.
Χοιρίον nomen puellae 111.
χορεύειν θεόν 401.
χορεύειν et *παίζειν* conjuncta 572.
χορεύεσθαι βοάν 34.
χόριον et *χόρια* 594.
χόρια et *πῦος* conjuncta *ibid.*
χορομανής et *χαρομανής* 389.
χοροποιός et *χαροποιός* confusa 389.
χορός, ἐς χορὸν καλεῖν 519.
χοροῦ κατάστασις, χορὸν ἱστάναι 389.
χορόστασία 388.
χοῦτω in *οὕτω* depravatum 295.
χοῦς flexio hujus v. 126 sq.
χρή et *χρῆν* confusa 263.
χρῆσαι et *χρῆσθαι* ad se invicem relata 85 sq.
χρηματίζειν 635.
χρονοῦ πολλοῦ quid significet 306 sq.
χύτρας ἤτρον 184.
χώνη v. *χοάνη.*
χώρα urbs poetice 35.

Ψ.

ψακάς, ψεκάς 331.
ψάλλεσθαι 408.
ψεύδεσθαι τῆς ἐλπίδος 337.
ψιλός 80.

Ω.

ω ου in crasi 356.
ὦ positum et omissum ante vocativum, discrim. 4. cf. 63. 232.
ὦ 'ταῖρε formula constans in Scoliis 191.
ὦα, ὀά 603.
ὧδε hic 399.
ὠκυτόκια 183.
ωνέομαι. pf. *ἐώνημαι*· et active et passive 593.
ἐωνηκώς pf. activi 593.
ὠνητός, ὁ, ἡ 344.
ὤρακα 14.
ὡς — γὲ 361.
ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ in fine trimetrorum 146.

INDEX GRAMMATICUS ET METRICUS.

Accentus nominum propriorum in —*ηδων* 542.
Accusativus nominum propriorum in —*ης*, —*εα* an —*ῆ* apud Comicos 12.
accusativus plur. 1 declin. —*ας* ap. Atticos non corripitur 181.
Adjectiva in —*εινός* utrum a verbis an a substantivis derivanda 455.
adjectiva v. *θεμιτός*.
adjectiva eadem trium et duarum terminationum 344.
Adverbia in — *δα* 176.
adverbia e comparativis formata 618.
Anantapodoton in enunciato conditionali 196.
Anapaestici versus cum dactylicis conjuncti 521 sq.
Anapaestus initio senarii etiam in tragoedia 74.
anapaestus in iambico tetrametro 198.
anapaestus in quarto et septimo pede iambici tetrametri tantum in nomine proprio 204 sq.
anapaestus in secundo pede tetrametri trochaici catal. 623.
anapaestus num possit succedere tribracho vel dactylo in senario comico 264 sq.
anapaesti spondaici 289.
Antitheta, v. *Indic. rerum* s. v. *Agatho.*
Aoristi et perfecti discrimen 184.
aoristi formae duplices ap. Atticos 210.
Apodosis duplex 528.
Appositio in comparationibus 414.
appositio accusativo expressa ad totum enunciatum pertinens 445.
Articulus 285.
articulus in duali substantivis feminini generis genere masculino additus 207.
articulus omissus ad casus a verbis *ἄγαμαι*, *ἄχθομαι*, *ἥδομαι* pendentes 566 sq.
caeter. v. *Pronomen.*
Asynartetus e dimetro choriamb. acatal. et catal. constans (*ab Hephaestione tetrameter choriamb. vocatus*) 403.
asynartetus e trochaeis et paeonibus constans systemati paeonum primorum praepositus 623.
Attractio 132.
caeterum v. *Imperativus.*
Augmentum duplex in quibusdam verbis 54 sq. caeter. v. *ἤρχετο*, *καθηῦδον*, *ηὗρον.*

Bacchiaci versus 520.

Caesura ithyphallica tetrametri iambici 207.
caesura in pede quarto senarii in anapaesto 356.
Choriambici versus praemissa basi sequentibus trochaeis 161.
choriambicus tetrameter cujus secunda syzygia e dijambo constat 403. *tetrameter choriamb. justus* 404.
„Circumlocutione cum personam significant Graeci, quam citissime ad ipsam personam revertuntur.“ hoc Porsoni praeceptum accuratius explicatum 453 sq.
Collocatio verborum. In finem versuum rejectum vocabulum ad exspectationem augendam 138.
Comparativus cum genitivo partitivo ut *πλουσιώτεροι ἑαυτῶν* 324.
Conditionale enunciatum, v. *anantapodoton.*
Conjunctivus sine *ἄν* post *ὅπου* 140.
Constructio nova post *τά τ' ἄλλ' ἅπαντα καί, ἄλλως τε πάντως καί* simil. 186.
constructio praegnans 382.
Contractio s. Synizesis adjectivorum *ἐλεεινός, ἐλεινός; ἐλεήμων, ἐλήμων* 455 sq.
Crasis 356. — in *η α* 524. in *ω ου* 356. in *ου ο* 357.
caeterum v. *οἰμώξεταὐ' τυχὰγαθῆ* in *Indic. verbor.* et *Synizesis.*
Cretici versus et Paeonici 627 sqq. *cum Paeonicis conjuncti* 629.

Dactylici versus v. *anapaestici versus.*
Dactylus in trochaicis tetrametris ap. Aristophan. valde rarus et solum in loco caesurae 258.
dactylus in versibus anapaesticis non subjicitur anapaesto nisi in monostrophicis 460.
Deminutiva in *—άριον* et masculina et feminina 563.
Dualis nominum in *—ης* exeuntium ap. Atticos non solum contractus (*τὼ γένη*) sed etiam solutus 107.
dualis 2 p. optativi semper in *— ον* desinit 534.
dualis formae temporum historicorum 530 sqq.
dualis solum pronominis aut participii cum plurali verborum conjungitur 529. dualis verbi cum ejus plurali conjunctus 530. dualis verbi cum plurali participii 530.
dualis omnino rarus apud Graecos 534.

Ellipsis. *τὴν πρώτην τρέχειν* 245.
ellipsis v. *εἰ. εἶναι* in *Indic. verbor.*
Epicae formae v. *ἤλυθον. μέσατος.*
Epitriti secundi 36.
Exclamationes v. *Interjectiones.*

Futura (et tempora derivata) in *—ξω* et *—σω* 378.

Genitivus 1. declin. in *—α* nominum in *—ας* et *— ης* 566.
genitiv. epicus *—εος* substant. in *—ις* usurpatus a Comicis in carm. melicis 170.
genitivus partitivus cum comparativo et superlativo 324.
genitivus in temporis significatione 306 sq.
Glyconeorum quoddam genus dactylo carens Glyconicis admistum 520.
Glyconici ultima arsis soluta 523.

Hiatus post monometrum anapaesticum non ferendus 287.
hiatus post τί 463.

Iambicus tetrameter v. *Anapaestus. Caesura.*
Iambicus trimeter chori plurimum discrepat a trimetro vulgari 134.
caeter. v. *Senarius.*
Imperativus aoristi post *μή* 337.
imperativi attractio talis qualis *οἶσθ' ὃ δρᾶσον, οἶσθ' ὃ ποίησον* 336.
imperativi perfecti in *—θι* 255.
Imperfecti 2 pers. sing. forma attica in *— σθα* quorundam verborum in *— μι* 200 sq.
imperfectum et aoristus 213.
Interjectiones s. exclamationes bis non ter repetuntur 119.
interjectiones dolentium 367.
Interrogationis signi abusus 49.
Ionici a majore praemissis duabus brevibus syllabis 629.

Nomina mulierum consonam paenultimae plerumque habent duplicatam 280.
nomina propria in *— ηδών* masculina sunt 542. eorum accentus *ibid.*
caeter. v. *Substantiva.*

Optativus sine *ἄν* post *τίς ἔστιν — ὅς* simil. 338.

Paeonico tetrametro saepius usus est Aristophanes 621.
Paeonici versus v. *Cretici versus.*
Paroemiacus primo et secundo (strophae) loco positus 459.
Pedestris oratio apud Comicos 113.
Perfecti et aoristi discrimen 184.
Persona tertia ubi homines de se loquuntur 70. 447.
persona nova subito illata 175. persona nova post caesuram *πενθημιμερῆ* (in senario) 90. 635.
Pleonastica loquutio 519.
Pleonasmus *ἐν δίκῃ δικαίως, εἰκῇ ῥαδίως* simil. 322.
Pluralis in talibus: *αἱ μυρρίναι forum ubi myrteae veneunt* 165.
pluralis nominum propriorum ut *Μελανίππαι*, mulieres Melanippae similes 199.
pluralis et dualis conjunct. v. *Dualis.*
Praesens ubi imperfectum exspectes 176.
praesens ubi futurum exspectes 219. 587.
Procelcusmaticus in anapaestis 259. 460.
Pronomina possessiva *ἐμός, σός* caet. in neutro c. articulo inserviunt ap. Tragicos periphrasi pronominis person. 540.
pronomen relativum in plurali relatum ad vocem in singulari 602.
pronomen demonstrat. in neutro (sine nomine) ubi res digito monstratur 561. — pronomen demonstrativum non sequente articulo ubi cum *τε* demonstrativa conjunctum est 562.
prosaica oratio v. *pedestris or.*
Protasis duplex (in enunciato conditionali) 292.

Repetitiones vocum 101. 246. ad augendam gravitatem orationis 54. apud Euripidem 431. maxime frequentat Aeschylus 394. cf. *Voces.*

Senarii iamb. ultimus pes in tribrachyn solutus 109.
senarii tragici Comicorum iisdem legibus adstricti sunt quibus Tragicorum 343.
Personi de quinto senarii pede regula 486.
sigmatismus v. *Euripides* in *Ind. rerum.*
Substantiva cum *αὐτός* composita, *αὐτέγκλημα* simil. 185.
substantiva quae solis maribus conveniunt de mulieribus 159.
caeter. v. *Nomina.*

Superlativus cum genitivo partitivo ut *βέλτιστοι ἑαυτῶν* 324.
superlativi et comparativi a librariis permutati 324.
Schema Pindaricum 286.
Synizesis v. *θέασαι. Ἡρακλέα. μή. ὕβρεως. φύσεως in Indic. verbor. Caeterum* cf. *Crasis et Contractio.*

Tenues in quibusdam vocibus praeferunt Attici aspiratis 611.
Tmesis apud Tragicos 463.
tmesis in *οὖν — γε* pro *γοῦν* simil. 277.
Translatio quaedam poëtica 364.
Tribrachys v. *Anapaestus. Senarius.*
Trochaicus trimeter 36. 120. 436.
trochaicus tetrameter majoris animi motus index 514.
trochaicus tetrameter paeonicum systema claudit 624. *aliorum versuum strophas* 244.

Verba comice formata in *—ίζω* 221.
verba neutra maxime ea quae sonum indicant passive usurpata 407 sq.
verba simplicia num pro compositis 18.
Vocum ejusdem originis cumulatio 379.
in vocibus compositis apud Tragicos saepius posterior pars in significatione evanescit 331.
voces longae comicae saepe corruptae 113.
Vocalem brevem num ante πλ produxerit Aristoph. 169.
Vocativus adjecto et omisso *ὦ* v. *ὦ.*

Zeugma 66.

INDEX RERUM.

Achaeus Tragicus 50. 51.
Acharnenses Aristophanis in Lenaeo dati 144.
acropolis v. *Αἰδώ*.
Adonis tragoediae nomen v. *Ptolemaeus*.
Aegyptii lintea conficiebant et texebant eximie 363. — delectabantur potu hordeaceo 332. — quovis mense alvum purgabant *ibid.*
Aegyptus nigrum habet solum 332.
Aeolus Euripidis 148.
Αερόπη drama Agathonis 48.
Aeschyli Codices quales praef. VI.
Aeschylus. v. *Choëphori. Edoni. Lycurgia. Persae.*
Aether ex Terra conjuge animalia produxit e sententia Anaxagorae 6. — aether Iovis domicilium, praeceptum Anaxagorae, ab Euripide decantatum et proinde a Comicis irrisum 101. v. *animus*.
Agamemno Aeschyli v. *Choephori*.
Agatho Tragicus, novae musicae deditus 29. mollis ejus poesis 30. omnis verborum ornatus mire appetens 51. antithetorum amans 47 et propterea derisus 66 sqq. etiam in Thesmophor. II exagitatus 590. rariores voces aucupatur et similes exitus verborum 66. qualis compareat apud Platonem 590. passus muliebria 69. puerorum amans 41. vicit Lenaeis Ol. 90, 4. 310. ejus dramata 48. Caeterum cf. 13. 33. 35. 46. 88. 92.
Agathoclea Ptolemaei Philopatris amica 452.
Agathocles Agathocleae frater de Ptolemaeo Philop. scripsit 452.
Agenor v. *Andromeda*.
Aglauros Cecropis filia, Minervae sacerdos, neque vero Minervae cognomen 194 sq. per eam jurabant mulieres atticae 194 sq.
Agraulos v. *Cecrops*. per eam jurabant mulieres atticae 195.
Αἰδώ. ejus ara in acropoli Athenis 421.
Alcaei poesis mascula et virilis 51. quando floruerit *ibid.*
Alcestis Euripidis in antiquissimis ejus fabulis numeranda 64. qualis fabula 376 sq.
Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος et *ὁ διὰ Κορίνθου* 199. drama Agathonis 48.
Alexandrini Grammatici v. *Grammatici*.
Alexidis comoedia *Γυναικοκρατία* 112.
Alimunte Cereris fanum 579.
Ἀλμαίων. ὁ Ἀλμαίωνος cognomen Philoclis Tragici 55.
allio vescebantur mulieres ne viderentur rem habuisse cum viro 179. 220.
ambiguitas vocum ridicula 588. caeterum v. *Comici*.
Amipsias in Conno irrisit Andromedae mala 416.
Amphictyonum concilia v. *Pylaica concilia*.
Anacreon scolia composuit 192. ejus poesis mollis 51. quando vixerit *ibid.* caeter. v. *saltatio*.

Anaxagoras v. *Aether.*
Andromacha v. *Andromeda.*
Andromeda secundum Hyginum Agenori, secundum Euripidem et Apollodorum Phineo patruo desponsa 438. 491. 504 sq. pro matre morti exposita 424. ejus calamitas a quattuor Comicis irrisa 415.
Andromeda Euripidis qualis fabula quidque de ea statuendum 417. cf. 517. ejus ratio 420. num Aristophani displicuerit 417. ab eo irrisa 413 sqq. chorus in ea e virginibus constabat 437. totius fabulae argumentum 494—517. ejus reliquiae maxime conspirant cum Apollodori narratione 438. haec fabula quo anno data 309.
Andromeda et Andromacha saepe confusa 510.
Andromeda Sophoclis drama satyricum 517.
Andromedae nomine tragoedias quinam scripserint 459.
Ἄνθος drama Agathonis 48.
animi in aethere nati sunt secundum Euripidem 6.
Ἄνοδος dies secundus Thesmophoriorum etiam *Κάθοδος* nominatus 582.
Anaxilae *Ἀνδροποιός* num de Cleophonte egerit 306.
annuli usus in claudenda aliqua re 155.
Antipho exagitatus in Pisandro Platonis 317.
Anthesteria 24.
Apaturia 204. quot dierum 378.
Apaturiis sacra *τῇ Κουροτρόφῳ* facta a mulieribus Samiis 116.
Apollo cum Neptuno Trojae muros exaedificavit 35. Apollo *ἀγυιεύς* 176. ejus ara et statua ante tres januas posticas in scena saepius a Comicis commemorata 272 sqq., a Tragicis 274. *εὐλύρας* et *χρυσολύρας* 391.
Apollodorus v. Andromeda.
Arignotus ab Aristophane exagitatus 68.
Aristarchus Aristophanis Byzantini discipulus 354.
Aristides v. *Medi.*
Aristophanes Byzantius (Grammaticus) ejusque schola 354. cf. praef. XVI. ejus recensio Aristophanis Comici 52. praef. XIII. XVI. et Sophoclis XIII.
Aristophanes minus quam Tragici cum antistrophae initio novam enunciationem incipit 400. Cratinum expressit quibusdam locis 71 sq. saepe parentum ignobilitatem Euripidi exprobravit 351. plures Euripidis tragoedias brevi spatio perstrinxit 157. acriter investigavit metrica vitia Euripidis 289. irridet Tragicos ob nominum propriorum originationem 346. *ῥύζει* 142. lusus quidam ejus in verbis 170. recensio comoediarum quam nunc habemus Aristophanis grammatici est 52. praef. XIII. caeterum v. *Acharnenses. Agatho. Aves. Daedalus. Danaidae. Euripides. Lysistrata. Σκηνὰς Καταλαμβάνουσαι. Tagenistae. Thesmophoriazusae.*
Arriani in historia fides 308.
Asclepiades Grammaticus 430 sq.
Astydamas nepos Philoclis 55.
Athenaeus gravissimus auctor et accuratissimus 506. in citandis Agathonis locis verba *κατὰ τὸν Ἀγάθωνα* sumsit ex Aristophane 67. num secundis tantum Thesmophoriazusis usus sit 169.
Atheniensium *δωροδοκία* sive *αἰσχροκερδία* 134. eorum tyrannidis odium 123. eorum lex in eos qui cum Persis pacisci vellent 123. v. *legati. leges. nummus. populi.*
Atticistae v. *Grammatici.*
Aves Aristophanis quo anno datae 310. 430. 431.
ἄξονες et *κύρβεις* Solonis ligno incisae 287.

Bacchus choris nympharum in montibus delectatus 402. praesultor in orgiis 399. ejus ara in orchestra (thymele) bene discernenda ab Apollinis ara in postscenio 273. caeterum v. *Cobali. Satyri.*
barbari in comoediam inducti quali sermone utantur 410 sq. nusquam violant metri leges 411.

Κάθοδος v. *Ἄνοδος Ind. rerum.*
calcei laxi signum rusticitatis 92.
caldae potus Graecis non ignotus 597. plus ea utebantur Romani *ibid.* habebat vini aliquid admistum *ibid.*
Καλλιγένεια quartus dies Thesmophoriorum 583. eo die sacra facta epulaeque instructae 581. cf. 228. et quidem in Thesmophorio 592.
Καλλιγενείη nutrix Proserpinae, inferioris loci dea neque vero Cereris cognomen 583. cf. 116.
Callimachus grammaticus 578 sq.
Callistratus Aristophanis grammatici discipulus 354 sq.
κάμηλος v. *Pisander.*
cancelli fori 226.
candor nimius mulierum 63.
cantus Graeci vehementer amantes 428. caeterum v. *pistores.*
capillitium adscitum 603.
κάραβοι in deliciis ap. Athenienses 593.
Carcinus pater Xenoclis 56. v. *Μέσσατος. Thorycius.*
Cecropis uxor Agraulos, filiae Aglauros, Herse, Pandrosos 194.
Cephisophon 587. Cephisophonti Euripides cessit Choerinen uxorem 73. 110.
Cerealia Romae a matronis tantum celebrata 580.
Ceres *κουροτρόφος* 116. ei crocus sacer 367 sq. per eam senes plurimum jurabant 188.
Charmini clades navalis 297. num cum Hyperbolo interfectus *ibid.*
Χιών v. *Theognis.*
Choëphori Aeschyli in Codd. jam antiquo tempore male cohaerebant cum Agamemnone 251.
Choerine Mnesilochi filia uxor Euripidis 110 sq. cf. 635. mulier libidinosa 113. caeterum v. *Euripides.*
Χολή cognomen Philoclis Tragici 55.
chorus. choro et histrionibus dona quaedam offerebantur sub primordia comoediae 239. pallio deposito saltabat Aristophanis tempore quum antea eo indutus saltasset 239 sq. indicere solet in dramatis orationes mox habendas et habitas dijudicat 138. chorus secundarius 252. caeter. v. *sonus.*
Cimonis in Cyprum expeditio 164.
cineris usus in vulsura 197.
cithara *Ἀσιάς* dicta ob ejus in Lydia inventionem 37. 38. aurea dicta cur? 122. ea sacris hymnis accinere solebant *ibid.*
claudendi aliquid ratio quaedam ap. veteres 155.
clavis Laconica 155. 157.
Cleonyme 136.
Cleonymus homo ignavus 216. uxor ejus Micca, mulier vinolenta 217. 279.
Cleophon Tragicus 301.
Cleophon demagogus 298—306. *λυροποιός* neque vero *τυροποιός* 301. Alcibiadem in jus vocavit 298. belli acerrime persequendi auctor 299. ab Euripide in Oreste notatus *ibid.* post pugnam ad Arginusas pacis conditiones repudiavit 300 sq. 304. quapropter ab Aristophane in Ranis exagitatus et *Θρῃκία χελιδών* vocatus est 301. 303 sq. in exsilium missus 302. interfectus a XXX tyrannis 302 305. quo tempore 306. de eo Plato Comicus fabulam scripsit 298. 300. 303. quae fabula quo tempore data et quodnam ejus argumentum 303 sq. pacem post Aegospotamum turbavit 305. pauper decessit 305. quo tempore maxime in re publica floruerit 306.
Cleophontes plures 302.
Clisthenes homo mollis et effeminatus 82. 210.
Clitophon Thressae filius irrisus 298. 300.
Clito mater Euripidis 139.
Clodius deprehensus cum in sacra bonae deae muliebri habitu se insinuasset 86.

Cobali satellites Bacchi 195. *Κόβαλος* ipse deus dictus *ibid.*
Codicum (Aristoph.) recensus praef. VI sqq. eorum auctoritas XV. Codex Ravennas, August., Ed. Juntina e communi fonte fluxerunt 267. Cod. Augustanus negligenter a Brunckio collatus *ibid.* Rav. qualis in Thesmopheriazus. 632. praef. VIII. in aliis Aristoph. fabulis XV. Cod. Venetus XV.
Comici Tragicique quam rationem secuti sint in nova dramatum editione 584. utrique malorum causas altius repetunt 73. Comici solent hominum appellationes mutare quo justam reprehensionem nomini includerent 102. solent ludere in nominum ambiguitate 30. 316. cf. 588. eorum licentia in cavillandis hominibus 68. formis etiam epicis in melicis carminibus utuntur v. *Epicae formae* in *Ind. gramm.* caeter. v. *comoedia.*
Comitia Athen. *προβουλεύματα* s. senatus consulto auspicabantur 135.
comoedia vetus veris ludit non falsis personis 346.
alliteratione verborumque ambiguitate delectatur 102. 316. pedestris oratio in ea 113. caeterum v. *Comici.*
conciones v. *comitia, ritus. signum.*
κόρδαξ s. *ὑβρισμός* Lydica saltatio 543.
Corinthii amantes frustum de mensa delapsum consecrabant amicis defunctis 147. Cor. naves per Isthmum remulco trahere solebant 235.
Corinthi meretricum multitudo 140.
corona redimiti dixerunt oratores in concionibus 137.
Κοθωκίδαι demus Oeneidis tribus 221.
Crates v. *Samii.*
Cratinus perstrinxit Stheneboeam Euripidis 147. caeterum v. *Ἐμπιπράμενοι. Ἰδιῶται. Nemesis. Aristophanes.*
Critylla Antithei filia 346. 347.
croceae vestis usus in festis quibusdam 367 sq.
crocus Cereri sacer 367. caeterum v. *Thesmophoriazusae.*
κρυπτεῖαι Laconicae 214.
Cyprus, expeditio in Cyprum 164.
κύρβεις v. *ἄξονες.*
Cyrene meretrix 28.

Daedalus Aristophanis non exiguam cum Nemesi Cratinea similitudinem habuit 72.
Danaidae Aristophanis 444.
Demarchus s. Xenarchus frater Xenoclis et filius Carcini 56.
Δημήτηρ v. *Ceres.*
Demosthenis *δεινότης* 161.
deorum nomina cum ministrantium confus. 195. eorum invocatio stropharum initio 527.
Diagorae Melii impietas 287.
Diana obstetrix 188. Dianae Brauroneae festum noctu a mulieribus celebratum 294.
dierum trium festa plura 578.
Δίκη ἡ, Jovis *πάρεδρος* 511.
Diodorus Grammaticus 354.
Dionysia rustica ob bellum Pelop. non celebrata 521. caeter. v. *Indicem verbor.* s. v.
Dionysii Comici *Θεσμοφόρος* 604.
Dionysius major tragoedias composuit 452. *Διονύσιος* comoedia Eubuli 43. 44. 502.
Διόνυσος v. Bacchus et *Indicem verbor.* s. v.
diris devotus si quis decipiebat populum, senatum, iudicium 125. caeterum v. *leges.*
Duris Samius Tzetzae auctor in iis quae de Helena ad Lycophronem rettulit 174.

Echo in Eurip. Andromeda post scenam latitabat 447. 451. irridet quasi loquentes 450 sq. quid de ejus in tragoediam introductione statuendum 451. habitat in antris 420.
Editiones Aristophanis praef. XVIII. caeter. v. *Codices.*
editores Aristophanis qua ratione officio suo defuncti praef. IX sqq. editoris officium X sqq.
Edoni Aeschyli 42.
Eleusinia discentibus per intervalla aperiebantur 226. eorum virgines etiam participes 580.
Ἐμπιπράμενοι sive *Ἰδιῶται* Cratini 71. 631.
encyclema, eccyclema 32. ejus descriptio 93 sqq. ab exostra differt 104.
Ennii Andromeda 459.
Erichthonius primus sacra fecit Telluri *κουροτρόφῳ* 116.
Ἑστία v. *Vesta.*
Eubuli Comici *Διονύσιος* 502. in ea fabula eundem Aeschyli locum atque Aristoph. derisit 43 sq.
Eudemus 334.
Eupolidis *Μαρικᾶς* v. *Hyperbolus.*
Euripides Phlyensis erat 222. homo hirsutus et barbatus 50. 63. ejus mater quaenam et qualis 139. mater olerum venditrix *ibid.* 350. cf. 50. 139. quapropter eum in agrestibus oleribus educatum saepe cavillatur Aristoph. 167. uxore Choerine Mnesilochi filia repulsa duxit Melito 110 sq. ejus filii *ibid.* caeter. cf. 73. 635. quando mortuus 309. Euripides non raro in deos invehitur eosque negat 166. cf. 103. 287. 511. ad dolos malos ac fraudes nectendas proclivis 358. 376. 504. osor mulierum 292. Aristophanis parodiis commotus nonnulla mutavit et delevit 492. superatus a Xenocle 328. *ὁ σοφός* dictus 62. irrisus propter heroes misero habitu in scenam inductos 363. solet saepius iterare voces et propterea exagitatur ab Aristoph. 431 sq. ejus sigmatismus ab Eubulo Com. irrisus 501. Stesichori fabulam in Helena componenda secutus 329. 370. 375. de Andromeda eandem quam Apollodorus secutus historiam 504. nonunquam secutus Sophoclem 9. voce *Ἀΐδης* cretico usus est 437. Caeterum v. *Aristophanes. animus. Anaxagoras. Tragici. Aeolus. Alcestis. Andromeda. Helena. Hippolyti. Melanippe. Iphigenia. Nauplius. Oedipus. Orestes. Palamedes. Penelope. Phaedra. Phoenissae. Phoenix. Sisyphus. Stheneboea. Syleus.*
Euripides minor auctor Iphigeniae Aulidensis ejus quae hodie exstat 457 sq.
Evius 405.
exceptio jocosa 192 sq.
exostra et encyclema differunt 104 sq.

Fabulae nomen saepe a choro traxerunt 586.
festa plura trium dierum 578. caet. v. *tempora.*
fimbriae magni habebantur a mulieribus atticis 603.
foetus septem mensium admodum imbecillus 268.
forenses loquutiones 635.
formulae quaedam solennes in devotione eorum qui crimina quaedam commisissent 123—127. 133. 135. populiscitorum 135 sq. alia 137. caeter. cf. *forenses loquutiones.*
Furiarum in templum confugiebant supplices 75.

Gargettus demus Aegeidis tribus 347.
Glaucetas piscium helluo 426.
Gorgenes 476.
Gorgones Tithrasiae 477.
Gorgonius, Gorgonia 476.
Γόργος scriba 476 sq. plures ejus nominis homines 476.
Graeci caldam raro hauriebant 597. Gr. et Romani loti ad epulas accedebant 598. caeter. v. *cantus.*

Grammaticorum veterum (et Atticistarum) auctoritas in crisi exercenda praef. XIII. XIV. unum saepe hominem in plures discerpunt 163. Gr. maxime Hesychius rem unico in loco fictam in consuetudinem traxerunt 184. — Grammatici (maxime Alexandrini) correxerunt et recensuerunt scriptores, quas quidem recensiones neque vero genuinam manum scriptorum habemus XIII. cf. XV sq.
Gratiae et Musae conjunctae 626.
gryphis delectabantur Athenienses et comoedia vetus 296. 623.
Γυναικοκρατία comoedia Alexidis 112.

Hecate spectra mittit 333. per eam saepius jurant mulieres quam viri *ibid.*
hederaceum poculum 513.
Helena septennis a Theseo rapta et compressa 174. 536. Helenae raptae historia varie a variis tradita 369 sq.
Helenae Euripideae dijudicatio 375. 376. ejus argumentum 369 sqq.
Hermippus v. *Θεσμοφόροι*. Hermippi Pistrices v. *Hyperbolus. Pisander.*
Herodianus Grammaticus interdum vanam analogiam secutus a veritate recessit 594.
Herse Cecropis filia minus culta quam sorores Aglauros et Pandrosos 195. per eam nunquam jurarunt mulieres atticae *ibid.*
Hesychius temere ementitur significationes verborum 35. caet. v. *Grammatici.*
Hippocratis filii a Comicis ob stultitiam irrisi 101. sues in comoedia appellati 102.
Hippolyti duo Euripidis, *Καλυπτόμενος* (s. Phaedra) et *Στεφανηφόρος* 198 sq.
histrio quartus 252. caeterum v. *chorus.*
Homerus praesente historico abstinet 531.
Horatius recensitus a Grammaticis praef. XIII.
hyperbolae ap. poetas non ubique reprehensionis dignae 512.
Hyperbolus 567. peculatus crimen in Pisandrum derivavit 314. in eum scripti Eupolidis Maricas et Hermippi Pistrices 315. e patria expulsus 306. ejus mater 325.

Iambe Cereris ancilla 584.
Ibyci poesis mollis 51. quando floruerit 51. caeterum cf. *saltatio.*
Ἰδαῖοι Cratini fabula 631.
Ἰδυῖοι s. *Ἐμπιπράμενοι* fabula Cratini 71. cf. 631.
ignis translate 84.
ille ubi aliquis secum contenditur 284.
infantes in ollis exponebantur 183. primus infantium cibus mel et lac 184. caet. v. *liberi.*
Iphigeniae Aulidensis ratio ejusque auctor 457 sq. Euripidis majoris Iphigenia Aulidensis deperdita 458.
Irus et Pauso conjuncti 379.
Isthmus v. *Corinthii.*
Juba de saltationibus et de organis musicis 544.
judicium v. *signum.*
Juno nuptialis sive pronuba 392.
Juntina Editio v. *Codex.*
juris jurandi formulae variae pro varia hominum aetate et conditione 188. cf. *Aglauros. Agraulos. Hecate.*
Justitia v. *Δίκη* in *Ind. rerum.*

Lacones sigilli vermiculati inventores 157.
lac v. *mel.*
Lamachi mors 309.
lapis (lapideus suggestus) in Pnyce 190.

lator (legis) in comitiis scribendo adfuit et plebiscitum una cum scriba composuit 159 sq.
legato qui falsum nuncium Athenas rettulerat mala imprecabatur praeco in comitiis 125.
leges, epistolae simil. ligno incisae 287. leges variae 135. v. *legatus. Medi. nummus. paedicones. populus. tyrannis.*
Lenaeum 143 sqq. initio ligneum, postea saxeum 145.
Lesbium vinum v. *vinum.*
Lexiphanes Lucianeus h. e. Pollux obsoletorum quae usurpat verborum vim ignorat 326.
liberi parentium similes 185. liberi maritis subditi ab uxoribus 149. caet. v. *infantes.*
Licymnius tragoedia Xenoclis 56 sq.
lignum vermibus adesum sigilli usum praestabat 156. caeter. cf. *leges.*
lintea Aegyptiaca v. *Aegypti.*
Livius Andronicus non Sophoclis sed Euripidis Andromedam interpretatus est 517.
Luciani exigua in allatis scriptorum locis auctoritas 506. ejus duae recensiones praef. XIII. caeterum cf. *Lexiphanes.*
Lycophro Grammaticus 208.
Lycurgia Aeschyli 42 sqq.
Lycurgus rhetor absolvit Lenaei exstructionem 145.
Lysicles v. *Timocles.*
Lysilla 136.
Lysistrata Aristophanis quo consilio composita et quo anno data 630.

Mania Micae ancilla 264.
Marathonia pugna 308.
Medorum s. Persarum amici auctore Aristide diris devoti post pugnam Salaminiam ejusque decreti formula 123.
mel et lac primus infantium cibus 184.
Megarenses primi Apollinis statuam in theatro posuerunt 273.
Melanippe duplex Euripidis, *Μ. ἡ Σοφή* et *Μ. ἡ Δεσμῶτις* 100. 199. 537. utraque ante Thesmophoriaz. data 537.
Μελιχέρτης v. *Simonides.*
Melito altera Euripidis uxor 110.
Menander imitatus Euripidem 507. in ejus Andria et Adelphis, quemadmodum in his Terentiis fabulis, puellae post scenam pariebant 184.
mensium graecorum et nostorum differentia 268.
meretricum mammae duriores 547.
Μέσατος unus e filiis Carcini dictus 229.
Micca mulier vinolenta uxor Cleonymi 216. 217. 279.
milites levis armaturae ceteris ignobiliores 80.
Minerva *φιλόχορος* 51. 518. *πολιοῦχος* 120. ejus statua in scena 274.
Mnesilochus socer Euripidis 110. Cothocidensis fortasse 222. ejus filia v. *Choerine.*
Morsimus filius Philoclis 55.
mulieres praecipue vetulae bibaces depinguntur a Comicis graecis et latinis 266. in omni re forensi *προστάτην* habere debebant Athenis 282. num capillos solverint ac submiserint 325. mulierum Atheniensium festa nocturna 294. mulierum indoles 195. caeterum v. *allium. candor.*
Munychia latiore et angustiore significatione 144 sq.
Musae et Gratiae conjunctae 626.
Musica nova Graecorum multum diversa a vetere 29.
Myrmex heros, a quo nomen accepit semita in Scambonidarum pago tribus Leontidis 29. alii ejus nominis homines 30.

nasturtium 220.
Nauplius *Καταπλέων* et *Πυρκαεύς* tragoediae Euripidis ad trilogiam Palamedem pertinentes 284. quinam de Nauplio fabulas composuerint 283.

Nausimache meretrix 297.
Nemesin Cratini imitatus est Aristophanes 72.
Neptunus v. *Apollo.*
Νηστεία tertius dies Thesmophoriorum 582. cf. 578. 579. eo die a sacrificiis abstinebant mulieres 581.
Nicomachidis lex adv. Cleophontem 305.
Nili pulcherrima fluenta 331. inundat agros nive liquefacta *ibid.* *nisi si* 194.
nomen avi non semper habuit filius primigenitus ap. Graecos 163. nominum ridicula confusio 475.
Nubes priores Aristophanis 68.
nummos si quis contra rempublicam accepisset diris devotus 126.

Oeax remis necem Palamedis inscripsit eosque in mare projecit 284. cf. 291.
Oedipus Euripidis 149.
olerum genera 167.
oratores coronati dixerunt in concionibus 137.
Orestes Euripidis qualis fabula 376. quo anno data 299.
Orneae. expeditionis Atheniensium adv. Orneas descriptio 351.

paedicones. in paedicones leges severissimae 123.
Palamedes Euripidis trilogia quibusnam fabulis constiterit 283 sq. nonnulla ex ea ab Aristophane exagitata 284. quinam fabulas de eo scripserint 283. Pal. Euripidis quo anno docta 284. 311.
Παλινῳδία Stesichori v. *Stesichorus.*
Πανδιονίς tetralogia Philoclis 55.
Pandrosos Cecropis et Agrauli filia; per eam raro jurabant atticae mulieres 195.
πανυχίς una in Thesmophoriis 26.
παράβασις ad quid destinata 621.
παραχορηγήματα v. *Indic. verborum s. v.*
παρασκήνια v. *Indic. verborum s. v.*
παρεπιγραφαί injuria ab editoribus ex Aristophane sublatae 41.
parodiae natura ac ratio 38. 39. 337. 338. 491. cf. 43. 353. 369. 417 sqq. diversa in iis conglutinare solent 472. in is metra nusquam turbavit Aristophanes 64.
parodici scriptores glossemata saepe substituunt 250.
Paroenia v. *Praxilla.*
partus mensis decimus apud Graecos apud nos nonus 268.
Pauso pictor, longaevus, homo pauperrimus et propterea perstringitur a Comicis 380 sqq. cum Iro consociatus 379. Atheniensis fuit 381. ludibria (Karrikaturen) maxime pingebat *ibid.* ejus lippitudo *ibid.*
peculatus crimen frequens Athenis 313 sq.
Penelope summae castitatis exemplum apud veteres 199 sq. num Euripides scripserit tragoediam Penelopen 200.
Persae nasturtio vesci solebant 220. caeter. v. *Medi.*
Persae Aeschyli fab. quando edita 237 sq.
Perseus non raro ab Euripide commemoratur 516.
personae (Masken) quanam materia confectae 88.
Phaedra Euripidi vindicatur 198. una eademque fabula cum Hippolyto *Καλυπτομένῳ* 198 sq.
Phaedram scripseritne Agatho 48.
Philocleo in Vespis Aristophanis 226.
Philocles Tragicus Aeschyli nepos 55 sq.
Philocrates in Aristoph. Avv. Orneates dictus 351.
Phineus v. *Andromeda.*
Phoenissae Euripidis quando datae 430.

Phoenissae Phrynichi quo tempore datae 238.
Phoenix Euripidis 149.
Phrygia harmonia 30.
Phrynichus Comicus irrisit Andromedae mala 415.
Phrynichus Tragicus quando vixerit 51. 53.
Phrynondas homo nequam, unde oriundus et ubi vixerit 333 sq. ab Aristophane et Eupolide exagitatus 334.
φυλλοβολία 239.
Piraeeus Munychiae nomine nonnunquam comprehensus 144 sq.
Pisander Platonis comoedia 317. quando data 317. 318.
Pisander praetor 314. 315 sqq. erat strabo 314. ejus timiditas ab Aristophane in Avv. et a Xenophonte irrisa 316. 317. ejus avaritia 316. 317. cum Hyperbolo peculatus crimen in alterum Pisandrum conjecit 316. saepe peculatum fecit 317.
Pisander demagogus *κάμηλος* qua de causa cognominatus ab Aristophane 316. ab Aristophane exagitatus 313 sq. gulae deditus 314. statura procera *ibid.* asinarii s. agasonis cognomen habuit *ibid.* Hyperboli loco reus factus peculatus et damnatus 314. in Hermippi Pistricibus cum pane obelia comparatus 315.
Pisander uterque in Pisandro Platonis exagitatus 317.
pistorum vel pistricum cantus ad tibiam 599 sq.
placentae plures diis oblatae 108.
Plato Philosophus auctor parum diligens 9. ejus error quidam *ibid.* ejus de Stesichoro occaecato sententia 371.
Plato Comicus Andromedae mala irrisit 416. ejus Cleophon 298. 300. 303. ejus Pisander 317. caeterum v. *Σκευαί.*
Plautus recensitus a Grammaticis praef. XIII.
Plutarchus (Pseudoplutarchus) notatus 24. 167 sq.
Plutus cum Plutone non conflatus nisi joci causa 118.
Pnycis sedilia saxea 143. caeterum v. *lapis.*
Πολιοῦχος Minerva 120.
Pollux raro errat in nominibus fabularum Aristophanis 230. integros legerat Agricolas Aristophanis 598. ejus insignis stultitia *ibid.* cf. praef. XII. caeterum v. *Lexiphanes.*
Polydorus *Κοκυλίων* 330.
populiscitorum ante Euclidem archontem formula 135.
porci mactati flamma adurebantur 82.
praeconis orationes aequabiliter fluunt sine varietate et flexu 133.
Praxilla Sicyonia Scoliorum poëtria 191. ejus paroenia 192.
Proagon Aristophanis fab. quo tempore data 310.
προβούλευμα v. *comitia.*
Proteas Epicles filius classis praefectus 339. alius ejus nominis homo 340.
proverbia v. *κάλως. Κέος. Κορίνθιος. ξένος. λίθος. λύκος. Μύρμηκος. μυρμήκων ὁδοί. σκορπίος. σπάω. τις. τόλμη. χελιδών* in *Indice verborum.*
Prytanum avaritia ab Aristophane irrisa 364.
Ptolemaeus Philopater tragoediam Adonidem scripsit 452. quinam de eo scripserint 452.
Ptolemaeus Agesarchae filius scripsit de Ptolemaeo Philop. 452.
Pylaica concilia 630.
pyrrhichen saltarunt pueri Athenienses pallio deposito 241.
Pythii dii 122 sq.

Quadringentorum dominatio quamdiu duraverit 308.
que 522.
quid si 287.

recensiones Scriptorum et graecorum et latinorum praef. XIII. XV sq.
ritus et preces in concionibus num accurate expressi ab Aristophane 114. cf. 118.

saltatio chori 390 sq. saltatio in orbem vehementior et lenior 387. salt. Persicae a Graecis susceptae 543. saltationes *διπλῆ*, *θερμαϋστρίς* 395. saltatione Ionica num Ibycus, Anacreon, Simonides usi sint 53. caeterum v. *pyrrhiche*.
Samiae mulieres v. *Apaturia*.
Samii Cratetis paullo ante Thesmophoriazus. II Aristophanis editi 622.
Satyri nomen Baccho tributum 195.
Scaligeri excerpta non magni momenti in Thesmophor. 232.
scena v. *Apollo. Minerva. Thesmophoria.*
scriptores graeci et latini a Grammaticis recensiti ad nos pervenerunt XIII.
Σκηναὶ Καταλαμβάνουσαι fabula Aristophanis saepius confusa cum *Σκευαῖς* Platonis fabula 224. ejus fabulae argumentum 223.
Σκευαί Platonis fabula v. *Σκηναί*.
Scholia in Aristoph. Thesmoph. qualia praef. p. IX. XIII.
Scholiastae in fine librorum auctores suos nominare solent XV. saepius ejusdem nominis homines miscent 301.
Σκίρα festum 323.
Scolia jam antiquitus variabant magnopere 191. eorum auctores varii *ibid.*
Scythae in Aristophanis Thesmophor. sermo qualis 411. delectatur terminatione verborum in — *ι* per omnes personas 412. 487. spiritum asperum fugit 465. non sibi constat in formis peculiaribus barbaris 465. atticis sed leviter depravatis vocibus utitur 547.
secare aetherа, aequor, viam 474.
Seleucus Grammaticus *ὁ Ὁμηρικός* dictus 544. ejus *προτατικός ibid.*
Senatus Atheniensis a CCCC viris dimissus 308. caeterum v. *signum.*
senatus consultum ante Euclidem 135. auspicabantur Athenienses senatus consulto comitia *ibid.*
Septem adv. Thebas Aeschyli tragoedia quo tempore data 238.
Serangium balneum in Piraeeo 598.
servae multae natione Thressae erant ap. Athenienses 107. 300.
sigillum vermiculatum 156.
signum quoddam (vexillum simil.) ante initium concionum, judiciorum, senatus propositum 106.
Simonides quando vixerit 51. eidem ob suavitatem cognomen *Μελικέρτης* inditum 51. *ὁ Κεῖος* simpliciter dictus 52. caeterum v. *saltatio.*
Sisyphus Euripidi abjudicatur et incerto poetae tribuitur 166.
Socrates injuria ab Aristophane irrisus 68.
soni similitudo in chori responsis 36 sq.
Sophocles parodia irrisus ab Aristoph. 336. primus usus Phrygia harmonia 30. in senariis diverbiorum tribrachyn evitat 463. recensio fabularum ejus qua utimur Aristophanis Byz. est praef. XIII. caeterum v. *Andromeda.*
Sostrata 136.
Sostratus v. *Timocles.*
spirare 357.
Steniorum festum 323.
Stesichori carmina duo de Helena, quorum alterum *Ἐπιθαλάμιον Ἑλένας*, alterum *Παλινῳδία ἢ Ἐπιθαλάμιον Ἑλένας* inscriptum 370 sq. 373. ejus *Ἰλίου Πέρσις* 370. ejus occaecatio ob Helenam infamatam et visus recuperatio per *Παλινῳδίαν* 371. 374.
Stheneboea Euripidis 147.
stropharum initio dii deaeve invocantur saepius 527.
Suidas multa bonaque Scholia in Aristoph. Thesmophoriaz. habet 82.
supplicii quoddam genus apud Athenienses 360.
Syleus Euripidis 157.

tabernacula in foro Athen. 223. caeterum v. *Thesmophoriazusae.*
Tagenistae Aristophanis ad seriores ejus comoedias pertinent 513.
talaria Mercurii Perseique 474.
Telephus Euripidis 188 sq.

Telephus drama Agathonis 48.
Tellus *κουροτρόφος* 116. ejus templum Athenis 631.
temporum a diebus festis definitio 271.
Teredo puerulus 542. 561.
theatrum atticum ejusque historia 143 sqq. th. saxeum ubinam et quo tempore aedificatum 144. 145. th. quod dicitur ad Munychiam et in Piraeeo idem 144.
Theognis Tragicus *Χιών* cognominatus 57.
Thesmophoria 577 sqq. cll. 22 sqq. cur a mulieribus solis celebrata 394. ea noctu Eleusine celebrata 294. celebrata solum a mulieribus honestis 122. cf. 536. mulieribus non gradatim aperta 226. iis virgines praeter *κανηφόρον* non intererant 580. num violata a viro muliebri habitu induto 134. Thesmophoriis mulieres castitatem omni modo custodire studebant 615. nasturtio s. allio vesci solebant 220.
Thesmophoriazusae mulieres ante templum in tabernaculis pernoctabant et plures quidem in uno 227. crocotis indutae 367. iis non licebat coronis floreis uti 368.
Thesmophoriazusae I Aristophanis quo tempore datae 308 sqq. 631. hujus fabulae inscriptio 585. scena ubinam 591.
Thesmophoriazusae II quo tempore datae 631. scena hujus fabulae ubinam 591 sq. ejus ratio 584. argumenti summa 587. inscriptio 585. num etiam *Θεσμοφόροι* appellatae 604.
Thesmophorii situs 213. 613.
Θεσμοφόροι Hermippi 604.
Θεσμοφόρος v. *Dionysius*.
Thorycii filium Carcinum facit Pherecrates 163.
Thressae v. *servae*.
Thyestes drama Agathonis 48.
thymele 273.
Timocles, Lysicles, Sostratus irridentur 136.
Tragici mores ritusque Graecorum in alias gentes transferunt 421. non semper ex animi sententia loquuntur sed ducti fabulae argumento aliter loquuntur quam sentiunt 537. Tr., inprimis Euripides, nominum antiquorum derivationi operam dederunt ob quam rem irrisi a Comicis 589. Tragici versus ap. Aristoph. 343. 344. 345. caeterum v. *Comici*.
Trypho Grammaticus notatus 89.
tyrannidem si quis affectaret ei mala imprecabantur Athenienses 124.

Valerius Maximus recensitus a Grammaticis XIII.
velorum sartores homines infimae conditionis 362. 363.
verbo tenus i. q. *titulo ac nomine* 627.
Verecundia v. *Αἰδώ*.
Vestae ut Telluri ante caeteros deos sacra facta in Graecia 117.
vestes certae quaedam diis in certis quibusdam festis diis oblatae 368. certis quibusdam vestibus usi Athenienses festa agentes 368.
victimae integrae ad mactandum poscebantur a sacerdotibus 279. earum reliquiae, pelles, pedes caet. sacerdotum erant 278.
vini aetas apud alias gentes aliter descripta 270. vinum Lesbium dulce et lene 586.
Virgilius recensitus a Grammaticis XIII.

Xenarchus v. *Demarchus*.
Xenocles Carcini filius tragicus poeta et histrio 56 sq. 163. caeter. v. *Euripides*.
Xenotimus frater Xenoclis et Carcini filius 56.
Xenotimus pater Carcini 163.

Zenodoti nulla in rebus grammaticis auctoritas 531.

INDEX SCRIPTORUM.

Aeschines	c. Ctesiph. p. 157, 6 *B.*	250
	de fals. leg. – 76, 4 *B.*	304
Aeschylus		335
	Agamemn. 1115. 1235	435
	— 1180	534
	Choephor. 973	97
	Eumenid. 64	97
	— 423	383
	— 996	36
	— 1028	368
	Persae 334	228
	— 664. 671	238
	— ante vs. 823	238
	Prometh. 186	511
	Septem adv. Theb. 98	368
	— — — 971	364
	Supplices 92	35
	— 190	364
	— 399	212
	Edoni	43 — 47
Alcaeus Comic.		210
	— ap. Bekk. An. 102, 31	549
	Lyricus	210
Alciphro	II, 4	254
	III, 39	581
Anacreon		629
Anaxandrides ap. Athen. IV. p. 131 a.		594
Anecdota Bekkeri	p. 9, 10	298
— —	– 23, 15	602
— —	– 33, 10	547
— —	– 39, 19	584
— —	– 68, 30	602
— —	– 78, 21	515
— —	– 80, 27	616
— —	– 105, 21	167
— —	– 107, 30	336 sq.
— —	– 335, 32	567
Caeterum v. *Alcaeus. Aristophanes. Euripides. Phrynichus.*		
Anecdota Villoisoni v. *Herodianus.*		
Apollodorus	II, 1, 4	438
	II, 1, 5	284
argumentum	Aristoph. Nub.	95
—	Sophocl. Oed. Col.	301
—	Euripid. Alcest.	373

Aristophanes pluribus locis		79
Acharnens.	4	228
—	47	265
—	83	307
—	100	410
—	135	214
—	194	561
—	207 sqq.	629
—	216	250
—	321	357 sq.
—	544	322
—	698	264
—	744	201
—	774	485
—	798	482
—	887	611
Avibus	11	77
—	13	351
—	89	210 cf. 636
—	278	122
—	812	228
—	1333	52
—	1374	31
—	1553 sqq.	315 sq.
—	1682	410
—	1703	199
Ecclesiaz.	82	378
—	330	265
—	525 sqq.	221
—	548	179
—	562	54
—	776. 1075	356
Equit.	89	113
—	236	534
—	340	356
—	405	142
—	421	205
—	640	113
—	694	449
—	695	76
—	756	192
—	1128	162
—	1147. 1246	96
—	1271	383
—	1331	307
Lysistr.	263	131
—	70	563
—	781. 805	36
Nubibus	37	351
—	84	272
—	130	611
—	179	414
—	185. 219	95
—	325	243
—	344	356
—	438	86
—	485	378
—	530	216
—	553	221

Aristophanes	Nubibus	559 sqq. 591 sqq.	404
	—	628	20
	—	690	232
	—	721	362
	—	748	286 sq.
	—	822	416
	—	900	356 sq.
	—	903	511
	—	916	259
	—	982	175
	—	989	391
	—	995	421
	—	1009 sqq.	63
	—	1064	205
	—	1149	561
	—	1182	286
	—	1214	359
		1237	343
	—	1260 — 1274	56
	—	1363	205
	—	1370	439
	—	1377	356
	—	1419	64
	—	1431	205
	—	1449	231
	—	1459	81
	—	1489	529
	Pace	30	548
	—	114	89
	—	163	131
	—	273	78
	—	406	54
	—	620	414
	—	797	113
	—	872	107
	Pluto	98	14
	—	300	293
	—	485	534
	—	564	261
	—	602	380
	—	800	361
	—	839	247
	—	1045	15
	—	1131	175
	—	1138	172
	—	1141	539
	—	1185	278
	Ranis	143	237
	—	152	52
	—	478	477
	—	581	65
	—	625	234
	—	680	301
	—	751	20
	—	818	611
	—	839	167
	—	928. 942. 968	205
	—	1024	237 sq.
	—	1214	109

ARISTOPHANES Ranis 1471 66
— 1500 sqq. 303
— 1521 460
Vespis 119 237
— 135 113
— 147 241
— 186 471
— 248 praef. XV.
— 308 64
— 365 263
— 408 240
— 526 192
— 690 106
— 699 97
— 711 307
— 734 196
— 831 226
— 850 290
— 1228 407 sq.
Fragm. 205 *Dind* 150
— 138 *Brunck.* 449
— in Anecd. Bekk. p. 23, 15. 415, 29 et Suid. 626
— ap. Athen. p. 30 c 599
— — — — 53 a 414
— — — — 372 c 205
— in Etym. M. — 280 533
— ap. Erotian. — 178 602
— — — — 204 278
— — Photium — 308, 22 601
— — Polluc. — VII, 93 605
— — — — X, 85 286
— — Pseudoplut. comp. Ar. et Men. 168
— — Scholiast. ad Ar. Nub. 619 629
Aeolosicone 6
Agricol. 627
— ap. Polluc. X, 66 598
— — Stob. II 406 *G.* 560
Anagyro 209
Babyloniis 317
Daedalo 6
Daetal. 603
Danaid. 443 sq.
Gerytade 172. 288
Holcad. ap. Athen. p. 111 A. 307
Polyid. 230 sq.
— ap. Photium 601
Pluto priori vel Senectae tribuitur fragmentum 288
Senect. 562
Σκηνὰς Καταλαμβανούσαις 224
Thesmophor. II 67. 519
— in Anecd. Bekk. p. 78. 96 618
— — — — — 410 590
— ap. Aspasium ad Aristot. 605
— — Athenaeum 586
— — — p. 117 c 622
— — — — 104 e 592
— — — — 690 d 600
— — — — 701 b 591
— — — — 213 *Dind.* 593

Aristophanes Thesmophor. II ap. Etym. M. 92, 26 et Poll. 588 sq.
— – Erotianum 599
— – Galenum 615
— – Hephaestion. 625
— – Polluc. IV, 186 621
— – — VII, 66. 67 617
— – Poll. VII, 95 et Clem. Alex. 605
— – Polluc. IX, 69 597
— – — X, 152 601
— – Photium p. 210. 235 620
— – Schol. Ar. Plut. et in An. Bekk. 602
— – Schol. Ar. Ran. 588
— – — – Vesp. 621
— – — Eurip. Or. 588
— – — Platonis 617
— – Suidam 588
Triphalete 183. 210
Arrianus Epictet. v. *Euripides.*
Asclepiades Grammat. ap. Schol. Ar. Avv. 348 430
Athenaeus p. 11 c 602
– 173 a 548
– 273 a 139
– 629 d 543
– 628 e 224 sq.
caeter. v. *Ind. rerum* s. v. et *Anaxandrides. Callias. Cephisodorus. Crates. Cratinus. Eubulus. Eupolis. Euripides. Macho. Scolion. Sophocles. Theognetus.*
Callias ap. Athen. p. 57 a 239
Cephisodorus ap. Athen. p. 553 a, 689 f 566
Cicero Tuscul. II, 10 480
de prov. consul. 6 105
Plancian. 5 287
in Clodium fragm. 86
Cinesiae dithyr. ap. Ar. Avv. 1374 31
Clemens Al. Strom. VI. p. 751 *Pott.* 631
caeter. v. *Aristophanes. Menander.*
Crates Samiis ap. Athen. III p. 117 c 622 sq.
Cratinus ap. Athen. XI. c. 22 147
– Poll. X p. 140 79
– Priscian. XVIII. c. 1183 312
– Schol. Ar. Avv. 1294 609
Cratinus alter ap. Eustath. p. 768, 14 205
Demosthenes de cor. 208, 3 *B.* 307
in Mid. 17, 8 *B.* 253
in Boeot. I, 37, 6. II, 18, 1 *B.* 55
de fals. leg. 81, 2. 311, 3 *B.* 79
in Aristocr. 51, 8 *B.* 79
in Timocr. 82, 2 *B.* 79
Dicaearchus in Melett. Creuz. 3 p. 1905 250
didascalia Eurip. Alcest. 377
Diodorus Sicul. XIII, 49 319
Diogenes Laertius IV, 29 500
Epicharmo versus ap. Stob. Flor. III p. 215 *G.* abjudicantur 46
Epictetus III p. 104 *Schw.* 503
Erotianus v. *Aristophanes.*
Etymol. M. p. 92, 26 588 sq.
– 280, 28 533
– 439, 42 595
sub *Τρόπηλις* 220
caeterum v. *Aristophes.*

Eubulus ap. Athen. p. 63 E 109
– Schol. Eur. Med. 476 501
Eupolis Autolyco 231
Demis 357
Maricante 567
ap. Schol. Ar. Av. 314 317
– — – Nub. 102
p. 176 *Runk.* 8
Euripides Alcest. 148 28
Andromach. 1064 215
Bacch. 280 512
Cycl. 397 435
Hecub. 293 454
— 568 250
— 1053 480
— 1225 65
Helena inde ab init. 330 sq.
— 297 319
— 461 340
– 568 349
— 1190 61
— 1407. 1415. 1433 263
— 1434 407
Herc. F. 1029 97
Hippol. 808 97
Iphig. Aulid. 458
— Tauric. 328 277
— — 777 530
— — 990 78
Medea 300 492
— 1314 99
Orest. 884 sq. 902 sqq. 917 sqq. 299
Phoen. 469 490
— 1489 435
— 1505 609
Fragm. p. 342 *Matth.* 188
— ap. Arrian. Epict. II, 22 64
— – Lucian. Necyom. 1 357. 437
— – Plut. Symp. 9, 15 515
— – Stob. t. III, p. 75 *G.* 538
Aeolo – Stob. t. II, p. 44 *G.* 60
Andromeda (omnia fragmenta quae exstant) 490 sq. 494—517
singulatim:
— in Anecdotis Bekk. p. 539, 5 513
— ap. Aristoph. Thesm. 419 sqq. 437 sq. 440 sqq. 458. 461 sq. 472 sq. 478 sqq. 482. 486. 488.
— ap. Athen. p. 477 a 512
— – — – 561 b c 505
— – Diog. Laert. IV, 29 500
— – Schol. Ar. Ran. 105 505
— – Stob. Flor. t. I p. 146 *G.* 509
— – — — t. II – 4 502
— – — — t. II – 9 502
— – — — t. II – 376 502
— – — — t. II – 458 499
— – — — t. II – 474 499. 507
— – — — t. III – 4 495
— – — — t. III – 104 504

Euripides Andromeda ap. Stob. Flor. t. III p. 141 *G.* 509
— — — — t. III — 220 503
— — — — t. III — 288 503 sq.
— — — — t. III — 304 500
— — — — t. III — 356 495
— — — — t. III — 360 515
— — — — t. III — 406 499. 509
— — — — t. III — 412 496
— — — — t. III — 488 516
— — Stob. Ecl. Eth. 1 — 118 *H.* 510 sq.
— — — — — 2 — 166 *H.* 497
— — Zenob. V, 45 498
Antigona 516
Bellerophonte 95
Danae fr. 6 193
Melanipp. ap. Rossignol. vit. Eurip. 536
Palamedi fragm. falso tributum 287
— vindicantur versus 291
Phaethonte 117
Phoenice 150
Polyïdo 336
Syleo 157
Telepho 380
epistolis 229
caeterum cf. 38. 145. 212. 213.
Eustathius p. 940, 17—22 602
– 959, 41 319
– 976, 15 15
– 1166, 52 615
– 1523, 29 352
– 1630, 5 314
– 1761, 26 448
– 1746, 3 174
caeter. v. *Cratinus. Plato Comicus.*
Galenus v. *Aristophanes.*
Harpocratio v. *Ἀγυιᾶς* 272
v. *Φασκώλιον* 600
v. *Πύλαι* 629
Heliodorus Aethiopic. 456
Hephaestio p. 36, 14 *G.* 258
caeterum v. *Aristophanes.*
Hermippus ap. Schol. Ar. Av. 1555 315
Herodianus in Villois Anecd. II, p. 94 501
p. 464 *Lob.* 619
Herodotus 7, 98 476
Hesychius v. *ἄανθα* 607
v. *ἀμεξίζεται* 505
v. *βοτροίδια* 612
v. *γύαλα* 35
v. *δινεύει* 37
v. *ἐκλακτισμός* 632
v. *ἐξωστρακίσθη* 104
v. *ἐσχάρα* 352
v. *θερμαστρίς* 632
v. *Καλλιγένειαν* 583
v. *Κορίνθιος ξένος* et *κορίννουσι* 147 sq.
v. *κύπαρος* 187
v. *μέσακμον* 320
v. *μυρμήκων ὁδοί* 29

HESYCHIUS v. οἶτος 608
v. πρυτανεῖον 592
v. σανίς 361
v. σφάγιον 276
v. Τριτοστάτης 224
HOMERUS Iliad. 5, 492 490
— 10, 364 531 sq.
— 13, 346 532
— 13, 613 532
— 16, 218 532
HORATIUS 480
Od. 2, 2, 1 20
Sat. 1, 2, 68 550
— 1, 3, 40 593
— 1, 6, 126 praef. XIII
HYPERIDES ap. Suid. 563
Incertus 508
ap. Suid. 381
Incerti senarius σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ cuinam trib. 9
ISAEUS de Pyrrhi hered. 80, 3 *B.* 592
ISOCRATES Panegyr. 42 123
encom. Hel. 64, 2 370
LUCIANUS 59
Amor. 3 610
Charonte 14 566
— 17 190
deor. concil. 9 97
dial. deor. 3, 1 216
— — 9, 2 268
dial. marin. 6, 2 165
dial. meretr. 5, 1 117
— — 7, 4 615
— — 9, 2 174
dial. mort. 19, 1 393
dissert. c. Hes. 9 201
encom. Dem. 24 381
Fugitiv. 29 201
de histor. conscr. 1 508 sq.
Jove confut. 4 201
Lexiph. 2 84
— 3 327
— 5 328
— 10 408. 616
— 13 157
— 25 566
de merced. cond. 30 324
Necyom. 1 502
Nigrin. 14 365
de Peregr. morte 12 192
Philopseud. 29 97
Piscat. 25 216
Pseudologist. 3 201
— 16 194
Tragodop. 313 453
vitar. auct. 24 201
caeterum v. *Euripides.*
LYSIAS c. Agorat. 32, 1. 55, 6 *B.* 141 sq.
de caede Eratosth. 20, 5 134
in Nicomach. 12, 5 302

Lysias de olea sacra 10, 4 339
Macho ap. Athen. p. 246 c 189
Menander p. 3 *Mein.* 241 sq.
- 21 273
- 44 602
- 73 195
- 92 613
- 119 15
- 564 264
ap. Clem. Alex. Paed. p. 62 *Pott.* 563
- Suid. s. v. *ναὶ μὰ τὸ* 273
Nicomachus v. *Pherecrates.*
Ovidius Metam. IV, 681 481
Pausanias I, 31, 1 579
Pherecrates (s. Nicomachus) Chirone ap. Plutarch. 29 sq.
Chirone p. 59 *Runk.* 252
Μυρμηκανθρώπους fr. 9 *R.* 30
ap. Suidam v. *ληκῆσαι* 178
Philemon ap. Polluc. IX, 67 596
Philoxenus ap. Zenob. V, 45 499
Photius p. 23, 13 352
- 71, 12 55
- 87, 21 578
- 126, 20 609
- 235, 6 620
- 280, 22 29
- 437, 27 207 sq.
- 445, 4 113
caeterum v. *Aristophanes.*
Phrynichus p. 103 *Lob.* 547
- 321 600
- 336 165
caeterum v. *Anecdota Bekkeri.*
Pindarus Ol. 3, 21, 26 36
in Vesp. Ar. 308 31
Plato Euthydem. p. 274 a 533
Lachete - 201 a 172
Phaedro - 243 a 371
Plato Comicus ap. Schol. Arist. 312
- Eustath. 302
Plautus Aulul. prol. 36 26 sq.
Bacchid. 5, 1, 45 274
Mostell. 2, 1, 3 274
Plinius Hist. nat. 21, 16 600
Plutarchus Aristid. 10 123
Demosth. 30 579
Moral. p. 805 d 298
(Pseudo)plutarchus v. *Aristophanes. Euripides. Pherecrates.*
Pollux II, 32 75
II, 70 389
IV, 100 632
IV, 109 251
IV, 111 443
IV, 128 93
V, 89 125
VI, 19 203
VI, 52 595
VI, 80. VII, 198 288
VII, 36 319

Pollux IX, 67 sqq 596 sqq.
X, 45. 173 230
X, 153 556
caeterum v. *Cratinus. Aristophanes.*
Priscianus v. *Cratinus.*
Scholiastes ad Aesch. Choeph. 887 252
ad Arist. Av. 284 55
- — — 348 430
- — — 1240 117
caeterum v. *Hermippus.*
ad Arist. Eccles. 1089 71
- — Equit. 405 142
- — — 694 449
- — Nubes 57
- — Pacem 114 252
- — — 199 187
- — — 1220 332
- — Ranas 188 208
caeterum v. *Euripides.*
- Arist. Thesmoph. 80 578
- — — 215 631
- — — 585 582
- — — 1175 632 sq.
in adnotat. ad Thesmoph. p. 3. 8. 40. 71. 88. 100. 102. 110. 122. 126. 132. 143. 163. 169. 208. 214. 220. 222 sq. 243. 249. 254. 259. 265. 271. 277. 284. 301. 310. 354 sq. 355. 366. 419. 425. 432. 472. 544. 550. 567. 570.
ad Arist. Vespas 875 273
- — — 1033 621
- — — 1187 634
caet. v. *Aristophanes. Cratinus. Euripides. Eupolis. Hermippus. Plato Comicus.*
ad Eurip. Orestem 300
caeterum v. *Eubulus.*
cod. Paris. ad Homer. Il. Φ. 122 97
ad Platonem v. *Aristophanes.*
- Sophocl. Ajac. 344 97
- — Oed. Col. 681 368
- Theocrit. IV, 25 580
Scolion ap. Athen. p. 695 d 190
Sophocles Ajace 177 89
— 344 97
Antigona 263 436
— 1133 399
— 1190 435
— 1293 97
Electra 344 81 sq.
— 950 530
— 1458 96
Oedip. Col. 1736 534
Oedip. Tyr. 2 343
— — 439 45
— — 707 81
— — 930 392
— — 1219 462
— — 1297 99
— — 1505 462 sq.
Philoct. 736 367
Trachin. 94 446

Sophoclis fragm. ap. Athen. p. 433 e 493
Captiv. 191
Chryse 117
Inach. 116
Stephanus Byz. v. Ἀγυιά 176
Stesichorus ap. Plat. Phaedr. p. 243 a et ap. Tzetz. ad Lyc. 371 sq.
Stobaeus Floril. t. II p. 9 *Gaisf.* 502 sq.
— t. II – 474 – 508
— t. III – 488 – 516
caeterum v. *Euripides.*
Suidas v. αἰθήρ 460
v. αἶθος 84
v. Ἀσία 38
v. διέβαλεν 567
v. ληξῆσαι et ληκώμεθα 178
v. λύκος 620
v. μύρμηξ 28
v. οἶος 60
v. ὀρεωπώλης 178
v. Παλαμήδης 284
v. Παύσων 380 sq.
v. σοῦ 60
v. τράμις 84
v. χαίρειν 112
caeter. v. *Hyperides. Incertus. Menander. Pherecrates.*
Terentius Andria 4, 3, 11 273
Theocritus IV, 19 594
Theognetus ap. Athen. p. 104 c. 671 b 498
Thucydides II, 86 533
VIII, 87 170
VIII, 91 277
Thugenides Comic. 337
Tiberius Rhet. §. 47 494
Tzetzes v. *Stesichorus.*
Ulpianus ad Demosth. 253
Xenocles Lycymn. 56 sq.
Xenophon Hellen. I, 7, 35 302
Memor. I, 2, 47 334
vita Euripidis in cod. Mediol. ap. Elmsl. Bacch. p. 172 111
Zenobius v. *Euripides. Philoxenus.*
Zonaras p. 195 616

Indici verborum adde: ἅλφιτον et ἄλφιτα discrim. 636.

Lipsiae literis Hirschfeldi.

245675 LGr
Author Aristophanes Thesmophoriazusae A716tF
Title Thesmophoriazusae; ed. by Fritzsche.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
Under Pat. "Ref. Index File"
Made by LIBRARY BUREAU